G12917


50.-



John Carter Brown
Library
Brown University

Verfasser unbekannt im Katalog
für 1373

(Beckmannus)



HISTORIA ORBIS
TERRARUM I. C. B.


Ecce hac omnia pereunt, Tu autem permanes &c.
HISTORIA ORBIS
TERRARUM. I.C.B.

HISTORIA
ORBIS TERRARUM, GEOGRAPHICA ET CIVILIS,
DE
VARIIS NEGOTIIS

Nostri potiss. & Superioris Seculi,

ALIISVE REBUS SELECTIORIBUS.

EDITIO SECUNDA.



FRANCOFURTI AD ODERAM,
Pro BIBLIOPOLEO FINCELIANO imprimi curarunt
JEREMIAS Schrey / & HENR. JOHANNES Meyer.

PRELO COEPSELIANO, ANNO M.DC.LXXX.

HISTORIA ORBIS TERRARUM GEOGRAPHICA ET CIVILIS,

DE

VARIIS NEGOTIIS

Nobis potiss. & Suspectis Gentib.

ADHUC REBUS SELECTIORIBUS

EDITIO SECUNDA.

BCJ

Amplissimi

DUCATUS

GLOGAVIENSIS,

SILESIARUM

OCELLI,

PRÆSIDI

EXCELLENTISSIMO,

ILLUSTRISSIMO
AC GENEROSISSIMO
DOMINO,

DN. JOHANNI BERNHARDO,

S.R.I. COMITI ab HERBERSTEIN,
BARONI NEOBURGI & GUTENHAGII,
DOMINO DE LANCKOVVITZ, GLÄSEN, BRIEG,
DRAGELWITZ, GOLGOWITZ, SALISCH ET MERTZ,
FEUDI ITEM BURGENSIS REGII STRÜBENDORF,
CAMERARIO AC DROCSETO HEREDITARIO CARINTHIÆ,
S. CÆS. AC REG. MAJ.
CONSILIARIO ARCANORUM PARTICIPI
ET CAMERARIO

DOMINO SUO
CLEMENTISSIMO.

REVERENDISSIMIS,
PERILLUSTRIBUS, GENEROSISSIMIS,
MAXIME STRENUIS, FORTISSIMIS,
NOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS,
SPECTATISSIMIS
EJUSDEM
DUCATUS
ORDINIBUS,
AcSTATIBUS,
DOMINIS SUIS
BENIGNISSIMIS

In
Submissæ Venerationis
SIGNUM PERENNE,
Qvalecunqve
HOC
MONUMENTUM LITERARIUM
Humillime
Statuit
IPSIS,
TOTIQVE NOBILISSIMÆ
SILESIORUM NATIONI
Æternùm obstrictus

J. C. BECMANUS, D.

ILLUSTRISSIME COMES, REVERENDISSIMI, PERILLUSTRES, GENEROSI, NOBILISSIMI, SPECTATISSIMI ORDINES,

VEtus de Librorum multitudine querela est: *Faciendi plures Libros nullus est finis*, jam dudum dixit Regius Ecclesiastes: Longe justius id dicturus, si ducenta millia librorum Bibliothecæ Attalicæ, quingenta millia Bibliothe-

cæ Alexandrinæ, aut aliarum non minorem numerum vidisset; At quam justissime idem ingeminaturus, si non Bibliothecas nostrorum temporum, sed immensum istud Librorum diluvium, quod Orbem nunc habet, cerneret. Scribendi desiderio docti, indocti nunc æque agimur, & quam à cerebro expectare deberemus immortalitatem, miseræ papyro immaniter extorquemus, immemores Palladem non aliunde, quam ex cerebro Patris sui prosiluisse, nec papyraceam, sed armatã. Neq; aliud interea spectaculum edimus, quam agminis innumerorum hominum per eandem viam se progredi profitentium, quorum tamen alii dextrorsum, alii siniſtrorsum, hi sursum, illi deorsum, immo alii prorsum, alii retrorsum sese agant, & quod magis monstrosum, alii pedibus, alii capitibus incedant: Quæ expressio boni istius Senis fuit, qui non necessaria Mundi nostro Seculo vidit ac doluit. Dixerim verbo Ecclesiastæ, Spectaculum nos edere Afflictionis carnis maximæ.

Siccí-

Siccine vero Luxuriem hanc desideria humani Ingenii sistere posse autumabimus, ut ampliori indagine rerum abstinendum sit, qvia operosi aut infelices circa eas conatus hominum fuere? Aut jura humana Majorum nostrorum adeo propria fuisse putabimus, ut succedentibus nobis iisdem frui fas non sit, qvia illi ante Nos ipsis usi fuerunt? Aut ipsos veteres, si possibile fuisset, ut nobiscum vixissent, opinabimur jugum hoc nobis imposituros, ut cœca obedientia eos sequi, nihilve amplius facere aut fari nos voluerint? Næ invidorum hæc, non benevolorum patrum consilia fuissent, neque animi humani in Nobis indicia, sed brutalis animæ, cui sequi satis est, at quod sequatur, non intelligit; Nec denique in tanto rerum apparatu, nisi summæ sterilitatis earum argumenta forent certissima. *Patet omnibus veritas, nondum est occupata. Multis ex illa etiam futuris relicta est:* dixit olim *Seneca.* Vetus istud: *Nullum est dictum, quod non fuit dictum prius*, tam verum est, qvam nihil ex

auri argentique venis erui; nihil ex gemmiferis fluviis educi, nihil laticis liqvorisve ex fontibus & fluminibus exhauriri denuo, quod non ſit erutum, eductum, exhauſtum prius, aliis interim & aliis aquis, metallis, divitiis ſemper affluentibus: Inquit diligentisſimus Commentator nonnullus in ſuperiorem Salomonis locum. Labores noſtri literarii imaginem Horticulturæ referunt, quæ nunquam integra eſt, quia nusqvam invenit, ubi totius naturæ vegetabilis opes una ſede jungere poſſit; Ac ſiqua etiam eſſet, non deſineret tamen ſingularum augmenta & decus tractando, ſtatuminando, translocando, procurare: Jam, dum eâdem radice plantata ſtare ſæpe nequeunt, educto novo fœtu veterem plantam inſtaurat, jam nutantē adverſus tempeſtates munit, jam ſepem inſtruit & injurias exterius imminentes arcet. Non moratur etiam, ſi perrupto aditu beſtiæ hortulani officium perverſe affectent, aut ſi culices muſcæve floſculos ſuos deprædatum eſant: Quæ deformant qvidem

dem decus ſperatum, ſed nec omne, nec diu; Tempus enim miſeris iſtis animabus interitū & æternam oblivionem, his novum virorem conciliat. Similis plane eſt Status rei noſtræ Literariæ; Menſuram ille non habet, qvia nullam à Parente ſuo intellectu accipit, & limitum impatiens eſt, qvia deſideria intellectus finiri non poſſunt, immo ne miniſtrorum qvidem ejus: Nam aurem audiendi, oculum videndi nunqvam capit ſatietas. Neq; novarum modò rerum ille ſatagit, ſed veteres dudum viſas revidet, verſat, volvit, conſvetosque uſus majoribus indies accumulat: Immo prorſus easdem ſubinde reſumit, qvasque injuria temporum perditura videbatur, denuo veluti ſeminat, mundoque redonat rem veterem qvidem, ſed à facie præſentis temporis novum habitum adeptam. Qvid mirabimur igitur, ſi tot conaminum ejus ſigna prodierint, qvi ipſe non unus, ſed infinities multiplex eſt, qvippe inter tot homines diffuſus. Ac diffitendum qvidem non eſt, animantes inutiles amœnitatibus hiſce

se intermiscere & pastum inde quærere, sed nimis temporarium; Ipsæ enim mox tempori rursus in pastum cedunt, & eodem autore pereunt, cujus solo beneficio luce fruebantur. Querendi eo nomine materies ferme nulla est, qvia nullam rebus noxam inferunt, sed fluxiles tantum species non advertentibus obducunt. Breviter: De rebus utilibus nunquam satis scribi potest, nam Intellectus hominum in infinitum infinities abit; De inutilibus Scriptis nunquam digne queri possumus, quia interitus causam in se habent, fictamq; immortalitatem sponte deponunt. *Sinite crescere utraq; simul, usq; ad messem*, dicit Paterfamilias ad servos suos, cum zizania Tritico se adjunxisse quererentur. At finale effatum erat: *Alligate Zizania in fasciculos ad comburendum, Triticum autem congregate in horreum meum.* Subjicimur, quotquot vivimus, duobus Tribunalibus, utrisqve factorum nostrorum rationes reddituri exactissimas. Alterum Divinum est, alterum Tribunal Posteritatis. Neutrubi respectus personarum externus,

nus, adulatio, prenſatio aliave ficta hominum fulcra locum Inveniunt. Utrinq, eundem Autorem, Teſtem, Judicem exſpectari oportet. Hic Ignis in cœlis Terrisve probabit opera noſtra, aurone, argento, lapide, fœno, ſtipula conſtiterint. Si cujus opus manſerit, mercedem accipiet, ſi arſerit, detrimentum patietur.

Ego interim dum hæc ſcribo, cauſas ſuſcepti abs me præſentis Laboris operoſe dicere me non neceſſe habiturum opinor. Solitum enim intellectus humani morem continuavi, inductus functione Academica mea & exemplis tot inſignium Virorum, qvorum Scriptis cuſtodiendis in Re Libraria Academiæ noſtræ admotus ſum; Indignitatis vero inprimis ſecurus, dum per Vos ad Tribunal Poſteritatis eum deferre auſus fui, ad qvod ſummum veſtrum erga literas favorem me animaſſe non dubito eloqui. Acceſſit Tua, *Illuſtriſſime Comes* HERBERSTEINI, in me immeritum & facie adhuc ignotum ſingularis Clementia, Veſtraq; omnium, *Benigniſſimi Ordines*, erga me propenſio, cujus

cujus nobile argumentum jam dudum ſenſi, dū tot chariſſima pignora ex Ampliſſimo Ducatu Veſtro curæ meæ commiſſa habui. His de cauſis ſcriptum hoc humillimi cultus mei erga Vos monumentum ſtatuendum duxi, non dubitans fore, ut per Vos vivat, qui univerſis literis animam vitamqve fere nunc additis. Vos benigno vultu manuve id accipite, ſpiritumq; ipſi date, quod in Vobis, ac per Vos eum ducere perquam geſtit, mihi vero ut inter Clientes Veſtros porro numerer, benigniſſime concedite. Ita Deus Vos ſoſpitet, Patriæq; ac Veſtris longiſſime incolumes præſtet. Francofurti ad Oderam ipſa D. XXIV. Junii An. MDCLXXX.

HISTORIÆ GEOGRAPHICÆ

CAPUT I.

PRÆCOGNITA GEOGRAPHICA.

I. *Directorium Autorum Geographicorum.*
II. *Veteres Geographi Græci.*
III. *Veteres Geographi Latini.*
IV. *Recentes Scriptores, qui in Geographia Veteri occupati fuerunt.*
V. *Novæ Geographiæ Scriptores.*
VI. *Scriptores qui Veterem ac Novam Geographiam conjunxere.*
VII. *Compendiorum, Geographiæ Generalis, Onomasticorum Geographicorum Autores.*
IIX. *Scriptores qui Historiam Civilem & Sacram Geographiæ addiderunt.*
IX. *De rotunditate Terræ: Cur qui per Fretum Magellanicum Indiam Orientalem petunt, vel totam Tellurem circumnavigant, integram diem è numeris suis amittant? Cur in Philippinis Dies Solis, apud Macaenses v. Dies Lunæ sit, cum tamen Sol ambobus simul fere oriatur?*
X. *Childræi commentum de ovali figura Terræ.*
XI. *Terræ magnitudo, ejusq; ratio.*
XII. *Longitudo ac Latitudo Terræ.*
XIII. *Locus in quo primus Meridianus collocandus sit: Portugallorum & Castellanorum eo nomine actæ lites; Discrepantia Historicorum in designanda utraq; India. Varietas Geographorum in collocando primo Meridiano.*
XIV. *Rationes inveniendi Longitudinem Locorum, Galilæi & Grandamici hac de re cogitata; Novæ Inventio Horologiorum Pendulorum Huygenij.*
XV. *Loxodromiæ.*
XVI. *Circuli utriq; Globo communes.*
XVII. *An Polus uterq; sub Æquatore videri possit? Sub Polis non continuam sex Mensium Noctem, sed perpetuam Lucem esse.*

I.

PRimum conspectum Operæ nostræ *Præcognitorum* nomine indigitavimus, tradituri eo tum Directorium Scriptorum Geographicorum, tum Generalem Orbis, ejusqve Affectionum Noticiam. Scriptorum tum Cosmographicorum, tum eorum, qui Tabulas Geographicas adornarunt, Indicem Generalem exhibet *Ortelius præfat. in Theatr. Orb. Terr.* Alium Indicem Tabularum Geographiæ Veteris

apud Scriptores Antiquos sparsim commemoratarum idem habet in *Parerg. Georg. Vet. ad Ævi veteris Typum Geographicum & Tabulam VII.* Adde *Ricciol. Geogr. Reform. L. I. & init. L. XI.*

II.

Scriptorum Græcorum Geographiæ Veteris aliquot collegit & in lucē edidit *Dav. Hæschelius*, qui sunt *Scylax Caryandensis, Marcian. Heracleota, Artemidorus Heracleota, Artemidorus Ephesius, Dicæarchus Messenius & Isidorus Characenus.* Scylacem etiam Latine reddidit & Notis illustravit *Isaacus Vossius*, creditur q; ille inter primos extitisse, qui Geographiam scripserit: Quo tamen longe antiquior est illa Tabularum Geographicarum mentio, quæ fit *Jos. XIIX. 8. 9. Præcepit Josua Viris abituris ut describerent ipsam terram dicendo, ite & obambulate Terram &c. describite eam, deinde revertimini ad me, ut hic jaciam pro tribubus vestris sortem coram Deo: Abeuntesque viri transiverant per terram & descripserunt eam oppidatim in septem partes in libro &c.* Reliqvorum qui proxime à Scylace idem conati fuerunt, vix quicquam præter mera nomina supersit, quales *Pytheas Massilienſis, Timosthenes Rhodius*, qui Ptolemæi II. seu Philadelphi Archithalassus fuit, & *Libros X. de Portubus* edidit, *Eratosthenes*, qui sub Ptolemæo IV. vixit, & Timosthenem secutus dicitur. Qui perfectius ad nostra tempora transmissi fuere, sunt, *Strabo*, Patria *Amasenus*, qui *Libros XVII.* Geographiæ scripsit, editos meliori nota à *Causabono cum vers. Latin. Xylandri:* Cui adjectæ sunt *Observ. Frider. Morelli Paris. MDCXX. Cl. Ptolemæus*, Patria Pelusiota, qui & Alexandrini Nomen fert, non quod Alexandriæ natus sit, sed quia Observationes suas ibi instituit. Scripsit *Libros IIX. Geographiæ*, quos recentes Geographiæ Veteris Scriptores *P. Bertius, Gerh. Mercator & Petr. Montanus, Maginus etc.* passim exhibent. *Stephanus* quoq; Libro de Urbib⁹ notus est, quem *τὰ ἐθνικὰ* ipse vocat: Patria fuit Byzantinus; Editionem ejus melioris notæ adornavit *Bonaventura Vulcanius.*

III.

E Latinis sunt: *Pomponius Mela*, qui vixit tempore Claudii Imp. Scripsit Libros III. de Situ Orbis, quos præter alios emendatius edidit & observationibus suis illustravit Doctiss. *Isaacus Vossius A. MDCLIIX.*

Caj. Plinius Secundus Major (Junior enim, hujus ex Sorore nepos, nomine Epistolarum & Panegyrici Trajano dicati notus est) scripsit Historiam Naturalem, cui Geographiam inseruit; Et communiter fabulosarum Narrationum arguitur, sed quem exculpat Autor Belgicus, quem

quem Commentatorem Plinii vocant, den Anteickenaer over *Plinius* Ed. MDCL.

Cajus Julius Solinus Grammaticus Librum edidit ex variis Autoribus, cumprimis Plinio, collectum, quem *Polyhistorem* appellat, pleraq; vero selegit judicio, ut creditur, non magno, unde *Scaliger* levissimum, Scriptorem nuncupat in Animadversionibus ad Eusebium. Concinnavit in eum Exercitationes suas *Cl. Salmasius* integro Volumine in fol. Quas non uno in loco perstringit *Vossius* antedictis *Observ. in P. Melam.*

Extat etiam *Itinerarium Antonini Imp.* quo Provinciæ totius Imperii Romani describuntur in *T. II. Geogr. Veter. Bertii.* Item *Tabula Peutingeriana*, quam *M. Velserus* ex Bibliotheca Peutingerorum primus edidit. Procurritq; hæc Tabula ab Occidentali Oceano per continentis totius longitudinem ad Orientem usq; singula notans loca locorumq; Distantias; Et in octo Segmenta commode distribuitur, I. Ab ostiis Rheni Bonnam usq. II. Bonnâ usq; ad Marcomannos III. A Marcomannis ad Sarmatas. IV. A Sarmatis usq; ad Hamaxobios. V. Ab Hamaxobiis ad Roxulanos. VI. A Roxulanis ad Parnacos. VII. A Parnacis ad Paralocas Scythas. VIII. A Paralocis Scythis usq; ad finem Asiæ. Eam videre est in eodem *Theatr. Geogr. Vet. Bertii*, præterea *in Parergo Geogr. Vet. Ortelii Ed. à Joh. Moreto, & in Orbis Antiqui Delineatione Jansonii.*

IV.

Qui nostra ætate Geographiam Veterem illustrarunt, quosve ex parte jam tum citavimus, sunt *Abrah. Ortelius*, Geographus Regis Hispaniæ, qui *Thesaurum Geographicum* in Geographiam Veterem adornavit, item *Parergon Geographiæ Veteris*, Scriptum ob varia specialia lectu jucundum pariter ac utile, cujus Editio melioris notæ est, quam procuravit *Joh. Moretus A. MDCXXIV.* & continet Tabulas XLIX. admodum.

Petr. Bertius Geographus Regis Galliæ Ludov. XIII. emisit Theatrum Geographiæ Veteris duobus Tomis distinctum *Ed. Amstelod. A. MDCXIIX. Tomus I.* continet *Geographiam Ptolemæi* & Tabulas eo pertinentes, item *Gerh. Mercatoris* in Tabb. Ptolemæi à se delineatas Observationes: *Tomus II.* habet Itinerarium Antonini Imp. Provinciarum Libellum, Civitates Provinciarum Gallicarum, Itinerarium Burdigala Hierosolymam usq;, Tabulam Peutingerianam. &c.

Joh. Jansonius non minus accuratam Orbis Antiqui Delineationem edidit A. MDCLIII. fol. maj. partemq;ve fecit Atlantis sui; Constat Tabb. Geographicis quam plurimis & præfixam habet *Georg. Hornii Introdu-*

troductionem ad Geographiam Veterem, Librum lectu utilissimum, quicq etiam forma minori seorsim extat.

V.

Qui recentem Geographiam excoluere, nominamus è Belgio Fœderato industrios Viros *Gerh. Mercatorem & Jodocum Hondium*, qui in fine præcedentis seculi edito volumine Tabulis Geographicis & adjectis Descriptionibus egregiè pro temporis istius ratione instructo, primi insignem istam molem Atlantis meditati fuerunt, quam secutis Annis plurimum auxerunt diligentissimi Viri *Joh. ac Wilhelm. Blaeui*, & *Joh. Janssonius:* Editis variis Tomis, diversisqve Lingvis Atlantibus: Janssonius Latinum Atlantem XI. Gallice, Belgice, Germanice scriptum VI. Hispanice editum IV. Contractum II. Voluminibus exhibuit, meruitq vel hoc nomine præcipue laudem, quod Geographiam Veterem, Hydrographiam & Atlantem Cœlestem singularibus Tomis exhibuerit. Atlantes Blaeuiani itidem IIX. XI. etiam XIV. Voluminibus prodiere.

Nec prætereundi sunt *Vischerus*, *Freder. de Witt &c.* qui nostro tempore Tabulis Geographicis itidem operam suam navarunt, minori tamen numero proditis.

In Belgio Hispanico circa finem præcedentis seculi edidit etiam *Abraham Ortelius Theatrum Orbis Terrarum*, Librum, ut omnia Scripta Ortelii, valde doctum.

In Gallia nostro tempore eadem opera inclaruit *Nicol. Sanson d' Abbeville*, Geographus Regius, cujus hæc fere sunt quæ ad noticiam nostram pervenere. I. *Systema Geographicum* per Tabulas repræsentatum Paris. MDCXLIV. II. Tabulæ Generalis *Europæ*, *Asiæ*, *Africæ*, *Americæ*, numero XCIIX, sed sine descriptione Paris. MDCLIIX. III. Particulares Tabulæ *Galliæ X. Hispaniæ*, *Italiæ*, *Germaniæ*, *Britannicarum Insularum* totidem. IV. *De Italia* cum adjacentibus Insulis Tomus singularis Tabulis XXII. constans Ed. MDCXLIIX. V. *Europæ* XIII. *Et Asiæ* XV. Tabulæ cum descriptionibus.

VI.

Geographiam Veterem ac recentem conjunxere, *Joh. Maginus*, Doctissimus Mathematicus, cujus extant *Geographiæ veteris & Novæ Volumina II. Ed. Arnhem. ap. Joh. Janson. M DC XVII. 4to.* &, quem magni facere amamus, *Philippus Brietius in Parallelis Geograph. Veteris & Novæ Paris. MDCXLIIX. 4to.* Inter Compendiorum Scriptores utilis Liber est *Georg. Fournier Geographica Orbis Notitia per litora Maris & flu-*

& fluviorum; Et in Germania noſtra Scriptum *Eberhardi Schultzi*. Alterius *Godofredi Schultzi* Librum Germanicum, kurtze Welt-Beſchreibung/ vix aliud quam confuſam pariter ac nævoſam molem dixeris; Neq; enim levis lapſus mox à principio eſt, Peruviam, Chicam, Braſiliam pro Inſulis ab eo haberi: Nequid de aliis addamus. Eodem pertinet *Philippi Cluverii Introductio ad Geographiam*, Liber qui raram noſtro ſeculo felicitatem expertus fuit, ut cum exiguo fui merito à multis magni fiat, ſed tamen non inutilis, ſi cum *Cl. V. Joh. Bunonis* Commentario legatur. *In Henrici Schævii Sceleto Geographico* emendari poſſit, *Californiam in Sinum Mexicanum conjici, Regiam Magni Mogoris eſſe Delli, Iſthmum, Eſtretto*, Straet/ *Canael idem ſignificare, &c.* Aliis non immorabimur. Rarum ſane eſt frugi compendia reperiri, quin in Temporum pariter ac Ingeniorum teredines atq; Tineas abeant, quæ de omnibus Hiſtoriarum Compendiis ſententia eſt Judicioſiſſimi *Baconi de Verulam. L. de Augm. Scient. II. c. VI.* De ſola Geographia Generali extat doctiſſimus Liber *Bernhardi Varenii*, qvem vocat Geographiam Generalem, de novo editus A. MDCLXIV. Amſtelod. Cui ſimile nec inutile eſt, ſed diffuſius & mole majus Scriptum, *Joh. Bapt. Riccioli Geographiæ & Hydrographiæ Reformatæ Libri XII. Bonon. MDCLXI. fol.* quod Locorum Communium inſtar fuerit. Inter Onomaſtica Geographica excellit ante commemoratus *Theſaurus Geographicus Ortelii, & Liber XI. dictæ Geographiæ Reformatæ Riccioli.*

VII.

Ex iis qui præter Locorum Deſignationem & Denominationem in Deſcriptione Orbis Hiſtoriam Civilem & Sacram adjecerunt, eſt *Joh. Boterus*, Italus, cujus Deſcriptionem Orbis Germanice reddidit & edidit Ægidius Albertinus Secretar. Ducis Bavariæ. In Gallia extant *Pierre d' Avity, Theatre du Monde, &c.* In Germania idem conatus fuit *Sebaſtianus Münſterus* in Coſmographia ſua, Vir diligentiſſimus, ſed in quo paulo plus accurationis deſideres. Cenſuram hujus Coſmographiæ vid. in *Damiani à Goes* Hiſpania, qua in ſpecie Hiſpaniam à Münſtero defendit. Similem Coſmographiam tentavit & Münſterum antecellere ſtuduit *Joh. Rau*, ſed qui minore forte, quam Münſterus, accuratione eſt: Inter recentes eſt, *Lucas de Linda Deſcriptione Orbis & omnium Rerumpublicarum*, qui utinam pleniorem maturitatem expectaſſet! *Joh. Frider. Popping* ipſo ſplendore Tituli *Orbis Illuſtrati ſeu Novæ Hiſtorico-Politico-Geographicæ Imperiorum Deſcriptionis, &c.* Doctorum ſini-

ſtras ſuſpiciones movit, nec injuria ſubiit, quicquid fuit Doctiſſimæ Cenſuræ ex Parnaſſo in Seceſſu Albipolitano. Sed horum aliorumve paſſim fiet mentio in ſeqq.

IX.

Materies Geographiæ noſtræ eſt Terra, ſeu *Orbis Terrarum*, ſeu quod hodie magis proprium Nomen eſt, *Globus Terr-aqueus*, partibus ſuis ſolidis ac liquidis conſtans, h. ipſa *Terra*, *Aqua* & *Aëre*, cujus Ambitum *Atmoſphæram* vocant. Suntqve quæ de Terra hic conſiderari poſſunt, ejusdem Figura, Magnitudo ſeu Dimenſio, & hac comprehenſa Longitudo & Latitudo, in quibus ſingulis eo usque verſabimur, quoad in Re Hiſtorica aliquem uſum præſtiterunt hactenus, vel hodienum præſtant, cætera aliorum Commentariis relicturi.

Figuram Terræ non tantum vulgus credit in latisſimam planitiem excurrere, cujus Terminus ſit Circularis Linea, ſed etiam è Patribus non pauci crediderunt: Terram nempe infinitis Radicibus deorſum extendi ac fundari. *V. Lactant. Inſtit. Divin. L. III. c. XXIV. Auguſt. L. XVI. de Civ. D. c. IX.* Noſtra ætate idem ſtatuit Franc. Patricius: Quæ opinio alii perinde gravi errori anſam dedit, ut putarint non dari Antipodes, h. qui adverſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia. Hinc *Lactant. c. 1. Aut eſt quisquam tam ineptus, qui credat eſſe Homines, quorum veſtigia ſunt ſuperiora, quam capita? Aut ibi, quæ apud nos jacent, inverſa pondera? V. Nicol. Nancel. L. IX. Microcoſm. p. 1391.* Ubi etiam Auguſtini & Nazianzeni verba laudantur. Idem Chriſtiani pleriqve mediorum temporum ſenſerunt, & *Bonifacius* Epiſcopus Moguntinus, Homo ἀγεωμέτρητος rationatus fuit: Si eſſent Antipodes, alii homines, adeoqve alius Chriſtus introduceretur: Cui cum *Virgilius* Sanctimonia & eruditione celebris in Bavaria Epiſcopus adverſaretur, Bonifacius apud Zachariam P. M. effecit, ut ille ad Utilonem Regem Bavariæ ſcriberet, & Utilo tandem Virgilium Sede Epiſcopali ejiceret. Zachariæ ad Bonifacium Reſcriptum habet *Marc. Ant. de Dominis L. VII. de Rep. Chriſt. c. V. n. XLVII.* Hiſtoriam integram *Aventinus* Annal. Boj. L. III. his fere verbis: *Erat Virgilius etiam in diſciplinis, quas Mathematicas vocamus, & in Philoſophia prophana, magis, quam tum Chriſtiani mores ferebant, eruditus. Ex illiusmodi literarum ſcitis, contra opinionem vulgi, & D. Aurelij Auguſtini, & aliorum forte docuerat, id quod noſtro ſeculo non argumentis inveſtigandum, ſed experimentis cognitum eſt, circumfundi terræ homines undiq;, & converſis inter ſe pedibus ſtare, unde Antipodas*

podas Græca nuncupat voce. Hoc ita acceptum est, quasi Vergilius alium mundum, alios sub terra homines, alium denique Solem, atque aliam Lunam esse adsereret. Bonifacius hæc velut impia, & Philosophiæ divinæ repugnantia, refutat: Vergilium publicè, privatim arguit, ad recantandum has nænias provocat, efflagitatque jure suo ut legatus Germaniæ, ne ille hujusmodi deliramentis sinceram, & simplicem Christi sapientiam polluat, atque contaminet. Divus Vergilius (ut omnes homines sumus, & nihil est ex omni parte beatum) hac injuria, ac contumelia lacessitus, animum Utilonis Reguli Bojorum, apud quem plurimum valebat, abalienare à Bonifacio, atque inter eos discordiam, & odium serere conatur. Jactabat etiam, se à Romano Pontifice designatum Episcopum, qui primus ex his quatuor quos Bonifacius Boijs consecraret, decessisset. Divus Bonifacius id Zachariæ Pont. Max. literis conqueritur. Zachariæ quoque Philosophia Vergilij suspecta esse cœpit. Ipse igitur legatos cum mandatis, & literis ad Utilonem ire jubet, partes suas Bonifacio commendat. Vergilium Philosophum (si sacerdos sit, inquit, nescio) à Templo Dei, & Ecclesia depellito, sacerdotio in concilio abdicato, si illam perversam doctrinam fuerit confessus. Sidonio quoque & Vergilio comminatorias scripsit literas Romanus Episcopus, postulavitque, ut Bonifacio obsequantur. Insuper Regulo Boiorum denunciatum est, ut Vergilium Romam mittat, ubi Vergilius rationem reddat, ac à Pont. Romano examine comprobetur. Ac *Libertus Fromundus* quidem Historiam hanc longe aliter in Ant-Aristarcho suo explicare conatus est: Sed hunc suo patimur abundare sensu. Eandem habet *Cl. Fauchet* Historicus Gallicus *Tom. I. fin.*

Et vero ne multa pro Rotunditate Terræ argumenta aggregemus, licet eam exinde colligere, quod si versus Austrum vel Boream tendamus, aliæ aliæque Cœli partes in oculos incurrant, aliæ à conspectu nostro abducantur, & Polus hic elatior, alibi depressior appareat; Atque iterum si versus Orientem vel Occidentem proficiscamur, Astra citius vel tardius oriri aut occidere videamus. Quorum causa nulla alia est, quam Globi Terreni Gibbositas, quæ obstat, quo minus uno eodemque tempore sidera illa omnibus hisce locis se conspicienda præbeant. Estque evidens confirmandæ huic rei argumentum, quæ in Navigationibus Indicis se offert observatio. Illi enim qui per Fretum Magellanicum Indiam Orientalem petunt, vel totam Tellurem circumnavigant, integram diem serius numerant, quando in India appellunt, vel etiam quando domum redeunt, atque illi, qui in India aut in Patria degunt. Cujus Exemplum

emplum extat in *Historia Navigationis Jacobi Le Maire*, qui cum in Regno Jacatra appulisset, suaqve Belgarum Societati Indicæ cessisset, id factum dicitur d. 1. Novembr. ac Lunæ die, computantibus ita *Le Maire* & Sociis ejus; d. 11. Novembr. vero ac Martis Die ex computatione Belgarum in Jacatra: Adeo ut oportuerit *Le Maire* & Socios ejus Hebdomade illa Die Martis carere & seqventem Diem cum Belgis tertiam Novembris ac diem Mercurii numerare. Quæ Historia Navigationis Le Maire prostat singulariter edita cum Titulo: *Speculum Orientalis Occidentalisq; Indiæ Navigationum Georg. Spilbergen & Jac. Le Maire Lugd. MDC XIX. 4to.* Et in Tomis Itinerum Indicorum Idem de *Navigatione Magellani* ex *Ciecza* refert *Boxhorn. Hist. Un. p. 1030.* Quod diem unum in Calendario anticipaverint, rati diem Mercurii esse, cum esset dies Jovis; Et *Ricciol. Almagest. p. 1. p. 35. ex Pigafetta*: Eos appulisse d. VI. Sept. sua, VII. vero Hispalensium computatione. Cujus rei Ratio non aliunde, quam à citiori ac tardiori ortu & occasu Solis peti potest, quia n. Sol Nautis ejusmodi semper serius & occidit & oritur, tandem absoluta tota circumnavigatione, & tot minutis, quibus Sole quotidie serius fruuntur, in unum aliquem Numerum majorem coëuntibus, tota dies efficitur. Transiitqve hæc varietas in ipsum usum Civilem istorum locorum; Et Portugalli Urbis Macao in litore Chinensi incolæ Hispaniq; in Philippinis una eademqve die v. g. XX. & XXI. Januarii, hodienum numerant, Portugalli cum Europæis diem XXI. Hispani vero more navigantium per Mare Pacificum diem serius eoq; XX. Portugalli festa celebrant, Hispani Vigilias, illi Diem Solis, hi Diem Saturni; Et tamen Sol utriusqve simul fere oritur & occidit. Portugalli nimirum, cum primum in hæc loca ferrentur, recta versus Orientem iverunt, Hispani v. per Occidentem eodem venere. Itaqve svetum numerum isti retinuerunt, hi Solem comitati eundem tardius ac cum processu itineris longissimi tandem integra die serius destituerunt: Retinentqve ambo populi studio hanc numerandi rationem, pro demonstrando jure suo à Pontifice M. ipsis concesso, quod erat, ut Portugallorum esset, quicquid terrarum progrediendo versus Orientem invenirent, & Hispanorum, quod illi versus Occidentem progrediendo inventuri essent: Ambo igitur cum in extremis istis Regionibus concurrerent, easqve ad se pertinere æque arbitrarentur, signa juris sui quoqve retinenda censuerunt, quorum pars erat hæc, utpote Itineris sui testis, numerandi temporis ratio.

X.

Plane

Plane novum est, quod commentus fuit diligentissimus Anglus *J. Childreus in Britannia Baconica, sc. Historia memorabilium rerum Naturalium Angliæ, Scotiæ & Walliæ: Terram non rotundam, sed Ovalem esse.* Rationem reddit, quod Experientia monstret, nivem in Regionibus frigidis æstivo tempore nunquam totam liquescere. Quia igitur multum nivis sub utroq; Polo decidat, necessario à creatione mundi usq; magnum ibi cumulum collectum esse: Igitur licet Terra initio rotunda creata fuerit, cumulo isto tamen paulatim oblongam factam & cum tempore oblongiorem futuram esse. Ea fini deinde allegat Tychonis & Kepleri testimonia qui in Eclipsibus Lunaribus aliquid Ovalis animadverterint, eoq; Terram requiri Ovalem redditam. Quæ excerpsimus ex Latina Paraphrasi *Ephemeridum Eruditorum T. III. p. 139.* Sed cogitari possit I. Tempestatem hibernam non semper perinde gravem esse, nec æstatem æque remissam; Ideoq; licet nix aliquot annis duret, id tamen fieri remissiori tantum æstate, non autem si contingat eam tepidiorem esse. Neq; satis est unius atq; alterius Anni observationes hic allegari, cum pauci sint, qui isthuc proficiscantur, vel quos commodorum spes eo perducit; Quos licet durior tempestas presserit, certum tamen non est, eam semper ita se habituram, aut omnes æque ita pressum iri. Confer quæ in simili negocio de Peregrinationibus Indicis per Boream instituendis ratiocinatur *Joh. Isaac Pontanus in t' Beginn ende Voortgang van de Oostindische Compagnie Tom. I. N. I. fol. 68.* II. Imam nivem sensim disperire, non minus ac lapides solent in Speluncis Lapidificis, quales Baumanni in Germania nostra, & Ukiensis in Britannia, quæ jam dudum oppletæ fuissent, quippe destillante, superius aqua in lapideam duritiem statim concrescente, nisi, quæ materia in imo est, sensim iterum liquesceret. III. Eclipsium Lunarium ab exacta rotunditate recessum, siquidem fiat, non posse mutatæ Terræ Figuræ transscribi, sed causæ alii unde natæ; Alias enim id non una aut altera vice, sed crebrius observari daretur, quod tamen hactenus non factum fuit.

XI.

Locum Terræ, seu situm in Systemate mundi, ejusq; seu Motum seu Quietem cognosci, non huc adeo, quam ad Physicorum cathedram pertinet. Magnitudo ejus VMCCCC. milliaribus Germanicis æstimari solet, & talibus quidem, quorum singula MDCCCC. perticas Rhinlandicas contineant. At quantillum istud spacium, si cum cœli mole ejusq; corporibus comparetur, *Hoc est illud Punctum*, inquit gravis-

simè Seneca Præf. in Nov. Quæst. *quod inter tot gentes ferro & igne dividitur.* O quam ridiculi mortalium Termini! Ultra Istrum Dacus non exeat: Strymo Thracas includat: Parthis obstet Euphrates: Danubius Sarmatica ac Romana disterminet: Rhenus Germaniæ modum faciat: Pirenæus medium inter Gallias & Hispanias jugum extollat: Inter Ægyptum & Æthiopiam harenarum inculta vastitas jaceat. Siquis formicis det intellectum hominis, nonne & illæ unam aream in multas provincias divident? Quid illis & nobis interest, nisi exigui mensura corpusculi? *Punctum est istud, in quo navigatis, in quo bellatis, in quo regna disponitis, minima, etiam cum illis utrinq; Oceanus intercurrit.* Modos inveniendi istam magnitudinem prolixè tradit *Varen. Geogr. L. I. c. IV.* Et Wilibrord. Snellius toto Libro, *de Terræ Ambitus vera Quantitate s. Eratosthene Batavo;* Item *Ricciolus toto L. V. Geograph.* De causa cur talis Magnitudo divinitus posita sit, cum eodem Ricciolo balbutimus: Hominem uno Anno à Polo Boreali ad Australem ambulare posse, si, quod non adeo difficile iter est, septem milliaria cum dimidio quotidie conficiat. *Videri itaq; probabile, DEUM O. M. admensum fuisse Terræ Globum Humanæ staturæ & facultati ambulandi, ut Homo, si velit, possit uno Anno discernere omnes Tempestatum Vicissitudines, quas Sol abeundo ab uno Tropicorum ac redeundo ad eundem efficit, & ex ea contemplatione rapi in admirationem & Amorem Sapientissimi ac munificentissimi Conditoris* Cit. L. V. Geogr. c. ult.

XII.

Longitudo est Extensio Terræ ab Occidente in Orientem; Latitudo Ejusdem Extensio versus Polos. Utramq; Geographi in Globo Terrestri certis Circulis exprimunt, è quibus Circuli Longitudinis, quos & Meridianos vocant, Æquatorem ad Angulos Rectos secant, & integri exhibentur numero XIIX, Dimidiati s. Semicirculi XXXVI; Circuli Latitudinis ad Æquatorem Parallelè ducuntur & ad utrumq; Polum usq; pertingunt, denis gradibus à se invicem distantes. Claretq; maxime usus harum rerum in speciali singulorum Terræ Locorum designatione, quæ ut juxta debitam proportionem exprimeretur, certa Longitudinis & Latitudinis Mensura Terræ attribuenda fuit: Unde & unumquemq; locum sua Longitudine pariter ac Latitudine donarunt, quarum illa juxta generalem Definitionem modo datam esset Distantia Loci à primo Longitudinis Circulo s. Primo Meridiano; Hæc Distantia ejusdem ab Æquatore.

XIII. Lo-

XIII.

Locus, ubi primus Meridianus collocandus, aut in quo primum numerandæ Longitudinis initium quærendum sit, Quæstionem Geographis nostri temporis præbuit, tanto nobiliorem, quanto notatu digniorem occasionem habuit. Ac veteres quidem Geographi & in iis Ptolemæus eum in Canariarum unam, quam Junonem nominabant, collocare solebant, quippe rati Canarias in extremo Occidente sitas esse. Nec sub initia crescentis Geographiæ de alio cogitatum fuit: nam quia res arbitrii humani erat, ideo non multum referebat non necessariis cogitationibus hac in re fatigari, & utrum Meridianus in Canariis manere, an aliò commodius transferri posit, expendere.

Cum verò A. MCCCCXCII *Columbus* Americam detegeret, & *Ferdinandus Catholicus* eam à Pontifice sibi dari posceret, Rex Portugalliæ Johannes indignè ferens, hoc modo tot Regionum, opum, Hominum Dominium sibi præripi, causam suam apud Pontificem egit quidem, sed tum temporis impedire non potuit, quin Ferdinando *de Apostolicæ sedis plenitudine omnes Insulæ & regiones, &c.* concederentur post lineam à polo Arctico ad Antarcticum ductam & centum Leucis ab Azoribus & Ins. Prom. Viridis distantem. Mox verò Ferdinandus & Johannes mutuo pacto concluserе circulum Pontificis CCLXX. Leucis removendum & quod ultra eum reperiretur Castellanorum, cis eum Portugallorum futurum esse. Vid. *Anton. Herrer. Dec. I, Lib. II Cap. 8, 9, 10. Maff. de reb. Ind. Lib. I.* Dum igitur pactis hisce stabatur, Portugalli circa initium præcedentis Seculi Brasiliam, partem Americæ Meridionalis, occupabant, & partibus suis se probè defunctos rebantur. At verò Brasilia non ita potiebantur, quin paulo post & pactorum & Brasiliæ occupatæ ipsos pœniteret. A. MDXIX. n. aggressus Navigationem Australem *Ferdinandus Magellanus* & freto, quod Magellanicum dicunt, feliciter invento, Mare pacificum emensus Moluccas adiit, Quem secuti *Franc. Garcias & Godofred. de Loyausa* A. MDXXV. easdem eodem itinere & sex Navium classe petiverunt: Et cum Portugallorum Archithalasso æmuli *Moluccarum Reges Ternatæ & Tidoris* eas quasi obtulissent, dum uterq; ab ipso auxilium peteret, Archithalassus etiam Albukerkius summo Portugallorum lucro uni sese adjungens utroq; potiretur: Castellani eadem occasione usi, alteri subvenire studebant, qui à Portugallis obrui videbatur. Hinc quoq; ipsis liber in *Moluccas* aditus patefactus, alter Regum, à cujus partibus Portugalli erant, paulò post subrutus, & Portugalli Mo-

luccis exuti. Res hæc ab initio ſtatim graviſſimo bello in Europâ terminanda videbatur, quod tamen qualitercunq; declinatum eſt, dum utriq; ad Bullam Pontificis & pacta olim ſancita ſibi redeundum, vel ſaltem dimenſionem exactiorem ineundam exiſtimarent. Itaq; A. MDXXIV. tentarunt ejusmodi quid, ſed irritò ſucceſſu. Nam principiis & dimenſionibus nimium quantum diſcrepabant: Portugalli ab *Inſula Salis*, quæ maxime orientalis eſt ex *Inſulis de Capo Verde*, ducentas & LXX. Leucas ſuas ordiebantur, exiguam jacturam exiſtimantes, ſi tot Leucas in continente Americæ amitterent, modo easdem in Oriente lucrarentur, & Moluccas ſuas facerent. Hiſpani verò ſeu Caſtellani ab *Inſula S. Antonii*, quæ XC Leucis magis declinat ad occidentem, initium ſumebant. Neq; de latitudine continentis Auſtralis Americæ inter *Puerto Veyo* ad oram Maris Pacifici & *Cabo de S. Agoſtinho* ad mare Atlanticum, quibus maxima Americæ Latitudo comprehendi putabatur, inter ipſos convenire potuit. Cum Hiſpani illam LI. gradibus, Portugalli LV. definirent: utriq; Regum ſuorum cupiditatibus obedientes, & animo in *Moluccis* intentiſſimo. Ex qua varietate fluxit quoq; varia illa *Indiæ Occidentalis* diſtributio: Quam ſola *America* concludunt Portugalli, Caſtellani vero eidem præter *Moluccas*, *Philippinas*, *Inſulas Salomonis*, *Novam Guineam*, *Japoniam*, *&c.* accenſent. *Vid. Herrera Deſcr. Ind. occid. c. 26.* De illa verò Portugallorum & Caſtellanorum Lite legendi *Gomara Hiſtor. Gen. Ind. L. IV. cap. X. & ſeqq. & Laet. deſcr. Ind. Occid. Lib. 15. c. 1.*

Hinc itaq; ſine dubio ſeu fluxit, ſeu occaſionem ſumſit illa de variando Meridiano anxietas: Cui alias deinde rationes Mathematici adjunxerunt: à declinatione pyxidis Nauticæ, &c. petitas, quas aliis recenſendas relinquimus. Tabulæ *Geographicæ Blaeu* primum Meridianum in *Canariarum* ſeu Fortunatarum illam, quæ *Teneriffa* dicitur, collocant. Idemq; ſit in maximo Globo ejus. Quia verò etiam unius ejusdemque Inſulæ Termini longitudine inter ſe differunt, æqvum erat, non certam modo Inſulam eligi, ſed in Inſula etiam certum locum, qui exiguus pariter, notabilis ac perpetuus eſſet, quiq; differentiam ne unius quidem minuti induceret. Nam quia longitudines locorum usq; ad minutum ſolicite inquiruntur, neceſſarium erat ipſorum Principium ne uniusquidem digiti ambiguitate vacillare. Hac fini ergo aſſumptus eſt *Pico* (ſic enim in Tabulis aliquibus ſine adjecto alio quodam nomine vocatur, cum tamen nomen commune ſit; Nam & *Aſores* aliquem *Pico* habent, *Pico de S. Georgio* in Inſula *Fayal*, & *Pico de Adam* Inſula *Ceylon*) ſed cogno-

cognomine explicandus *Pico de Teide* (*Pico de Terraira* ab incolis dici meminit *Varenius p. 79.*) Mons in metæ maximæ modum evectus. Eundem Meridianum assumit *de Wit* in Tabulis suis Geographicis. In *Asores* qui rejiciunt, alii Orientaliores assumunt *Insulam S. Mariæ & Insul. S. Michaelis:* quod facit *Duval* Geographus Regis Galliæ in Tabulis suis. Alii Occidentaliores sumunt *Corvo & Flores*, veluti facit *Blaeu* in Globis suis minoribus. *Godofredus Wendelinus* à Meridiano, qui transit oppida *Holam & Schattolam Islandiæ*, orditur. Alii locum, in quo degunt, sibi assumunt: Quemadmodum *Lansberg.* in obsevat. Astronomicis, qui *Gesæ* Zeelandiæ oppido primum Meridianum destinavit: Et *Origanus*, celeberrimus olim Academiæ hujus Mathematicus, *Francofurto* nostro. Vid. Scripta ipsorum passim. Memorabile est Regem Galliæ *Ludovicum XIII.* jussisse Cosmographos Regni sui Meridianum primum statuere in *Insula Ferri* seu *Ferro*, quod ex Furnerio narrat Ricciol. Alm. Tom. I. p. 1. p. 725. Cui tamen differentiæ obviari facile est. Nam si longitudinem Loci tui numeres à Teneriffa, alter verò à *Corvo & Flores*, totidem gradus istius computationi Te adjicere oportet $14\frac{1}{2}$ circiter. Item si à *Corvo & Flores* numerare cœperis, alter verò à *Teneriffa*, tuum erit totidem gradus abjicere, ut computationi ejus Te accommodes. Eodemq; modo in aliis procedendum.

XIV.

Non minus vero celebre est & in Re Geographica utilissimum Quæsitum de invenienda distantia meridiani nostri ab alio meridiano noto, seu Longtiudine Locorum, de quorum positu nihil certi Tibi constet: Ut, si in Oceano sis, nescias autem quo loco ejus, determinare possis, quot milliaribus à Meridiano, eoq; à Patria Tua, etiam quacunq; Regione distes. Tentarunt id aliquamdiu Viri non infelicis Ingenii, sed dispari ab Ingenio eorum successu. *Galilæus de Galilæo* ex Satellitibus Jovis eam colligere conatus fuit, sed cum utilissimo huic labori immoreretur, res isto modo peragenda hucusq; neglecta fuit, nisi forsan à non nemine Virrtuosorum Angliæ revocetur. *Grandamicus* Nobilis Gallus ex Magnetis ad Polum conversione ejusdemq; variatione & declinatione idem non ita pridem conficere conatus fuit; sed ingeniose magis quam vere, quod demonstravit è virtuosis Angliæ *Henricus Power* Libro hac de re contra ipsum edito. Felicius vero hoc negocium administravit Nobilis Belga *Christianus Huygenius à Zulichem*, qui ex confecto Horologio Pendulo id eruit, & probandum deinde Ingeniosis quibus-

buscunq; transmisit: Cui suum deinde *Ill. Comes Kinkardinus* addidit, ejusq; usum paulo post A. MDCLXIV. Anglorum Capitaneus *Holmes* non levi cum successu in Oceano Æthiopico expertus fuit. V. Anglorum *Transactiones Philosophicas de A MDCLXV. m. Martio*, ubi simul Huygenii Literas ad Amicum legere est. Aliis etiam antehac ejusmodi quid suboluisse discimus ex *Varenio Geogr. C. XXXI. Prop. VII.* ubi sex modos inveniendi Longitudinem Locorum exponit, & præter alios Automaton ejusmodi, quale Huygenius confecit, reliquis modis omnibus præfert *p. 615.* Præmii, quod Belgii Ordines Inventori posuerint & 30000. Florenorum esse creditur, meminit *p. 612.* Idq; illo tempore, quo scriberet hæc, à Monacho quodam Gallo Duillerio petitum fuisse dicit.

XV.

Occurrunt etiam oblique ducti Circuli seu Arcus in Globo Terrestri reliquos omnes varie secantes, quos Loxodromias appellant, Numero totidem, quot venti sunt, h. XXXII. quorum septem semper in Quadrante Meridiano & Parallelo Loci incercipiuntur, octava a. Loxodromia perpetuo est Parallelus. Veniuntq; iisdem, quibus venti, Nominibus. Usus earum est in Re Nautica, de quo videndi Hydrographici Scriptores, quem & non nihil attigit *Varen. c. XXXIX. Geograph. Propos. XIII. & seqq. Et Blaeu de Usu Glob. L. II. P. III. p. 150.*

XVI.

Circuli utriq; Globo communes sunt meridianus, Horizon, Æquator, Ecliptica, Tropicus Cancri, Tropicus Capricorni, Coluri, Quorum explicatio pariter ac Polorum & Axis, item quæ de Zonis aut Sphæris, Terminis ex Comparatione & vario positu circulorum natis dici solent, in Compendiis Geographicis passim obvia sunt. Id in genere notari posset, nullos eorum reipsa in Cœlo aut Terra dari, omnes enim partes Sphærarum hâc in re sibi undiq; sunt simillimæ, sed tantum concipi ab animo humano, tanquam Notiones Secundæ & instrumenta percipiendi Scientiam Astronomicam, non tamen fundamento quodam & vestigio in Sphæris planè destituta. Sic cum navis aliqua rapitur per undam marinam, non relinquitur quidem in ipsâ aquâ realis aliqua linea, per quam navis tracta fuit, aut quam oculo distingvere possis, interim tamen revera navis fuit per illud undarum spatium vecta. *V. Keckerm. Syst. Astron. L. II. c. II.*

XVII.

De Polis seu potius Stella Polari (hæc enim Nomine Poli aliquando

do venit,) nolimus præteritam Quæstionem, An in Sphæra Recta seu in istis Regionibus, quæ directæ sitæ sunt sub Æquatore, uterq; Polus, h. utraq; Stella Polaris, conspici possit? Id quod ex materie de Refractionibus Geographorum aliqui suspicati sunt. Sed satisfactum ipsis fuit à diligentissimo *Mandelslo Itiner. Cap. XIII. p. 151.* Ubi dicit se Polum Arcticum, non nisi post VI. gr. cis Æquatorem, Antarcticum vero post VIII. gr. demum trans Æquatorem vidisse: Ich habe bey der Linj mit Fleiß acht gegeben / obs wahr sey was etliche sagen/daß man unter derselben beyde Polos zugleich sehen könne / Ich habe es aber anders befunden / denn ich verlohr auß dem Gesichte den Polum Arcticum im sechsten Grad von der Linie/und sahe den Süder Polum, nemlich Antarcticum, erst im 8. Grad. Idem sensit *Joh. Lerius* in Navig. Americ. *Non modo sub Æquinoctiali Polus uterq; non apparet, quod plerisq; arbitrantur: sed neuter nisi duobus immensis ultra citraq; gradibus:* Veluti citatur à *Keckerm. Syst. Astron. Part. I. c. II.* Neque minus Nobilis observatio est de Polis hisce, Terras iis subjacentes Noctem diemq; sex Mensium habere, quam & veteres non obscuris Testimoniis firmarunt. Unde præter alios *Plinius Lib. II. c. LXXV.* cum de variis Lucis Incrementis egisset: *Haut dubie repromittunt id, quod cogit ratio credi; Solstitii diebus accedente Sole propius verticem Mundi, angusto Lucis ambitu, subjecta Terræ continuos habere dies senis mensibus, noctesq; è diverso ad Brumam remoto. Quod fieri in Insula Thule Pythias Massilienses scripsit, sex dierum Navigatione in Septentrionem à Britannia distante: Quidam vero & in Mona, quæ distat à Camaloduno Britanniæ oppido circiter ducentis millibus, affirmant.* Atqui istud de *Thule* Insula falsum est, quæcunq; etiam sit ex Insulis Borealibus: Falsum etiam de *Mona*, seu Cæsaris Monam intelligas, quæ Mannia est & P. Orosio *Mevania*; seu Taciti Monam, antiquam Druidum sedem, quæ *Mön* Britannis dicitur, Anglis Anglesey. Hæc enim in litore Wallico sita est, illa in Mari Hibernico: Quæ loca vicissitudinem Noctium ac dierum non minus æstate quam hieme experiri notorium est. De semestri Nocte vero tantum abest, ut ita sentiamus, ut è contrario putemus, si quis sub Polo vivere possit, eum in perpetua Luce versaturum. Ratio est quia Æquator in hisce locis Horizontem stringit. Atqui Maxima Solis ab Æquatore distantia est 23. gr. 30. min. Totidem ergo gradibus Sol ab Horizonte horum locorum distabit, si remotissimus sit ab iis. Jam vero Crepusculorum duratio à plerisq; 19. Graduum Profunditatis Solis sub Horizonte statuitur. Quibus si quatuor quinq; vel plures Gradus adje-

adjeceris, quibus propter maximas Refractiones circa Polum Phænomena altius elevantur, quam revera sunt, plures habebis vel totidem saltim Gradus pro Crepusculo, quot Sol ab Horizonte ibi remotus est: Et per consequens perpetua Luce ibi frui licebit, si non splendida, aut præsentis Solis, saltim dubia, & non omnino nulla, quæ deinde eo magis augetur, quo Sol à Tropicis ad Æquatorem propius accedit. Confer *Voss. Not. ad Pomp. Mel. L. III, c. 6.* Nec prætermiserimus à Doctrina Refractionis plane aliena opinione tradi iisdem Locis, duobus Æquinoctii diebus Solem neq; oriri, uti loqvuntur, neq; occidere, sed dimidium Solem supra Horizontem illorum, dimidium infra eum hærere. Quod post alios etiamnum exponit accuratissimus *Varenius Geogr. L. II. c. 25. Prop. 1.* Qui si Solem ipsum intelligat, non refragamur: Si Phænomenon Solis ℍ. Lucidam istam speciem, quæ oculis tum temporis se ingerit, dixerim9 istud integre jam tum videri, vel etiam aliquot diebus ante visum fuisse: Imo asseruerim9, si quis illo tempore sub utroq; Polo esse possit, eum geminum Solem visurum Refractionibus non minus in hanc quam in illam partem Phænomenon Solare efferre valentibus. Quam rem tanto facilius dabit, quisquis Astronomiæ peritus *Adulterium Solis & Lunæ*, Phrasi Astronomica ita dictum, h. Eclipsin Lunæ, Sole adhuc supra Horizontem existente visam A. MDCLXVI. d. VI. Junii in memoriam sibi revocaverit. Cujus causa itidem in nulla re alia sita erat, quam vaporibus Phænomenon Lunæ supra verum locum, in quo erat, interveniente Refractione, elevantibus. Atq; extant de hac Eclipsi peculiares commentarii *Grandamici, Payeni, &c.* Quorum summam vide in *T. I, & II. Ephemer. Erudit.*

CAPUT II.

HISTORIA VENTORUM.

I. *Atmosphæræ, Venti Explicatio.*
II. *Ventorum numerus.*
III. *Venti Generalis natura: In mari Pacifico 3000. milliaribus fine vllo motu omni Tempestatem aut variationis Ventorum navigari: Observationes circa abitum Europæorum in Indiam Orientalem, eorundemq; inde reditum. Cur Belgæ circa finem Anni ex India Orientali navigare soleant.*
IV. *Ventorum Specialium recensio.*
V. *Ete-*

V. Eteſiarum natura & cauſæ: Cur non in Germania, Gallia, &c. ſpirent? Sunt Auſtrales pariter ac Boreales.
VI. Chelidonii & Ornithii explicati.
VII. Mouſſonum natura & variatio.
VIII. Ventorum certo loco, ſed perpetuo ſpirantium recenſio.
IX. Terreinhos & Viracon explicati.
X. Ecnephiæ, Travados.
XI. Orkanes.
XII. Perpetua malacia prope Guineã.

I.

AD ſpecialia deſcenſuris ſe primum offert *Atmoſphæra* tertia pars Globi Terreni, i. e. aëris Sphæra terram ambiens. Seu vi vocis Aër vaporoſus circa Terram. Cujus hiç, ne Phyſicas Commentationes adducamus, ſolum motum cognoſcere nobis opus eſt, i. e. Ventum. Ventus n. eſt Commotio aëris ſenſilis.

II.

Ventos æque ac Plagas XXXII. moderni faciunt. *Vid. Compendia Geogr.* Græci ac Latini pauciores numerabant: quod licet ad navigationem alioſq; uſus valde incommodum eſſet, illi tamen id non adeo ſenſerunt, quia Navigationes ipſorum pariter ac omnium Antiquorum à litoribus haut longe recedebant. De cauſis, Effectis & ſim. Ventorum nihil dicemus.

III.

Ventus alius eſt Generalis, alius Particularis. *Generalis* à Nautis vocatus de Paſſatwind / multis ſimul locis per totum annum ſpirat in mari: Eſtq; perpetuo Orientalis, i. e. Eurus vel Euro Collateralis, & cumprimis obſervatur in Mari Zonæ Torridæ.

Sic in Mari Pacifico conſtantiſſimum ſe exhibet, adeo ut naves, quæ à Novæ Hiſpaniæ portu *Aquapulco* verſus *Philippinas* tendunt, ſine ulla velorum vel collectione vel mutatione eo tutiſſime utantur. *Kirch. de A. M. l. III. p. 4. c. 2. p. 469. Ex dicto portu, ubi perpetua fere malacia eſt 10. gr. verſus Auſtrum recta contendunt, & juxta dictum 10 parallelum tam feliciter in Occaſum navigant, ut immotis velis ſpacio 85. dierum 3000. milliariorum intervallum abſolvant, nec curſum aut vela mutent, niſi ad Inſulas Ladrones, ubi derelicto parallelo 10. ad 13. navim dirigunt, ut Os Inſularum (La bocca de las Islas) rectà ingrediantur, ſicq; vitatis periculis Manillanum portum tandem obtineant.* Quæ refert ex ore *Didac. Bobadillæ.* Nec ab initio ſuſceptarum inde Navigationum in hunc usq; diem ulla navis in vaſtiſſimo illo MDCL. milliarium itinere periiſſe deprehenſa eſt. Vid.

præter alios *Georg. Spillberg. Navig. p. 56. circiter*, ubi etiam Aquapulci descriptionem videre est. Adde Jac. Heremitæ Itinerariũ, &c. Contra qui ex Insulis *Philippinis Americæ* Regiones, quippe respectu illarũ Orientales petunt, iis semitã Solis sub Zona Torrida servare aut repetere ob perpetuam venti reluctationem impossibile est: sed ut in portum, è quo solverant, Aquapulco restituantur, eos Zonam Temperatam ingredi & ad Americæ Septentrionalis litora navim dirigere oportet, ut hinc Borealibus flatibus adjuti desiderato termino tandem potiantur. *Vid. hac de re Ephemerides Thomæ Candish. Ed. cum Itinerar. ejus p. 84.*

Qui *Indiam Orientalem* ex *Europa* petunt, plus temporis opus habent, quam qui ex India Orientali Europam repetunt; Quo scatent Itineraria Belgica & aliarum nationum. Quia Ventus ab Africæ litoribus perpetuo Brasiliam & Paraquaviam versus spirat. Hinc fit, ut Belgæ Indiam Orientalem petituri, quando Insulas Promontorii viridis prætervehuntur, non ampliùs juxta Africam navigent, sed rectô itinere Americam petant & in litoribus ejus hæreant, donec Tropicum Capricorni emensi sint, postea vero demum ad Caput Bonæ Spei tendant, & sic deinde iter suum longius persequantur. Ratio est, quia cum perpetuo contrario Vento ipsis luctandum esset, si prope Africam manerent, quæ etiam probe probeq; experti fuit *Vasco di Gama*, cum *Promontorium Bonæ Spei* detegeret. Contra si à *Promontorio Bonæ Spei* versus Europam tendant, longe breviori itinere utuntur, rectà ad *Insulam S. Helenæ*, quæ CCCL. milliaribus à Prom. Bon. S. abest, pergentes, quod iter plerumq; XII. vel XVIII. diebus absolvunt quippe generali isto vento adiuti. Vid. Catologum ejus in *Itinerario Mandelslo p. 181.* Nec aliud curare habent, nisi unicum hoc, ne Insulam prætervehantur, cum admodum parva sit. Etenim si vel octava milliaris parte inde deflectant, non possunt eam repetere, Vento Orientali Occidentem versus eos impellente. Ideo tum Aquationis causa vel *Insulam Ascensionis*, vel ipsam *Brasiliam* cum maximo itineris dispendio adire coguntur.

Tertia pars Maris sub Zona Torrida existentis inter *Africam* nempe & *Philippinas* non quidem destituitur hoc vento, sed tamen ab ipso non semper afflatur, tot Insulis in eo sitis interpellantibus, quo minus tam crebro spirare possit. Interea crebro deprehenditur spirare Mense Januario, Februario, Martio, Aprili, Majo.

Hinc Belgæ quando ex *India Orientali* solvunt, plerumq; circa finem anni id faciunt; quia tum temporis vento Generali usq; ad *C. B. S.* adju-

adjuvantur. Atq; Goa eodem tempore profiſciſci ſolent. *Vid. Mandelslo.* Quo fit ut Belgæ etiam plerumq; circa Menſem Julium in patriam appellant. Contra circa idem tempus è Patria ſolvunt, trimeſtri vel quadrimeſtri ſpatio Iter inter Belgium & *cap. B.S.* emenſuri. Quod dum faciunt certi ſunt ſe Generali Vento in mari Indico haut impeditum iri. Cujus particularem rationem adjicimus §. *7. n. 1.* Plura hac de re *Vid. in Varen. c. 21. p. 381.* Cauſam Venti Generalis proſequitur Kircher. *Subterr. Lib. IV. S. II. c. 2. p. 193. & ſeqq.* Nim. cum Sol ſub Zona Torridâ Oceanum radiis ſuis perpendicularibus jam in hac, jam in illa parte pro Solis in hoc vel illo Dodecatemorio conſtituti ratione perpetuò feriat, fit ut ex Solis incumbentis æſtu vehementi mare attenuatũ ingentem vaporũ copiam halitibus mixtam in aërem educat, qui quidẽ vapores halitusq; rarefacti in anteriori Solis Semita conſiſtentem aërem cum ſummo impetu dum protrudunt ex ea protruſione aër agitatus verſus eam partem, verſus quam Sol fertur diffuſus, eum ventum ex ortu in occaſum, quem nos Generalem dicimus, efficit.

IV.

Venti Speciales certo loco ac certo tempore ſpirant. Tales Veterum decantatiſſimi *Eteſiæ*, *Chelidonii*, *Ornithiæ*, *&c.* & qui noſtro tempore nomine *Mouſſonum* innotuere, quos proſequitur Varen. *c. l. p. 389. Kircher. c. l. p. 196. & ſeqq.*

V.

Eteſiæ deſcribentibus Græcis ſunt Venti Boreales à medio Julio uſq; in finem Auguſti; eoq; toto dierum Canicularium tempore flantes. Ac ſpirant quidem interdiu tantum, noctu verò deſinunt. Nec ubivis ſpirant: Neq; enim in Germania noſtra, vel Gallia, Italia, Perſia &c. eos ſentimus, ſed in iis tantum Regionibus, quibus Carpathii montes verſus Boream obtenduntur, i. e. Græcia, Macedonia, Servia, Boſnia, Thracia, Aſia Minori, Ægypto. Cujus cauſa è Vaporum copia ex diſſoluta nive (qua montes illi abundant) ortorum petenda; Qua fit, ut quamdiu Vapores illi conſumti non ſunt, tamdiu venti hi durent, & cum circa meridiem potiſſimum rarefiant, noctu autem condenſentur, hinc fit, ut Venti interdiu durent, de nocte autem flatus ſuos ſuſpendant. Notandum, quod obſervarunt *Mart. Cromer. in Rebus Polon.* & *Sigism. ab Herberſtein in Rebus Moſcoviticis*, indicante *Kirchero c. l. C. III.* eodem tempore in Regionibus cis Carpathum, i. e. Poloniæ parte, & Ruſſia etiam ſtatos ventos ſpirare, ſed Auſtrales: Quod tanto majori argumento eſt Eteſiarũ non aliam cauſam eſſe, quam quæ à Carpathiis montibus peti poteſt,

Eteſiis annumeramus *Ventos Boreáles*, qui in litore Indico Guzaratæ à Martio usq; ad Septembrem continuo ſprirant, quia nives in Caucaſi montibus diſſolutæ ingentem Vaporum vim ſubminiſtrant, qui Solis æſtivi radiis verſus Auſtrum deinde diffunduntur *Videndus Joh. Twiſt in Deſcr. Regni Guzarat. p. 67.*

VI.

Chelidonios poſt Brumam incipere ſcripſerunt Græci, ſed de initii die nihil certi Prodidere. Sunt autem Auſtrales valde debiles, inconſtantes, & minus continui. Cauſa eorum videtur ex montibus Monomotapæ, quos Lunæ vocant, petenda. Dum enim Auſtralem Zodiaci partem permeat, Nobis & Græciæ hiemem facit, illis verò in R. Monomotapæ æſtatem; Eoq; nives montium iſtorum liquefacit & halituum Copiam educit, ſenſim deinde abſumendorum. Quod debiliores ſint à maxima diſtantia montium fieri autumamus. Halitus hi enim quo longius progrediuntur, eo debiliores evadunt. *Ornithios*, Ventos poſt Æquinoctium Vernum ſpirantes, forte non fruſtra erimus, ſi Chelidoniis accenſuerimus. Et Venti Auſtrales etiam à Sept. ad Martium in Regno Guzaratæ ſpirantes hujus generis eſſe poterunt.

VII.

Mouſſones, (Motiones Latine dixeris) ſunt tertium Genus Ventorum qui certam temporis Periodum quotannis obſervant, in certisq; Maris Partibus per aliquot menſes ſpirant. Ac multum refert in Re Nautica ipſos obſervari, quippe quorum tempus Nautæ eligere habent ad Navigationem, quam inſtituunt verſus ejusmodi plagam, ad quam ventus ille ſpirat. I. In Oceani Atlantici maxima parte ad Zonam Torridam cis Æquatorem & Temperatam Borealem pertinente Boreas frequenter ſpirat menſe Octobri, Novembri, Januario. Hinc fit ut Belgarum Navigationes verſus Indiam Orientalem plerumq; iſtis in Menſibus ſuſcipiantur, ut opera horum Ventorum Æquatorem ſuperent. Et ſæpius obſervatum fuit, illos, qui Menſe Martio è Belgio ſolverunt, non citius ad Braſiliam veniſſe, quam alios, qui ſuccedente Octobri exiverant, utrisq; Borea adjutis eoq; Menſe Febr. illuc pervenientibus. Nautæ tamen hunc Ventum Mouſſonibus annumerare haut ſolent.

II. In Oceano inter Africam & Indiam diximus §. III. Ventum Generalem ſpirare Menſ. Januar. Febr. Mart. Aprili, Majo: Menſe Auguſto & Septembri durat Motio contraria Ventorum Occidentalium.

III. In

III. In Litore Malabarico Motio Orientalis tantum menſe Januar. Febr. & Martio durat, quo tempore potisſimum naves inde verſus Perſiam, Arabiam & Africam ſolvunt. Toto autem Majo, Junio, Julio, Auguſto vehementisſimè ſævit Boreas, adeo ut nullæ naves tum temporis exire poſſint. At in litore Coromandel oppoſito priori nihil ejusmodi ſentitur.

IV. Qui è Philippinis Novam Hiſpaniam repetunt, non poſſunt per Zonam Torridam iter hoc ſuſcipere, quia Ventum Orientalem Generalem perpetuo contrarium habent, ſed neceſſum eſt ut 40. gr. Lat. Bor. adeant, ſub hoc enim à Ventis Borealibus qui perpetuo in ora illa Americæ Septentrionalis regnat, impulſi, brevi tempore portum Californiæ obtinent. *Vid. Kirch. de A. M. L. 3. p. 4. c. 2. p. 469.* qui à PP. Simone Cotta & Didaco Bobadilla Inſularum Philippinarum audita hæc refert. Ad emetiendam verò reliquam partem Itineris Menſibus Junio, Julio, Auguſto, Ventis Occidentalibus adjuvantur.

VIII.

Ventos certo loco, ſed perpetuo, ſpirantes obſervare eſt I. in litoribus Peru & Chili Regnorum, adq; adjacenti Vicino Mari, ubi Ventus perpetuo fere eſt Auſtralis vel Collateralis ejus Auſtro-Zephyrus. Incipit ad 46. gr. Lat. atq; perflat ultra *Panamam* Iſthmi Americani, quo fit ut Naves Hiſpanorum auro & argento onuſtæ Limâ Panamam tendentes paucis diebus iter ſuum expediant: Contra verò Panama Limam repetentibus multorum dierum navigatione opus ſit.

II. In Freto Le Maire ad Litoræ Terræ Magellanicæ ſ. del Fuego continui fere ſpirant Venti Occidentales, tanto cum impetu, ut arbores qnoq; à perpendiculari rectitudine verſus ortum inclinent. Sed ab altera parte ejusdem freti ad litora Terræ Auſtralis ſpirat Auſter.

III. Medio Itinere inter Japoniam & Liampo urbem maritimam Chinæ ſemper ſpirant Venti Occidentales. Plura Vid. iterum ap. *Kircher. c. l. c. IV.* Quibus ſi quid de ſtatu noſtrorum Tractuum addendum eſt, familiariſimi nobis ſunt Venti Occidentales & Zephyro-Boreales, unde & ædificia noſtra illis partibus, quibus plagas iſtas ſpectant, citius ruinam ſentiunt, quippe injuriis majoribus iſthinc obnoxia. Confer. infr. *C. III. P. III. §. IV.* ubi de Portuum Britannicorum commoditate.

IX.

Huc referimus etiam Ventos, qui in Maritimis quibusdam Regionibus

nibus non certo anni tempore tantum; sed certis etiam singulorum dierum horis spirant; ac duûm generum esse deprehenduntur: Quidam qui à Terra ad litora spirant, quos Portugalli vocant *Terreinhos*, Belgæ, den Land-Wind. Alii à Mari ad litora, Portugallis *Viracons*, Belgis de Wind uyt de See. Sic in Litore Malabarico à mense Aprili usq; ad Septembrem ejusmodi Terreinhos s. Terrestres ab h. XII. Noctis usq; ad Meridiem sentiunt, à Meridie usq; ad XII. Noctis Viracons s. Marinos. In litore Novæ Hispaniæ Venti Terrestres de Nocte spirant, Marini tota die: Idem usu venit in Regno Congi & Provinciis ad Lopo Consalvo.

X.

Ecnephiæ deniq; sunt Venti Subitanei, qui summo cum Impetu è nube prorumpentes, sursum deorsum omnia vertunt. A Portugallis *Travados* dicuntur: Frequenter sentiuntur in Oceano Atlantico inter Brasiliam & Africam, ad Gvineam sub Æquatore, ad Loango, ad Caput B. S ad Terram de Natal, ad Promotorium Gvardafuy. Portugalli antequam sufficienti Oceani Noticia instructi essent, & inveniendis circa C. B. S. & Africæ Promontoria novis Regionibus operam darent, hujus repentini Venti Truculentiam magno navium hominumq; interitu non semel experti sunt. *Vid. Joh. Petr. Maffeji Histor. Ind. L. I.* Memorabile est in monte quodam Promont. B. S. quem Belgæ den Tafelberg vocant, observari primo minimam Nubeculam; Sed mox totam operiri montis latitudinem: Quod simul ac Nautæ sentiunt, collectis velis à litore recedunt, & alto sese committentes inevitabilem alioqui tempestatem declinant. E montis vertice enim tam validus Ventus è vestigio emittitur, ut nulla tam bene compacta navis sit, quin impetu ejus obruatur. Nec alius generis esse videntur concitatissimi Turbines, quos subinde in Arabiæ desertis itinerantes, cumprimis qui Mecham abeunt, experiuntur, nimirum densa & atra nubes mixta cum flammeis nubeculis tenebras diei inducit, mox procella erumpit, cujus sævitia licet mox sedetur, rubram tamen arenam tanta copia in terram ac mare ejicit, ut Arabes asserant, integram sæpenumero Mercatorum Societatem, quam Caravanam vocant 6000. & amplius hominum Sabulosa hac tempestate obrutam sepultamq; sine ullo humano remedio una cum Camelis periisse. Sunt hæc famosa illa *Arenosi Maris* pericula, indeq; Arabum & Ægyptiorum Mumiæ fieri, corporibus illis obrutis ardore Solari exsiccatis, à nonnullis creduntur. *Vid. Lud. Vartomanum Itin. L. I. c. 12.*

Orka-

XI.

Orkanes, Typhones Latine diceres, sunt impetuosi venti cum celeritate per omnes mundi plagas circa locum aliquem vagantes. Nomen Indicum est Orankan, s. Forakan. Frequentissimi sunt inter Malaccam & Japoniam. Inter Navazam & Jamaicam Americæ Insulas talem aliquem expertus prolixe & accurate describit *Vincent Le Blanc. Itin. p. II. c. 21.*

XII.

Prope Guineam & sub Æquatore in mari Atlantico perpetua fere est *Malacia*, & motio aëeris nulla, nisi quam Ecnephiæ subinde cient. Quæ una è causis est, cur Gvineæ litora tanto pere fugiant, qui ex Europa in Indiam abeunt, vel ex India domum revertuntur. Nam sæpenumero integrum mensem hic hærent, antequam à litore in medium Oceanum abduci possint.

CAPUT III.
HYDROGRAPHIA.
PARS I.
HISTORIA MARIUM.

I. Scriptores Hydrographici veteres, ac recentes.
II Conspectus Hydrographiæ.
III. Distributio Generalis Partium Oceani.
IV. Specialior recensio earundem: Maris di Sargasso descriptio.
V. Archipelagi explicatio; Quæve loca Archipelagi nomine veniant: Maria à coloribus nominata.
VI. Sinuum Descriptio & Distinctio.
VII. Maris mediterranei Sinus aliæve Partes: Cur non intumescat, cum tamen tot fluvii se ipsi immittant? Polybii metus expensus de Palude mœoti & Ponto Euxino aliquando arena opplendis: Idem aliquibus locis tantum fluxum ac refluxum pati.
VIII. Maris Balthici nomen, sinus: Cur fluxu ac refluxu careat? Idem fere solum Succinum suppeditat.
IX. Maris Rubri nomen, Mare Zuph in Sacris; Ejusdem navigationes: Proventus Coralliorum in eodem: Conjunctio ipsius cum mari mediterraneo, item cum Nilo.
X. Sinus Persicus.

XI. Si-

XI. Sinus Lati.
XII. Mare Caſpium: Controverſia de Longitudine & Latitudine ejus.

I.

HYdrographia ſ. Deſcriptio Aquæ altera pars eſt Globi noſtri. Autores, qui digni quidpiam hoc præſtitere, ſunt in Hydrographia Veteri: *Claud. Barthol. Moriſotus* in Generali Hiſtoria Orbis maritimi ſeu Rerum in Mari & Litoribus geſtarum Ed. Divione Anno MDCXLIII. fol. *Thomas Rivius* Hiſtoriæ Navalis Antiquæ L. IV. Lond. MDCXXXIII. 8. *Joh. Scheſſerus* Tr. de Varietate Navium. Idem de Militia Navali Veterum Ed. Upſal. MDCLIV. 4. Extat etiam *Lilii Gregorii Gyraldi* de Re Nautica Libellus Tom. I. opp. ejus p. 571. & ſeqq.

In nova ac hodierna Geographia extant: *Georg. Fournier Hydrographia. Arcano del mare Ruberti Dudlei* Ducis Northumbriæ. Conſtat Libris VI. Tom II. Ed. Florent. MDCLXI. fol maj. Libro VI. qui abſolvit totum Tom. II. continentur Tabulæ Hydrographicæ. Zee-Atlas uffte Beſchrynvinge van alle de bekandte Zee-Kuſten des Aerdrycks door *Arnold Colom* Amſtelod. fol maj. *Henrici Donckers* Zee-Atlas Amſtel-MDCLX. fol *Tom V. Atlantis Janſonii* Ed. MDCL. Titulo Hydrographiæ, die Waſſerwelt. *Ricciol.* Geogr. Gen. L. X. quem vocat Hydrographicum. *Athanaſii Kircheri* Mundi Subterranei. P. I. L. III. *Marini Merſenni* de Hiſtiodromia. *Petri Herigonii* de Hiſtiodromia in Tom. IV. opp. Mathem. *Willibrodii Snellii* Tiphys Batava, *Barthol. Creſcentii* Nautica Mediterranea Ed 1602. Nauticam Indici Maris exhibet *Hiſtor. Navig. Ind. T. II. in Append. Joh. Twiſts Deſcript. Regni Decam. p. 84. & ſeqq.*

II.

Materies, in qua potiſſimum hic verſabimur, erit Oceanus, Magna illa Aquarum congeries, quæ Terram interluit. Nam totam Terram Aquis interlui dubitari non potuit, ex quo ipſam circumnavigari poſſe compertum fuit. Ejus conſiderabimus Partes Extantiores, ſ. Maria Particularia, tum Sinus, Freta, Portus, etſim. Deniq; ipſorum Fluviorum Notitiam adjungemus: Certi quippe omnes Fluvios in Mare defluere indeq; reverti, ut iterum fluant: *Eccleſ. l. VII. C. III.* Ad Nominis illuſtrationem pertinet præter communem Oceanum ſeu mare recenſeri: *Mare Arenoſum* in Arabia deſerta de quo dictum *c. II. §. X. Mare Igneum*

Igneum, in arenosis Ægypti locis, quæ Aquæ cujusdam ardentis speciem referunt. *Cum Damiata solvissemus & studiose contemplaremur loca arenosa, videbantur nobis aquæ cujusdam ardentis speciem præbere, & adeo resplendere, ut materia viri in fornace accensi oculorum aciem perstringere solet. Credebamus initio lacus aliquos ardere, cumque Arena solibus excocta valde sit levis & fluida, ad quemcunque levioris venti afflatum ita commoveatur, ut quasi fluctus quidam ardentium undarum à longe intuentibus exurgere videantur.* Itiner. Princ. Radzivil. *fol.145. Mare Gramineum* seu *Mare di Sargasso*, de quo *seq. §. IV.*

III.

Partes extantiores Oceani nominamus maximos ejus Tractus, quos Tabulæ & Globi repræsentant: *Mar del Nort.* s. Oceanum Atlanticum, illum Tractum Maris, qui inter Veteris Orbis Litus Occidentale, & Novi Litus Orientale situs est: Quanquam à plerisque etiam strictius accipiatur, ut *Oceanum Æthiopicum*, dicant partem memorati *Maris del Nort*, quæ cis Æquatorem est, & *Oceanum Æthiopicum*, partem ejus, quæ trans Æquatorem est. 2. *Mar del Zur*, s. Mare Pacificum inter Americam & Asiam situm. 3. *Mare Indicum*, quod inter Africam & Latronum Insulas, extremam Asiæ partem, collocatum est.

IV.

Maximi hi Tractus ratione variarum *Regionum*, quas alluunt, diversas Denominationes sortiuntur. Sic Mare del Nort, qua maxime Boreale est, vocatur *Oceanus Septentrionalis, Glacialis, Hyperboreus*:

Medio loco inter Norvegiam, Islandiam, & Magnam Britanniam *Oceanus Deucaledonius:*

Inter Magnam Britanniam, Germaniam & Belgium appellant *Oceanum Germanicum*; Belgæ de Noordzee.

Inter Galliam & Magnam Britanniam, *Mare Britannicum.*

Inter Hiberniam & Magnam Britanniam, *Mare Hibernicum.*

Juxta Aquitaniam est *Oceanus Aquitanicus.*

Juxta Gallæciam, Asturiam, Biscajam, utpote Veterum Cantabrorum loca, *Oceanus Cantabricus.*

Partem Maris del Nort trans Æquatorem sitam diximus vocari *Oceanum Æthiopicum.* Quo pertinet celebre *Mare di Sargasso*, ita dictum à Portugallis, quod non procul *Capo Verde* juxta Insulas *Capo Verde* incipit & à 20. lat. Bor. ad 34. lat. Austr. extenditur. Color hujus Maris viridis apparet, qui tamen ipsius Maris non est, sed Herbæ cujusdam exiguorum

rum foliorum & Nasturcio similis: Cujus folia adeo dense & continuo tractu incumbunt Oceano, ut ipsa Aqua vix conspiciatur, & nautis sæpe multum negotii faceſſatur, qui Mare hoc transire non possunt, nisi mediocri aliquo vento juventur. Describitur *Hist. Navig. Belg. P. I. n. 2. p. 3.* & ex ea à *Varen. L. I. p. 163.* Quod tanto minus mirum, cum alibi etiam ejusmodi seu Marina seu Submarina reperiantur Prata: de quibus *V. infr. cap. VII. §. ult.*

In *Mari Pacifico* occurrunt *Oceanus Peruvianus*, *Oceanus Chilensis*, & prope Asiam *Oceanus Chinensis s. Sinicus.* Ejusque Pars forte etiam *Mare Tataricum* erit, in extrema Asia Tatariam alluens.

In Mari Indico est *Mare Arabicum* Arabiæ adjacens, *Mare Lantchidol* inter Insulas Indiæ Orientalis & Novam Hollandiam collocatum, &c.

V.

Ab *Insulis, quas Mare interluit*, natum nomen *Archipelagi*, h. ejusmodi Partis Maris, quæ multis Insulis intercipitur. Sic est Archipelagus Maldivarum, *Archipelago di Maldivas*, olim Hippadis Mare, complexus Insularum Maldivarum, seu Mare Insulas hasce interluens; *Archipelagus S. Lazari*, Mare Insulis Indiæ Orientalis interceptum; Et Archipelagus, *Archipelago* in specie, olim Mare Ægeum, Pars Maris Mediterranei inter Insulas Græciæ, Thraciæ, Asiæ Minoris adsitas, labens. *Archipelagum d' Andemaon, seu Andreman* vocari Minores Insulas in *Sinu Gangetico s. Golfo di Bengala* Sumatram usque discimus ex *Vincent. Le Blanc. Itin. p. I. c. XV.* Extant etiam à Coloribus sumpta Marium Nomina, ut *MARE RUBRUM*, quo Nomine appellatur. I. Notus iste Sinus inter Ægyptum & Arabiam. II. Quicquid Maris est inter Californiam & Continentem Americæ, alias Lingva Hispanorum *Mare di Vermejo. Mare Nigrum*, & Turcarum Lingva *Mauro thalassa & Mare More*, h. Pontus Euxinus. *Mare Album* I. Archipelagus *ap. Joh. Barros L. IV.* II. Sinus Latus juxta Russiam. *Mare Viride* s. Sargasium, juxta Capo Verde; Sed plenior horum explicatio alibi fit in hoc Capite, ideo Nomina hic indicasse satis erit.

VI.

Partes Maris curvo Litore interceptas vocant *Sinus*, Italice *Golfo*: Quos duûm Generum constituunt, *Oblongos & Latos*. Sinus Oblongi sunt *Mare Mediterraneum, Mare Balthicum, Mare Rubrum, Mare Persicum, Sinus Coreensis, & Mare di Vermejo*, s. Sinus Californiæ.

VII MA-

VII.

MARE MEDITERRANEUM Europam à Borea, Africam ab Austro, Asiam ab Oriente habet: Belgis de Middellandsche Zee. De quo notamus I. Ipsum Sinus alios minores, sed æque celebres emittere: Oblongos quidem I. Adriaticum, quem & *Mare Adriaticum* vocant, Italice *Golfo di Venetia*, Venetorum Jurisdictione comprehensum, quem ideo & injecto Anulo sibi quotannis despondent. V. *infr. P. II. c. XII. §. IV.* II. Tarentinum, hodie *Golfo di Taranto*, in Extrema Italia prope Mare Adriaticum situm. III. In Mari Ægeo Sinum Thessalonicensem, *Golfo di Salonichi*. Adjecerimus etiam IV. *Propontidem*, alio nomine Mare de Marmora, Sinum per Hellesponti fretum Mari Mediterraneo participantem. V. *Pontum Euxinum* mediante Bhosphoro Thracico Propontidi annexum; Qui ipse etiam alium non ignobilem Sinum format, Sinum Nigropolitanum, vulgò, *Golfo di Nigropoli*, qui simul Freto *di Caffa*, & Palude Mœoti Chersonesum Tauricam efficit. VI. *Paludem Mœotim*, s. Mare delle Zabache, quæ cum Ponto Euxino per Stretto s. Fretum di Caffa cohæret. Deinde Latos seu hiantes duos in Litoribus Africæ apud Veteres Syrtium nomine celebres: *Syrtim Majorem* vocant magnum istum Sinum inter Marmaricam & Regnum Tripolitanum; *Syrtim Minorem*, hodie *Golfo de Capis*, Sinum inter R. Tripolitanum & Tunitanum interceptum.

Gæteræ Partium Maris Mediterranei appellationes à Regionibus, quibus adjacent, oriuntur. Sic vocatur *Mare Ibericum* juxta Granadam Hispaniæ, *Balearicum* inter Baleares Insulas & Cataloniam, *Gallicum*, qua Galliam alluit, *Ligusticum* juxta Remp. Genuensem: *Sardoum* inter Baleares & Corsicam ac Sardiniam; *Tyrrhenum* inter Corsicam, Sardiniam, Siciliam & Italiam; *Jonium* juxta Sinum Adriaticum & Tarentinum situm, *Africum* in Litoribus Barbariæ, usque ad R. Tunitanum. *Libycum* à Syrte Majori usque ad Ægyptum; *Ægyptium* juxta Ægyptum; *Syriacum* ad Terram Sanctam & Syriam; *Pamphilium* inter Cyprum & Asiam Minorem; *Ægeum*, qua innumeras illas Insulas juxta Græciam interluit, hodie *Archipelago*; *Creticum* denique inter Archipelagum & Cretam, hodie *Mare di Candia*.

II. Miraculi loco est, quomodo Mare hoc undecunque conclusum, & non nisi per strictissimum Fretum Gaditanum Oceano pervium, atque tot ingentibus Fluviis Bæti, Ibero, Rhodano, Tiberi, Pado, Nilo &c. in id sese exonerantibus, magis magisque non intumescat; Cumprimis quia accedit perpetuus & constans Ponti Euxini per Propontidem in Archipelagum, & hinc in Mare Mediterraneum Influxus: Cum omnium

experientia constet Pontum Euxinum celeberrimis totius Europæ Fluviis, Danubio, Borysthene, Tanai, impulsum per Angiportus Byzantinos perpetuo, sine ulla spe reditus devolvi: Nam inde sine dubio fit, ut qui per Archipelagum Constantinopolim petunt, sentiant manifestam & sensibilem Maris resistentiam: Contra Constantinopoli in Archipelagum solventes, veluti secundo vento semper deferantur sine ulla Maris repugnantia, nisi quam contrarii venti subinde concitant. Præterea accedit Oceanus Atlanticus, qui dum intumescit, in illud magno impetu se exonerat. Itaque cogitatum fuit ipsum, dum per ostia aperta sese exonerare nequit, id præstare per abditos quosdam & subterraneos meatus, quibus fortean in Mare Rubrum, & alio se exoneret. Sic enim & *Mare Mortuum*, quod perpetuo influxu Jordanis alias augetur, se exonerare autumamus. V. *infr. P. IV. hujus cap.* §. *XXIII.* Item *Mare Caspium* in quod maximus Fluvius Volga exit. *V. seq. §. XII.* Conf. *Kirch. Mund. Subterr. L. II. c. XIII.*

III. Singulare est, quod de *Palude Mœoti & Ponto Euxino* olim Prudentissimus Historicus Polybius metuit, ambos aggestione Arenarum tandem oppletum, eoque navigationi ineptos redditum iri: *Dicimus & olim & nunc locum illum obrui atque adimpleri, tandem etiam penitus iri oppletum, Mœotim, inquam, & Pontum: Manet qvippe idem Status locorum illorum & causæ aggestus illius continuo operantur: Quando enim tempus quidem infinitum est, alvei verò certis planè finibus circumscripti, perspicuum est, etsi vel minimum est, quod invehitur, futurum tamen tandem aliquando ut impleantur. Ita enim natura comparatum est, si finitum aliquid tempore infinito nascatur aut denascatur, etsi minimum est, quod fit quotidie, necesse est ut illud ad destinatum finem perveniat. Nunc vero cum non parum, sed longe plurimum limi aggeratur, perspicuum est, non aliquando, sed cito eventurum, quod modò à nobis dictum est, &c. Histor. L. IV.* Sed ipse profitetur, se rationibus uti, quarum fides non exmercatorum narrationibus, sed ex accurata rerum naturalium contemplatione pendeat: Quod quid aliud est, quam rationibus uti sine experientia, quæ nimis incerta in rebus naturalibus progrediendi ratio est. Sensit idipsum Insignis Vir Busbequius, ideo cum contrarium propriâ experientiâ didicisset: *Illud nefas reticere*, inquit, *valde falli Polybium variis argumentis colligentem fore, ut labentibus annis Pontus arenarum cumulis ita exaggeretur, ut propter illuviem, quam Danubius, Borysthenes aliaque flumina in ipsum invehunt, navigationi redda-*

reddatur inutilis : Neque enim hodie pilo minus navigabilis Pontus est, quam fuit olim tempore Polybii. Sic sæpe sententias, quæ nullis rationibus refelli posse videbantur, dies atque usus refellit. Quis olim ratiocinantibus inhabitabiles esse Terras sub Zona Torrida non assensit? Cum tamen satis constet ex narratione eorum, qui ea loca adierunt, haut fere minus eas, quam alias habitari: Quinimo eo ipso tempore, cum iis Sol est altissimus, radiosque ad perpendiculum in terram demittit, æstum tum maxime pluviarum perpetuitate, quibus ea loca adumbrentur, refrigerenturque, temperari. Epist. Turc. 1.

IV. Denique notatu dignum est ipsum in *Sinu Adriatico*, *Freto Siculo*, *& Portu Tunitano*, quem *Goletta* vocant, Fluxum quidem & Refluxum efficere satis validum, in aliis verò ejus Partibus, ut in Hispaniæ, Galliæ, Italiæ & Africæ quibusdam Litoribus vix sensibilem esse, Unde factum, ut Græcis plane ignotus fuerit hic Fluxus & Refluxus, uti etiam Romanis tempore Scipionis Africani; Et Græci pariter ac Romani, quando in aliis locis eum sentiebant, ipsum miraculi loco habuerint, ut constat ex oppugnatione Carthaginis à Scipione facta. Causam ejus reddere conatur *Kircher. Mund. Subterr. L. III. p. 151.* Nauticam Mediterraneam edidisse *Barthol. Crescentium. §. 1.* annotavimus. Extant etiam *Deliciæ Transmarinæ seu insignium aliquot Maris Mediterranei Insularum, Portuum ac Maritimorum Oppidorum descriptio* ed. *Casp. Ens.* Col. 1610. 8.

VIII.

MARE BALTHICUM, die Oost-See/ olim *Sinus Codanus*, ab Australi latere habet Megapolim, Pomeraniam, Cassubiam, ab Orientali Borussiam, Curlandiam, Livoniam, Finlandiam &c. A Borea Lappiam & alias Sveciæ partes.

I. Nomen habet à Veteri Titulo Germanico, quo Proceres *Balthos* vocarunt, die Gewaltigen: Unde *Mare Balthicum*, das Meer der Gewaltigen. Similes Tituli erant *Cheldorum* der Helden/ cujus reliquiæ adhuc in Fortalitio Comitatus Mansfeldici, Heldrungen; Et *Amalorum* h. cœlestium, ab Amal Himmel/ unde Fœmininum nostrum *Amalia* h. Cœlestis. *Conf. Not. Dign. Diss. X. c. I.*

II. Tres Sinus Secundarios non ignobiles alit: 1. *Sinum Botnicum* Lapponia, Finlandia & aliis Sveciæ Partibus conclusum. 2. *Sinum Finnicum* Finlandia & Livonia interruptum. 3. *Sinum Livonicum* inter Livoniam & Curlandiam situm. Quibus adhuc accedunt minores duo Sinus oblongi, das frische Haff/ ad cujus ingressum *Pillavia*, & *Sinus Curonen-*

ronenſis, das Curiſche Haff / ad cujus ingreſſum *Memelia*; Et Sinus latus der Putzker Wyck / juxta Caſſubiam.

III. Totum Mare Balthicum fluxu ac refluxu caret: Quod tamen non tantum cum plerisque Sinubus, ſed toto tractu Maris Septentrionalis ultra M. Britanniam & Norvegiam, ac Borealioribus partibus Maris Pacifici ipſi commune eſt. Cauſa adhuc in abſcondito eſt: Conati tamen alicubi fuimus ex generali natura fluxus ac refluxus Maris aliquid ejus eruere, de quo hic dicendi locus non eſt.

IV. Celebre eſt copia Succini, quam ſuppeditat, quod nullum aliud Mare fere habet. Quanquam in Litoribus quibusdam Hiberniæ etiam ejusmodi quid non ita pridem obſervari cœperit; atque etiam ad Ripam Viadri noſtri juxta pagum Schaumburg / haut procul Cüſtrino ejus fruſtra non pauca reperire ſit, ne alia loca attingamus. V. plur. *ſeq. C. X.*

IX.

MARE RUBRUM, ſeu Sinus Arabicus, communiter *Mar di Meca*, ex Oceano Indico fluit, ad Aden Urbem & Africæ Promontorium (ab aliis usque ad Capo de Gvardafuy extenditur,) & inter Africam verſus Occidentem & Arabiam verſus Orientem decurrens ſiſtitur ad Urbem *Suez*, ubi Statio Claſſis Turcicæ eſſe ſolet: Fretum ejus vocatur *Babelmandel:* De eo notamus.

I, Nomen habere credi vel ab adjacenti arena Rubra, quæ Aquæ mixta ipſi ruborum quendam inducat. *Vid. Barrium Aſiæ Decad. 2. L. I. c. I. Epiſt. ad Emanuel Regem. B. Parentem meum in Origg. L. L. voce Erythræum*; Vel, quod Curtius autumat, ab Erythra Rege; ἐρυθρὸς enim Ruber eſt: Eſſe autem haut procul continenti Inſulam Palmis frequentibus conſitam, & in medio fere nemore Columnam eminere, Erythræ Regis monumentum, literis gentis ejus ſcriptam. *Vid, Curt. L. X. c. I. & Freinshem. Nott. in Curt. L. IIX, c. IX. Plura V. ap. Fuller. Miſcellan. L. IV. c. XX.* Sed recentiorum probabilior de hoc nomine opinio eſt, illud à Planta in Mari hoc copioſiſſime naſcente venire, *quam Zuph & Zupha* Æthiopes vocant, quæque non tantum inter delicias ciborum in illis tractibus reponitur, ſed etiam gratiſſimo rubore, tum in re cibaria, tum in pictoria ſe paſſim commendat. Quo etiam trahunt appellationem *Maris Ziph*, qua Mare Rubrum in Sacris aliquoties venit. Alias Criticorum Diſputt. De Amplitudine Maris Rubri, an ad Gangem usque ſeſe extendat etſ. *Vid. in Commentatoribus Curtii ibidem.*

II. Na-

II. Navigationes ejus periculosæ habentur propter innumeros scopulos, Tractus arenosos, Algam & exiguas Insulas inprimis v. inter Cameran & Babelmandel, fretum Maris Erythræi. Vid. *Le Blanc. Itiner. P. I. c. IV. p. 18.*

III. Idem Coralliorum ferax est, qvæ integris silvis inde prodeunt, Arboribus ceraso nostra non minoribus, immo in tantam subinde altitudinem excrescunt, ut extra ipsam Pelagi superficiem cornua non sine navium impedimento & periculo extollere videantur, nec in uno aqvæ loco, aut in exiguo aliqvo tractu, sed in pluribus ejus locis & tractibus ad aliqvot milliaria exporrectis reperiuntur. *Conf. infr. c. X.*

IV. De conjungendo Mari Rubro & Mari Mediterraneo Imperatores Turcici & Ægypti Sultani non una vice consilia agitarunt, ut vel Nilum Mari Rubro conjungerent, indeqve in Mare Mediterraneum navigatio institui posset, vel ipsum qvoq; Isthmum, qvi utrumq; Maris disjungit, perfoderent; Sed irrito hactenus Successu. Causam plerique reddunt, qvod Indici ac Rubri Maris major altitudo deprehensa sit, qvam Mediterranei & Litorum adjacentium, eoq; metuendum fuisset, ne Aqva è Rubro Mari in Mare Mediterraneum influens illorum Litorum regiones, inprimis v. Ægyptum obrueret, de cujus humili situ omnes consentiunt. Atq; hanc ob causam priscum Sesostrim absti-nuisse tali proposito, dissvasum à Sacerdotibus veteres Historici tradunt: Qvos tamen frustra fuisse ex *Kirchero* discimus, causante ea Hydrostaticis Principiis & Archimedæis demonstrationibus, de iis qvæ vehuntur in Aqvis, aperte repugnare; Autumatq; errorem inde provenisse, qvod euntibus versus Mare Rubrum, idq; ut plurimum per clivosas & editiores partes, Ægyptus humillima appareat, unde error & illusio Opticæ & Hydrostaticæ ignaris facile obrepere potuerit. *Vid. Oed. Ægypt. Synt. I. c. IIX.* Nos alias adjicimus intermissi hujus Consilii rationes: I. Qvia negocium hoc magni longiq; laboris & infinitorum sumptuum foret, cum Isthmi minima Latitudo XL. Milliarium Germanicorum sit, terra v. petrosa & aggeres ducendi essent, non sine peritorum artificum industriâ, qvibus caruerunt Turcæ & Sultani. II. Ex Freto hoc plus commodi & Lucri in Christianos Italos, Venetos, Gallos & Hispanos, qvam in Sultanorum Provincias redundaret: Sienim Christiani per Fretum illud navigarent ad Persiam atq; Indiam, iidem redeuntes preciosas illas merces Persicas & Indicas inde adveherent, qvas Turcæ per ditiones suas camelis vehi malunt, & inde vectigalia colligere. III. Qvod Turcæ Christianos

ſtianos in Re Nautica prævalere ſciant, eoque metuant, ne fretum illud & adjacentes regiones ipſamque Medinam & Meccam invadant. *Vid. Varen. L. I. c. XIII. p. 140.*

V. Aliud fuit Conſilium Proregis Indici *Alphonſi Albuquerquii*, qui, ut Ægyptum Turcis ſterilem ac infructuoſam redderet, Nilum ab Ægypto avertere conſtituit, ducto alveo ex Abaſſia (per quam Nilus fluit antequam in Ægyptum veniat) in Mare Rubrum: Ut ſi Nilus altior fuiſſet Mari Rubro, ille in hoc influxurus & Ægyptus ita inundatione ejus deſtituta exaritura; Aut ſi Mare Rubrum altius futurum fuiſſet Nilo, hoc in illum ſe exoneraturum & Ægyptum Aquis obruturum fuiſſet. Verùm immortuus fuit huic negotio, ideò res infecta manſit. Vid. *Joh. Barros ſæp. cit. Deſcr. Aſiæ.*

X.

SINUS PERSICUS ſ. Mare Perſicum inter Arabiam ab Occidente & Perſiam ab Oriente decurrit: Alio nomine *Mare Elcatif* dicitur, & Fretum ejus *Baſora*. Celebris eſt adiacenti Inſula Ormux: Fluvios recipit paucos, præter Euphratem & Tigrim jam ante conjunctos. Deſcribitur in Itinerario: *Thomæ Herbert. p. 38. Sinus Coreenſis ſ. Golfo de Nanquin* Corea & Borealibus Chinæ partibus intercipitur. Addidimus *Sinum Californiæ* ſeu *Mardi Vermejo*, ſed potius ut plerisque Tabulis ſatisfaceremus, quam ut revera Sinum eſſe arbitraremur. Conſtat enim Recentiorum Obſervationibus Californiam non Peninſulam ſed Inſulam eſſe, eoque Mare ipſam interluens non Sinus, ſed Freti nomine appellandum. Vid. de California *Tab. de Witt. & Tab. Amer. Septentr. adnexam Itinerario Th. Candish. p. 50.*

XI.

SINUS LATOS ſ. HIANTES numeramus. 1. In Aſia, *Sinum Gangeticum ſ. G lfo di Bengala*, Receptione Gangis cumprimis celebrem, isq; terminatur litore Coromandelico, India, Pegu, Siam, Malacca &c. 2. Inter Malaccam & Cambojam. 3. In Europa juxta Ruſſiam *Mare Album*, Dvvinæ Fluvii Receptione & celeberrimo Ruſſiæ Emporio *Archangel* celebre. 4. In America *Sinum Mexicanum*, qui inter Americam Septentrionalem & Meridionalem decurrit & terminatur Iſthmo Panamæ. 5. *Mare Hudſonii* in America Septentrionali juxta Novam Franciam effuſum, quod terminatur Eſtotilandiæ. 6. *Sinum S. Laurentii* inter Canadam, Novam Franciam & Terram Novam.

XII.

MARE CASPIUM ſ. Hyrcanum, alias *Mare de Sala ſ. de Bachu*, huc

huc etiam pertinebit, Lacus tamen nomine potius quam maris appellandum, quia Oceano manifesto ductu non adhæret, nisi cum Ponto Euxino & Mari Persico per occultos Cuniculos cohærere putes, quod ingeniose probat *Kircher. M. Subt. L. II. C. XIII.* Idq; evidenter arguunt maximi fluvii, quos recipit, è quibus Volgam à Borea, Chesel s. Jaxartem & Oxum ab Oriente nominari satis erit, *Conf. præced. §. VII. n. 2.* De Longitudine & Latitudine ejus nostro tempore controversia mota *à Cl. Oleario Itiner. p. 91.* qui cum Scaligero contra Veteres, XC. Milliaribus Latum & CXX. Longum dicit, ratus Mare hoc non ab ortu in occasum, sed à Meridiè Boream versus extendi. At frustra ipsum esse, ostendit insignis Vir Js. *Vossius in Pomp. Melam. L. III. c. V.* causatus Olearium tantum Occiduam Maris Caspii partem explorasse, nempe Litus ab Ostiis Volchdæ s. Volgæ usq; ad Ferabath oppidum, quod non Longitudinem, sed summam Latitudinem Maris efficiat, idque cum Geographia Nubiensi & aliis bene congruere, qui VII. dierum navigationem Latitudinem hujus Maris emetiri scribunt; Nec Longitudinem Maris perlustrasse Olearium, sed præter alios *Antonium Jenkinson* Anglum ante C. circiter annos, qui totum Litus Boreale ab ostiis Volgæ ad Jaxartem enavigaverit; Eumq; testari hoc Mare exporrigi ad CC. Leucas Germanicas, cum Olearius tantum XC. numeret: Eundem ab Ostiis Volgæ ad Promont. Boglatan numerare LXXIV. Leucas; In Tabulis Olearii verò ne dimidiam portionem hujus Intervalli exprimi, indeque apparere, illum mediam partem Maris Caspii amputasse & Terræ attribuisse. *De magnitudine hujus maris quæ Scaliger refert absurda sunt, ac nescio unde hauserit, si quidem non sunt apud Josaphatum Barbarum unde cætera descripsit. Dicit totum mare Caspium circumnavigari duodecim diebus, ac reprehendit Herodotum, quod scripserit mare id longum esse quindecim, latum verò octo dierum navigatione. Sed profecto, si longitudinem hic accipias pro maxima maris extensione, aut non erravit Herodotus, aut parum admodum. Verum si longitudinem accipias pro spatio, quod est inter Jaxartis fluminis ostia, & Circassorum littus, jam nimia erit mensura. Scaligerum tamen secutus est nuper itinerarii auctor Adamus Olearius, qui maris hujus partem perlustravit, ac fuse descripsit. Ego licet plurimum oculis ac novissimis tribuam observationibus, hic tamen ad priorum cogor redire sententiam. Nam quod ait mare hoc extendi, non ab ortu in occasum, sed à meridie boream versus, in eo omnino fallitur. Occiduam tantum maris Caspii partem exploravit, nempe*

littus quod ab ostiis Volgæ usque ad Ferabath oppidum dirigitur, ac summam maris latitudinem efficit. Intervallum hoc componit cum centum viginti leucis Germanicis. Hæc mensura convenit satis bene cum illa Herodoti. Navigationem namque unius diei Græci includunt stadiis quingentis. Octidui itaque navigatio efficit stadia quater mille, quæ conficiunt leucas Germanicas centum viginti quinque. Convenit quoque Geographus Nubiensis qui septem dierum navigatione latitudinem hujus maris emetiri scribit. Nempe spatium quod est à promontorio Tabrustan, in extantissimum Nagaiæ promontorium, ideoque unum diem abstulit. Longitudinem maris non perlustravit Olearius, sed perlustrarunt cum alii, tum quoque Antonius Jenkinsonus Anglus, ante centum circiter annos, qui totum littus septentrionale, quod ab ostiis Volgæ ad Jaxartis ostia extenditur, enavigavit. Scribit is mare hoc porrigi ad ducentas leucas Germanicas, cum Olearius non ultra nonaginta leucas numeret, adeo nempe spatia & intervalla omnia contraxit. Ob ostiis Volgæ ad Boglatun promontorium numerat Jenkensonus LXXIV. leucas. At vero in tabulis Olearii, ne dimidia quidem portio hujus intervalli exprimitur, unde apparet illum mediam partem maris Caspii amputasse, & terris adtribuisse. Scaliger vero non illo contentus, etiam tribus minimum quadrantibus mare hoc multavit, ut facilè colligere poterunt, qui non omnino sunt geometriæ ignari. Quam bene ex superioribus, ut puto, satis liquet. Maneat itaque hoc mare porrectum ab ortu in occasum, si non ad quindecim dierum navigationem, saltem ne in tam arcta spatia, atque Olearius aut Scaliger fecere, constringatur ejus longitudo. Non veteres tantum, sed & Arabes in eo conveniunt. Quod autem in mensura non conveniant, id eo evenit, quod minus exploratum habuerint latus septentrionale. Non displicet Eratosthenis mensura, verum ita, uti est apud Strabonem, non apud Plinium, cujus numeri ex Strabone emendandi, alias ne sibi quidem ipsi constaret Plinius. Eratosthenes vero partis sibi compertæ mensuram prodit stadiorum 12600. sive millium passuum, 1575. ut habet Plinius. Verum hic deest spatium quod ab ostiis Volgæ sive Rha fluminis usque ad Jaxartem excurrit. Huic si juxta Jenkensonum tribueris centum sexaginta sex leucas Germanicas, habebis totum maris Caspii ambitum leucarum quingentarum ferè & sexaginta.

PARS II.

HISTORIA FRETORUM.

I. De Fretis generalia.
II. Fretum Magellanicum; Magellani fata, Navis Victoria.
III. Fretum Le Maire, ejusq; cum Fr. Magellanico comparatio.
IV. Fretum Davis ac Hudsonii; Rationes dubitandi, cur transitus per Americam Septentrionalem in mare Pacificum expectari non possit?
V. Fretum Weygats: Belgarum circa illud conamina: Pontani de continuandis hisce conaminibus consilium.
VI. Fretum Anjan.
VII. Fretum Gaditanum.
IIX. Fretum Siculum, Morgana, Scylla, Charybdis.
IX. Hellespontus, Bosphorus Thracicus, Bosphorus Cimmerius.
X. Freta Danica & Anglica.
XI. Freta Sinuum aliarumq; partium Maris Indici.

I.

FRetum est Pars Oceani inter duas Terras angusto Tractu decurrens & duo Maria connectens, Italicè *Stretto*. Potiora Freta sunt, *Fretum Magellanicum*, *Fretum Le Maire*, *Fretum Davis & Hudsonii*, *Fretum Weygats*, *Fretum Gaditanum*, & cætera, quæ conspectus propositus jam exhibuit.

II.

FRETUM MAGELLANICUM Oceanum del Nort & Mare Pacificum connectit: Ad Septentrionem habet Chicam Americæ Provinciam; Ad Austrum Terram del Fuego. Longitudine est CX. Milliarium; Latitudine Mill. duorum, unius, aliquando & Quadrantis tantum. Detectum fuit à Ferd. Magalianes seu Magellano Nobili Portugalio, qui militaverat Albuquerquio in India Orientali, & cum certo Stipendio in familia Regia aleretur, illudque dimidio Numi Aurei per Mensem augeri contendens repulsam ferret, relicto Emanuele Rege Portugalliæ ad Carolum V. Imperatorem nostrum eundemque Regem Hispaniæ se contulit, hortatus ipsum, Insulas quas Moluccas appellant, ad Limites Castellæ pertinere & ab Emanuele contra pactionem factam usurpari, solumve restare viam, quæ ex Occidente eo ducat, quærendam; Cui Cæsar ab aliis confirmatus paruit, Ejusque auspiciis emissa Classis V. Navium præfecto Magellano A. MDXIX. X. Aug. Itaq; inventum fuit

Fretum, à Magnanimo Magellano adhuc nomen ferens, & Litus Australe *Terra del Fuego* dictum, ab ignibus ibi visis. Superatum est A. MDXX. XXVIII. Novemb. Magellanus vero indigno tantis conatibus exitu, in Insula Latronum Subut, cum Regi Insulæ contra finitimum alium auxilium ferret, per insidias occisus est: Solaq; è quinq; istis *Navis Victoria*, post emensum Mare Pacificum, per Mare Indicum & Atlanticum ANNO 1522. Nauclero Joh. Sebastiano Cano Hispalim rediit, ubi etiamnum ostenditur, Dignissima, quæ Viri Doctissimi tale Elogium auferret:

Prima ego velivolis ambivi curribus orbem,
Magellane *novo Te Duce ducta Freto:*
Ambivi, meritoq; vocor Victoria, *sunt mi*
Vela alæ, precium Gloria, pugna Mare.

Lites inde natas Cap. I. §. XIII. jam exposuimus; Veluti nec diffitendum est Magellanum communiter eo nomine inter Portugallos male audire. Magellanus offensione hujus Beneficii sibi eo tempore denegati commotus à Rege descivit, fidem violavit, Remp. in summum discrimen adduxit. Et cum Reip. injuriæ nobis tolerandæ sint, & Regum etiam, qui Reip. parentes sunt, offensiones perferendæ, & cum vita, quam Patriæ debemus, pro ipsius Patriæ salute ponenda sit, Vir audacissimus tantum dolorem ex parte unius Aurei dimidia, quæ quinque denarios conficit, sibi negata cepit, ut Remp. oppugnaret, Regem à quo fuerat enutritus, violaret, & patriam, pro qua morè debuisset, in discrimen adduceret; Res enim eò perducta fuit, ut periculosi Belli discrimen rebus communibus impenderet: Scribit *Hier. Osor.* aliaque permulta *L. XI. de R. G. Eman. p. 1053.* Describitur iter hoc in Epistola *Maximiliani Transylvani de Moluccis in Scr. N. O. p. 325.* Extat etiam Relatio Portugalli cujusdam ex Navi Victoria in *Ramus. T. I. p. 352.* Historiam omnium Navigationum quæ per Fr. Magell. susceptæ sunt editam habes cum *Anton. Herrera Novo Orbe Ed. Barlæo p. 75.* Delineatio Geographica Freti hujus extat *T. II. Navig. Belg. in Itinerario Spilbergii p. 20. Itinerario Oliverii* van Noordt *p. 22.*

III.

FRETUM LE MAIRE situm inter Terram Australem & Terram del Fuego, minus longum est quam Fretum Magellanicum, eoque multo breviorem viam ex Oceano Atlantico in Pacificum aperit: Distat ab Æquatore 54. gr. 30. m. Detexit illud A. MDCXVI. M. Februario Navibus Concordia & Hornia, *Jacobus Le Maire*, adiutus peritissimo Nauta Wilhelmo Cornelio Schouten, cujus Itinerarium habes *T. II. Navig. Belg.*

Belg. n. 18. adnexum Itinerario Georg. Spilbergen *p. 70.* Et cum eodem latine editum Titulo *Speculi Orientalis Occidentalisq; Indiæ Navigationum Georg. Spilbergen & Jac. Le Maire Ed. Lugd. MDCXIX.* 4o. Ipsum Fretum delineatum habes *cit. l. T. II. Navig. Belg. p. 80.* Primus post Jac. Le Maire illud transiit XI. Navibus, quas Classem Nassavicam vocabant, *Jacobus l' Heremite* Archithalassus Belgarum Anno MDCXXIII. Cujus Itinerarium hac de re extat *T. II. Navig. Belg. n. 19.* Notam fuisse ante Jac. Le Maire Navigationem Mexicanis & aliis Americanis Kircherus ait se oretenus à P. Didaco Bobadilla Procuratore Inss. Philippinarum audivisse: & addit eundem retulisse, se dum Mexicum transiret, ibidem Tabulam ante LX. Annos in Belgio Typis mandatam vidisse, in qua dictum Fretum Le Maire perfecte delineatum fuerit, sed sine nomine: Indeque multos suspicari Jacobum Le Maire aliquam hujus Freti Noticiam habuisse, atque ope hujusmodi Chartæ illud tandem detexisse, quod & initio Itinerarii ejus non obscure indicatur. Vid. *Kircher. L. II. de Arte Magnet. IV. Cap. I. p. 352.* Prærogativa ejus præ Freto Magellanico est, quod minus longum sit, eoq; nec tam diuturnis procellis obnoxium, quibuscum istud perpetuo fere colluctatur.

IV.

Hinc ad Freta Americæ Septentrionalis progredimur, *Davis & Hudsonii*, quippe quibus itidem viam aliquam per Mare Pacificum ad Indiam Orientalem detectum iri speratum fuit. Cum enim Navigationibus in Orientem ille sub Æquatore æstus per quam incommodus accideret, non absre visum fuit de alio itinere cogitari, quod per Septentrionem eo duceret, quodque nobis aëri Temperatiori assvetis gratius accideret. Et Anglorum quidem Natio per Americam Septentrionalem istiusmodi profectionem speravit & tentavit, quam probabilibus rationibus non destitutam fuisse discimus ex Dissertatione *Humfredi Gilberti* Equitis Angli ed. in Itinerariis *Th. Hackluyt T. III. p. 11.* Mox experientia rem gessere, primusq; Freta Americæ Septentrionalis lustrare agressus fuit *Mart. Frobisher* circa A. MDLXXVI. Cujus Itinerarium extat *cit. l. Th. Hackluyt p. 29. & seqq.* Secutus ipsum Joh. Davis A. MDLXXXV. tribus aliis Navigationibus *Fretum Davis* à se appellatum reliquit, sed nullum in Mare Pacificum transitum aperuit. Historia Navigationum ejus extat *c. l. Th. Hackluyt p. 98.* Continuavit hoc iter auspiciis Belgarum *Henr. Hudson Anno MDCIX.* sed nullo meliori successu, nisi ut Novum Fretum detegeret, & Novum *Sinum, Fretum & Mare Hudsonii* nunc

appellata. Cujus Itinerarium extat in *Itinerario Sam. Purchas P. III. L. III. C. XIV.* Deniq; ad desiderium Caroli I. Regis Angliæ rem iterum, sed Fato non meliori tentavit *Thomas James* Anno MDCXXXI. & MDCXXXII. solaque nomina Cambriæ Australis & Borealis additis Regionibus reliquit, Parti vero Maris Hudsonii nomen *Sinus Jamesii, James Bay.* Atqve ex eo res infecta mansit, Thoma James judicante Transitum isthac nullatenus sperandum esse: Cujus rationes hæ fere erant:

I. Glaciem, quo longius in Sinu Hudsonii procedas, eo firmiorem reperiri & ripæ tenacius adhærentem, si itaq; mare post Sinus & Freta ista extaret, glaciem istam vel imminutum iri, vel saltim minus tenaciter terræ adhæsuram.

II. Variationem Pyxidis Nauticæ juxta Capo Charles esse XXIX. Graduum, indeq; satis probabiliter colligi, quod multum Terræ versus Occidentem reliqvum sit.

III. Nihil Cetorum vel aliorum magnorum Piscium ibi reperiri, qui circa Freta hærere soleant.

IV. Etsi Transitus daretur, illum infinita glacie, quo proprio motu Orientem per Fretum Hudson petat, obsitum esse, eoq; navibus valde incommodum futurum.

V. Transitum hunc solo M. Augusto & Septembri tentari posse, & vero illo tempore loca ista Ventis Occidentalibus maximè urgeri. Itinerarium hujus Th. James editum est Lond. MDCXXXII. Cui etiam exactam Tabulam Geographicam horum talium adjecit.

V.

FRETUM WEYGATS q. das Weyhen Gat / *Sinus Milvorum*, Vid. *Martens Itinerarium* passim, alio nomine dictum *Fretum Nassovicum*, de Nassausche Straet / inter Samojedam & Novam Zemblam situm est, indeq; Belgæ ex Oceano Septentrionali s. Rusico in Mare Tataricum tendere conati fuerunt, eodem fine, qvo diximus Freta Davis & Hudsonii Iecta fuisse, ut navigaturi in Indiam Orientalem gravissimum Æstum Solis declinarent; Emisræq; hanc ob causam quatuor naves A. MDXCIV. qvæ Conditionem locorum Septentrionalium explorarent, Nauclero *Wilhelmo Barentz.* Cumq; circa Autumnum reverterentur, ac transitum isthac valde probabilem putarent, confirmantibus id cumprimis *Joh Hug. Linschotano*, qui interfuerat navigationi, & *Petro Plancio* celebri tum temporis Cosmographo, de novo Classis VII. Navium An. MDXCV.

MDXCV. emissa fuit Nauclero eodem *Wilh. Barentz*, Et summo Præfecto *Jac. Heemskerk:* Qua irrito successu reversa, cum maxima Glacies Freti ipsos nimium quantum impedivisset, concluſum quidem ab Ordinibus Belgii, ne publicis sumtibus iter hoc de novo tentaretur, concessum tamen Mercatoribus, ut negocium hoc suis sumptibus ulterius libere experiri possent, additumq́; non defuturam ex publico restitutionem expensarum & remunerationem largissimam, si quis illud iter felicit.ter expediret. Itaq; Amstelodamenses Anno 1596. suis sumptibus viam hanc de novo tentandam curarunt, emissis duabus Navibus præfectisq́; ipsarum iisdem *Jac. Heemskerck & Wilh. Barentz.* Qui ne frustra redirent summa cum patientia quidem in Nova Zembla hibernarunt, sed nihilominus re infecta Anno MDXCVII. redire coacti sunt, glacie L. & amplius Cubitorum ipsos immodice urgente, & ipso Wilh. Barentz in mediis laboribus moriente; Atq́ ex eo tempore Transitum hunc in desperati loco habuere. Consilia tamen pro continuando hoc negocio suggesit Joh. Isaac. Pontanus: I. Ut, more Emanuelis Regis Portugal. qui cum Indiam cogitaret, primum terrestri itinere ipsam explorari curabat, mitterent, qui à Samojedis, Tingœsis & Tataris Terræ ac Maris conditionem primo discerent. II. Navem eo mittendam, quæ in commoda statione inter Populos istos annis aliquot subsisteret. III. A Japania eodem profectiones suscipiendas. Addunt alii, forte etiam posse Novam Zemblam Mare liberius fore, nec transitum per fretum Waygats necesario requisitum iri. Ratio autem tantæ in Freto hoc glaciei obscura non est, cum immensam copiam ejus maximi Fluvii Obius & Jenisœa (de aliis enim quæ scimus incerta sunt) effundant, adeo ut in Freto hoc in L. etiam LX. cubitorum altitudinem excrescat, & grandes arbores sæpe numero secum trahat, qvo sine dubio fit, ut tantùm lignorum in Litoribus Waygats cernere liceat. Memoratas tres Navigationes Belgice descripsit *Gerhardus de Veer, Gerrit de Veer, Ed. Amstel. Anno MDXCVII. 4.* Easdem videre est in *Histor. Nav. Belg. T. I. num. 1.* Tabulam Geographicam habent ibidem *Navigatione II. p. 6. & III. p. 52.* Germanice reddidit *Levin. Hulsius Ed. Norib. MDXCIIX. 4to.* Pontani Consilium habes in fine *citt. Navig. p. 68.*

VI.

FRETUM ANIAN utrum sit nec ne dubium est: Creditur inter Americam Septentrionalem & Asiam situm esse, indeq́ ex Mari Tatarico in Oceanum Pacificum aditus patere. *Vareniu p. 122.* cum peritioribus

bus nautis illud inde verosimile esse putat, quod in Maris Pacifici ea parte, quæ inter Tatariam & Litora Occidentalia Americæ Septentrionalis jacet, DC. Milliaribus à Japania ad Americam fluxus Maris & motus sit à Borea ad Zephyro boream, etsi diversi vel ab alia plaga spirent venti; Centum vero milliaribus ante N. Hispaniam motum & fluxum illum plane cessare, idq; inde forsan fieri, quod feratur ad patens aliquod fretum ultra N. Hispaniam versus Boream situm: Deinde reperiri spacio DC. istorum milliarium multos Cetos aliosq; majores pisces, qui circa Freta hærere solent, ut probabile sit, eos ex Freto vel Mari Anjan in hanc Oceani Pacifici partem pervenire, cum in reliquis ejus partibus non reperiantur. Sunt tamen qui Vastum Mare inter Tatariam, Coream & Americam ponant.

VII.

FRETUM GADITANUM s. Herculeum, Stretto s. *Estrecho de Gibraltar*, Belg. de Straete/ Mare Mediterraneum Oceano Atlantico jungit. Situm est inter Hispaniam & Africam; Latitudo ejus unius admodum Milliaris, Longitudo paulum major, ac ab Hispaniæ oris in tria prominet cornua, super quæ condita sunt *Gibraltar*, *Tariffa & Beger*, quibus in Africæ oris respondent *Septa*, *Alcazar & Tanger*.

VIII.

FRETUM SICULUM, alias fretum Mamertinum, licet exiguum, tria tamen habet, qvorum nomine commemoratu dignisimum est; Suntq; ea, Morgana, Scylla, Charybdis.

I. MORGANA prodigiosa & admiratione dignisima Parastasis juxta Rhegium Calabriæ oppidum media æstate plerumq; se spectandam exponit. Contingit enim, ut repente theatrum quoddam in vaporoso aëre se aperiat, tanta rerum varietate adornatum, ut nihil fere sit, quod ibi non spectetur: Castellorum ordinatisime dispositorum Architectura, Palatiorum, ædificiorumq; ad omnes Perspectivæ Regulas infinito Columnarum ordine projectorum mira qvædam magnificentia, in eorum paulatim evanescentium locum succedente Scena Catoptrica; Umbrosi præterea Sylvarum tractus, Cypressorum, aliarumq; arborum in quincuncem mira serie dispositarum ordines, campis immensis hominum turmis, Boum armentis oviumq; gregibus repertis, omnia tanta Colorum varietate, tam artificiosa Lucis & umbræ mistura, tam vivis gestibus, ut humana industria nihil simile producere posse videatur. Rhegini spectaculum hoc *Morganam* vocant, ac prolixè describitur & examina-

minatur *à Kirchero A. M. Luc. L. X. p. II. c. I.* Ubi etiam Literas *Ignatii Angeluccii* ad Leonem Sanctium videre est, qvi ipsam A. MDCXLIII. Festo Assumptionis Mariæ hoc ordine vidit: 1. Mare Lucidissima Cristalli claritudine: Mox in eo, 2. Infinitas Columnas ejusdem altitudinis & amplitudinis. 3. Columnas has in fornices abeuntes, similes Aquæ ductibus Romanis. 4. Ex his fenestras factas: Tandemq;. 5. Amplissimam pinorum & Cypressorum sylvam succedentem.

II. SCYLLA adjacet Promontorio Italiæ, quod olim Cenys dicebatur, modo Scyllæum, Italice Sciglio vocant, oppositio Promontorio Peloro. Ejus natura est, ut ingenti ultro citroq; commeantium aquarum perturbatione agitetur: Qvando affluxu agitatur tanta ejus est violentia, ut navis eo delapsa, omni evadendi spe sublata, montium parietibus illisa inevitabile naufragium patiatur, ac licet subinde è periculis hisce emergant, nisi sedulo rerum suarum satagant, ac tantos fluxus tempestive observent, fit ut ex Scyllæ Syrtibus in Charybdis æstuaria devoluti periculum, quod fugerunt, tum primum sentiant. Rabies ejus quam maxima est, flantibus ortivis & occiduis ventis. Vid. *Kirch. Mund. Subt. L. II. c. XVI.*

CHARYBDIS oppositæ Rhegio natura est, ut nunc veluti subjecto igni cacabo perpetuo bulliat, nunc vortices veluti Turbinibus agitatos agat, qui tanto navigantibus sunt periculosiores, quanto ebullitiones minori periculo eosdem exponunt, siqvidem per ebullientem Syrtim impune transire licet, pereundem vero est, si vorticibus agitetur. Observatumq; fuit longa Nautarum Experientia, tum maxime Charybdin ebullire, qvando Syrophœnix freto dominatur, ac tanta qvidem sævitie, ut in Columnæ formam aquarum diluvia eructare videatur. Indagata fuit vorago hæc ab Urinatore Siculo, qvem ob summam natandi peritiam *Pescecola s. Nicolaum Piscem* vocabant tempore Friderici Regis Siciliæ, qvi testatus est se sensisse in ea: I. Aqvæ ex imo pelago ebullientis tantum impetum, ut homo nullatenus ipsi resistendo esset, eoq; seipsum impeditum per diverticula nonnulla fundum petere oportuisse. II. Scopulorum passim obviorum mulditudinem. III. Euriporum æstus contrariis violentissimis agitationibus impense formidabiles. IV. Ingentes Polyporum etiam hominis statura majorum greges, horrendis cirris instructos, quibus, qvem stringerent, inevitabili morte exanimarent. V. Carchariarum maximorum copiam dentium acutissimorum triplici serie horribilium. Qui ipse Pescecola vero cum secunda vice

auri, qvod Rex eo projici curabat, cupidine allectus eam ingressus esset, in ea periit, nunqvam postea repertus. Historiam habes in *c. l. Kircher. c. XV.* Causas c. XVI.

IX.

Reliqva Freta in Mari mediterraneo sunt: *Hellespontus*, seu *Stretto di Gallipoli*, Situs inter Archipelagum Maris mediterranei & Propontidem; Custoditus ab utroqve latere Dardanellis, qvæ veluti Claves sunt ad Constantinopolim. Ostii versus Archipelagum litora intervallo quinq; Milliarium Anglic. à se invicem distant; Inde latius Orientem versus exporrectus tandem intervallo à Propontide & Archipelago propemodum æquali in angustissimas sinuatur fauces, ejusque Latitudo milliari Anglicano quarta parte minor est. Aqua ejus rapidissimo cursu, potissimum flante Borea, in Archipelagum effunditur, ut contra ire cursumq; navis promovere nisi secundissimi venti ope non liceat. De causa dictum *p. I. hujus Cap. §. VII. Bosphorus Thracicus: f. Stretto di Constantinopoli.* Qui ad octodecim milliaria Angl. in longitudinem extenditur, variis & interludentibus Aquarum flexibus ob rupes & promontoria, quæ visum simul intercipiunt & fallunt, quasi utrisque ripis conjunctis non amplius esset progrediendum; Tanto autem impetu fertur aqua in Fretum hoc irrumpens, flante itidempræcipue Borea, ut Cymbarum pravis fluctibus frustra obversis remiges subinde litus petere coacti, eas funibus alter pone alterum incedentes trahant, alicubi etiam tanta cum ebullitione refilit, quasi ignis suppositus flexiles ejus particulas in bullas intumescentes sine spuma agitasset. Sinubus latos & portuosis abundat, potissimum in litore Thracico, quod oppletur vicis & ædibus magnatum, Freto imminent ædes, è quarum fenestris pisces capiuntur; Ripas Bithynici litoris oleastri, Castaneæ, Cupressi tegunt. V. *Thomas Smirh. Notic. Constantinop. p. 70. & seqq. Bosphorus Cimmerius* seu *Stretto di Caffa* inter Pontum Euxinum & Paludem Mœotim: Clavis ad interiora Paludis Mœotis & Tatariæ Przecopensis, ac proinde etiam præsidio Urbis Caffæ ab Imperatore Turcico munita.

X.

Fretu Maris Balthici sunt I. *Sunda, seu Oresunda*, der Sund inter Seelandiam & Scaniam, Clavis Maris Balthici, quem in Seelandia Helseno-ra etiam extructo à Friderico II. Rege Daniæ Castello Croneburgo custodit: Cogunturq; isthic naves, quæ Sundam transeunt, vela demittere

tere & vectigal pendere, à quo onere tamen Belgæ se exemerunt, & post has Svedi vi Pacificationis Bremstroensis A. MDCXXV. De quo infr. pluribus *p. II. c. VI.* II. *Fretum Balthicum*, der Belt: Quod quæ transeunt Naves coguntur ad oppidum Fioniæ Nyburg vectigal pendere. Idem A. MDCLIIX. totum frigore concrevit eoque Regi Sveviæ aditum ad Selandiam aperuit, à quo prope aberat occupatio totius Regni Danici, (usitque in hunc transitum non nemo tali Epigrammate): *Mirum percipite prodigium: Deus Sveco gratificaturus: Pontem struxit super Ponto: Non de Lapide sed de Glacie: Quo demonstraret: Se summum esse Pontificem:* III. *Middelfart*, plerumq; dictum, quod jacet inter Jutlandiam & Fioniam.

XI.

Fretum inter Magnam Britanniam & Galliam vocatur *Canalis*, *i Canael*, notum actione cum Classe Smirnensi Belgarũ A. MDCLXXII, ab Anglis susceptа, quâ etiam ultimi Belli Anglo-Belgici initium factum. Fretum Maris Rubri est *Babelmandel*; Maris Persici *Basora*: Fretum inter Sumatram & Javam Majorem est *Stretto di Sunda*; Inter Philippinarum maximam Lucorum & Mindorum *Stretto di Manilla*, Similem Fretorum Indicem V. in *Ricciol. Geogr. L. I. c. XV.* quo amplitudinem eorum, quæque veteres de antiquis ipsorum nominibus prodiderunt enumerat.

PARS III.

HISTORIA PORTUUM.

I. Portus Maris Albi & Oceani Glacialis.

II. Portus Maris Balthici: Munda nomen illustratum.

III. Portus Oceani Atlantici in Norvegia, Germania, Belgio, Gallia, Hispania, Portugallia. Historia Aggeris per mare ducti in obsidione Rupellam.

IV. Portus Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ. Cur Angliæ Portus meliores sint oppositis Portubus Belgii & Galliæ. Arcanæ Providentiæ Divinæ dispositio circa exportationem Thesaurorum è Regnis.

V. Portus Maris mediterranei in Hispania, Gallia, Italia, Imperii Turcici in Europa, Asia, Africa: Dardanellorum descriptio: Portus Joppensis Privilegia Pontificia: Turris Amoris ad Tripolin: Frequens ad Bulbacam Concursus Navium in Ægypto.

VI. Portus Insularum in Mari Mediterraneo.
VII. Portus extantiores Asiæ, Africæ, Americæ.
IIX. Miscellaneæ de Portubus in genere.
IX. De Pyxide Nautica & Navigationibus veterum varia; Explicatio Navigationis Salomoneæ versus Ophiram.

I.

PORTUM vocamus Litoralem Maris Partem, quæ Navium Stationi idonea est. Tales sunt in Mari Albo Portus & Emporia *Archangeli seu S. Michaelis, & S. Nicolai* ad ostia Fl. Dwinæ sita: Quorm detectionem Anglorum Nationi & in ea Richardo Chancellero, cum quærendo in Tatariam, reliqvumq; Orientem per Mare Glaciale itineri incumberet, circa A. MDLX. debemus. Quæ quidem inventio Johanni Basilidi Magno Moscoviæ Duci gratissima fuit, ideo non tantum Chancellerum adduci jussit, clementer excepit & honorificè dimisit, sed universam Anglorum Nationem ipsamq; Reginam Elisabetham, cum alias asperiorum morum esset, benigne semper habuit, lætatus ostensam sibi viam inferendarum per Mare mercium exoticarum, quas antehac per hostiles Polonorum terras ipsum excipere oportebat. Panni Anglici tunc maximo precio empti & Elisabetha A. MDLXIX. privilegia à Basilide impetravit, ut sola Anglica Natio in posterum in Septentrionali Russiæ parte negociaretur. V. hac de re *Camden in Annal. Elizab. ad A. MDLXVII.* & alibi. In extrema Lappia *Portus Colæ* ad Fluvium ejusdem nominis crebram mentionem facit Itinerar. Belgarum tertium ad N. Zemblam *p. 49. & seqq.* Atq; hinc prope abest, Litoralis Tractus *Kegor*, & in eo *P. Oosterhaven*, quem generalem Piscium Apothecam vocat *Fournier Geogr. L. I. c. VII.* Quæ tamen universi maris Septentrionalis singularis proprietas est, ut piscibus abundet, cujus demonstratio instituta *infr. c. X.*

II.

Mare Balthicum Portus sustinet in Svedia ad *Stockholmiam*, Calmariam, & Neapolim s. Nykoping; In Livonia, ad *Rigam* in Sinu Livonico juxta Ostium Fl. Dunæ ubi etiam *Dunemunda* sita, ad quem exteræ Naves Tributum pendunt: Deinde *Revaliam* in Sinu Finnico & *Narvam* ad Ostium Fl. Narvæ de quo V. *Olear. in Itiner.* In Prussia Ducali ad *Memeliam*, *Pillaviam* indeq; *Regium Montem.* In Prussia Regia ad *Elbingam* & *Dantiscum*, qua Ostium Vistulæ habet una cum munimento

Weipel.

Weixelmünde. Captivitate Comitis Königsmarckii ultimo Bello Polono-Svedico celebri: Estq; *Mundæ* istud nomen non tantum generale apud Germanos Septentrionales, ut ostium Fluvii significet, sed in specie denotat Castella Ostiis Fluviorum adsita. Talia sunt hic *Weixelmunda*, ad Rigam *Dunemunda*, juxta Lubecam *Travemunda*, ad Rostochium *Warnemunda etſs.* In Pomerania Electorali Portum præbet *Colberga*; In Svedica *Stetinum*, *Stralsunda* & quam *Brachelius* tantopere celebrat *Ruda* apud Ostium Pani: Quo Gustavum Adolphum Regem Sveviæ, cum in Bellum Germanicum proficiscereturclassem duxisse & copias exposuisse docet *Histor. L. IV.* In Ducatu Mechlenburgico est *Wismaria* & *Rostochium.* Huic *Warnemunda* adjacet: Ista Portum maris commodisimum in toto hoc litore Balthico habet, oneratas naves quantumvis capaces recipientem & sine ullis fere anchoris tutas præstantem: Unde & nomen urbi non tam à sapienti Præside, quam certitudine Marini Portus, q. Wiß meer / seu Gewissen Meer / inditum verosimilé est. Ejus Clavis Fortalitium Walfisch. Denicq opulentisima Imperii Civitatis *Lubeca* ad Travam. Quibus addimus *Kiloniam*, Ekelnfordam, Flensburgum ex Holsatia, & *Hafniam* ex Dania ad Oresundam. ab Hafen/ quasi *Portum* per eminentiam dictam, & Kopenhagen, q. Kopmanshafen/cum antea *Axelhuys* dicta esset, & Arx tantummodo fuisset ab Absolone seu potius Axelio s. Aximio Archiepiscopo c. invasionem Piratarum extructa.

III.

Oceano Atlantico in Norwevia Portum præbet *Berga*; Cui Actio ita dicta Bergensis, in Bello Anglo-Belgico A. MDCLXV. novum nomen peperit, Belgis Classem suam Indicam ei committentibus, Anglis verò eandem persequentibus, sed non sine Clade, qua Præfectus Bergensis tanquam in Portum injurios affecit. Ibidem præteritis seculis stapula rei Piscariæ per totum Septentrionem fuit singulari societate Mercatoria custodita de qua *infr. c. X. §. XII.* In Holsatia sunt *Husum*, Quod tractus Oceani Hever dictus præterlabitur, ita ut facile inde navigatio in Hollandiam, Seelandiam, Angliam & Scotiam institui possit, unde varii generis merces reportantur, quæ inde Flensburgum avehuntur in Mare Balthicum transferuntur. *Tonningen*, Urbs ad Eidoram sita & arce primum ab Adolpho Duce Holsatiæ ornata, postea etiam fortalitio instructa, sed quod initio hodierni Belli Dano-Svedici Anno MDCLXXV. à Rege Daniæ dejectum fuit. Friedrichs-Stadt/à Friderico Duce

Duce Holsatiæ evecta, & singularibus privilegiis ac præcipue Sede Arminianorum nota. *Hamburgo* Albis, & *Bremæ* Visurgis Navium accessum commodant. In Frisia Orientali *Embda* Portum celeberrimum, eandemque profundissimum totius Germaniæ Inferioris præbet, cujus causa particularis forsan à submersione vicinorum locorum in vicinia ejus olim facta. Accedit alia quod ingressus ejus non adeo Occidenti quam Septentrioni opponatur, unde minor metus infundendæ arenæ, qua alias Portus Belgici infestantur, de quo V. seq. §. IV.

In Belgio Fœderato Insulæ *Tesselia & Vlia*, Texel & Vlieland / commodissimas Majoribus Navibus Stationes præbent, sitæ è regione West-Frisiæ. Minores aut minus graves fere ubivis ad oppida Mari vicina videre est. In Hollandia *Horna*, *Enckhusa*, *Amstelodamum*, *Roterodamum* hac in re cumprimis eminent, Tum *Briela* & ab altero latere Insulæ *Heelvoets Sluys*: Item *Goerea*, quæ Classem Belgicam Belli tempore una atq; altera vice excipit. In Seelandia *Vlusinga & Middelburgum*. Una è Clavibus, quas Carolus V. Philippo filio commendavit. *V. seq. C. IIX. Sect. II.* In Flandria *Sluysa*, &c.

In Belgio Regio notamus *Antwerpiam*, Ostendam, Neoportum, & quæ jam Juris Gallici sunt, *Duynkerckam* à Collibus arenosis, quas *Dunes* vocant, ita dictam, & *Grevelingam*.

Seqvuntur in Gallia Caletum s. *Calais*, quem Portum *Galliæ Portam* appellare consveverunt Angliæ Reges, quo quam diu potirentur, tam diu gestare sese è cingulo Claves Galliæ dictitabant, *Snd. Dec. I. L. Diepe*, Portus Gratiæ s. *Havre de Grace*, S. Maclovii s. *S. Malo*, S. Brioci s. *S. Brieux*, Brivatum Portus s. *Brest*, Portus totius Galliæ optimus & adeo securus, ut appelletur *la Chambre*, quia Naves in eo quiescunt, ac si essent intra Cameram, estq; capax navium maximarum, etiamsi decem mille Tonnarum sint. *Ricciol. Geogr. L. X, c. X. §. IV.* Dn. Nannetum s. *Nantes*, Rupella s. *la Rochelle*, Bajona s. *Bayonne*. Rupellæ Portus, dum floruit, ferrea catena claudebatur: Portum ambiebant Turres & propugnacula, quæ Regii modi tormentis viginti muniebantur. Sed Rupella, quæ Princeps artium erat, hodie prope pagus, succubuitque consiliis ac labori Card. Richelii, qui non tantum terra, sed ipso mari eam circumvallare ausus fuit, ausumq; feliciter perfecit. Rem dignam censuimus, quam ex Gramondo huc transcriberemus, rati quippe & hac ex parte Hydrographiæ nostræ lucem accensum iri. Ita vero ille *Histor. Gall. L. XIIX. ad A. MDCXXIIX. Desperatum opus aggreditur Richelius*

chelius Cardinalis, fisus fortunæ Regis, & consilio suo, cui nihil arduum, nihil impervium est. Utrumq; continentis latus septem stadiorum alveus dividit, quo acrius furit fluctus æstuans quia angustiore spatio cohibetur: tigna ex robore solida & immania, mox excisæ recens arbores cum ramis ingentibus in altum jaciuntur, saxis postmodum & congesta temere humo onerantur; terræ rursus, & lapidibus, arbores tignaq; superaddita, his calcis & arenæ commixtio super injecta, tanta ab utroque continenti assiduitate laboris ut post primum ab opere incœpto mensem in altitudinem modicam assurgeret moles: Nondum tamen aquæ fastigium æquabat, nec procul continenti extendebatur: quo longius agebamur à litore, hoc magis absorbebat aqua prærultior quicquid ingerebatur. Ingens tum animos desperatio incessit, quæ saxa tam vasta, quæ tigna ex robore tam procera, quæ arenata possent reperiri quæ tanta voragine non sorberentur? exhauriendas esse regiones aggerendo spatio quod restabat: Enimverò Richelii vigilantia & indefesso labore, tanta vis saxorum inferebatur, tantus operarum numerus erat ex stipendio in id operis militi duplicato, ut post tertium mensem certo constaret cohiberi posse Oceanum, quod etsi plures ante tentaverant nemo absolverat in hanc diem. Crescebat sensim moles: Ceterum nulla tam firma repagula sunt quæ non evertat Oceani vehementior fluctus: vix leni & tranquillo mari retinacula opponi possunt, quid spumoso? quid æstuanti? Absoluto jam, jamque opere sæpe æstus commotior congestos lapides subruit in profundum: neq; omnis ab æstu calamitas, sæpe concitatior ventus illisit in molem, & in profundum egit, sæpe adversa tempestate compages operis verbenta, laxavit, sæpe per imperitiam operarum, medium opus unda interfluens, disjecit: vincebatur constantiâ elementum, sensimq; aggeris latitudo crescebat, cum disjectis lapidum cumulis opus iterum in profundum ruit. Ibat in obstantia pertinacius Cardinalis, adversique contumaciam fluctus obstinatione frangebat, donec tandem patientia & labore assiduo vinceret. In medio alvei via aquis permittitur hiatu modico, cui utrinque propugnaculum cum bellicis tormentis, imminebat, per id foraminis fluebat, & refluebat liberior æstus, alias fræni incapax. Repaguli latitudo decem & octo palmorum erat: accipiendo mollius æstui in utramque partem declivis moles; longitudo stadia decem continebat; inversa profunditas ex vado passim inæquali: hic typus ingentis molis qua claudebatur fretum: Extrema utriusq; continentis firmabant munimenta duo, queis à Marilbaco, & Tavanio nomen. Supereminebat æstum moles lapidea palmis omnino decem: Ceterum quia per apertum foramen, tribus onerariis haud agre unà transitus: Placuit opponi repagula

pars

pars fluctuantia, pars immobilia, queis plane occluderetur portus: admoventur hiatui proxime pali accuminati in terram alte defixi, quos inter fluebant aquæ, Marilhaci labor, unde illis nomen Candelabra Marilhacæa: *Candelabris antepositæ concatenatæ invicem naves triginta septem, queis nomen Repagulum fluctuans: his proxima viginti quinque navigia, dispositæ in triangulum cujus prima cuspis in Oceanum versa, qua irrupturus hostis: naves magnitudine ingenti saxis, arenaque onerata pars in profundum mergebantur, faciebantq; in medio alvei fallaces scopulos; Pars non immersæ penitus ingenti mole tardabantur, bellicisque tormentis iustructæ, & agre mobiles viam intercludebant ipsa mole, hostemque arcebant dispositione indesinenti. Classem Gallicam hac illac distributam componebant naves bellicæ centum quinquaginta, cymbæ majores centum, navigia pice, resina & sulphure illita* (brulonos *vocant*) *duodecim: urbem inter & repagulum posita minora navigia frænandis oppidanorum incursionibus; ingens Cardinalis Richelii triremis ea parte hiatui imminebat sita in medio freti.*

Hispaniæ Portus in Ora Cantabrica sunt Portus *S. Jean de Luz*, qui locus excellit Nautis capturæ Balænarum gnaris. *Voyg. d' Esp. c. I. S. Sebastiani*, Donastien, vulgo dictus & *Bilbao*, commodisimi Hispanorum Portus in Mari Atlantico *Voyg. d' Esp. c. II. Laredo*, qui Carolum V. excepit, cum sese Imperio abdicasset. *Thuan. L. XVII. ad A. MDLVI.* S. Andreæ s. *S. Andero*, *Villa Viciosa*, *Corunna*, olim Stationi Classis Invincibilis destinata; Et ab altero latere juxta Fretum Gibraltar. *Cadix s. Calis Malis*, Portus maximus, S. Lucæ s. *S. Lucar de Barrameda* ad Ostium Fluvii Bætis, cui celebritas ab accessu & Egressu Navium versus Indias, (hinc enim eas solvere oportet) enata.

In Portugallia ad Ostium Fl. Palmæ est *Setubal*, Belgis *S. Yves*, ad Tagi Ostium ipsa *Lisbona*, & ante eam in extrema Ostii parte *Cascalis s. Cascais*, unde Portugallicæ Navigationes versus Indiam utramq; instituuntur: Dn. Porto, s. *Port à Port*, ad Ostium Durii Fl., à quo & ipsius Portugalliæ nomen profectum creditur.

IV.

Restant Insulani Portus Magnæ Britanniæ & Hiberniæ, de quibus in genere notamus, eos communiter meliori conditione esse quam objacentes Portus Gallicos aut Belgicos: Cujus ratio videtur esse, quia Venti Occidentales, qui in Tractibus istis sunt frequentissimi, arenam à Britannia versus Belgica & Gallica litora protrudunt, eoque Portus Britannicos vacuos præstant, istorum verò eâ replent; Qua Britannici

Portus

Portus non minus opplerentur, si Ventis Occidentalibus æque exercerentur. Estque porro huic rei indicio, quod litora Belgica non tantum arena, sed Conchis innumeris repleta sint; Has enim tanquam res leviores ventus simul arena propellit & in litora projicit, quemadmodum & Belgæ Conchas hasce in singulare commodum suum vertunt, indeq; calcem sibi præparant. In Litoribus Anglicis è contrario conchas rariores at magno numero lapides mediocres videre est; Hi enim ob gravitatem suam ventis non cedunt.

In Anglia primum ipso nomine celebres sunt *Quinqueportus*, vulgo *the Cinqueports*, Loca in Cantio & Sussexia, ad Fretum Britannicum sita, & numero quinario quidem plura, quod tamen initio totidem tantummodo essent, eodem adhuc expressa. Munus peculiare ipsorum fuit, ut propugnaculorum loco essent adversus Galliam; Geritque Præfectus eorum simile ipsis Nomen, *the Lord Warden of the Cinqueports*, & qui sub illo sunt, Barones Quinqueportuum vocantur, *the Barons of the Cinqueports*. Nomina sunt: *Hastings, Winchelsey, Rye, Rumney, Hyde, Dover, Sandwich, Seaford. V. de iis Th. Hackluyt Voyag. T. I.* haut procul initio, & *Edw. Coke Institut. of Laws L. IV. c. XLII.* His addimus apertum Litus Cantii, quod *Downes & Dunes* vocant: Reliquos Portus in Orientali plaga præbent *Newcastle*, *Hulla*, ad Ostium Humbri, ubi primum Rebellium Subditorum suorum tentamen expertus fuit Carolus I. Rex Angliæ: Tum *Lyn, Yarmouth, Ipswich, Harwich, Colchester*, &c. Quorum & aliorum prolixam seriem exponit Autor Anonymus Consilii ad Regem Angliæ de amplificanda captura Harengarum in Anglia, in *Contin. VI. Diar. Europ. p. 319. & seqq.* In meridiano Latere Portus occurrunt ad *Chichester*, *Portsmouth*, Insulam Vectim, Falmouth, *Weymouth*, *Pleymouth*, &c. In Mari Hibernico est Portus *Bristolia* ad Avonam & prope Ostium Sabrinæ; Et in Comitatu Penbrokensi Portus Milfordicus, *Milfordshaven*. Estq; hoc etiam in Angliæ Portubus memorabile, quod vitandarum litium causa singulas nationes ibi peculiares Portus maneant; Veluti Belgas Sandwich, Gallos & Venetos *Dover*, Hispanos *Pleymouth*, Hibernos Segestria, *Siester*, *&c.*

In Scotia Portus sunt *Dumbar*, locus prima Victoria Cromwelli contra Scotos celebris. V. *Hist. Civil. c. IV. §. XII. fin.* *Lith* prope Edenburgum, item *Portus S. Andreæ*, *Montros*, *Aberdon.* Præterea est *Dundee*, Portus & Castellum munitum, in quem locum Scoti tempore Belli Parliamentarii cum Anglis omnes Thesauros suos congesserant,

sed Cromwelli manus effugere non potuerunt, qui locum hunc sine magno negocio expugnavit, eoque omnes abripuit, ipse tamen etiam haut diu iis gavisus, nam cum LX. navibus onerariis commisisset in Angliam avehendos, naves in conspectu urbis sine notabili aliqua tempestate ad unam omnes à Mari absorptæ fuerunt: Evidenti Arcanæ Divinæ Providentiæ argumento, quæ integrorum Regnorum Spolia in alia Regna transferri non facile patitur. Idem Christophoro Daniæ Regi accidit, cum Thesauros Sveciæ in Daniam transportare constituisset. *Mira Speciæ fortuna*, inquit Crantzius, *non patitur exportari thesauros: Si sinunt homines, Mare prohibet: Si pacatum est Mare, homines tumultuantur. L. IIX.* Dan. *c. XXIV.* Et Svedis, cum partem opum Germanicarum in Regnum suam transferre cogitarent. V. Pluribus Staats-Kammer von England *p. 69. 70.*

In Hibernia sunt *Dublin, Waxford, Bearhaven, Crookehaven, &c.* Hitlandia extrema Orcadum celebris est Statione Navium Belgicarum, Capturæ Harengarum incumbentium, ad quam ex certo Statuto ad XIV. Junii usque hærent, & postea demum operam negociis suis adhibent. Locus in quo ibi conveniunt à Belgis vocatur *Barcies Ree.* V. *c. X. §. XI.*

V.

In Mari Mediterraneo primus est ipse Portus Gibraltar, qui & Freto nomen dedit: Oppositusque ipsi in Africa Portus *Ceutæ*, de quo *Hist. Civ. c. I. §. II. n. 6.* Seqvuntur *Malaga, Carthagena, Alicante*, unde Vini cuidam generi simile nomen, Barcino s. *Barcelona*; Ex quibus Carthagenæ portum præ reliquis commendant.

In Gallia sunt *Marseille*, quæ Veterum Massilia, ubi tanta Navium securitas, ut nunquam aliqua in eo periisse dicatur, Portus Tolonensis, *Toulon*, ubi Triremium Statio, & Portus Antipolis, *Antibes*, ad Inf. S. Margaritæ.

In Italia est *Villa Franca* ad Ducem Sabaudiæ pertinens, item *Nissa*, cui Cromwellus insidiatus fuisse fertur, ut pedem ad Mare Mediterraneum figeret. *Finalis*, Locus Hispanicæ Jurisdictionis, idemque primæ potentissimi Imperatoris nostri Leopoldi Augustæ receptione, cum primo in Germaniam proficiscereturcelebris. Portus *Genuensis*, in quo Resp. præter V. aut VI. Galeas, alias XXV. admodum in promptu habet, pro cujusvis expeditionis necessitate. In Ducatu Florentino est Portus Liburnus, *Liporno*, locus commerciis variarum gentium celeberrimus, unicusque Magni Ducis Toscanæ Portus notabilis. In eodem litore etiam

etiam siti sunt *Piombino*, *Porto Hercule & Orbitello*, qui ad Hispaniæ Regem pertinent & Magnum Ducem veluti obsident, qui longe commodius acturus esset, si loca ista ad nullius exteri Dominium pertinerent. V. iterum *Hist. Civ. C. I. §. II. n. 2.* Romanum Territorium habet Archæopolim, *Civita Vecchia*, sed aëre insalubri affectam: Quare & peritiores maluerunt Insulam *Pontiam* ab altero latere Romæ sitam melioris commoditatis causa pro Classe Pontificia selegi. Vetus *Portus Ostiensis* in Ostio Tiberis conditus & magnificis Imperatorum sumptibus amplificatus nostris temporibus demum à Pontifice Maximo destructus fuit, verito quippe, ne Turcis inserviret loco Castelli contra ipsam Romam. In Regno Neapolitano Portum præbet Cajetta, ipsa *Neapolis*, & ad Fretum Mamertinum *Rhegium*, *Regio*: In Sinu Tarentino est *Tarunto*. In Mari Adriatico commendant *Anconam*: Unde Proverbium apud Italos: *Unus Petrus est in Roma, una Turris in Cremona*, unus Portus *in Ancona*. Post eam sunt Ariminum s. *Rimano*, *Ravenna*, *Venetiæ*, *&c.* Et ab altero latere *Jadra* s. Jadero, aliàs *Zara*, *Zebenico*, *Spalato*, *Ragusa*, de cujus statu ac nuperis miseriis *v. seq. c. VI. S. I. §. XVII.*

In Turcico Imperio Portus extant I. In Europa *P. Navarino* in Morea, *P. Lione* Athenis, à Leone Marmoreo singulari artificio notabili, quem videre est in extremo ejus, isq; olim Pyreæi nomen gessit; P. Thessalonicensis, *P. di Salonichi*; *Sestus*, una *Dardanellorum* ad Hellespontum sita, quæ validis turribus à Mahummede ædificata fuit, paucis aliquot, antequam Constantinopolim expugnarent, annis. Postea Turcæ eadem pro carcere insignium Virorum usi fuere: *E quapræterito seculo elapsus retractusq; Lazarus ductor Epirota apud Castrum Novum una cum Hispanis captus, conto ab ano in humeros transfixus dedemt crudeles Pœnas, quas tamen summa animi æquitate pertulit.* Busbeq. *Ep. Turc. I. p. 52.* Dn. *Portus Constantinopolitanus* tantæ ad ipsas ripas profunditatis, ut naves MD. doliorum capiendo sit, fundi præterea nitidi, & hinc ab urbe Constantinopoli munitus, isthinc à Colle, cui Galata incumbit.

In Asia habet *Abydum*, alteram Dardanellorum, quo singulas Christianorum Naves, antequam Constantinopolin petant appellere ac Præfecto Castelli C. Aureos solvere oportet, hac simul conditione, ne quinarium numerum una vice excedant. *Thulden. ad A. MDCLVI. p. 265.* Adde *Notic. Constantinopolis* p. 71. & de *Castellis Bosphori Thracici* ib. p. 74. 75. In Asia Minori est *Smyrna* Portus, non magnæ quidem profundi-

funditatis, commerciis tamen frequentissimus. Vid. *Thom. Smith. Epist. de VII. Ecclesiis Asiæ*, qua *Smyrnam* cæterasq; in Apocalypsi commemoratas VII. Ecclesias Asiæ Minoris, prout in præsens se habent, describit. Tum Tripolitanus, *Tripoli di Soria*, Cui Turris adsita, *Turris Amoris* dicta. Insculpta huic sunt insignia Nobilis Veneti, qui eam vitæ redimendæ causa extrui curavit, ob concubitum cum Virgine Turcica; Apud Turcas enim simplex concubitus Christiani cum muliere Turcica, vel ad mortis supplicium vel ad abnegationem Religionis Christiani delinquentem ducit. Nobilem hunc vero nihilominus mori oportuit, quod Religionem Christianam abnegare nollet, Turcis interea causantibus, ipsum non vitam sed dilationem supplicii opere isto suo redemisse. Ante Tripolin etiam v. commemorandus Portus *Alexandrette* seu Scanderone, in Sinu Lajazo situs, è quo merces Aleppum transferuntur, quæ antea Tripoli eodem ducebantur; Sed jussu Imp. Turcici Alexandretta hæc Tripolis loco navibus Europæorum excipiendis destinata fuit, incommoda quidem peregrinantium sede, locus enim domiciliis perquam vilibus constat, majoris tamen ipsius mercaturæ commodo, hinc enim bidui spacio Aleppum iri potest, cum Tripoli isthac euntibus quatuor dierum spacio opus sit. *J. J. Amman.* Reisebeschr. *P. II. p. 71.* Succedunt Berytinus, *Baruti*, Sidonis, *Saido*, Joppensis, *Jaffo*: Portus Angustus, at in Actis Apostolorum alibique in Sacris celebris: Solentque huc appellere, qui Religionis ergo in Palæstinam peregrinantur. Pontifices Maximi autem Joppæ easdem Indulgentias concesserunt, si litora ejus peregrini attigerint, quas habent, qui singula loca sacra visitant, idque ea de causa concessum est, quia propter Bella, Arabum latrocinia, pestem, morbos, paupertatem, multi ex peregrinis inde ulterius progredi non possunt. V. *Peregrin. Hierosol. Princ. Radzivil. Ep. II. f. 125.* Ad Ægyptum est Portus Peluſii s. *Damiatæ*, ad Nili Ostium, unde navigiis adhuc *Bulhacham* usq; urbem Cairo vicinam itur: *De quo affirmatur non solum à Turcis, sed ab ipsis quoq; Europæis negociatoribus, qui hic commorantur, quod singulis diebus intra viginti quatuor horas in Portu hoc ultra decem hominum millia hinc inde commeant, quorum non nulli intrant, nonnulli egrediuntur: Quodq; per dies singulos hic millia Dzermarum (quæ genus navium sunt) praternavigant, quarum plurimæ sexcentorum doliorum sunt capaces. Ex antiqua quoq; Cairo superius posita superveniunt ejusdem generis plurima navigia, quæ ex Regionibus Saït & peramplis Presbyteri Johannis ditionibus triticum*

ticum, Cynocephalos, Simias, Psittacos, diversa avium caterorumq; animalium genera & merces varias deferunt. Ita testatur de suo tempore *Radzivil Ep. III. fol. 147. 148.* Sequitur *Roßetto*, Turcis Raschit, Portus alii Ostio Nili adjacens per quem merces è Barbaria advectæ Cairum ducuntur: Tum *Alexandriæ*, ubi plures distinctæ Stationes Navium Gallicarum, Venetarum, Genuensium & Ragusearum: In Barbaria sunt Portus Tripolitanus, *Tripoli di Barbaria*, Portus *Tunetanus*, qui una cum *Biserta* Portu successit in locum prisci Portus Carthaginensis; *Goletta* item, altera Clavis potentiæ Hispanicæ à CaroloV. commendata. Portus Algeriæ, *Algiers*, Oranensis, *Oran*, locus Hispanicæ Jurisdictionis, qui A. MDCLXXVII. obsidionem vicinorum Maurorum fortiter sustinuit. De quo plura *Hist. Civ. c. I. §. II. n. 6.* Idem *Ceuta*, de qua initio *hujus §.* & qui nunc Anglorum est ad Fretum Gibraltar, P. Tingitanus seu *Tanger.*

VI.

Habent & Insulæ Maris Mediterranei suam in Portubus Commoditatem, Talesq; sunt in Corsica Portus S. Bonifacii, Calvi & S. Florentii *§. di S. Fiorenzo.* In Sardinia clarissimus est Portus Calaritanus, *di Cagliar.* Siciliæ Portus extantiores sunt Mesanensis, Syracusanus & Palermitanus. Maltæ Portus duabus oblongis Terræ Cuspidibus incluſus & Castro S. Elmi munitus est. Insulæ Veneti juris Portus habent, Corfu *P. Sidari & P. Temo*, Cephalonia *P. Argostoli* & Zante *P. Chieto & P. S. Nicolai.* Portuum in Candia commoditatem sensit Imperium Turcicum, ideo tanto cum conatu eam antehac oppugnavit: Id quod etiam Legatus Venetus *Hieron. Gievarina* qvestus fuit singulariq; scripto conventui Electorali A. MDCLIIX. Francofurti propositi: Candia si semel subjugata sit, omnes Principes Christianos Mari Mediterraneo adsitos æque infestationibus Turcicis obnoxios fore: Turcam enim, qui hactenus Classem suam quotannis adhuc Constantinopolin reducere coactus fuerit, hujus Regni adjectione non solum tutam ubiq; & omni tempore receptionem, sed etiam fabricandis & instruendis Triremibus ac Navibus amplissimam commoditatem acquisiturum esse. V. Exemplum hujus Scripti in *Histor. Thulden. ad A. MDCLIIX. p. 227.* Ex numero autem istorum indicamus *Retimum, Caneam, Canaiam, Spinam Longam, Cambusam & Sudam.* Priores tres Turcico imperio subjacent, posteriores adhuc ad Venetos pertinent. V. *Histor. Civ. c. XII. §. IV.* E *Candiæ* Regione est *Szandia*, locus itidem receptioni navium commodus. In Cypro P. Nobiliorem habet *Famagusta.*

VII.

Portus Asiæ notiores sunt: In Mari Rubro prope Fretum ejus *P. Aden*, & in intimo recessu ejusdem *Svez*, Antiquis *Heroum Portus*, à Turcis quoq; stationi Classis suæ subinde adhibitus, quanquam & Navium statio male tuta, & locus ipse non urbi adeo quam pago similis sit; Ac Turcarum Imperator multũ quidem operæ posuit, ut Incolas eo perduceret, sed manet desertus locus maxime ob aquæ penuriã. V. *Delic. Transmar. p. 107.* Et è Recentioribus *Neitschütz, Itiner.* In Sinu Persico est *Ormuz*, Locus navigationibus aptissimus, sed qui odio Persarum Regis ab Anglis potissimum adjuti Portugallis ereptus & excisus fuit; Eiq; Urbs *Gamron* in Litore Persico surrogata, libertasque eo veniendi exteris sine discrimine concessa, solis Portugallis exceptis, quibus accedere non licet. Porro & 250. Leucis inde Situs *P. Diu:* In Litore Malabarico Portum præbent *Goa*, *Calicutum & Cochinum*; *Goa* sita in Insula continenti vicina, quamque solus fluvius inde separat; Portugalli eam extruxere & ad Ostia Portus duo castella posuere, quorum principalius *Deguardé*. Descriptionem V. ap. *Mandelslo Itiner. p. 130.* In Insula Ceylon est *P. Columbo*, Item *Punte de Galle*, *Negumbo*. In Litore Coromandelico est *P. Palicattæ*, In Chersoneso Aurea magni nominis est P. Malaccæ navigiis totius Orientis frequentatissimus. Belgarum in India Orientali celeberrimus Portus est *Bataviæ* in Insula Java majori situs, ubi & alium videre est *Bantamensem*. In Luconia famam habet *P. di Manillæ*. Per totum Regnum Chinæ tres Portus celeberrimos indicat *Joh. Neuhof. Itiner. f. 153.* Unum ad Emporium *Kanton* in Provincia Quantung, alterum ad Urbem *Jejenciem* in Provincia Nanking, tertium ad *Tiencienwey* in extremis Provinciæ Peking. In Japania Portus exterorum adventu celeberrimus est *Nangesacke*, statioq; Navium in exigua quadam Insula à Portugallis primo formata, post, ejectis è Japania Portugallis, Belgis concessa. de quo V. Gesandsch. an die K. zu Japan *pag. 49.* Portum *Minkischlack* melioris notæ esse in Mari Caspio notat *Olear. Itiner. Pers.* Cui adjungimus ad Ostium Volgæ Celebre Emporium *Astracan*.

Ex Africæ Portubus indicamus *P. Mosambici* in Orientali Africæ litore situm, quo Portugallorum Naves Indicæ cursum suum dirigere amant. Præbet & *Cap. B. Spei* celebrem Stationem commeantibus in Indiam navibus.

Reliquos Americæ Portus suppeditabit Doctiss. *Ricciolus Geogr. suæ L. X. c. X.* quo integrum Catalogum Portuum exhibet: Notanturq; Ame-

Americæ Borealis Portus insignes *Portus realis* Novæ Franciæ, & *New Pleymuth* Novæ Angliæ, & *New Amsterdam* Novi Belgii, & *Jamestoune* Virginiæ, & in Florida Portus *S. Augustini & S. Helenæ*. Juxta quos fere est Cubæ celeberrimus Portus realis, dictus *Havana*, munitissimo idemq; Clavis Indiæ Occidentalis; Illuc enim Classes Hispanorum, quas *Flotas* vocant, congregantur Julio & Augusto, ut Septembri solvant in Hispaniam. In Insula Hispaniola Portus S. Dominici *S. Domingo*, & in S. Jo. Insula Portus dives, *Porto rico*, capacissimus primas tenent; In continenti autem hujus Americæ celebres Portus sunt Nominis Dei, *Nombre de Dios*, cujus loco successit *Portus Bellus* profundus, tutus, salubris & ab arce S. Philippi defensus, & Portus veræ Crucis *Vera Cruz*, & omnium versus Boream excellentissimus Portus realis S. Jo. de Vlloa, *S. Jean, S. Juan de Vlloa* munitissimus tum à duobus castris, tum ab Insula vicina: In hunc portum destinantur merces ex Nova Hispania & Philippinis advectæ, ut in Hispaniam per Havanam deferantur, Sed est difficilis introitus, ob scopulos, & rapiditatem Maris: Et Septembri Naves ibi repertæ ab Aquilonari Vento exagitantur vehementer, nisi catenis ferreis alligatæ fuerint cestæ Australi Insulæ. In ora verò Australi Novæ Hispaniæ portus meliores sunt: Portus Vetus *P. Veio, Panama*, *Truxillo*, de Honduras, *Perico*, *Porto Cavallos* de Honduras; Portus Velorum, *Portus Velez*. Portus *Fonseca* & *Gatulco*, Porto *Lexo*. Sed omnibus his præstant Portus realis *Nativitatis* & Portus realis Aquæpulchræ, *Aquapulco*; in hos enim colligunt se naves ex Philippinis & Sinensi regno cum mercibus: Sed prius appulerunt ad S. Augustini, vel ad Californiæ Portum S. Lucæ, *S. Lucar de California*. In hos quoque Portus Novæ Hispaniæ Anno 1579. ex Insulis Salomonis advectæ sunt auri 40000. frusta præter aromata.

Americæ Australis præcipuus Septentrionem versus Portus ac realis est *Carthagena*, in quem ex Peruvia congregatur auri, & argenti, & aliarum mercium copia per Havanam in Hispaniam comportanda. In ora Gvianæ realis Portus est *Chiana*; In Brasilia verò Portus insignes sunt *Phernambucco*; ubi Sacchari cannis molendis sunt molæ 70. quas vocant *Ingenios*, & Portus Sanctorum omnium *Todos, los Sanctos*; ubi 40. tales molæ. Item Portus Securus, *Porto Seguro* & Portus *S. Spiritus S. Vincentii* & *Roderici* & Boni Aeris, Buenos *Ayres*. Ultra flumen verò Argenteum Portus Leonum, P. *Lione*, qui realis est & ita dictus à Leonibus Marinis; & Portus desideratus, *Porto Desire*; & S. Juliani

realis

realis Portus Magellanicæ Classis statione percelebris. Ultra Fretum Magellanicum in ora australi est Portus Draconis *P. del Drago Inglese*, aqua optima locuples. In ora verò Chilensis ac Peruani regni celebrantur Portus in Insula Loboz & Castri Chilensis *Castro di Chili*. Portus *Quintero* & *Portus Conceptionis* & Vallis Paradisi, *Val Paraiso*, & Portus *Coquimbo* & *Copyapo*, & horum omnium optimus *Portus Arica*, ubi navibus imponuntur argenti Massæ Panamam vehendæ. Inde Portus *Camuran* & *Hacari* & *Panucca* & Limæ Portus *Cabo di Lima*, distans à Lima seu Civitate *de los Reyes* 2. leucas, maximique commercii statio. Portus vetus *Porto Vejo*, quem insalubrem postea experti sunt. In Insula vero Puna portus est bonus pass. 9. & in Insula *Cano* Portus ab omnibus ventis tutus, passuumq; quinqve.

Inter Azores est *Angra*, Portus Tertiariæ Insulæ, *Tercera*, eximius. *Portus Sanctus* est Insulæ cognominis & Portus *S. Crucis* in Teneriffa, & *Palma* Fortunatarum & *Pamibo* in Insula Trinitatis boreali.

VIII.

Sed in selectu hoc Portuum ita acquiescimus. Plures ac reliquos omnes licebit ex Hydrographicis Scriptoribus initio citatis colligere. Portus antiquorum descripsit olim Libris X. Timosthenes Archithalassus Ptolemæi II. sed qui interierunt. E recentibus in iis versantur *Dudlæus L. III. Fournier L. II. Ricciol. cit. L. X. c. IX. & X.* Quem & in Portubus Maris Mediterranei Regionumq; extra Europam nos passim secutos profitemur. In genere de Portubus addi potest, *Portus Reales* vocari ab Hydrographis, quorum talis situs, ut nullo Vento infestari possint. Quales Ricciolus enumerat *Portus Messana, Carthagena, Tolonis, Melitæ, Raguse, Harvichii*, &c. Portus quos omni tempore ingredi licet Itali vocant *Porti d' Entrata*; Alios, ubi tempus affluxus expectandum est *Porti di Marea*. Juxta Portus ordinarie requirunt *Navale* pro fabricandis & instaurandis Navibus. *Pharos* seu Turres ad Portus condunt in signum vicini Portus, aut declinandos Scopulos; Excitantur etiam pro observandis invasionibus hostium, quem in finem Angli suas plerasq; struxerunt, de quo præter alios graphice scripsit Doctiss. *Barclajus in Argenide*.

IX.

Quodq; Hydrographiam maritimam ita concluſum imus, finis loco de Pyxide Nautica h. Capsula indicem Magneticum sustinente veterumq; Re Nautica, tria verba facienda duximus. Index ille Magneticus Line-

Lineam meridianam eoq; Plagam Septentrionalem perpetuo monstrat, licet non ubivis eadem accuratione: Est enim ubi ad 20. gr. & amplius Orientem vel Occidentem versus ab ea declinet, quam variationem s. Declinationem Calybocliſin vocant, primumq; observata fuit à Sebast. Cabotto ajente *Kirchero de A. Magn. L. I. c. VI.* Quæ ipsa tamen etiam non perinde constans est, veluti cum A. M D LXXX. Londini observaretur esse 11. gr. 15. m. versus orientem A. M DC XXII. ibidem observata fuit 6. gr. 13. m. & A. M D XXXIV. 4. gr. 13. m. Dn. A. M DC LXI. 45. m. 30. sec. versus occidentem. Similia Parisiis observavit Mersennus, & Aquis Sextiis Gassendus. *V. Power. Animadv. in Grandamicum p. 166.* Alibi tamen recta Lineam Meridianam monstrat ut Helsmuydæ, loco non procul Nort Capo Finmarchiæ sito; Nec in Azoribus ab ea deflectit, quod aliquibus ansam præbuit, ut Primum Meridianum eo collocarent.

Inventio s. prima observatio (hoc enim in rebus naturalibus est invenire) utilissimæ hujus Proprietatis Magneticæ communiori suffragio transcribitur *Johanni Gojæ* (alii Flavium Giram vocant) *Amalphitano* circa A. MCCC. Alii quidem ex Veteris *Plauti Versoria* noticiam ejus ad antiqua tempora usq; producunt; Sed Versoria illa nihil aliud est, quam Funis, quo Velum vertitur. Alii iterum M. P. Venetum ex Sinensi navigatione reducem circa A. MCCLX. secretum hoc Italis communicasse scribunt: Sed Itinerarium ejus hac de re nihil habet. Unum memorabile est, cujus etiam Kircherus meminit de *A. Magn. L. VI. p. VI. c. 1.* Poëtam Gallicum *Guiot de Provines* jam tum circa A. MCC. Pyxidis Nauticæ mentionem fecisse, verbis, postquam de Polo Arctico locutus fuerat, sequentibus:

Icelle estoile ne se muet
Un art font, qui mentir ne puet
Par vertu de la marinette
Une pierre laide & noirette
Ou le fer volontiers se joint.

Cui responderi possit, Rem, si ante nota fuerit, saltim communi usu ante Joh. Gojæ tempora donatam non fuisse, plures Instantias V. ap. *Riccol. L. X. c. XIIX.* Sed ex eodem Responso æstimandas. Veteres Navigationes quod attinet, illis opus fuit, ut per litora instituerentur, in altum enim quacunque provehi non poterant, utpote instrumento hoc carentes. Nec tamen interea illas magnas aut longinquas fuisse negaverimus, sed prolixiori temporis spacio eguisse dicemus;

Veluti Charthaginenſes totam Africam circumnavigaſſe produntur, vere quidem, dubitamus tamen, an æque facile, ac noſtro tempore id fieri poteſt. Et ipſa navigatio Salomonis Ophirica per litora inſtituti potuit, quamcunque Ophiram dixerimus ſ. Mozambiquam Africæ, ſeu quod probabilius, Cherſoneſum Auream & Malaccam Aſiæ. Sic enim Ezeongebera ſolventes primum litora Maris Rubri legerunt, inde litora Arabiæ, Perſiæ, Indiæ, litus Malabaricum, litus Coromandeligum, Litora Bengalæ, Pegu, & ipſius dn. Malaccæ: Nec mirum, quod Sacer Codex docet finito triennio demum navigationem ejusmodi confectam fuiſſe, quod ſpacium ne illis quidem nunc opus eſt, qui totum Orbem circumnavigant; In litoralibus enim iſtis navigationibus non potuerunt non cum fluxu & refluxu, tempeſtatibus etſs. ſæpiſſime colluctari. quæ veluti iter nimium quantum impediunt, ita hodiernos Nautas in altum provectos non adeo morantur: In *Americam* vero non abiiſſe hanc Claſſem certiſſimum eſt, quia ebur attulit: Ebur ex oſſibus Elephantum eſt, America vero Elephantes non habet. E. Quibus ultimo & hoc addimus: Pixidis Nauticæ uſum non tantum in Mari, ſed in ipſis Deſertis Terræ eſſe. Qualia *Deſertum Pampas* in America: Quod Viatores non ſecus ingrediuntur, ac Oceanum, Nauticamque Pyxidem in Terminum Deſerti, *los bonos ayeres*, conſtanti Lege dirigunt. *Kircher. M. S. L. II. c. XII.* V. infr. *c. VII. §. IX.* Eadem utuntur in itinere per Arenoſa Deſerta Arabiæ, de quo V. inter alios *Le Blank Itiner. p. I. cap. II.*

PARS IV.

HISTORIA FLUVIORUM, LACUUM, FONTIUM, &c.

I. Illuſtratio generalis originis & efflu-xus Fluviorum.
II. Hydrophylaciorum Sedes ac ſeries.
III. Philoſophema, cur Fluvii & quo-modo fluant?
IV. Fluvii Europæ Borealis ac Ruſſiæ.
V. Fluvii trium Regnorum Septentrionalium.
VI. Fluvii Germaniæ; Viadrum veterum Svevum eſſe. Cur Warta nigrorem ſuum aliquamdiu poſt conjunctionem retineat?
VII. Fluvii Belgii.
IIX. Fluvii Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ.
IX. Fluvii Galliæ: Cur Rhodanus cum Aqua

Aqua Lacus Lemani non miſceatur.
X. Fluvii Hiſpaniæ & Portugalliæ: Fl. Anæ miraculum infra Terrum ſe abſcondentis pluribus illuſtratum.
XI. Fluvii Italiæ.
XII. Fluvii Hungariæ: Juramentum Solimanni Precioſi de Arabone non tranſeundo, ejuſq; effectus.
XIII. Fluvii Sarmatiæ Europæ.
XIV. Jordanis conſideratio: An duos Fontes habeat?
XV. Quid de Sabbatio Judæorum ſentiendum?
XVI. De Euphrate & Tigri, item de Sede Paradiſi.
XVII. De Indo & Gange; Gangis Sanctitas: Fluvii Chinæ.
XIIX. Nili Origo, Phialæ, Inundatio, ritus excipiendi eum, cauſa inundationis: Paralleliſmus aliorum Fluviorum ſtato tempore inundationes patientium.
XIX. Fluvii Americæ.
XX. Catarrhactæ Fluviorum.
XXI. Hiſtoria conjunctionis Fluviorum ac Marium.
XXII. Lacus Europæ: Spectaculum Lacus Czyrcknizenſis: Lacus Lemani ſingularia: De Lacu Pilati: Lacus Lomundi in Scotia ſingularia, De Hiberniæ Lacu Erno. Lacus Avernis in Italia.
XXIII. Lacus Aſiæ: Singularia Maris Mortui. An everſis Sodomis ſucceſſerit? Illuſtratio Everſionis hujus ex Interitu Caſtelli S. Euphemiæ in Italiæ A. 1638. facta. Quid de Pomis in loco everſorum Sodomorum adhuc conſpicuis.
XXIV. Lacus Africæ & Americæ: Lacus Subterranei.
XXV. Thermarum, Acidularum & notabiliorum Fontium illuſtratio. Quid de Fontibus Lapidificis? Excurſus de Petrefactione.
XXVI. Fontis Methorn Hiſtoria: Fontes Ignei in Regno Chinæ.

I.

NOndum omnem Hydrographiam explanaſſe videbimur, niſi & Fluvios, lacus acſs. hic addiderimus, illos quidem etiam partes Oceani, ſed mole, ſitu & qualitatibus non parum ab eo divertentes: Dixeris ſimiles eſſe Venis Animalium minoribus, vel fibris per folia Plantarum excurrentibus, quibus una à majori corpore Origo & Scaturigo Conſervationis ſuæ perpetua. Adeo nempe totus Geocoſmus innumeris abundat cavernis, Hydrophylaciis, Siphonibus, & hydragogis ductibus, in quos non poteſt non Oceanus incumbens graviſſima molis ſuæ preſſura ingentem Aquæ copiam effundere & ad ſuperiora Terræ protrudere, haut ſecus ac antlia preſſas aquas in altum ejaculamur & diffundimus: Quod argumentum *Kircheri* eſt,

M. S. L. V. Sect. 1. Disquis. 1. Ut proinde certissime sibi constet, S. Codicis illud; Omnes fluvios in Mare defluere & ex eodem oriri. Cui si Ignis Æstuaria addamus iisq; excitatos halitus minerales, mirum non est, tot alterationibus tantaq; varietate Aquas è Terra demum emergere. *V. Kircheri cit. L. V. totum.*

II.

Hydrophylaciorum Sedem ac seriem quod attinet, ea in montibus quærenda esse evidenti argumento est, quod maximi Fluviorum universi orbis primum fluxum suum inde incipiant. Talesq; idem Kircherus recenset: *In Europa Alpes:* Ex his enim *Padus & Athesis* in Italiam, *Savus & Dravus* in Croatiam & Sclavoniam, *Danubius, Oenus, Rhenus*, aliive in Germaniam, *Rhodanus* in Galliam defluunt. Cui addimus *Sudetes Silesiæ*, quippe Hydrophylacia *Albis*, Fluviorumq; Silesiæ *Oupa, Iseræ, Boberi, Zaci, Quùsi, Catti*; Et vicina illis *Carpathi juga*, è quibus *Odera* & Vistula oriuntur. *V. Schwenckfeld. Geogr. Sles.* Et de *Pinifero monte*, dem Fichtelberg / idem docuit, quisquis fuit, qui ingenioso hoc carmine Hydrophylacium ejus in omnes mundi Plagas diffundi docuit.

Quatuor effundo Fluvios Mons Pinifer; *Ex his*
Ad Ternæ partem quamlibet unus abit:
Mœnus *ad occasum fertur, sed* Nabus *ad Austrum*,
Egra *Ortum, Boream denig;* Sala petit.

Porrò Hydrophylacium *Asiæ* Kircherus prædicat *Montes Tartariæ*, Hinc enim *Indus & Ganges* in Provincias Indiæ Orientalis, *Croceus* aliiq; Chinenses Fluvii in Chinam defluunt. Hydrophylacium *Africæ* indicat *Montes Lunæ*, quippe intra quos maximi Africæ Fluvii *Nilus & Niger* concipiuntur. Ac denique *Andes* sunt Hydrophylacium *Americæ Meridionalis*; His enim maximi Regionis istius Fluvii *Rio de la Plata, R. de las Amazonas, Maragon* &c. ortum debent. Probabilemq; hanc sententiam porro reddit, quod quo pauciores Regio una alterave montes habet, eo minori Fluviorum copia eadem instructa est. Unde America Septentrionalis nullo Fluvio celebris est, quia montibus, qui justæ Amplitudinis sint, fere caret: Polonia etiam minori cõpia Fluviorum gaudet, quam vel Galliæ, vel Italia citerior, vel Helvetia; Tota enim prope plana est ac montibus destituta.

III.

Sed & de modo nascentium Fluviorum paulo pluribus philoso-

phari li-

ri licebit, putamusq; eum in pressura consistere, adeo ut aqua sequens anteriorem premat, atq; ad egressum stimulet; Aquæ sequentis verò defectus non est, quamdiu mari liberum erit meatibus subterraneis se in abdita terrarum recipere demumque ad Hydrophylacia antedicta divertere. Mare igitur terram ingrediens, aquam quam præmiserat, premit, hæcque iterum præmissam urget, & quia pondus sequens totius Maris semper gravius manet partibus inter Terram receptis, ideo gravitate ista fit, ut Aquam ad ipsos montium apices surgere oporteat, indeque porro ad declivia defluere. E quo etiam rationem autumamus reddi posse Quæsitis apud Sacros & profanos autores agitatis: *Cur mare non augeatur, cum tot Fluvios recipiat?* Et *unde infinita illa Fluviorum eodem tenore manantium materies?* Resp. Ad prius, Mare totidem partes per meatus Subterraneos in Hydrophylacia Fluviorum iterum erogare. Ad posterius, Materiam indesinentem manere ob perpetuam pressuram Aquarum maris succedentium. *Modum ipsius fluxus* autem, h. qua ratione Fluvii fluxum in Alveis suis promoveant, ita se habere autumamus, ut fiat, non simplici aliqua protrusione Aquarum, sed circumvolutione continua singularum in Fluviis particularum; Has enim rotundas esse, eoq; propter pressuram particularum sequentium ad motum aptissimas, non tantum dispersæ per sicca corpora guttæ aqueæ evidenter docent, sed alia etiam liquida confirmant. Mercurius namque corpus æque liquidum ac Aqua est, isque quaqua-versus profundatur, globosas particulas ostentat. Cui hoc insuper addendum, non fieri fluxum Fluviorum ideo, quod locum in quem tendit Aqua profluens necessaria declivem esse oporteat, sed unice ob pressuram Aquæ sequentis, de qua ante diximus. Possibilitatem unaquæq; planities docebit, in quam Aqua profusa non profluet, nisi nova accedens priorem aliquo usque propellat. Reipsa autem ita se habere in rotunditate Terræ claret; Cujus singula puncta ita comparata sunt ut consistenti in aliquo eorum circumjacentia loca omnia declivia videantur, idemque aliunde venientibus in acclivi veluti positus appareat. Fluvii igitur eo fluentes, vel sursum fluent, quod contra naturam Aquæ est, vel declivitatem in infinitum extendi oporteat, quod Rotunditati Terræ adversatur. Fluunt ergo omnes Fluvii (nisi ex accidenti ratio particularis interveniat) 1. ob pressuram Aquæ sequentis. Et 2. Fluxum hunc peragunt, quia minimæ omnes aquæ particulæ rotundæ, eoque maxime volubiles sunt. 3. Eodem motu & in eadem altitudine fluunt, id non

idq; non adeo ob declivitatem locorum succedentium, sed ob Aquarum sequentium pressuram.

IV.

Historiam Fluviorum solito nobis ordine prosequemur, initium ducturi ab Europa Boreali, indeq; ad alias orbis partes perrecturi. Sicq; primo recensendi veniunt Fluvii Russiæ, quorum Borealior est *Fl. Obius* s. Obis pro Termino Europæ communiter habitus: Hujus origo è Lacu Asiæ Kithaisko, Ductus per Jouchoriam, Lucomoriam, Siberiam, Samojedam: Effluxus in Oceanum Glacialem è regione N. Zemblæ. Recipit & alium Fluvium ingentem *Tobol* in Provincia Siberia. Post ipsum in eundem Oceanum cis Fr. Weygats effluit Fl. *Petsora s. Petzora.* Ejusdem Russiæ Fluvii, sed Australes magis sunt, *Dwina, Onega & Volga.* *Dwina* Russis Binarium notat, quod Fluvios Jugam & Wymam (Jug & Suchamam vocat Fournier) recipiat. Egressus est in Mare Album ad Emporia S. Michaëlis & S. Nicolai, quorum hoc ad Australe, illud ad Boreale ipsius litus est. V. *prac. P. III. §. I. Onega* XC. mill. Russ. ab Emporio S. Nicolai versus Occidentem distat, & in idem Mare Album defluit. *Volgæ s. Volchdæ*, quod rectius scribi monet Varenius, Ptolemæo *Rha* & Tataris *Edel*, Origo circa lacum Wolga in 56. Lat. & 54. Long. à Teneriffa numerandæ admodum situm: Exitus in Mare Caspium ad Urbem Astracan. Progressus ejus exhibemus fide *Fournerii Geogr. L. XII. c. XIV.* A quo tamen Tabulæ pariter ac inter se ipsas nonnunquam differunt: Proximam lacui esse Urbem *Rsbewam* Ducatus Reschoviæ primariam: Sequi deinde Tweram urbem Episcopalem, Rosslin, Uglitz, Chlopigorod, mox Jaroslaviam unam extantiorum Russiæ Urbium, Tunc Nisinovogorod h. parvam Novogardiam, quam Olearius *Nisen* vocat & Wasiligorod, inde ampliſſima Deserta Tatarorum Ceremisensium, Morwinensium, Casanensium, ipsam dn. *Astracanam.* *Occa* itidem magnus Russiæ Fluvius est, sed quem Volga recipit ad Urbem Nisinovogorod. *Moscua* minor Fluvius Urbem Moscoviam præterlabitur, unde & urbi nomen datum, isque in Occam se exonerat,

V.

In Extrema Lappia Fluvius alicujus nominis est *Cola*: Præter quem Fournier commemorat Amnes Salmonum feraciſſimos *Ponoy, Orlogones, Jochenam, Tiriberi, Piſing.* In Norwegiæ Præfectura Wardhusiensi est Fluvius *Teno*, Nautis *Tenoby.* Juxta Nidrosiam recentes Tabulæ collocant Fluvium Golan, Fluv. ad Bahusium in Mare tendentem, quem-

quemque unicum Lacus Wener reddit inter XXIV. quos absorbet, Fournier *Trolhetam* vocat, additq; eum tanta rapiditate in Mare ferri, ut ad XX. minuta audiri possit. V. infr. §. *de Catarrhactis Fluviorum.* Cætera infinitis Fluentibus & Lacubus scatent, sed quorum noticia non omnibus perinde necessaria est, & nomina etiam in Tabulis raro designata sunt.

VI.

Fluvii extantiores Germaniæ, qui in Oceanum Germanicum se exonerant, sunt *Albis*, *Visurgis*, *Amisius*, *Rhenus*. Albis, Elbe/Elwe/Albe/ Fluvius Germaniæ maximus, quem Gigantæus mons inter juga Alpium seu Studiorum ad fines Silesiæ gremio suo fundit, nulli omnium claritate inferior, ex Fonte vulgo das weisse Wasser/ob arenam & glaream, quam superfluit, candidam dicto, scaturit. Hic mox assumpto Rivulo alio, dem Hirschbrunnen / occasum versus tendens paulo post meridiem versus reflectitur & exjugis summis devolutis in vallem, den Elbengrund / Rivulis innumeris auctus, priori Teutonico amisso Albis nomine insignitur. *Schwenckfeld. ante cit. Geogr. Silef.* De Phialis ejus dicetur *c. VII.* Egressus est ad Chersonesi Cimbricæ partem Ditmarsiam. Urbes intermedias alluit Dresdam, Wittebergam, Magdeburgum, Tangermundam, Lauenburgum, Hamburgum, Gluckstadiam. Fluvios recipit *Egram*, *Moldam*, *Mildam*, *Salam*, *Havelam*, cui antea *Spream* se jungit.

Visurgis Fons in Meliboco Hassiæ monte, indeque *Veeræ* nomen gerit, donec *Fuldæ* junctus Visurgis nomen induat; Germ. die Weser/ i. Aquæ, intuitu confluentium istorum Fluminum. Egressus est infra Ducatum Bremensem ad Depstede. Urbes intermediæ sunt; *Minden*, ubi Fuldæ & Veræ confluxus, *Hameln*, *Bremen*. Quibus accessit *Carolostadium* seu Carolsburg urbs à Svedis A. M DC LXXII. quinque milliaribus ab Oceano ad Septentrionalem ripam Visurgis condita eademque dirigente Colonello de Melle insigni munimento instructa, unde Vicinorum indignationem incurrit, commerciorum libertati inde insidiatum iri metuentium.

Amisius, die Emß/Episcopatus Paderbornensem, Osnaburgensem, Monasterienſem & Comitatum Oſt-Frisiæ rigat. Oritur haut procul Paderborna, atq; ad Embdam in Oceanum se recipit.

Rheni Ortus in Alpibus: Ejus Fontes duo, indeq; Nomen Rheni Anterioris, der Vorder-Rhein/ & Posterioris, der Hinter-Rhein. Urbes intermediæ post Helveticas alias, Basilea, Brisacum, Strasburgum, Wormatia, Mogun-

Moguntiacum, Bacharach, Colonia: Fluvios recipit in dextro latere *Necrum* ad Manhemium, *Mœnum* ad Moguntiacum & *Luppiam* ad Vesaliam: In Sinistro latere *Mosellam* ad Confluentiam s. Coblentz. Mari propinquior redditus emittit Vahalem die Wahl/ qui *Mosæ* jungitur, *Lecum* die Lech & *Isalam*: Isala in Sinum Bergicum die Zuyder-See influit, reliqui in ipsum Mare.

In Mare Balthicum effluunt *Dnva & Viadrus*. *Dnvam* Lubeca commendat, post quam & Mare ingreditur.

Viadrus, ex radicibus Carpathi prope vicum *Adry* post oppidum Ostrow dimanat, unde & nomen ipsi die Oder. *Schwenkfeldius l. sæpe cit.* tamen id à rapiendo vel spoliando derivat, quod inundationibus crebris late vicinos campos vastet. Fournerius ab Aucupibus petitum docet, qui casas captandis avibus constitutas Odri appellent, ac tales ad Viadri Fontem ali. Plinius *Guttalum* vocat, eundemque Veterum *Svevum* esse, non Spream, ut vulgo putant, autumamus. Nam Plinius, Tacitus, Ptolemeus, & ex Veteribus plures alii uno quasi ore Svevum Fl. in Mare Balthicum egredi affirmant. Spera vero Havelam & cum illo Albim ingreditur, Svevus e. dici non potest. *V. Beuther. Comm. in Tac. de Mor. Germ. p. 94.* Infra Stetinum in Lacum das grosse Haff se demergit indeq; per tria ostia Mare ingreditur. Dextrum est *Dipena*, Diwenow/ Sinistrum *Pena*, Medium *Swina*. *Diepena* cæteris recentius est & ante Annos CCL. admodum cœpisse dicitur V. eund. *Beuther. cit. p. 50.* Urbes alluit Breslaviam, Glogaviam, Francofurtum, Cüstrinum, Stetinum. Fluvios recipit *Boberum*, *Neissam*, & juxta Cüstrinum *Wartam* è Polonia descendentem, sed aliquamdiu repugnantem & nigroris sui tenacem: Quod & de Bugo Fluvio narrat *Cromerus* de Situ Polon. *L. I. Narvæ à Septentrione & ortu æstivo è Lithuania profluenti ægre miscetur nigrorem suum retinens aliquandiu; Nec multo inferius victor Narva Vistulam subit.* Nostro tempore Novo cum Sprea conjugio superbit Fossa à Sereniss. Electore Brandenburgico Dn. Friderico Wilhelmo excitata, eoque instituta propiori communione Maris Balthici & Oceani Germanici.

In Australi Germaniæ parte *Danubius* est, Fluvius post Nilum in Orbe Veteri Maximus, cui quidem tanquam singulare quiddam attribuunt, quod contrario à reliquis motu non occasum aut Boream, sed ortum petat, sed ne cui id rarum videatur, in Russia idem facit *Volga*, in Anglia *Tamisis & Humbrus*, ad Scotiam *Tweda*. In Scotia Taus maximus

Scotiæ

Scotiæ Fluvius, in Italia *Padus*, &c. Idem faciunt, quos secum trahit *Isera & Oenus*, in Bavaria, *Dravus & Savus*, in Hungaria, & alii quorum §. *XII. & XIII.* fiet mentio. In America Meridionali quoq; omnes majores Fluvii versus Orientem manant, omnes item Fluvii Chinæ V. *seq. §. XVII.* Describitur singulari Libro *à Sigismundo* von Birckẽ / cum Tit. der Donau-Strand. Norib. MDCLXV. Fons ejus in Vico Eschingiaco Furstenbergiorum, cui ideo & nomen Don Eschingen datum q. Donau Eschingen; idemque sub arce situs est ac muro includitur X. cubit. alto & XX. longo: Terra ibidem plana neque montibus jugosa, nisi quod cœmeterium, juxta quod exit, clivum leniter sese attollentem repræsentet. Vid. *Sigism.* von Birckẽ / *c. l. p.* 11. *& seqq.* Inde Tacitum interpretantur *de mor. Germ. c. 1. Danubius molli & clementer edito montis Abnobæ jugo effusus plures populos adit* &c. Abnovæ enim s. Abnoviæ nomen collem declivem in campis pascuis potius, quam silvis horrentem & asperum montem significare, Vid. *Beuther. comm. in h. l.* Quem tamen ita emolliri potius, quam vere defendi opinamur. Provincias decurrit *Sveviam, Bavariam, Austriam, Hungariam, Serviam, Bulgariam, Wallachiam & Moldaviam:* Urbes tangit *Ulmam, Ingolstadium, Ratisbonam, Passaw, Lintz, Viennam, Presburg, Gran, Ofen, Belgard, Nicopolin.* Sexaginta Amnes recipit, quorum medius ferme numerus navigabilis. Pontibus sternitur uno & viginti à fonte ad Viennam; Infra, duobus tantum. In Pontum Euxinum evolvitur, ut in X. usq; milliaria, postquam in Pontum se abdidit, Aquam dulcem ejus percipere liceat. Ostia ejus Herodotus & Strabo V. Plinius VI. Ammianus & Solinus VII. recensẽt. Primum & omnium maxime Meridianum est Ostium Peuces seu *Hieroſtomon*, ad cujus egressum urbs Pangala sita, olim Istropolis vocata, ipsaque Peuce Insula triquetra Rhodo æqualis, sic dicta quod multas Peucas, h. latas & virides arbores ferat. Secundum *Narcoſtomon* q. pigrum ostium à lento fluxu. Tertium *Caloſtomon* juxta Insulam Sarmaticam q. pulchrum Ostium. Quartum est *Pseudoſtoma*. Postea sunt *Boreon Stoma, Stenon Stoma & Pſilon Stoma*, quæ sunt langvidiora cæteris: Itinerarium Excellent. Comitis Leslæi Legati Cæsarei ad Aulam Turcicam per Danubium Strigonio Belgradum usque A. MDCLXV. legere est in *Diar. Europ. Contin. XI. p. 543. & seqq.*

VII.

E Belgio in Mare defluunt *Mosa, Scaldis, Agnio.* *Mosa* oritur in

Gallia proxime Abbatiam Voyge in vico Meuſe ex Lacu, atq; initio tanta exiguitate eſt, ut ad Molendinum Harcariæ nono minuto à Fonte utraque manu poſſint aquæ ſiſti. Exitus eſt, quà Vahali ſecundò jungitur. Urbes intermediæ ſunt *Verdun*, *Mouſon*, *Maſier*, *Charlemont*, *Bovigne*, *Dinant*, *Namur*, *Leodium*, *Maſtricht*, *Ruremonde*, *Venlo*, *Genep*, *Gravia*, *Raveſtein*, &c. Fluvios recipit Sambim, *La Sambre*, Urtum, *Ourt*, Roeram, *Roere*.

Scaldis Fons eſt in Veromanduis, Egreſſus infra Antwerpiam, ubi ad Caſtrum Safftingen in duo abit cornua, quorum alterum verſus occaſum profluens die Honte dicitur, atq; inter Walchriam & Sluſas Oceano committitur; Alterum in Septentrionem labens ad urbem Bergam Somam excipit iterumq; in duo Brachia diviſum Seelandiæ Inſulas interluit. Urbes ejus ſunt *Cambray*, *Valenciennes*, *Dornick*, *Oudenarde*, *Gandavum*, *Dendermunde*, *Antwerpia*: Fluvii majores, Lilium, de Leye / ſeu *Lis*, qui ad Gandavum ipſi miſcetur, ad quem *Arras*, *Douay*; Et *Demerus*, qui Mechliniam alluit.

Agnio, vulgo *Aa*, oritur in Comitatu Renty; Præterfluit *Audomaropolim*, *ſeu S. Omer*, *Borborch*, *Gravelingam*, ac denique per Sluſam ad Littus Seelandicum ejicitur.

VIII.

Angliæ Fluvii majores ſunt *Tamiſis & Sabrina*. *Tamiſis nomen* ad Oxoniam incipit à confluxu Fluminum *Tama & Iſis*, unde Tamiſis. Urbes adſitas habet *Windſoram*, *Londinum*, *Greenwich*, *Graveſande*. Oſtium eſt ad Inſulam *Sheppey*, qua ſimul Medweagus, *Medway*, Fluvius, ſed Tamiſi minor, in Mare effluit: Cujus Deſcriptionem vide *in Camdeni Brittann. Hiſtor. Cantii*, Tamiſis *ibid. Hiſtor. Berceria*, *Sutbria*, *Suſſexia*, *Cantii*.

Poſt Tamiſim ad Portum Yarmouth effluit Fl. *Garienis*, unde & oppido Nomen q. d. os Garienis. Deinde in Sinu ad Norfolkiam & Cantabrigiam *Camus*, *Ouſe*, *Withama*, qui Lincolniam præterlabitur. *Humbrum* æſtuarium conſtituunt *Trenta & Urus*; Atq; eodem influit *Hulla* unde & Caſtello adjacenti Nomen. Extremus ad Scotiam & Limitaneus Fluvius eſt *Tweda*, qui copioſa ſcaturigine erumpens, ubi proxime Carram vicum accesſit, multis aquis convaleſcens Regnorum collimitia diſcriminare incipit: Cumq; Werke Greyorum caſtrum alluit, in quod Scoti non raro detonuerunt, *Tilli* Fluvii aqua augeſcit. Plenior deinde decurrit per Norham, & dn. in ulteriori Ripa Oſtii ipſi impendet

det ultimum Angliæ & munitisſimum totius Britanniæ oppidum *Barwick. Camden. c. l. in Northumberland.*

Sabrina, *the Severn*, in Occidentem labitur, atq; oritur è Monte Plinlimon in Comitatu Montgommerio, cujus præcipuum oppidum ſurgenti ſaxo impoſitum præterfluit, tum Bridgenorth, Wigorniam ſ. *Woceſter*, & Gloceſtriam. Infra Gloceſtriam alterno Maris acceſſu plenior more ſævientis pelagi aſſurgit & petens Oceanum aperit ſe ad Darcley Caſtrum munitum. *Fourn. L. V. c. XVI.*

Juxta hanc eſt *Avona* Briſtoliam alluens & infra eum ſe Mari committens.

Vaga Fluvius ex eodem quo Sabrina Monte Plinlimon naſcitur, & Herfordiam atq; Monmuthiam præterlapſus in idem æſtuarium ſe recipit. De Remnio, Tobio, Vivio, vid. *ſup. cit. Camden Deſcr. Walliæ.*

Fluvii Hiberniæ: Liffius, ad quem Kildar Epiſcopalis Sedes & Dublinum, Bovinda ſ. *Boyn*, *Banney*, Logia ſ. *Liffer*, *Monmoy*, Senneus ſ. *Shennin*, *Daurona*, Svirus, Neorus & Birgus, Fluvii quos tres Sorores olim nuncuparunt, ad qvorum primum Svirum celebris Hiberniæ Urbs Waterford poſita.

In *Scotia* prope Edenburgum eſt Letha Amnis exiguus. *Taus* eſt totius Scotiæ maximus Fluvius, qui per Albaniæ Agros proruit, mox in lacum diffunditur longum XXIVM. paſſuum, inde Perthiam regionem fœcundat, &c. In Oſtii Ripa Boreali celebris Comitatus *Angus*. Eundem eſſe Terminum Scotiæ Auſtralis, quæ vocetur *eis Taum*, & Borealis, quæ trans Taum, docet *Fourn. V. XI.* Poſt Taum ſunt *Dina*, *Donus*, ad Aberdoniam, *Neſſus & Loxa*, quorum Aqua ſemper tepet, etiam per hiemen.

IX.

Galliæ Fluvii majores qui in Oceanum Occidentalem deſluunt, ſunt *Sequana*, *Ligeris*, *Garumna*. Sequana, *La Seine*, cujus Ortus in Burgundiæ Ducatus Diœceſi Heduenſi prope oppidulum Chanceaux in Silva Belſaya. Egreſſus in Mare Britannicum unico quidem ſed XM. paſs. patente alveo, in cujus dextra ripa Harflutum, *Harfleu*, ſiniſtra Honflutum, *Honfleu*. Salutat Urbes Nobiliores Rotomagum & Lutetiam Pariſiorum, ad quam & Naves Onerarias MCCCC. Cadorum vini admodum deferri patitur. E Fluviis quos recipit, indicamus Matronam, *Marne*, ad quem Urbes Langres, Chalons, &c. Axonam, *Aine*, ubi Retel, Soiſſons, &c. Aiſiam, *Oyſe*, ubi Noyon, Compiegne, Beauvais.

Ligeris, *la Loire*, nomen habet à Prato quod statim à Fonte perlabitur in D. Eulaliæ parœcia apud Velaunios, *en Velay*, ad Gerbarii Jugi radices. Evolvitur in Oceanum in lat. gr. XLVII. [redacted]L. juxta Emporium *Nantes*: Emensus CC. Leucas aliis CLXVI. est navigabilis, ubiq; clarus, pellucidus, præterquam Mense Majo solutione nivium, quibus adeo tumet, ut vix coerceatur aggeribus. Fluvios majores recipit Elaverem s. *Allier*, Carum s. *Cher*, Jugerem, *l'Indre*, Vigennam & Crausiam, *la Vienne & la Creuse*, Meduanam, *Majenne*, &c. Urbes adsitas videt Nivernium, *Nevers*, Aureliam, *Orleans*, *Blois*, *Tours*, Juliomagum s. *Angers* & dn. *Nantes*.

Garumna, *la Garonne*, Fluviorum qui è montibus Pyrenæis prodeunt maximus, altissimus, maxime rapidus, unde & nomen ipsi, quod antiquis Gallis & nunc etiam Britonibus Garun sonet rapidum. Oritur in montibus Auræ non procul Urbe Gvadalup in lat. XLII. Evolvitur in Mare ad lat. XLV. Ostio magno freto simili inter Solacium & Rojanum in litore Santonico, quodq; difficile fit propter Syrtes, ideo ad idem Rojanum plerumq; nautæ quæruntur, qui suo periculo naves deducant. Burdegalam usq; admittit magnæ molis navigia. In ipso Ostio recipit Duranium Fl. *la Dordoigne*, ad Oppidum Burgum; cujus influxus præternavigantes in magna adducit pericula. Ante hunc ad Aiguillonium Fl. Lotium, *le Lot*, aliis Olindum s. Oldum; Inter Urbes sunt Tholosa, Aagen, Burdigala:

In Mare Mediterraneum se exonerat *Rhodanus* & ante eum Atax *l'Aude*, Fl. minor quidem, sed insigni Serenis. Regis Galliæ nomine inclarescens, dum ejus cum Garumna Conjunctione Galliam ex Mari Mediterraneo in Oceanum Occidentalem perviam facere hactenus studuit. Atq; similiter Sequanam posse conjungi cum Rhodano eoq; Mari Mediterraneo mediis Armancione & Ouche ductoq; Alveo trium non amplius Leucarum monet *Fournet. L. VI. c. XV.* Sicq; alveus etiam mediante Lupæ s. Loin inter Ligerim & Sequanam ductus est docente eod. ib. & *c. XVI.* Oritur Atax ex Pyrenæo in Aletensi regione & Carcassonam atq; Narbonam præterlabitur.

Rhodanum, *le Rosne*, quod attinet, ille oritur ex Jugo Sempronio *Montsanpron*, Penninarum Alpium Celsissimo. Fontes habet apud Mantam vicum paucis minutis à Fontibus Arolæ, Rheni & Ticini; Ad Pagum Neuville miscetur lacui Lemano, sine mixtura Aquæ suæ tamen, quæ cœrulea manet: Quemadmodum & *Rhenus* Lacum Acronianum super-

ſupermeat, *Ticinus* in Italia Lacum Verbanum: Et in Anglia Aqua Fluvii *Dee* non miſcetur cum palude de Bala in Agro *Merioneth*, Fluvius *Levenney* tranſit Lacum *Lynſavathan* ſine mixtura in Agro *Brecknock*. Vid. Merret. *Pinac. Rer. Britann. p. 221.* Rationemq; reddit *Kircher. M.S. L. V. S. IV. c. II.* quod flumina continuo fluxu motuq; purgata depoſita graviori miſcella leviora reddantur Aquis lacuſtribus varia rerum ſubterranearum mixtura contaminatis, unde partim terreſtrium ſuccorum attractu, partim etiam à Sole tenuioribus aquarum partibus attractis feculentaque remanente ſubſtantia ponderoſiores fieri neceſſe eſt. Rhodanus porro interea ex Lacu Lemano ad Genevam exit, ferturque in occaſum ferme Lugdunum usque, ac inde advenis aquis locupletior vertitur in Auſtrum, Galliamq; ſumma cum violentia interluit, unde & Nomen forte ipſi natum, Rhedec enim Britannice ſignificat violenter currere. Oſtia, quibus in Mare ſe demittit, tria ſunt: Metapinum, Hiſpanienſe, & Masſilioticum, Incolis *le Tampan*. Navigabilis eſt à Taureduno Caſtro, ſeu Cluſa tribus leucis infra Genevam. Fluvios recipit *Ararim*, *Iſarum*, *Durcium*. Urbes videt *Genevam*, *Lugdunum*, *Viennam*, *Avignon*, &c.

X.

Fluvii Hiſpaniæ ac Portugalliæ Nobiliores hi ſunt: Minius, *Rio Minho* in Gallicia: Nomen à Minii Venis, quibus interdum inficitur: Ortus è Vidunis Aſturiæ jugis, progreſſus ad Urbes Lugo & Orenſe, egreſſus inter oppida Gvardia & Camina. Fluvium non ignobilem recipit *Aviam*, qua partem Limitum Regni Portugalliæ explet.

Mondegus, olim Munda, ad quem Conimbra ſita.

Durius, Doris ſeu Doria, *R. Duero*, oritur in Pelendonibus ex Monte Idubeda: Fluit per Caſtiliam Veterem & Portugalliam. Urbes alluit Camoram, Mirandam, Lamegum. In Mare dimittitur ad Portum, *ſ. Port à Port.*

Tagus, *Rio Tejo*, cujus Ortus Sierra Molina in altiſimis Oroſpedæ jugis, Egreſſus infra Lisbonam inter Promontorium Magnum ſ. C. de Caſcais & Prom. Barbarum ſ. C. de Spichel. Fluvios recipit *Henares*, unde adjacenti Compluto nomen Alcara de Henares, & *Manzanares*, qui Madritum alluit: Urbes potiores juxta ſe habet *Toletum*, *Alcantaram*, *Lisbonam*.

Palma Fl. ad quem Setubal, ſeu *S. Yves.*

Anas, *Rio Gvadiana*, oritur in Agro Laminitano Latit. XXXIX. fluit

inter Urbes Civitad Real, Calatravam, Meridam, Badajos, Olivencam. Egreditur ad Castrum Alcotim, & in tres sinuatur Portus. Ipsum ad Palacium Regium, *Palacio del Rey*, terræ viscеribus se condere & post XX. minuta ad Metallinam, *Metellin* iterum erumpere, pascereque in planitie quam subluit plurima pecora, res communiter nota est, cumque tria maxime memorabilia Hispaniæ Autorum nonnulli prodant: Pontem cui Aqua superfluat, cum sub Pontibus alias soleat manare, quo Aquæductum Segoviæ innuunt: Civitatem Igni circumdatam, quam Madritum dicunt quia filicibus circumdetur: Et Pontem, in quo continuo decem millia pecorum pascantur, eoq; ipso conditorium hoc Anæ indigitant. Monet tamen Ortelius, id vulgi opinione potius, quam rei veritate constare, idq; se accepisse ab Oculato Teste Georgio ab Austria, Præposito Harlebecensi *ad Tab. XVI. Theatr. Orb. Terr.* Interim & Furnerius, cætera satis accuratus, eandem rem tradere continuavit, *L. VII. c. XIV. & Ricciol. L. X. c. VII.* neque rem impossibilem esse facile dabit, qui Maris Mediterranei & Maris Caspii ante commemoratos Ductus subterraneos, ac de quibus mox dicturi sumus, Jordanis & Lacus Asphaltitis conditionem expenderit. Alia exempla *V. in Kirch. M. S. L. II. c. XIII. fin.*

Bætis, *R. Guadalquivir*, oritur ex monte Orospeda, Sierra de Alcaraz, indeque Urbes *Cordubam & Hispalim* præterlabens in Oceanum evolvitur ad S. Lucar. Fluvium Singulim, *Xenil*, recipit infra Cordubam.

In Mare Mediterraneum descendunt R. Gualentin, Segura, Xucar & Iberus. Isti minores sunt, Iberus, *R. Ebro*, major: Isque oritur apud Cantabros prope *Aquilar del Campo* ex binis fontibus, unde Nomen Fontibre q. d. Fontes Iberi. Nomen habet ab Iberia urbe totius Europæ olim præstantissima, quæ hodie censetur Elix esse. Ad Urbes labitur *Logrono* s. Juliobrigam, Calagurrim, Saragosam, Tortosam. Fluvios præcipuos excipit, *Aragum*, ad quem Pamplona, *Aragonem* ad quem Jacca, *Salonem*, *Sicorin*, ad quem Lerida, & *Egbam*. In Mare descendit duobus Ostiis, quæ Insulam Alphaciam, *Alfaques*, formant.

XI.

Italiæ Majores Fluvios nominamus *Tiberim*, *Arnum*, *Padum*, *Athesim*. Tiberis Fl. *Tevere* nascitur in Apenninis finibus Aretinorum eadem fere parte, ubi fons Arni supra Aretium. Scaphas tolerat ad Ostium amnis Palliæ s. *Paglia*, quo pariter ac restagnantibus aquis Clusinæ Paludis seu Glanii amnis committitur Arno ad oppidum Aretium s. *Arezzo*, Romam

Romam dum festinat in decursu XLII. amniculos recipit: Deniq; duobus Ostiis in Mare Hetruscum delabitur, à quibus & Ostiæ, Loco adjacenti, nomen datum. Qui cur nostro tempore destructus sit dictum supra *Sect. III. §. V.*

Arni Fontes non longe à Fontibus Tiberis distant. Urbes deinde *Florentiam & Pisam* videt, & post hanc in Mare abit.

Padus, Ital. *Po*, Græcis Eridanus, quod nomen & in Constellationem cœlestem translatum, oritur in finibus Marchionatus Saluciarum, inde Salucias, Pedimontium, Montisferratum, Placentiæ, Mediolani, Mantuæ, & Ferrariæ Ducatus rigat & uno continuoq; fluit alveo ad Ferrariam oppidum usq;, infra quod in alveos ductus Mare Adriaticum ingreditur. Flumina & Lacus ultra XXX. recipit.

Athesis, *Adese*, Flumen post Padum totius Italiæ maximum, saxis asperum, gurgitibus vorticosum & impetu ferox. Oritur in Latii, XLVI. ex Alpibus, & *Tirolum* primo, inde *Tridentum*, & *Veronam* præterfluit junctus Garciæ, qui ex agro Brixiensi manat. Et quamvis ab ipso fonte ingentes larices abietesque deferat ob rapiditatem, tamen Veronæ tantum navigari incipit. In Mare abit ad *P. Fossonem*.

XII.

Hungariæ Fluvii majores sunt præter Danubium, qui *Presburgum*, *Comorram*, *Budam*, &c. alluit, *Vaga* die Wage / ad Guttam in Danubium abiens, *Granus*, cui adjacet Urbs Newsol: & ad Ostium ejus in oppositò litore Danubii Urbs ejusdem nominis *Gran*, alias Strigonium dicta. Tibiscus, *Tyßa* in Carpathiis jugis nascitur & inter urbes salutat Tokay, Segedinum, &c. In Danubium fluit haut procul Ostio Savi. Ab Australi latere est Fl. Arabo, *Rab*, Urbem similis nominis alluens & una cum Danubio Insulam Schutt constituens. Inter Turcas fama tenet, Solimannum Pretiosum Imp. Turcicum solenniter juravisse pro se ac posteris suis, se nunquam Fluvium hunc ad infestandas Christianas Regiones transiturum: Sed Magnus Vezirus nihilominus jussu Portæ eum A. MDCLXIV. transiit, & transitus pœnam quoque gravissima clade mox luit. Fluvius enim nocte transitum secuta tanta incrementa sumsit, ut vix natando amplius superari posset: Unde Christiani Turcas non in justam aciem dispositos statim impetierunt, & quos armis assequi non poterunt in fluvium fugarunt. Est hæc celebris illa victoria ad S. Gothardum, qua glorioſior à multis retro annis adversus Turcas haut extitit; ipsi Turcæ superstites cujus sensu graviter affecti fuere, causam viola-

in violato Solimanni juramento recumbere rati. V. *Seq. Hiſtor. Civ. c. X. §. X.*

Dravus Fl. ex Alpibus Noricis manat, loco, quem accolæ Toblium dicunt, ac rigat deinde Carinthiam, Stiriam, Slavoniam & in Raſcia miſcetur Danubio.

Savus ex Alpibus Carnicis oritur, Carniolam tranſit, poſt Croatiam ſejungit à Slavonia, Boſniam à Raſcia, per Serviam deinde ad Belgradum Danubium ingreditur.

Tranſilvania Fluvios Nobiliores habet Samoſum, *Mariſcum ſ. Maros*, & *Alutam*. *Mariſcus* oritur in montibus Carpathiis, definit in Tibiſco ad Segedinum; Aluta Fontes habet in eorundem Montium radicibus, & Ciculos, ac Valachiam alluit, Danubio miſcetur ſupra Nicopolin.

XIII.

Reſtant ex Europa Sarmatici Fluvii, inter quos primus *Viſtula*, die Weixel/ cujus ortus in Montibus, qui Hungariam à Poloniâ dividunt, Progreſſus per Poloniam, cujus Regiam ſedem *Cracoviam* alluit, inde *Varſaviam*, & in Pruſſia, *Thorunium*, *Culmam*, *Marieburgum*, *Dirſaviam*, *Dantiſcum* denique, ubi per Sinum Aquæ Dulcis, das Friſche Haff/ labitur in Mare Balthicum.

Niemien Fluv. Lithuaniæ, Noſtris Memel/ Latinis forte Cronius, oritur in Ducatu Sluskenſi; In Mare Balthicum ingreditur per Lacum Curionenſem: Inter fluvios quos recipit eſt Vilna, qui Urbem ſimilis nominis eamq; Metropolin Lithuaniæ alluit.

Boryſthenes fontes habet è lacubus Ruſſiæ, uno Wolock, altero Dnieper, unde Nomen *Dnieper* in ipſum Fluvium manavit. Inter Urbes nobiliores quas alluit eſt *Smolensko*, *Kiovia*, &c. Supra Kioviam recipit Fl. Pripetum. Exitus eſt in Pontum Euxinum. Furnerius ex communi fama hanc laudem ipſi tribuit, quod fluat melle & lacte: Partem ſuperiorem quippe ſilvis obſitam eſſe, quæ favis turgeant; Inferiorem verò Inſulis implicitam, in quibus ſint uberrima paſcua.

Tanais, Ruſſis *Don*, oritur itidem ex Lacu Ruſſiæ, cui nomen Jvanovo Jeziero, h. Lacus Johannis. Egreditur in Paludem Mœotim duobus Oſtiis, ad quæ Tana, commune olim Europæorum, Aſiaticorum, & Tartarorum Nomadum Emporium, nunc Azoph dictum munitumque arce & firmo Præſidio Turcarum. Chamus Tatarorum ejus cum Volga conjunctionem aliquando tentavit, Turcis ita in Mare Caſpium & Moſco-

Moscoviam aditum aperturus, sed operi jam accincto Rusi cladem gravissimam intulere, quo factum fuit, ut proposito suo cogeretur abstistere. Quod tamen postmodum perfecit Sachainbeierus Camouz, à quo & Fossa Camouz dicta fuit, extructis insuper præsidioq; munitis XVII. Turribus. *V. Fourn. L. XII. c. VII.*

XIV.

In Asiæ Fluviis pauciores & notiores contemplabimur, atq; ex iis primo Nobilem Palæstinæ totoq; S. Codice celebratum Fluvium *Jordanem.* Hujus progressus per Lacum Samochonitem & Mare Tiberiadis; Egressus in Lacum Asphaltiten. Qua quidem re simul discrimen ponit inter Provincias Palæstinæ, Judæam, Samariam, & Galilæam ab uno latere, & Peræam, olim sedem duarum Tribuum cum dimidia, s. Trans Jordanensem Provinciam ab altero latere ipsi adsitam.

De Fontibus ejus vero res non videtur carere dubio. Tabulæ Palæstinæ communiter duos assignant, eosdemq; Commentatores earum unanimiter asserunt, quodq; alteri *Jor*, alteri *Dan* nomen fuerit, ipsum Jordanis Nomen inde natum tradunt. Ita inter alios *Cluverius L. V. c. XX. n. V. Oritur, ut Autor est D. Hieronymus, ex duobus fontibus haut procul à se distitis, quorum alteri* Jor *Nomen est, alteri* Dan, *conjuncti nomen Amni faciunt* Jordan, *sive Jordanis.* Nos unico tantummodo Fonte nasci putamus & illo quidem in loco primum Dan, postea Panium dicto, in quo & Cæsarea Philippi postmodum condita fuit. Docent id Josephus, Thalmudici, Plinius, Hieronymus, quorum testimonio quid certius afferri potest? Ita I. *Josephus L. III. de B. Jud. c. XIIX.* Jordanis Fons Panium *esse videtur, sed revera huc Terra conditus fertur ab ipsa dicta Phiala, &c. manifestum autem Flumen Jordanis ex hoc antro incipiens Semechonitem quidem lacum secat.* Item L. I. c. XVI. *Herodes alterius Terræ adjectione donatus à Cæsare aliud ei Templum* circa fontem Jordanis *candido marmore posuit*, qui locus appellatur Panium. *Ubi montis quidem Vertex in præcelsum editus propter subjecti lateris vallem, antrum aperit umbrosum, qua profundæ altitudinis rupes ad immensum liquentis gutta receptaculum concavatur, ut stagnantis aquæ copia demittentibus aliquid, donec terram inveniant, longitudo nulla suffixiat. Foris autem è Spelunca radicibus oriuntur Fontes, & ut quidam putant, hoc est Jordanis Principium.* II. Thalmud Babylon. Bava Bathra fol. 74. 2. *Jordanes oritur è Spelunca Paneadis*; Et Megill. fol. 6. 1. *Dixit R. Isaac, Leschem est Pameas:* Ubi Glossa: *Leschem Urbs, quam subjugarunt Danitæ. Ea est* Pameas, *quod exinde Jor-*

danes promanet. Dicitur enim à Rabbinis Jordanes exire è Spelunca Paneadis. III. Plinius idem sentit *Hist. Nat. L. V. c. XV. Jordanis amnis oritur è fonte Paneadem.* IV. *Hieronymus* dn. clarissimam ipsi Etymo lucem affundit *in loc. Hebraicis*; *Dan Vinculus est quarto à Paneade miliario euntibus Tyrum, qui usq; hodie sic vocatur Terminus Judææ Provinciæ contra Septentrionem. De quo & Jordanis Flumen erumpens à loco nomen sortitum est: Nomen* Jor *quippe* Φεῖ Θεον, *i. Fluvium s. Rivum Hebræi vocant.* Quod quid apertius? Namq; ii Jor fluvium significat, jam non Fons Jordanis erit, & Nomen proprium, sed appellativum. E. in loco Dan, seu Panio aut Paneade, Fons Jordanis. Atq; ibidem conditam fuisse Cæsaream Philippi, iterum à Josepho docemur *Ant. XIIX. III. Philippus ad Fontes Jordanis in* Paneade *Urbem condit Cæsaream.* Hodie Urbem *Belinas* in hoc tractu reperiri tradit *le Blanc. Itin. p. I. c. I.* Confer. Doctiss. Viri *Joh. Lightfoot. Animadversiones in Chorographiam Sacram*, Ejusdemque *Centuriam Chorographicam* præfixam *Horis Hebraicis in Matthæum*: Qui inter Viros Doctos nostri temporis præcipue hoc argumentum tetigit. Quod tamen & ante duo Secula *Bernhardo de Breitenbach* Itineris Johannis Comitis Solmensis in Terram S. Socio ac postea Decano Mogunt. Itinerariiq; de eo scripti autori, jam suboluit, cujus verba Germanica, cum non aliter nobis ad manum sint, hoc tenore sonant: Ob dieser Stadt (Belenas) entspringen zween Brunnen von dem Berg Libano/ welcher einer Jor/ der ander Dan genennet/ kommen vor dieser Stadt Port zusammen/ und machen den Fluß Jordanem. Aber etliche vermeinen/ daß in rechter Warheit der Jordan allhier seinen Ursprung nicht habe/ und besonder saget Josephus, als auch ist/ daß von dieser Stadt gegen Mittag wol sechs hundert Roßlauf weit ein Brunn sey/ Phiala genannt/ der allezeit Wassers voll ist und doch nimmer überfleust/ und fleust unter der Erden biß an diese Stadt/ da der Brunn Dan ist/ und gehet allda über/ und bricht auß/ das man offt hat bewehrt mit Sprüern/ die man in den Brunnen Phiala warff/ und in dem Brunnen Dan wieder aus nahm. Die Saraceni aber heissen den Brunnen nicht Phialam, sonder Medan, ist als viel gesaget/ als Aquæ Dan, Wasser des Brunnens Dan/ dann Me Arabischer Sprache nach ist als viel/ als Wasser/ Dan ist einer der obgenannten Brunnen/ und ist derselbe Brunn Phiala oder Medan nicht fern von der Stadt Schwita bey S. Jobs Grab etc. Extat in colle&to Volumine Itinerum in Terram Sanctam *f. 66. b.* Atque Princ. Radzivilius etiam, licet ex communi sententia τῶν *Jor* & *Dan* mentionem faciat, eos tamen non Fontes Jordanis sed Alveos vocat, distinctamq;

tamq; Jordanis ab iis originem prædicat: *Mane pervenimus ad Pontem, quem ipsimet Turcæ Jacob Patriarcha vocant. Est satis latus, & solide constructus ac Jordani superimpositus: Qui Fluvius ad dextram duos habet alveos quorum unus Jor, alter Dan appellatur; Simulq; supra pontem satis tamen longo intervallo conjuncti velut unum efficiunt amnem, ita nomen unum retinent, & vocatur Jordanis, qui non procul inde ex montibus oritur.* Peregr. Hierosol. *Ep. II. f. 41.* De Lacubus, quos transit Jordanes V. *seq.* §. *XXIII.*

XV.

Sequitur *Sabbatius s. Sabbaticus*, ille cujus natura, ut soleat sex diebus fluere, septimo autem quiescere & σαββατίζειν, tanquam tacite venerare-tur diem septimam s. Sabbatum Judaicum. Atq; in Syria extare talem aliquem, ex Josepho discimus *L. VII. Bell. Judaic. c. XXIV. Titus*, inquit *conspicit in itinere Fluvium cognitione dignissimum. Is fluit medius inter Arcas & Raphaneas Agrippæ Regni Civitates. Habet autem quoddam peculiare miraculum. Nam cum sit, quando fluit, plurimus, neq; meatu segnis, tamen interpositis sex diebus à Fontibus deficiens siccum exhibet locum videre. Deinde quasi nulla mutatione facta septimo die similis exoritur: Atq; hunc ordinem semper eum observare pro certo compertum est; Unde etiam* Sabbaticus *appellatus est, à Sacra Judæorum septima die sic denominatus.* Confer. *Plinium L. XXXI. c. II.* Idem confirmat diligentissimus Kircherus fide ocularis Testis id sibi asserentis, Dominici Magrii. *Mund. Subt. L. V. S. IV. c. IV.* Sed causam eum eodem non tam in miraculoso Hebraizantium, quam Physico effectu quærimus, tali nempe, qualem in irregulari æstu aliorum fluminum, lacuum, fontium reperire est: Veluti locus *Bollerbrun* juxta Pagum Altenbeck in Westphalia aquam bis interdiu in fabulosam planitiem insigni cum impetu emittit, post eandem iterum subtrahit & abscondit; *Balneum Piperinum*, das Pfeffer-Bad / in Curiensi Territorio prope Helvetios circa III. Maii aquis intumescit usque ad XIV. Sept. postea dimittit eas & locum omni aqua destitutum relinquit. Quorum & similium causa in Canalibus Subterraneis sita est, qui veluti occasione Maris intumescentis aut dissolutæ nivis oppleti eam Aquæ Copiam eructant: Sic pari ratione dici poterit in vicinis Sabbatico subterraneis meatibus Syriæ tantum aquæ cogi posse, quæ Fluvio in sex dies sufficiat, septimo autem deficiens eâdem & Fluvium privet. Judæi post Sabbaticum hærere tribuum Israeliticarum reliquias, longeq; ac late dominari tradunt, in unico eo infelices, quod aditu istorum Fratrum suorum religione Sabbati prohibeantur, causati,

Sabbaticum totis sex diebus hebdomadis nimis æstuosum esse, Sabbato autem quiescere, sed sibi tunc omni labore eoq; & transfretandi negocio interdici. Quod majus est, producunt, qui urgente necessitate istuc ablegati, vel inde ad suos missi fuerint, prosatq. Legatus ejusmodi *Eldad Haddani* seu Danita, qui peculiari Libello partem morum istarum Trans-Sabbaticarum Gentium tanquam αὐτόπτης Testis complexus fuit, cujus summa est: Tribui Dan olim à Jerobeamo Rege injunctum fuisse, ut pugnaret contra Judæos; Hanc renuisse & ne injusto pareret Imperio, de alia sede sibi prospexisse; Elegisse primo Ægyptum, post Moabitarum, tum Ammonitarum Regiones, sed quod sibi interdictum iis recordaretur, tandem in Æthiopiam abiisse. Hanc secutas Asseris, Gadi, Naphthali tribus; Accessisse etiam Mosis posteros ex Madianitide susceptos, qui hactenus à Judaismo alieni fuissent, sicque Rempublicam erexisse: Regium nomen Uzielis esse, Terram victus & amictus abundantissimam, nihil noxii aut inutilis in ea inveniri; Totam cingi Sabbatico, qui per hebdomadem arena (non aquis) & lapidibus cum strepitu maximo intonet, Sabbato igni ardeat, eoque transiri non posse. Bella cum vicinis ita geri, ut singulæ tribus tres menses ea administrent: Se autem cum Socio mari expositum naufragium fecisse, ac liberatum in nostras Regiones delatum esse. Commemorat simul sedem reliquarum è decem Tribubus & scripsisse videri vult ante A. CCCC. admodum. Quem librum Genebrardus Latio transcripsit, similisq; est alius *Megilath R. Meier.* Conf. *R. Azarjah in Meor Meenajim c. XIII. & c.* Sed hæ nugæ sunt & gerræ Germanæ.

XVI.

Porro succedunt *Euphrates & Tigris*, Fluvii magni in Historiis nominis. Utriusq; ortus in Armenia majori; Egressus quoque idem, in Sinum Persicum; Ambo etiam miscentur, ubi Seleucus Nicnaor Seleuciam condidit. Locus nunc vocatur *Hellà*, prope Dourakam, ibidemque in solo uliginoso, quod Fluvii hi efficiunt, Arundines colunt, quibus Turcæ, Persæ, Arabes, Armeni & Hebræi loco Calamorum Scriptoriorum utuntur. *Tavernier P. 1. L. III. c. XIII.* In progressu Euphrates Syriam & Babyloniam à dextro latere, Mesopotamiam à sinistro relinquit; Tigris Mesopotamiam à dextro, & Asyriam in sinistro latere habet. Quodq; Mesopotamiam ita veluti mediam comprehendant, ipsi Mesopotamiæ nomen peperere, q. d. *Interamnem.* Euphrates olim veterem Babyloniam rigavit, Tigris Veterem Ninivem, prope quam & cele-

celebri catarrhacta conſpicuus eſt, de qvo pluribus §. XX. hujus Sectionis, nunc v. novam Babylonem ſ. Bagaded rigat. Sed longe feliciores erant, cum primis creati mundi temporibus Paradiſum rigarent, & Hominem culpæ exortem in Statu Innocentiæ conſpicerent. Quia enim *Phrat*, ſeu *Frat*. qui omnium conſenſu eſt Euphrates, inter quatuor Paradiſi Fluvios enumeratur *Gen. II. XIV.* Paradiſum ſine dubio in hiſce tractibus extare oportuit. De Tigri res æque clara eſt. Chidekel, qui itidem inter Flumina Paradiſiaca, dicitur Aſyriam alluere, *Gen. c. l.* Id vero Tigris nunc facit. E. Tigris eſt Chidekel. Accedit ſimilitudo Nominum Chidekel & Diglito ſeu Diglath, quomodo Accolæ antehac & Arabes hodienum Tigrim idem appellant. In reliqua duo Flumina Gichonem & Pishonem, quorum S. Codex in Hiſtoria Paradiſiaca meminit, ſi excurrendum eſt, Pishonem quidem Commentatores Gangem, & Gichonem Nilum faciunt; Sed hoc erit totam Aſiam & maximam Partem Africæ in Paradiſum transformare, ne dicamus Fluvios hoſce Fontibus & ipſo fluxu immenſum quantum divertere. Autores tamen ἀνισοχρονίας hujus jam veteres fuerunt *Joſephus*, *Euſebius*, *Hieronymus*, rati Fluvium Paradiſi talem fuiſſe, qui univerſam terram in circuitu luſtraverit; Sed rem hanc falſam eſſe ſciet, qui leviter etiam Geographica ſcientia tinctus eſt; Impoſſibilem facit contrarius fluxus horum fluminum, de quo modo diximus. Nos illos de Alveis Euphratis & Tigris accipimus, in quos ſcinduntur antequam Oceanum ineant: Sicq; Pishon forte erit, quem ſervata nominis antiquitate Paſitigrin vocant. V. *Plin. L. VI. c. 29. Curt. L. V. Strabon. L. XV.* Gichon quem Amm. Marcellinus *Nahar Malcha* Plinius corrupte *Armalca* & Strabo translato in Græcum nomine Βασίλειον ποταμὸν vocat, quemadmodum & vi vocis ἐκβολὴν ſeu Divertigium Aquæ ſignificat. V. *Grot. not. in Gen. II.* Neq; ad rem facit Gichonem dici fluere circa Terram Chus ſeu Æthiopiam; Æthiopia hæc enim & Terra Chus intelligenda eſt non Occidentalis, quæ Æthiopia eſt, quam Nilus interluit; Sed Orientalis, quæ Arabia eſt, quemadmodum Moſis uxor Æthiopiſſa dicitur, ſed itidem non ex Æthiopia Africæ, verum Arabia oriunda; Erat enim Filia Jethro Principis in Terra Midian, quæ in Arabia ſita. Chavilæ *Gen. c. l. v. XI.* ſimilis ratio: Chavilam Pishon rigare dicitur, unde Gangem fecere; Sed Chavila itidem non intelligenda eſt, quæ ſit India, verum altera ad Sinum Perſicum, hodienum *Chelfa* dicta, Populus Chelfalini, qui etiam aſſerunt ſe in Eden habitare, ubi Paradiſus fuerit. Confer *Horn. in Sulp. Sev. L. I. c. I. n. II.* Tetigitq; hanc

rem jam olim in Academia noſtra Incomparabilis Vir idemqve Autor Lexici Sancti *Gregor. Francus*, cujus verba in gratam memoriam Viri Doctiſſimi adjicienda duximus. *Qui* Gangem & Nilum, *hunc Ægypti, illum Indiæ fluvium Paradiſi fluminibus miſcent, quod antiqui penè omnes fecerunt, haud dubiè non leviter errant, quamvis autoritate Patrum ſe tueri poſſint. Sed eſt aliquid*, qvod non vidit cornicis oculus, *ut loquitur Jobus c. 28. 7. & Pigmæi humeris Gigantum impoſiti plus nonnunquam vident, quam Gigantes ipſi. Habeat ſuam laudem antiquitas: ſed nec gratia negetur merita illis, qui inter alia, ſolidius multò, quàm pridem factum eſt, expoſita, evidenter demonſtrarunt, nihil Piſchoni cum Gange, nihil Gichoni cum Nilo commune eſſe: ſed utrumque hunc fluvium eſſe brachia quædam ſeu eruptiones aquarum Tigridis & Euphratis. Hi duo coeunt & commiſcentur; ſpaciumque benè magnum ſimul emetiuntur: Poſteà in duo rurſum fluenta dirimuntur, ac per duo oſtia ſeſe in ſinum Perſicum exonerant, ſatis longè invicem diſtantia.* Fluentum igitur orientale Moſes vocat Piſchon, hoc eſt πλημμύρων propter paludes ingentes quas efficit: alterum quod occidentem ſpectat, vocat Gichon, id eſt emiſſarium: eſt enim porrectius altero, & propterea dictum emiſſarium, quod illud magnus ille alveus ex ſe emittat. Nihil eſt apertius hac expoſitione: *ut ait Scaliger lib. 5. de Emendat. Tempor.* Vetus iſtud placitum vero quod attinet, illud poſt alios *Cl. Olearius* noſtro tempore revocavit cauſatus, Euphratem, Tigrim Gangem, Nilum in India quidem naſci, ſed Canalibus Subterraneis tamdiu duci, donec locis, ubi fontes eorum nunc habeantur, ſuper terram emergant, ex *Auguſtino L. VIII. in Gen. c. VII.* Sed qvamvis trium priorum aliqua communio concipi poſſit, Nilus tamen in conſortium venire non poterit, quippe de qvo vix dicetur, quî longinqvus ejusmodi Canalis ab eo per totam Aſiam & Africam ducendus interjecto Mari Rubro, aut Mari Indico miſceri non poſſit. Inſtat, τῶ *Phrat* qvidem diſertam mentionem fieri; ſed veluti Gichon non Nilum ſolùm, ſed alia quoqve Flumina denotet, ſic Phratem etiam non neceſſario fieri Euphratem noſtrum. R. I. Alium tamen hoc nomine appellatum hactenus nondum indicatum fuiſſe. II. De Tigri rem indubiam eſſe, qvia Aſſyriam alluere dicitur, cur non igitur & ipſi propinqvum Euphratem retineamus? Et ſi Zeilana Inſula vel India intra Gangem, uti vult, neceſſario Paradiſum tulere, qvia rerum omnium copia abundent, atq; aurum ſuppeditent, jam Africæ etiam & Americæ qvædam partes eandem ob cauſam Paradiſum ſibi vendicabunt. Ne dicamus Argumenta ab Autoribus

bus à Fertilitate & Amœnitate hodierna locorum ad Paradisum male duci; Maledictio enim Adamo indicata, si Textum Sacrum curatius evolvamus, in specie Paradisum presisse videtur, ut proinde solum ipsius non fertile & amœnum manserit, sed tanquam maledictum sterilescere oportuerit.

XVII.

In Regno Magni Mogolis Fluvii sunt *Indus, Ganges, Ravi, Athec.* Ab Indo Nomen Indiæ; A Gange Distinctio in Indiam intra Gangem & Indiam extra Gangem. Cæteri in Europa minus noti sunt. Omnium vero communis origo in altissimis Montibus *Thebeth*, ferturq; lacus quidam ingens eorum Hydrophylacium constituere. *Ganges* per rupes altissimas horrendo strepitu præcipitatus in profundissima Valle sui cursus primordia ducit, Indus cæteriq; per radices Montium suum fortiuntur exitum, Teste *Antonio d' Andrada*, qui circa A. MDCXXIV. hos fontes detexit, ap. *Kircher. Chin. P. II. c. II.* *Indus*, olim Sindo ab Accolis dictus, (quo nomine hodie R. Diul à Persis & Arabibus appellatur) hodie *Pang-ab* Persis atq; Mogolensibus h. quintuplex Fluvius, quia totidem alveis in Mare Indicum devolvitur, qvos recenset *Joh. Twist Descr. Guzurat. c. I.* Bagal, Chanab, Ravy s. Ravee, Via & Osvid seu Sind. Fluvios recipit præter alios Hydaspim ad Nysam Urbem, & Hypasin, olim Terminum expeditionis Alexandi M. qui ipsi Hydaspi jungitur.

Ganges unus è maximis Terræ Fluviis in Sinum Regni Bengalæ se demittit, qui inde & Sinus Gangetici nomen antiqvitus tulit. Fluvios navigabiles magno numero fertur recipere. Quodq; præ aliis potissimum habet, hoc est, qvod apud hodiernos Gentiles Indiæ & reliqvorum Tractuum Orientis maxima Sanctitate, & ipsa vi peccata abluendi donatus credatur, utpote qvem è Paradiso & concurrente singulari virtute supremi DEI ipsorum ortum putant. Hinc & Aqvam ejus Lagenulis inclusam in regiones longe remotas deferunt, pariter ac Acidulæ Spaenses apud nos solent, cujus rei pleniorem Historiam V. *in Abr. Rogerii Histor. Brachmanum s.* Opene Deure tot het verborgene Heydendom *P. II. c. XIIX. XIX.* Estq; similis fere Christianorum superstitiosiorum de Jordane opinio, cujus aquam itidem tanqvam Panaceam excipiunt, & ad varios usus reipsa inutiles destinant. Etliche unter uns fülleten ihre Flaschen und führtens mit sich heim: Dann man saget / das Wasser werde nicht stinckend / wie lange man es auch behalte. *Joh. Jac. Amman. Itin. P. II. p. 134.* Sed hoc etiam in Aqva ex Fontibus Albis in Sudetibus aliisqve vicinis nobis rivulis à nobis

bis obſervatum meminimus. Pergit verò: Mit dieſem Waſſer wird viel Aberglaubens von den gemeldten Chriſten getrieben: Dann ſie auch gantze Stücke Tuch darinn netzen / und ſo ſie ſterben / befehlen ſie ſich einander darein zu wickeln / und alſo zu begraben. *ibid.* Quæ procul dubio manarunt ex veteri illa Chriſtianorum conſvetudine Aquam Baptiſmalem conſervandi, ut proinde, quoniam Aquæ hæ Sanctiſsimo Servatori ad baptiſandum inſervierint, dignisſimæ qvoq; conſervatu judicarentur, & tanquam ſumme Alexicacæ haberentur. V. *Joſeph. Vicecom. de Rit. Bapt. L. I. c. XVI.* Ideo & Veteres jam Baptiſmum ſuum hiſce aquis peragi cupiiſſe leguntur: Qvemadmodum Conſtantinus M. in extremis ſuis Epiſcopos alloquitur: *Equidem olim ſtatueram id agere in Flumine Jordane, in quo Servator ipſe ad exemplum noſtrum lavacrum ſuſcepiſſe memoratur.* Fruſtratus tamen hac intentione ſua mox addit: *Sed Deus qui optime novit ea, quæ nobis utilia ſunt, hoc in loco* (Nicomediæ nim.) *nobis idipſum exhibere dignatur.* ap. *Euſeb. de Vit. Conſt. L. IV. c. LXII.*

Reliqvorum Noticia in Europa noſtra obſcurior eſt: In Regno Perſiæ exhibentur à Geographis Fluvii *Tiriti, Siri, Bendimir, Jesdri, Drut, Tab, Tiſindo, Baſiri*, dubium an congruis nominibus: Qvibus tamen antiqua nomina Diridetis, Eulei, Araxis, Agradati, Cyri, Ananis, Andanis, &c. ex Geographia veteri applicari poterunt, qua de re vid. Iab. Geogr. Expeditionis Alexandri Magni & ſimiles. Interea pleriq; exigui ſunt & vix unus navium majorum capax: Maximus omnium quiqve mediocres aliqvas fere poteſt, *Aras ſeu Araxes* eſt. Fluvio *Senderu* ex eo ſingulare nomen, quod Ispahanam præterlabatur, mediusqve inter hanc & Zulpham oppidulum à Chriſtianis Armenis habitatum fluat, communi tamen defectu cum cæteris fere omnibus involutus, ut non tantum exiguus ſit, ſed præter morem, Fluviorum in aliis Regionibus non augeatur aquis, ſed in progreſſu plane deficiat. Qvod cur Fluvios Perſiæ ſingulariter afficiat, cauſam hanc habet, qvia in infinitos canales diſtrahuntur, ad Terram, quæ alias in hoc Regno Siccitate nimia exhauritur, humectandam; Diſtractos itaq; ac ſecundum omnes partes ſuas in uſum Terræ abſumptos tandem deficere oportet. V. *Tavernier. P. I. L. IV. c. I.* Maximi Chinæ Fluvii ſunt: *Croceus*, à turbido colore Luteo ita dictus, & *Kiang* ſ. *Yangcukiang* h. Filius Maris, à quo Chinæ divino in Auſtralem & Septentrionalem. V. Neuhoff allgem. Beſchreib. des Reichs China *c. XII.* Fluvii majores qvi in Mare Caſpium defluunt præter Volgam ſunt *Oxus & Jaxartes.* In Mare Glaciale defluunt Fluvii ingentes *Jeniſcea, Obius*, qvi Europæ Terminum Orientalem conſtituit. V. c. IV. §. IV

XVIII. Ad

XVIII.

Ad Africam pergimus, & in ea peregrinantibus ex Asia primo objectum *Nilum*. Æthiopibus hodie Abaoi dicitur, & In Sacris per eminentiam *Aqua*, *Fluvius*; Alii & *Gichonem* dici credunt, quod rejectum *prec. §. X.* Defluitqve, postqvam Æthiopiam & Ægyptum interluit, septem Ostiis in Mare Mediterraneum, qvæ apud veteres fuerunt, *Canopicum* seu Heracleoticum & Agathodæmon Fluvius nunc à *Rossetto* adjacenti celebre; *Bolbiticum* & Taly Fl. *Sebeniticum* & Pharmutiacus Fl. *Mendesium*, *Patmeticum* & Busiriticus Fl. *Tanitieum*, *Pelusiacum*, ubi *Damiata* nunc sita: Qvibus accuratiores Tabulæ addunt *Ostium Penepsimum* tanqvam Pseudostoma, & *Diolcos Pseudostoma*.

De Fontibus olim incertæ Relationes. Nos eam, qvam Kircherus prodit, assumimus: *Provinciam ubi oritur vocari Agaos, vicinam Regno Gojam: Terram in qua oritur dici Sagela: Fontem ejus geminum, vel unum duobus oculis donatum, jactu lapidis fere distantibus. Hos esse in apice montis, in plano arboribus undiq; circumdato, fundum eorum inexplorabilem, nec exitum habere in summa montis planitie, verum in radice montis, Terram qua inter fontes hosce compareat, esse tremulam.* Cujus rationem ingeniose explicat Kircherus: Verisimile esse, olim magnam partem hujus campi apertum fontem veluti in cratere montis contentum fuisse, & successu temporum succrescentibus herbis & virgultis luto mistis Cutem veluti quandam contraxisse, qva remota sine dubio totam planitiem tremulã redditã primævi fontis faciem mox manifestaturam. *Porro Rivum fontis qui infra montem erumpit in Orientem spatio jactus Bombardæ vergere, deinde subito declinando Boream petere, & post quartam circiter leucæ partem novũ sese offerre rivum è saxis & scopulis ebullientẽ, cui paulò post se jungant duo alii rivi ex Orientis plaga erumpentes, & sic deinde aliis atq; aliis identidem collectis notabiliter Nilum crescere. Lacum deinde intrare, post ingentibus duobus rupibus veluti absorberi, demum fluxu suo Regnum Gojam repetere, adeo ut non nisi unius diei itinere à fonte suo distare comperiatur; Tunc versus Fazolò & Ombarea Regnum Gentilium tendere; Inde ex Oriente in Boream declinare, usq; dum in Mare Mediterraneum perveniat.* Qvæ debentur oculari Inspectioni P. Petri Pays A. MDCXIIX. manuducente eum ipso Imperatore Abyssinorum, quiqve ea propter lætabundus de se scribit: Se summa cum animi voluptate id vidisse, qvod Cyrus, Cambyses, Alexander Magnus, Julius Cæsar nullis votis consequi potuerint, Qvam ipsi felicitatem tanqvam primo ex Europa oculari testi orbis erutus

ditus merito gratulatur: Aliis tamen idem suboluisse colligere est ex Itinerario *Le Blanc. p. II. c. VI.* Ubi *Nilum in Regno Goyam* (perinde ac P. Pays hic) *oriri* bis diserte scribit. Nilus vero post demum in progressu suo à Lacu Zambri, & Zaire excipitur, quos aliqvi antehac, qvia propriores nesciebant, nec tamen in Montibus Lunæ autss. acqviescere poterant, pro fontibus Nili habuerunt; Inde post DCC. milliaria Insulam Meroen efficit, & in Ægypto, anteqvam in alveos discedat, Urbem Cairo s. Memphim alluit.

De causa incrementorum ejus non minores scrupuli. Doctiores eo inclinant, qværendam esse in pluviæ abundantia, Æthiopiæ totis V. Mensibus Aprili, Majo, Junio, Julio, Augusto incumbentibus. Quodq; Æthiopiæ terra sicca & cavernosa sit, eam initio magnam Aqvæ partem imbibere, donec repleta in Nilum & alia flumina exundet, unde fieri putant, quod fine Junii demum Nilus intumescat. V. *Kirch. Oed. Ægypt. Synt. I. c. VII.* Eandem reddit ἀυτόπ]ης Spectator Inundationis hujus Ill. *Princeps Radzivilius Ep. III. f. 159.* Aliam novam in Nitro sitam excogitavit *de la Chambre*, integro Libro; *Discours sur les causes du debordement du Nil.* Aqvam Nili Nitrosam esse, atq; Nitrum calore Solis fermentari, aqvam deinde turbidam reddere, inflare, & supra ripas extollere, æqve ac in aliis fermentationibus Massa fermentata spiritus concipiat, ac vi eorum elata in vase suo restagnet. Confirmari hanc rem compluribus circumstantiis circa inundationem Nili occurrentibus: Aqvam primo triduo aut quatriduo ante incrementum fieri turbidam; Eodem tempore decidere rorem Ægyptiorum nomine Guttam dictum, illumq; fermentandi Virtute præditum: Limum Aqva extractum initio Inundationis graviorem esse qvam antea, cujus majori minoriq; gravitate qvoq; judicium formari de futura incrementi magnitudine; Turbidam siqvidem fieri urgentibus nitrosis spiritibus. Limum non aliunde advehi, alias enim ripæ eum jam pridem intra alveum suum concluſissent, cum tamen non minus hodie ac olim Herodoti tempore sedecim cubitis assurgat; Proinde Limum istum nihil aliud qvam Nitrum volatile esse, qvod qvia exhalet, Terram non augeat; Rorem itidem deberi Spiritibus Nitri in aërem exhalantibus; Et dn. conjecturam hanc confirmari, qvod Buratinus observaverit, propinqvas officinas Nitrarias tempore inundationis Nitrum evomere, viderique; tunc crystallos Nitri Terra exire. Qvæ examinari nunc non vacat: Opinamur tamen Rei Naturalis gnaro jampridem imbecillitatem horum ratiociniorum vidis-

vidisse: Qvemadmodũ istud qvod de turbamentis Nili scribit, plane nullum est, cum communem hunc Characterem omnes Fluvii habeant, ut turbidi reddantur, anteqvam exundent, qvod Fluviorum accolis non ignotum est, & nos in Viadro nostro qvotannis cernimus. Causa vero non in Spiritibus Nitrosis, sed in eo sita est, qvod Aqva copiosius affluere incipiens litora totumqve alveum violentius impellat, qvæ qvia molliuscula sunt, particulis suis facilè cedunt, eæq; aqvæ admixtæ ipsam turbidam efficiunt.

Monendum vero porro, Inundationem hanc non ubivis in Ægypto eandem esse, & in Ostiis Nili tantum non plane deficere, indicante *Princ. Radzivilio cit. f. 160. Illud valde mirum, quod licet Nilus in magnam altitudinem apud Cairum excrescat, ubi tamen ejus brachia in Mare influunt, fere suis alveis solis continetur, & si quid accrescit, id ultra unius Cubiti altitudinem non consurgit, quod tamen non nisi raro fit, quandoquidem aqua, quæ ripas supergreditur, per campos diffunditur, & in terram incumbit, unde nulla eius dum in Mare illabitur accessio deprehendi potest. Adhæc imber hic provenire solet, qui agros, ubi Nilus non ascendit, competenter irrigat. Ita hic undiq; Divinæ Providentiæ dispensatio mirabilis elucet.*

Præterea licet Inundatio hæc naturalis sit, modus Inundationis tamen non naturæ, sed artis opus est. Præibit hac in re nobis iterum Princeps Radzivilius, cujus verba sunt sequentia: *Nilus itaq; non casu & fortuito, quod multi opinantur, per campos exundat; Sed per fossas artificiose deductas intra aggeres industria paratos diffunditur & arva humectat: Quod hoc ipso tempore maxime videre licuit, sed & ex ipso villarum situ, quarum in territorio Deltæ, demptis oppidis, ad viginti millia esse feruntur, non difficulter intelligi potest, &c. A pago enim ad pagum agger protenditur, qui tempore inundationis viam transeuntibus præbet. Porro aggeres hi diuturnitate temporis veluti colles quidam à natura tanti videntur, sed qui diligentius considerarverit arte paratos facile animadvertet. Nam & à pago ad pagum ducunt, & pagi ipsi tumulis editioribus ceu collibus quibusdam in gyrum formatis incubant. Præterea prædicti aggeres ordine certo sunt dispositi. Nam cum aqua per emissaria (multi namque aggeres hæc habent, plures tamen cum tempus adest, perfodiuntur) dimittitur, fluvius eam partem agrorum & camporum occupat, quæ ad Cæsarem vel Bassam pertinent. Quibus adaquatis alius agger perforatur, & sic deinceps per ordinem agri aquas excipiunt. Diligens autem in aggeribus hisce adhibetur custodia, nequis eos noctu, ubi minime deberent, aperiat. Sed & post*

aquæ emissionem terra obstructis custodes apponuntur, ne furtive quis eosdem perfodiat, unde in aquæ impetu cohibendo magna futura sit difficultas.

IV. Et qvoniam incrementis hisce Ægyptii fœcunditatem Terræ suæ deberi viderunt, ideo raris etiam encomiis Nilum affecere, & modo Deorum semen, modo Jovis Donum, idemq; Cœlo delapsum dixerunt. In ipso Græco nomine, NEIAOΣ, quæsita pars ejus, ideo totidem illud numeris constare, quot dies in anno sint, observarunt. Veluti N. 50. E. 5. I. 10. A. 30. O. 70. Σ. 200. Quodq; tam certi essent beneficii hujus, instrumenta etiam condi placuit, quibus gradus promissæ fertilitatis præviderent, qvorum autor priscus Patriarcha Josephus creditur fuisse, eaq; posteri *Nilosciopia* & *Nilometria* dixerunt: Quale fuit in Elphio Insula, in cujus medio posita columna marmorea numeros cubitorum gerebat, qvorum decimum octavum si excederet, aut infra duodecimum maneret, creditum fuit istic excessu, atq; hic defectu famem & calamitatem importari. Iconismum & pleniorem descriptionem ejus Vid. in *Kirch. Oed. Ægypt. Syntagm. I. c. IV. in Præfectura Heracleopolitana, & Synt. XV. c. I.* Idem Sphyngibus factum fuit, h. biformibus statuis, anterius hominem, & posterius Leonem referentibus, quarum aliquas ingentis molis in celebrioribus Ægypti locis statuêre, de quibus itidem videndus *Kirch. cit. Synt. XV. c. I.* Hisq; iterum Parallelum fistimus discursum Illustr. Principis Radzivilii *c. l. p.* 157. *Cum Nilus exundat è regione Urbis antiquæ* (Cairi) *sit Insula, quam* Mulchias *vel ut alii* Mochias *appellant, quæ dictiones mensuram significant, quod eo in loco stagnante Nilo mensura aquæ observetur. Cæterum cum Nilus suo alveo continetur, ad eam Insulam sicco pede perveniri potest, cum nulla sit hic aqua. In ipsa quoq; Civitate per Nili canales, cum aqua non exundat, equites & pedites hinc inde commeant, non minus quam per plateas, quæ per Civitatem in longum protenduntur, nisi quod profundiores sunt his, quæ aquis non alluuntur. In extremitate dictæ Insulæ parte superiori est amplum & elegans Palatium, quod Bassa tunc temporis inhabitabat, ubi etiam est Moschæa, in qua est columna seu Pyramis erecta, quam Aqua per Subterraneos conductus alluit, in qua notatur, quam celeriter aqua crescat & decrescat. Verum qua ratione id fiat, haud facile penetrari potest, cum Christianis eò non pateat aditus. Sed nec ipsis secularibus Turcis præterquam eorum Sacrificulis, Sanctonibus, Bassis & nonnullis Superioribus ad id delectis. Volunt enim hunc locum esse sacratum, quem ingredi nemini liceat, quandoquidem inde exundat aqua, cujus beneficio in universa Provincia fertilitas obvenit*, etc. *Cum igitur*

igitur in prædicta Insula Mulchias *fluvius incipit crescere, statim aliquot centum puerorum in urbem mittuntur, qui per plateas proclamant, quantum aquæ & quam celeriter accrescat. Nam si augetur incunctanter, bonam spem concipiunt Incolæ, brevi aggeres apertum iri, unde Anni insequentis ubertas colligitur: Sin parcius exuberat, sterilitas expectatur, unde caritas annonæ & fames præ foribus adesse dignoscitur, cum paucitas Aquæ agros omnes irrigare, & quidem copiose quæ res ibi maxime necessaria, non possit. Quod si ultra modum aqvæ copia provenerit, ex nimia agrorum humectatione, dum seminatur granum frumenti in terram altius demergitur* etc. *Cum isthic essem, ex indicio mensuræ in Mulchias dicebatur Nilus viginti unius cubitorum altitudine exundasse, ob idq; annum insequentem fertilem futurum. Nam illo ad XXIV. XXV. aut XXVI. cubitos excrescente, nimium Agros madefieri, rursus vero ad cubitos XIX. non ascendente aquæ paucitatem accusari: Nunquam tamen minus quam ad sedecim ulnas excrescit, quo casu certissima fames expectanda.*

V. Tempus Inundationis Augustus est: Dies certa tamen præscribi non potest, sed plerumque circa medium Mensis fieri solet.

VI. Quodq; singulari solennitate adventantem Aquam excipiant, etiam hanc B. Lector sibi ab Illustri Autore nostro suppeditari patietur, prolixiuscule tamen descriptam, cujus tædium gratia actus ipsius facile sublevabit. *Rediimus Cairum*, inquit, *& trajiciendo ad veterem Civitatem denuo cum Consule Mariano in ejus scapha per Fluvium navigabamus. Interea Sangiacorum scaphæ frequentiores undiq; confluebant, quòd insequenti die Bassa aggerem aperturus, & aquæ partem per Civitatis canales emissurus esset. Quamobrem & nos cœnam in Civitate veteri sumpsimus, ibidemq; pro nocte mansimus: quamvis nihil ferè qvieti datum, quòd tympana & litui ubiq; perstreperent. Hoc etenim tempore, quilibet sibi Musicos concentus aggregare studet, maximè viginti quatuor Sangiaci: qui adhuc interdiu in suis celocibus hinc inde vagabantur, quas duobus majoribus vexillis adornarant, quæ unus quisq; eorum habere debet. Unum Otthomanicæ familiæ rubei & albi coloris; alterum ad libitum. Per spondam verò navicula decem & aliquot minora vexilla collocant; & totam tela eleganti acu picta, prout tentoria variis coloribus distincta Turcæ habere solent, cooperiunt. Ab utraq; parte navis pueri decem & aliquot adstant, quos militari suo cultu & armis quisq; eleganter exornat, ipse vero Sangiacus in medio residet, ense falcato super caput appenso. Navem plures quàm decem remiges impellunt, quam altera minor, longiori fune alligata sequitur, Musicam deferens, duo vide-*

videlicet tympana, cum tribus vel quatuor lituis, quos Æthiopes servi plerumq; inflant. Primores itidem Turcæ habent suas similiter scaphas, & pueros eleganter vestitos, nonnulli quoq; Musicam. Vexilla tamen exponere nulli licitum, præter Sangiacos, qui omnes tunc præsentes aderant, unico excepto, qui propter morbum interesse solennitati non poterat, filium tamen minorem suo loco misit, qui in medio sedens, librum in manibus tenebat, quòd armis deferendis nondum idoneus haberetur. Ejus navis omnium elegantissima habebatur. Sangiacis & Turcis aliis, ab utroq; latere assident amici vel propinqui, quos in navim advocant. Nam qui majore suorum turba stipatur, honoratior apparet: adeò ut aliquæ naves, una cum remigibus, centum personas circumvehant.

Tertia post ortum Solis hora, ipse Ibraim Bassa in publicum processit, ex Palatio Insulæ Mulchias eleganti triremi vectus, quam per gyrum plurima vexilla minora cingebant; duo verò magna, ubi sedebat, ad latus erant posita, unum viride Mahometis, alterum rubeum dimidia alba luna insignitum familiæ Otthomanicæ. Extremitas hastarum, apud vexilla, loco cuspidum caudas equi marini habebat appensas. In eadem triremi erant trecenti Janissari bombardarii: quorum qui rubeis vestibus induti capitis integumenta cristis pennatis condecorata gestabant, ii propiùs Bassam stipabant: cæteri remotiores erant albis induti, contis itidem albis insigniti. Czausii & reliqui primarii Turcæ illi assistebant, ipse solus sedebat, puero propter æstum flabello illi ventum excitante. In prora sex erant majora tormenta, quæ aliquoties sunt exonerata. Quoniam secundo flumine triremis vehebatur, obversa fuit puppis, ut temone cursus celeritas cohiberetur. Circa triremem erant viginti quatuor Sangiacorum Dzermæ, & alia minora navigia circiter mille. A Palatio Mulchias, agger qui perfonatur (est autem is sub turri aquæ ductus, qua ad arcem inferiorem itur) distat ad tres sagittæ jactus, triginta & ampliùs cubitos longus, latus tamen, canalem habens subjectum valdè profundum, licet non magnopere latum. Cùm eò adnavigasset, puppi, ut dictum est, obversa prope ipsum aggerem triremis substitit: ubi ingens hominum multitudo jam undique confluxerat, adeò ut terra illa tota nive cooperta videretur, propter albicantia capitum integumenta, quæ latissimam aream, quæ ibi est, densissimè complebant. Ego, quamvis anteà Romam, Parisios, & plures populosas civitates videram, nunquam tamen in omni vita mea majorem hominum multitudinem, uno in loco congregatam, me vidisse recordor. Et quoniam annuatim hæc cerimonia peragi solet, qui rem exactiùs judicabant, ex areæ illius capacitate, duos hominum milliones præsentes isthic adfuisse

fuisse asseverabant. Bassa signum manu dante, statim universa hominum multitudo, quibus quisq; potest instrumentis, aggerem perrumpit, unde sensim aqua in canalem influit, & posteà toto impetu aggerem lambit, Bassa verò domum revertitur. Et quoniam adverso flumine remigatur, antequam ad palatium, unde discesserat, perveniat, ad eam partem Fluminis, quæ Civitatem veterem respicit, & à scaphis libera est, ex hac ipsa Bassa triremi, ingens vis confectionum saccharo conditarum, immò & saccharum ipsum rotundis ligneis vasculis inclusum, passim per aquas dispergitur; quas confectiones vulgi multitudo, circa triremem natando excipit, invicemq; etiam pugnis concertando, sibi præripit Itaq; totum plane flumen cooperitur, ex parte quidem Insulæ navibus, ex parte verò Civitatis natatoribus istis, quorum ultra decem & aliquot procul dubio fuere millia. Finito spectaculo, scapha nostra delati sumus versus novam civitatem, inde pedibus reliquum itineris ad hospitium confecimus: quod quandoquidem ad ipsum majorem canalem positum erat, inspiciebam qualiter sensim aqua accedebat: quam juxta morem paganis receptum, veluti salutando, quòd fertilitatis auctor sit, magna hominum copia deducebat, una per profluentem gradiendo, & in lætitiæ signum, clamoribus civitatem complendo: cui vicissim ex ædibus promiscua multitudo gratulabunda occurrebat. Ubi verò ad mensuram hominis aqua excrevit, quidam egrediuntur induviis amicti, qui illorum proprius est vestitus, quidem supernatant. Deinde nocte dieq; scaphæ commeant, venalia multa, præsertim verò victui necessaria deferendo; Alii recreationis causa navigia conscendunt, personati incedentes, & Musicam exercentes: Vulgus pro Musico concentu, complosione manuum plerumque utitur; Alii testam testæ collidentes, ad numeros quosdam sonitus harmonicos edunt. Passim tamen ubique homines natant: quidam etiam è tectis ædium, quæ altissimas habent substructiones, in aquas magno impetu desiliunt; mirum quomodo non collidantur. Habent autem hoc Ægyptii, quòd ad miraculum usq; egregiè & longo temporis intervallo natare possunt: cui rei à teneris assvescunt, non solùm per canales urbis, sed per Nilum ipsum natantes. Sæpiùs videre est, aliquem puero unius anni brachiis impositò, & manibus collum amplexante, fluvium tranare. Quòd si puer aliquantum succrevit, huic manum supponens, & aliquando subtrahens, eum natare docet, ipse altera manu aquas sulcare contentus. In profluentibus ergo istis per urbem, magna semper hominum conspicitur multitudo. Nonnulli ex ædium fenestris, à præternavigantibus necessaria coëmunt, bellaria præsertim, saccharum, & varios arborum fructus, pretio per funem demisso, & merce retracta. Ex

ædium

edium itidem feneſtris, urnis alligatis, aqua ſurſum fune attrahitur, quæ res vulgo magnam oblectationem præbet, cùm aquam inemptam pro domeſtico uſu habere quisq; poſſit.

VII. Sed Nilus ita juſto diutius nos habuit: *Nigri* alterius Africæ & Nilo non minoris Fluvii ſimilem naturam eſſe, eodemve quo Nilus tempore adjacentes Regiones inundare, Itineraria docent. Quam etiam, ut tanto minus ſoli Nilo propriam putemus, *Jeniſcea* Fl. in Boreli Aſia habet, adeo ut Incolas durante inundatione in Montanis morari oporteat. *Vid. p. I. Nav. Belg. n. I. p. 64.* Item *Caypumo* Fluvius Regni Pegu. V. *Le Blanc. p. I. c. XIX.* Et Menam Fl. Regni Siam. *Schouten. Deſcr. R. Siam p. 203.* Ac ne domeſticorum incurioſi videamur, Viadrum noſtrum quoque ſtatæ Inundationes modo majores, modo minores circa finem Junii aut initium Julii manent, cujus cauſa ex ſoluta Menſ. Junio in Sudetibus nive pendet. Plures V. ap. *Varen. Geogr. I. I. c. XV. Prop. XX.* Regiones Nigro adjacentes ſunt Guangara, Zanfara, Caſſena, Tombut, Melli &c. Egreditur ad Promontorium Viride. Eum, perinde ac de Ana diximus, per ſubterraneos meandros altiſſimorum Montium aliquamdiu labi tradit *Kirch. M. S. L. II. c. XV.* Prolixiorem ejus deſcriptionem V. *ap. cit. Le Blanc. p. II. c. I. Et Aloyſ. Cadamuſt. Navig. c. XIV.*

XIX.

Inter Fluvios maximos Americæ Meridionalis ſunt *R. de las Amazonas, & cum eo Orillana, tum R. Maragnon & R. de la Plata ſ. Januarius.* Omnium una origo ex Andibus, & effluxus verſus Orientem in Mare del Nort, de qvo præc. *§. VI.* Primus oſtio LXX. milliarium inter Guianam & Braſiliam, Secundus in Braſilia, Tertius ſupra Braſiliam. *Fluvius S. Martha* ex eadem Americæ parte in Sinum Mexicanum ſe effundit. Poſſent & alii Minores adduci, quales de Suyd Revier / de groote Eſopus, de kleyne Eſopus, Rodenbergs Rivier / de Verſche Rivier è N. Belgio, &c. Sed quoniam horum cognitio in Europa noſtra minoris uſus eſt, recenſendis iis nunc ſupersedemus.

XX.

Hactenus de Fluviis ipſis: Eorundem veluti determinationes & modi ſunt *Catarrhactæ*, ſeu *Catadupæ* h. Fluviorum præcipitia. Talisq; eſt, *Catarrhacta Rheni* juxta Schafhuſiam in Helvetia: *Catarrhactæ Rhodani* ad locum L'Ecluſe haut procul Geneva in Gallia: Cœcus item gurges *Fluv. Sommonæ* in Picardia inter Ambianum & Abbevillam in

quem

quem Aquæ tanto impetu præcipitant, ut sonitus ad aliquot milliaria audiatur. *Varen. Geogr. L. I. c. XVI. Prop. 28.* *Catarrhacta Velini* Fluv. tota Italia celebris est, vulgo *alla marmora*. Fluvius ibi summo impetu in modum arcus ruens in profundissimam voraginem altitudine CCC. circiter pedum horrendo strepitu, fragore & murmuris vehementia devolvitur, quæ si non exanimare astantes, saltem stupefacto aurium sensu illos non secus ac ad Catadupas Nili surdos redderet, indicante *Kirchero M. S L. II, c. XIX. §. IV. Horrendum omnino spectaculum, inquit, infernum diceres, spumosis gurgitibus & confusa undarum æstuantium repercussione formidandum, tanto labentium aquarum mugitu, quæ vel Interamnii quinq; milliarium dissiti spacio nocturni temporis silentio facile percipiatur. Ex lapsu aqua inter exasperatos rupium dentes ita attenitur ut in perpetua nebula te constitutum jurares, neq; inde nisi egregie perplutus abeas. Est & hoc notatu dignum: Sole lucente perpetuam ibi, non sicuti ad salientum fontium guttosam asperginem, sed veluti in cœlo ejusdem magnitudinis Iridem exhiberi.* Conf. quæ de Nigri lapsu *Burto* jamjam dicentur. Talis porro est *Trolheta* celebris Catarrhacta in West-Gothia Sveдiæ Provincia, quam Latine redderes capitium aut mitram Diaboli, in quam cŏ Trabes Nauticæ præcipitatæ paucæ admodum impunes evadunt. De *Borysthenis Catarrhactis* V. *infr. c. V. §. XXII.* ubi de Insulis Fluviorum. In *Anglia Catarrhactarum* duorum meminerunt Scriptores ad Kan prope Kendal in Northumbria, quorum si medius stridule magis & altius sonat, certo expectant incolæ serenitatem, at Australis eodem sono præsagit nebulas & pluviam. *Merret. Pinac. Britann. p. 223.* Catarrhactæ Nili jam Veterum elogia meruerunt: Locum *Le Blanc* Siena s. Asna vocat & celeritate sagittam, sono tonitru æqvare scribit, *P. II. c. VI. Nigrum* Fluvium quoq; circa Regionem Huaba è rupe excelsa tam longe undas suas in subjectam planitiem ejaculari, ut sub volantibus istis in aëre aquis siccus semper pateat transitus, nisi quando adversus ventus undam retroagat & ad rupem allidat, scribit *Joh. Barros L. III. c. IIX.* Lapsum istum Accolæ *Burto* h. *arcum* vocant, seu quia Flumen de summo arcuatim labitur, seu ab arcu cœlesti, qvem Aquæ è sublimi deorsum latæ repræsentant. *Voss. in Pomp. Mel. L. III c. V. Catarrhacta Araxis* est prope Oppidum Ordabat, cujus fragor ad Leucæ & amplius spacium exaudiri potest. *Mela* scribit, tanto eum impetu è fonte decidere, ut unda ejus altius evehatur, quam sit ipse Fons, quod de guttis, non de toto complexu Aquæ sine dubio accipiendum. Conf. iterum *Voss. l. c.* De Gange

V. *præc. §. XVII.* Quibus denique; & *Catarrhactam Tigris* addimus haut procul Ninive in XXVI. Pedum profunditatem se præcipitantem: Cujus tamen à prioribus hoc discrimen est, quod credatur non naturæ, sed artis opus esse, idemque vel ab Alexandro M. avertendi Fluminis causa, vel à Dario ad prohibendum à progressu Macedones excitatum. V. *Tavernier. P. I. L. II. c. VII.*

XXI.

Sed & de *Conjunctionibus Aquearum* istarum molium aliqua dicenda ducimus; Neque tamen dici adeo, quam repeti opus habebunt, quippe quorum mentio antea passim injecta. Sic de consiliis conjungendi *Maris Rubri cum Mediterraneo* actum *præc. Sect. I. §. IX. n. 4.* De Conjunctione *Viadri cum Sprea* adeoque Maris Balthici & Oceani Germanici *pr. §. VI.* De Conjunctione *Garomnæ cum Atace* & per eos Maris Mediter. cum Oceano Atlantico *præc. §. IX.* De *Fossa Camouz*, ducta inter *Tanaim & Volgam* pro conjungendo Mari Caspio cum Palude Mœoti *§. XIII.* Usque adeo labor improbo omnia ipsamque naturâ vincere potuit! Plura hanc in rem congessit doctiss. Vir Autor Descriptionis totius Orbis Leodii ed. A. 1643. quæ tamen non æque huc pertinebunt, Naturæ enim in hoc genere molimina nobis curatio non erit, taliaque sunt Freta omnia, quippe per quæ Mare Mari, aut Sinus certe Oceano adhæret. Verba ejus interea pro explendo Lectorum nostrorum desiderio hic subjiciemus: *Jungi posse inter se Maria, quæque natura primo divulsit disjunxitque, posse remotis impedimentis reddi navigantibus pervia, docuit nos ipsa natura; Siciliam quippe, quum continens esset, agroque Brutio adnexa, Mare ex Tyrrheno & Hadriatico immissum, adesis Isthmi angustiis intercepit, fecitque Insulam, & ut ait Poëtarum Princeps:*

—— quum protinus utraque tellus
Una foret, venit vi magna Pontus, & undis
Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque & urbes.
Littore diductas angusto interluit æstu.

Avulsit simili modo natura Cyprum Syriæ, Eubœam Bœotiæ, Eubœæ Atalantem & Macrin, Besbicum Bithyniæ, Leucosiam Sirenum Promontorio, docuitque nos suo exemplo jungere inter se Maria, sublatis obstaculorum molibus ad usum commerciorum. Est enim ut Ars Imitatrix Naturæ, ita Natura Artis dux, magistra & comes. Hoc modo Fretum Gaditanum ajunt ab Hercule perfossum. Sesostrim quoque ferunt Ægypti Regem, & post eum Psammitichum, ac denique Ptolemæos, ducta ex Nilo in sinum Arabicum fossa conatos esse navigabilia inter se reddere Maria, internum sive Mediterraneum,

am & Æthiopicum. Fuit quoque consilium Selenco Nicatori, Pontum Euxinum jungere Mari Caspio. Nero Imp. Isthmum Corinthiacum perfodere conatus est, & ex Peloponeso Insulam facere, ne ex Ionio in Ægæum proficiscentibus opus esset periculosissimum Maleæ promontorium præternavigare. Carolus Magnus Francorum Rex, & primus Imp. quum expeditionem meditaretur in Græcos, fossam ducere instituit ab Alemone in Radantiam, ut commeabilia inter se efficeret Oceani & Ponti littora, posset q; exercitus suos & castrensia impedimenta ex Oceano, Mosa, & Mosella in Rhenum, inde in Mœnum amnem, postea in Regnesum & Radentiam, ing; Alemonem & Danubium deducere, atque ita secundo amne usque in Pontum Euxinum deferre. Sed & ante eum Lucius Verus, qui imperante Nerone exercitibus in Gallia præfuit, Mosellam & Rhenum facta inter utrumque fossa conatus est nectere, ut copiæ per Mare, dein Rhodano & Arari per illam fossam subvectæ, mox fluvio Mosella in Rhenum, exin in Oceanum devenirent, sublatis q; itinerum difficultatibus navigabilia inter se Occidentis Septentrionis q; littora fierent: Cujus tamen institutum impeditum est à Gracili. In Hispania etiam non semel actum est de perfodiendo Isthmo Dariem, qui Americæ partes connectit, ducendaq; fossa inter Nombre de Dios *& Panamam, ut ita ex sinu Mexicano in Mare pacificum navigari posset, pateret q; inter duas Americas liber, & tutus Hispanis in Indias Orientales itus ac reditus. Statuerat quoque Franciscus I. Athacem Garumnæ committere, ut ne opus esset iis, qui ex Portubus Galliæ Mediterraneo Mari adsitis in Oceanum Aquitanicum, aut Gallicum, aut Germanicum proficisci vellent, Hispaniam omnem circumnavigare, & præter itinerum moras, pericula, impensas, alieni quoque Regis Imperium experiri. Quin & nostro hoc seculo Præsidis Ieannini sagaci industria inventa est ratio jungendi Ararim cum Ligeri, beneficio lacus cujusdam in Burgundia, pari ferè octo leucarum intervallo utrimque ab istis amnibus siti, ut ita ex Massilia portubus q; vicinis subvectæ naves in Rhodanum, ex Rhodano in Ararim, ex Arari in eum quem dixi Lacum pervenirent, unde postea in Ligerim, ing; Oceanum secundo amni descenderent. Lacum vocant* Long-pendu, *constat q; ex eo lacu duos amnes fluere, Verbincham & Dunam, quorum alter supra portum Digoini se injicit in Ligerim: alter prope Verodunum miscetur Arari; ut videri possit natura ipsa Regem Galliarum ad tantum opus suis quoque subsidiis invitare. Ad quas commoditates illa etiam accedit, quod per canalem Briaræ ex Ligeri in Sequanam, ipsamq; Parisiorum Urbem Lutetiam, facilis atque expedita possit institui navigatio.*

XXII.

Ad Lacus venimus, è quibus primo numeramus Lacus Europæ extantiores *Onegam* & *Volgam* in Russia, item *Ladogam* Lacum post Sinum Finnicum, in quem Fluvium emittit: In Sveciæ parte Australi *Venner* & *Veter*, parte Orientali trans Sinum Botnicum Lacum *Jemde*, præter qvos & alios complures ibi videre est. In Germaniæ Provincia Carniola celebris seu Lacus, seu arvum est Lugæum Palus, der Czyrcknitzer See/ ab adjuncto oppido Czyrcknitz/ qui insigni hoc naturæ miraculo superbit, ut, dum tota hieme Lacus est, per æstatem & autumnum arva & prata fœcundissima præbeat: Cujus rei plenior descriptio est in *Georg. Wernheri Libr. de Admirandis Hungariæ Aquis* & ex eo *Ortel. ad Tab. Geogr. LXIII.* In causas inquirit *Kircher. M. S. L. V. c. III. p. 237.*

In Helvetia duo Lacus majores sunt, *Lacus Lemanus* seu Genevensis, Lausanensis, &c. ad qvem Geneva, Lausanna, cui etiam tria hæc notabilia accidunt: 1. Quod ingravescente æstu Solis solito magis intumescat, cujus causa sine dubio in liqvefacta Alpium nive sita. 2. Quod Ventis ex ipso fundo assurgentibus attollatur, sereno alias & quieto cœlo, quod Venti genus Incolæ *la Vaudaise* & *Vaudaire* vocant. 3. Qvod Rhodanus transeat quidem, non tamen misceatur cum eo, quod illustratum *præc. §. IX.* Deinde *Lacus Brigantinus* s. Acronius, qui vero, quoniam veluti in duos dividitur, ratione superioris partis Venetus & Podamicus der Boden-See dicitur, ratione inferioris der Unter-See/ & Celler-See. Post hos sunt *Lacus Tigurinus & Lacus Lucernensis* ab adjacentibus oppidis ita dicti. Inter minores angustus admodum & Palus verius quam Lacus est *Lacus Pilati* in Monte fracto super Lucernam: In qvem quæ de industria injiciuntur, maximas ciere tempestates omniaq; undis opplere, & contra quæ casu incidunt, nihil afferre periculi non pauci affirmant. Sed fidem rei ipsi extenuant Helvetii, è quibus nunc ad manus est *Joh. Bapt. Plantin. in Helvet. Antiqua & Nova c. XV.* qui sua pariter ac aliorum verba hæc interponit: *Fabulantur olim illic in eminente rupe Pilatum consedisse, horrendasq; excitasse Tempestates, quem postea depulsum conjurationibus incantator quidam in Proximum lacum deturbavit. Ridet hæc Gesnerus in Descr. montis pag. 52. Referente Cl. Hotting. in Meth. Leg. Histor. Helv. p. 241. Magnam famæ autoritatem conciliat vicinorum rigor, qui montem conscendentibus hoc solicite injungunt, ne paludem turbent.* Vadian in Pomp. Mel. Capit res fidem, quod pacatum irritare ausos mox fuisse capite plexos ob illatam acco-

accolis calamitatem oppidani referunt. Illud retulerim, nos in ascensu à Pastore illo, qui ducebat, tantum non jurisjurandi sacramento adactos fuisse, nequid importunius tentaremus viso, aut nequid injiceremus. Capitis ille sui aleam ludi ajebat, &c. *mutavit tamen postea sententiam Vadianus, ut habet Gesner. p. 59. Superstitiosam tempestatis concitationem plenius exaggerat Malleolus apud Gesner. p. 61. Paulus Eremita Descr. Helv.* Mirum, qvod de eo lacu vulgus nugatur, sed nec fidem meretur, nec habet. *Hactenus Plantinus.*

Lacum Hetruriæ in Italia *Trasymenum* seu Lago de Perugia illustravit *Kircher. in Itinerar. Hetrusco*, isque una cum *Lacu Fucino* in Vestinis & *Rigillo* in Latio hoc habet, qvod Fluvios notabiles nec recipiant nec emittant: Quod etiam observabimus in Lacu Americano *Parima* mox commemorando. Ibidem est *Lago di Tripergola*, olim *Avernus* dictus, quasi Ἄορνος, Avium expers. Aves enim transvolantes decidunt & enecantur, cujus causam ab exhalationibus mephiticis Lacus derivant: Unde & nomen *Maris Mortui* accepisse videtur. V. *Itiner. March. Christ. Ernesti p. 148. 149.*

In Scotia est *Lacus Lomundus*, de quo Tabulæ Geographicæ tria memoratu digna referunt: Unum, quod Pisces pinnis careant gratissimi alias saporis; Alterum, quod Aquæ nullo interdum flante Vento ita concitentur, ut vel audacissimos Nautas deterreant, quo minus solvant; Denique quod Insula quædam gregibus armentisque pascandis apta ei innatet, feraturque quo Ventus impellitur. V. *Atlant. Mercat. ad Tab. II. Scot. & Ortel. itidem ad Tab. Scotiæ.*

In Hiberniæ mirabilibus locum accepit *Lacus Erno*: Is olim Fons dicitur fuisse, sed ob Incolarum nefandam cum Bestiis venerem Deo irato in tantam aquarum illuviem erupisse, ut totum illum tractum cum hominibus atque animalibus inundatione submerserit: Tanquam Terram tam turpium contra naturam facinorum conscium non tantum primis, sed & cunctis inposterum habitatoribus indignam autor naturæ judicasset, inquit *Silv. Giraldus Typogr. Hibern. L. II. c. IX.* In Hibernia quoque est *Lacus Dere*, in cujus Insula *Purgatorium S. Patricii* olim quæ fivere. V. eundem *Giral. L. II. c. V.*

XXIII.

Lacus Asiæ præcipuus est *Mare Caspium*, sed quod intuitu Nominis jam tum Historiæ Marium inseruimus *p. 1. hujus Capitis n. XII.* Proximus est *Lacus Asphaltites* ab Asphalto ita dictus: Lacus aspectu horren-

dus & montibus undique præruptis ac ſurdis cautibus cinctus. In Sacris dicitur *Mare Salis Gen. XIV. 3.* & *Mare Salſiſſimum* Joſ. XIIX. 9. Item *Mare Mortuum* propter immobilitatem Aquæ ap. *Juſtinum*: *Nam neq; ventis movetur reſiſtente turbinibus Bitumine, quo aqua omnis ſtagnatur; Neq; navigationis patiens eſt, quoniam omnia vita carentia in profundum merguntur, nec materiam ullam ſuſtinet, niſi quæ alumine illuta-tur*, inquit *L. XXXVI.* Sed falſum eſt, vita carentia eo mergi, cum omnia æque ferat; Neq; navigationis ideo impatiens eſt, quod non ferat naves, ſed quia graviſſimus odor ejus vivis omnibus adverſatur, unde & certiſſima origo nominis *Maris Mortui*: Quam & Tacitus tetigit, facta mentione ejus *L. V. Hiſtor. Lacus eſt immenſo ambitu ſpecie Maris, ſapore corruptivo, gravitate odoris accolis peſtifer, neq; vento impellitur, neq; Piſces aut ſveta aquis volucres patitur. Incertæ undæ ſuperjacta ut ſolido feruntur, periti imperitiq; nandi perinde attolluntur. Certo anni tempore bitumen egerit, cujus legendi uſum, ut cæteras artes, experientia docuit*, &c. Plenisſime inter Veteres deſcribitur à *Joſepho Bell. Jud. L. V. c. V.* Eidemq; recentium Itinerariorum Autores tanqvam αὐτόπται Teſtes Hiſtoriam ſuam veluti parallelam ſiſtunt: Qvorum relationes in hæc commata diſpeſcimus.

I. Aquam Lacus hujus acerrima ſalſagine præditam eſſe. *Aquam valde ſpiſſam & fœtentem habet, quæ guttatim deguſtata, prout à nobis factum, Linguam atrociter mordet, & caput gravi peſtiferoq; odore vehementer inficit.* Pr. Radzivil. *Ep. II. f. 96.* Quod *Tacitus* ſupra ſaporem Mari corruptiorem dixit.

II. Graviſſima plurima in ipſum jacta fluitare, ac ne de induſtria qvidem mergi poſſe, teſtaturque *Joſephus eit. l.* Veſpaſianum juſſiſſe quosdam natandi inſcios vinctis poſt terga manibus in altum projici, & evenisſe omnibus, ut tanqvam vi ſpiritus ſurſum repulſa deſuper fluitarint. Cujus Cauſam *Kircheeus* ab Aſphalto petit, quod tantum lentorem ipſi conciliet, ut corpora injecta facile ſuſtinere poſſit. *M. S. L. V. S. IV. c. II.* Sed ſimilia etiam de Lacu Acuſcidamo in Africa & Arethuſa in Armenia majori à Plinio narrantur; Et ne vetera ſolùm aut exotica allegemus, *Salinæ Hallenſes* in Saxonia, neminem licet natandi neſcium demergi patiuntur, ſed veluti ſubſtrato molli pulvino ſuſtinent. Qvorum, quia Bitumine carent, rationem in abundantia Salinorum corporum quæri oportet; Quemadmodum ipſum Sal inter potiores cauſas Gravitatis exiſtit. Mare mortuum ergo

qvia

qvia salsissimum est, eandem ob causam sine dubio corpora mergi non patitur.

III. *Adhæc*, pergit Josephus, *mirabilis est coloris mutatio, quæ ter in singulos dies superficiem vertit & solis radiis variata resplendet.* Quod itidem confirmat Princeps Radzivilius c. l. *Josephus Lacū hanc non minus exacte, quam vere descripsit, illud præcipuè, quod in die ter mutet colorem, quod & ipse evidenter vidi. Nam mane habebat Aquam nigricantem, à meridie Sole intenso (sunt enim calores hic immensi) instar panni fit cærulea: Ante occasum ubi vis caloris remittit, tanquam limo permista modice rubet, vel potius flavescit.*

IV. *Multis autem locis*, pergit iterum, *vomit nigras bituminis glebas; quæ super undam & habitu & magnitudine tauris sine capitibus similes natant, &c.* Certo anni tempore Bitumen gerit, cujus legendi usum, ut cæteras artes, experientia docuit, dixit supra *Tacitus*.

V. Idem Jordanem excipit, qvanqvam exitu, quo exoneretur, non instructus. Unde suspicantur, eum per Canalem subterraneum in Mare Rubrum deduci, colligente præsertim Kirchero, esse enim in ora maritima Maris Rubri ea parte, qvæ Arabiam Desertam alluit, locum celebrem, Eltor dictum, ubi prope litus è visceribus Maris ingens continuo Naphthæ & Bituminis copia eructetur, eam vero aliunde non esse, quam à Lacu Asphaltite isthuc per cuniculum subterraneum devoluto: Idque inde probabile esse quia totum illud litus ne ullum quidem bituminosæ fœturæ vestigium demonstret, qvod tamen futurum esset, si à natura in vicino litore gigneretur. *M. S. L. II. c. XIII.* Attigit hujus rei aliqva *Rudolphus Kircher.* von Suchem in Itinerario, & Orientales Quæstionem movere scribit: Cur Benedicta Jordanis Aqua in Lacum hunc fluat? Es fällt auch diese Frage viel bey den Orientalischen Völckern für / warumb das gebenedeyete Wasser des Jordans in das verfluchte Todte Meer lauffe / und geben etliche zu einer Antwort / es geschehe darumb / daß durch diese Vermischung das vermaledeyete Wasser des Todten Meers durch des Jordans Wasser auch gesegnet werde; Andere sagen / daß sichs in seinem Eingang verschliesse / welche beyde wol zu glauben sind; doch siehet es ihm schier gleich / als ob es sich verschlieffe / dann zu Zeiten wird der Jordan von dem Regen-Wasser / daß allenthalben von dem Gebirge zusammen laufft / so groß / daß es nicht alles in das Meer lauffen kan / sondern das Land daselbst verderbet und verflösset. *In Collect. Kolum. Itin. in T. S. fol. 452. a.*

IV. Vul-

VI. Vulgo fertur in locum eversarum Urbium Sodomæ, Gomorrhæ & cæterarum succesisse. Qvod accipiendum. 1. De universo tractu circumjacente. 2. Quod Urbes hæ ei additæ fuerint, eoq; interitu suo longe amplius effecerint, quam antea fuit. Si plane non extitisset, & per eversionem istarum Urbium demum natum fuisset, Jordanes effluxu caruisset, qvod contra naturam tantorum Fluviorum. Ideo & Josephus non succesisse, sed *Sodomiticam Terram ipsi vicinam* fuisse memorat. Specimen eversionis Sodomiticæ isti plane similis paulo ante allatum ex Hiberniæ Lacu Erno, V. *Silv. Girald. c. L. II. c. IX.* ubi egregiam utriusque comparationem instituit. Ac nostro seculo fere idem accidit Castello S. Euphemiæ in Italia, qvod A. MDCXXXIIX. ab ingenti Terræ motu subrutum interiit, lacu putidissimo in locum ejus enato. Cujus Historiam V. ap. *Kircher. Præf. in M. S. T. I.*

VII. Interea universum Tractum circumjacentem totum tristem, aspectu horrendum ac summe sterilem Veteres pariter ac recentes describunt. *Adhuc in ea Divini reliquias Ignis & oppidorum quinq; videre licet imagines & renascentes in fructibus cineres*, &c. Josephus. *Longo ab Hierosolymis recessu tristis panditur sinus, quem de cælo tactum testatur humus nigra & in cinerem soluta.* Solinus *C. XXXIIX.* Nim. Deus talia constituit hæc loca, ut essent exemplar impie victuris. *II. Petr. II. 6.* Causa naturalis v. in Salis & Asphalti copia sine dubio sita, qvam in ipsos lapides usq; se effundere *Joh. Jac. Ammanus* nos docebit verbis seqventibus. Unterdessen trugen die Araber Steine zusammen / wie auch etliche der unsern / schlugen die vom Felsen / oder wo sie hin und her lagen / zündten die Stein mit etwas kleinem Gesteude an / welche Steine brennen und flammen wie das Holtz / mit einem dicken Rauch / stincken aber dermassen vom Schwefel und Pech / daß man nicht lange nahe darbey bleiben mag. Aber je näher man zu dem Todten Meer komt / je lieber die Steine auff jetzt erzehlte weiß brenneten. Es sind auch diese Felsen und Stein überzogen gantz weiß / als wären sie mit weisser Aschen besähet oder besprenkt. Und wenn man die Steine zerschlägt / so sind sie innwendig dunckel / Aschenfarb: Sie verbrennen auch nicht gantz und gar / sondern wann der Schwefel und das Pech darauß gebrunnen / bleiben die Steine etwas kleiner als zuvor / doch werden sie gantz schwartz / und erlöschen von ihnen selbst / brennen alsdann nicht mehr / wie ich solches selbsten probiret / und von einem der Steinen ein ziemliches Stück herauß gebracht habe. Es zeigen die Araber an / daß die felsigen Berge und Steine / ein Stund Wegs in der Breite umb das Todte Meer her / sonst nirgends also beschaffen / welches nun gläublich und

augen-

augenscheinlich ist: Allein hab ich gefunden / da die Felsen sandig sind / daß die Steine wol stincken / aber nicht brennen wollen. *Itin. P. II. p. 131.*

IIX. Josephus deniq; etiam Fructuum meminit in tractu hoc crescentium & externa specie sua spectatori imponentium: *Qui colore quidem sunt edulibus similes, carpentium vero manibus in fumum dissolvuntur & cineres.* Quos quidem se non vidisse, nec amplius esse contestatur, Pr. Radzivilius. At *Ammannus* omnino dari & in Via Hierichuntina à se visas esse asserit, taliterque describit: Unterwegens trafen wir unter andern etliche Bäumlein oder Stauden an / mit vielen Aesten außgebreitet / gar stachlig / auff die Form / wie bey uns die weisse Heckendörn / daran stehet eine überauß schöne und liebliche Frucht / anzusehen / wie die kleinen Aepffel oder Paradieslein / schön weiß und rothlecht gantz lieblich und lustig / derselben brach ich etliche ab / in willens / sie zu essen / waren aber ohne Geschmack und Safft / gar unlieblich zuversuchen / inwendig voller weissen Kernen / gleich wie die unzeitige Apffelkernen. Denn es waren auch diese Stauden gantz voll gestanden / habe auch etliche der Aepffel mit herauß gebracht: Unter den Aepffeln aber waren etliche dürre / schwartzlecht / und wenn man dieselbige zerbrach / stoben sie wie äschen; so aber diese Aepffel frisch abgebrochen und gedörret werden / sind sie nicht also / sondern bleiben dürr wie eine andere Frucht.

Reliqui Lacus Palæstinæ sunt. I. *Lacus Samochonitis*, Aquæ *Meron Jos. XI.* Isq; forte *Mare Arenosum* est à Thalmudicis commemoratum, æstivo tempore enim rara ejus aqua, creberrima arena est V. *Itiner. Breitenbachii f. 66.* Aut si distinctum est ab eo, *Lacus Sirbonis* erit, de qvo Diodorus Siculus refert, ipsum adeo plerumq; arenis operiri, ut sæpe Viatores, imo totos exercitus fefellerit & supplantaverit, terram firmam esse ratos. Conf. *Lightfoot Cent. Chorogr. c. IV.* II. *Lacus Tiberiadis*, qui communiter in sacro Codice Mare appellatur Mare Tiberiadis, Phrasi ipsi familiari, qva omnem majorem Aquæ congeriem Mare vocat; Aliud cognomen ipsi *Genesareth*, à Cinnereth Poculum, quod Poculum Figura sua referat.

Alii Lacus Asiæ sunt: *Chiamay* trans Gangem sub Latit. XXXI. gr. situm, qui Fluvios in Regna Siam, Pegu, &c. effundit; Lacus *Kithaisko*, è qvo Obium nasci scribunt, &c.

XXIV.

In Africa celebris Lacus est *Zaire*, in cujus medio Insula amplissima, quæ etiam q. dividit Lacum, adeo ut altera pars ejus pro peculiari Lacu habeatur, quem *Zambre* vocant. Reliqui sunt haut procul Lacu

Zaire, *Bed*, *Zaflan*, *Sachaf*, *Aquilunda*. Ex America nominamus maximum Lacum sub Æquatore situm, & *Parima* s. *Titicacea* dictum, Longitudine CCC. milliarium, latitudine C. circiter. Cujus natura, qvod Fluvios nullos recipiat vel emittat, unde Originem ejus Kircherus Hydrophylaciis Andium, Varenius scaturiginibus in fundo repertis transcribunt, sed qualiscunq; sit, certum est, eâ tantum aquæ indies suppeditari, qvantum à Solis calore aufertur. Plures V. in *Kirch. M.S. L. V. S. I. c. IV.* & Varen. *L. I. c. XVI.* Dari etiam Fluvios, Lacus, Voragines subterraneas voce Abyssi Sacra Scriptura non obscure indigitat: *Abyssus Abyssum invocat. Psal. XLII.* etc. Sicqve Haithonus de Rebus Tataricis narrat in Tataria cryptam reperiri inter Montes Caspios multorum dierum itinere perviam, in qva homines passim ingentes aqvarum catadupas & loca amplissima subterranea se reperisse dixerint: Similes in Regno Chinæ enumerat P. *Martin. Martinius in Atlant. Sinico.* Et in interioribus Andium Americæ Montium Scriptores Rerum Americanarum. Rivulos Subterraneos Angliæ recenset Merret: *Mole*, s. Talpam in Surreia, *Deverel* in Wiltonia Milliaris Anglici spacio decurrentem, *Recal* juxta Elmley in Agro Eboracensi, *Lid* prope Lidford in Devonia, *Alen* in Agro Denbiensi, *Medweagi* ramulum in Cantio, *Hans* Fluviolum in Agro Stafford tribus milliaribus Anglicis sub Terra Cuniculos agentem. *Pinac. Britann. p. 212.* Ut proinde recte Seneca *L. III. Nat Quæst. c. XVI. Sunt & sub Terra minus nota nobis jura Naturæ, sed non minus certa. Crede infra, quicquid vides supra. Sunt & illic specus vasti, sunt ingentes recessus & spacia suspensis hinc & inde Montibus laxa: Sunt abrupti in infinitum hiatus, qui sæpe illapsas urbes receperunt & ingentem in alto ruinam condiderunt. Hæc spiritu plena sunt; Nihil enim usquam inane est & stagna obsessa tenebris & Locis amplis &c.*

XXV.

Aquarum Medicatarum seriem & virtutes sæpius *cit. Kircher.* recenset *L. V. Sect. III.* Scripserunt de iis in genere *Bauhinus*, *Fallopius*, *Rulandus*. Tales sunt Thermæ, Acidulæ, Deletoriæ &ss. De Thermarum numero in genere observat Kircherus earum IIX. dari in Portugallia, XL in Hispania, in Gallia XLV, in Germania CXX, in Italia LXXXVI, in Hungaria vicinisque locis IX. in Illyrico XVI. Addit omnes fere Atlantici Maris Insulas, Canarias nempe Maderam, Azores iis refertissimas esse, autumatq; universas per occultos Terræ meatus sibi correspondere, & uno eodemq; igne variis Pyrophylaciis distributo animari & conservari,

servari, non secus ac in corpore humano per diversos canales & ramosos venarum ductus calor animalis omnia animat, dirigit & in effectus à natura intentos solicitat. De qvo tamen paulum aliter philosophandum esse ducimus: Opinamur namq; Thermas non ex Igni qvodam subterraneo nasci, sed ex concursu mineralium & metallicorum spirituum partim aquis vectorum, partim terræ, quam aqua interluit, inhærentium: Ita n. si Aqua Fortis aut Aqua Regis Limaturæ chalybis affundatur, videmus è vestigio effervescentiam, fumum, caloremq; adeo sensibilem surgete, ut vasculum mixturam hanc continens vix manibus teneri possit: Idemq; longe sensibilior evadit si loco Limaturæ Ferri, Stannum adhibeatur, debilior si Argentum. Atqvi similium spirituum copiam in Thermis passim deprehendimus: Ab iisdem e. & effectus pendebit: Cui plenioris Confirmationis ergo addimus, qvod ipse odor qvem Thermæ spirare solent, in operatione nostra se manifestet, qvem qvidem in Thermis vulgo Sulphuri transcribunt; At nobis compertum est, si Spiritus Vitrioli superiori mixturæ affundatur è vestigio odorem istum Sulphureum sentiri. Omnia e. in concursu dictorum spirituum, seu alio loqvendi genere, Salium acidorum & Alcali sita erunt, non in actuali aliquo Igne subterraneo, qvæ nimis culinaria videtur ratiocinatio esse. Historiam qvod attinet, Nos superius enumeratis è Thermis Anglicis nobiliores adjungimus *Bathonienses*, *Aquas Solis* ab Antonino dictas, tribus, & *Buxtonenses* novem Fontibus ebullientes. Has præterito Seculo Maria Scotorum Regina crebro visitatum ivisse ultimoq; quasi præsaga mortis suæ hoc Districho honorasse dicitur:

Buxtona quæ calidæ celebraris nomine lymphæ
Forte mihi posthac non adeunda, vale.

Nostris tractibus viciniores sunt in Silesia *Thermæ Hirschbergenses* intra Sudetes eleganti planitie ad Zacum Fluvium meridiem versus scaturientes; Et *Landecenses* in Comitatu Glacensi. Illæ tamen fervidiores sunt, hæ vix tepent, causa forsan in diversitate metallorum recumbente. De utrisq; V. *Schwenckfeld. de Fossil. Silesiæ L. III.* Thermarum Japanensium Lacus *Singacko* tragicum usum plus satis experti sunt Novi Christiani in civitate Nangesackensi Japaniæ, qui cum nullis aliis tormentis à Christianismo abduci possent, solis hisce aquis ad Apostasiam coacti fuerunt, qvas parvis situlis exceptas in eorum corpora solo capite excepto stillarunt, assidue rogantes, num abnegare cuperent fidem; Estque Aqua hæc adeo acris & penetrantis virtutis, ut ad ossa usqve carnem corrodat

& ipsa corpora penetret, si copiosius affundatur; Unde nec capitibus eam instillarunt, veriti ne homines enecarentur: Qua qvidem crudelitate constantissimi quique, & qui firmissimum perseverandi consilium ceperant, ad abnegationem coacti sunt, neqve in tanta hominum multitudine ullus perseveravit, præter adolescentem septendecim annorum, qui multoties aqua illa maceratus, cruciatus, refocillatus, deinde iterum maceratus demum animam exhalavit. *Varen. de Relig. Japan. c. XI. p. 195. 196.* Acidulas & Fontes vinosos in Germania nostra videre est ad Oppidum *Svalbach*, & in Tractu Leodiensi Spadanas. In Gallia ad Oppidum S. Baldomani in Agro Lugdunensi, quibus nomen Fontis Fortis, *le Fontainefort*; Alias in Aquitania prope Urbem Bassam; In Hispania prope Valentiolas &c. Intra Sudetes ad Silesiorum fines in angulo Occidentali Lusatiam versus sunt *Fontes*, quas Accolæ *Cerevisiarios* vocant, ob colorem & gustum Cerevisiæ Secundariæ. *Schwenckfeld. de Fossil. Sil. p. 357.* Aqvæ in Monte Politiano & juxta Rapolanum & Volaterram, qvas Puzzulas Italice vocant, aves supervolantes ad primum odorem enecant, qva vi etiam præditæ Aquæ in Agro Cæretano & Lacus Avernus *Kircher. c. l. Sect. IV. c. III.* Huc referendæ etiam Aquæ Lapidificæ, qvæ duùm generum; Unum, qvo ea qvæ injiciuntur plane in Lapides transmutantur, alterum, qvo Cortice Lapideo tantum incrustantur. Prius rarius est, sed in aliquibus dubio non caret, utrum illa Virtus aquæ, an Naturæ Loci Plantas, ossa autß. imitari conanti attribui possit; Namqve & in Continenti varios ejusmodi Naturæ lusus abunde prostare, nemo rerum Physicarum amans est, qvi nescit; Et in Lapidicinis inventa tot genera Chamarum, Mytulorum, Turbinum, Buccinarum, Testudinum aliorumq; Conchyliorum satis superq; docent. Posterioris generis Fontem etiam Ager Francofurtanus noster Australi sui parte fert inter vineas profluentem. Meminerunt ejus *Cosmographi passim*, *item Thurnheuserus de Aq. Miner. L. VII. p. 204.* aliive. Causam factæ ex Marga, qvæ copiose in tractu hoc invenitur, incrustationi transscribimus, qvod pluribus illustratum, pluresve uno hic inveniri indicatum *in Annotatis nostris ad Wolfg. Justi Chron. Francofurt. c. III. p. 35. 36.* Fontem in Collibus Wrizigensibus nostris situm ac Lapides ei commissos Guttis Sangvineis tingentem descripsimus & causas ejus indagavimus *Diss. de Prodig. Sangv. c. II. §. 1.*

XXVI.

Inter Fontes notabiliores collocamus Fontem *Methorn* juxta Paderbor-

derbornam, cujus unus rivus aqua clara, sub-cœrulea, tepida & ebulli-enti fluit; Alter frigida, turbida, albicanti, & sapore fortiori prædita; Tertius mediæ inter utrumqve naturæ est, aqua subviridi, clara, acidiq;, nec injucundi saporis. E secundo aves qvæ bibunt, statim tremere incipiunt, & in convulsiones datæ moriuntur, compertumqve fuit sectarum pulmones & intestina q. contracta apparuisse. V. *Ephemer. Erud. T. II. p. 136.*

In Regni Chinæ Provincia *Xansi* magno numero videre est *Fontes Igneos*, qvibus & Incolæ ad coctionem suam utuntur. V. *Neuhof. Itiner. Chin. p. 12.* In *Herford-shire*, Provincia Angliæ prope Castellum Richardi, *Richards Castle*, Fons est *Fons Ossium, the Bonewell*, communiter dictus, qvod Ossiculis fluat, iis qvæ in ranis sunt non dissimilibus, qvibus etiam, si eximantur omnia, seqventi die eadem copia scatet. Plura talia fontium miracula V. ap. Varen. *Geogr. L. I. c. XVII. Prop. XVII.* Et in specie *Fontes miraculosos Angliæ* apud *Merret. Pinac. p. 222, 223.*

CAPUT IV.
GEOSCOMI DIVISIO.

I. Utrum Terra an Aqua major sit ?
II. Quatuor partes Terræ.
III. Orbis Veteris Conditio.
IV. Ejusdem Partes & Partium imagines.
V. Europæ nomina, fines, longitudo ac latitudo.
VI. Asiæ fines &c.
VII. Africæ fines &c.
IIX. Americæ Longitudo ac Latitudo.
IX. Terræ Polares : Terra Antarctica sola hactenus circumnavigata fuit : Vortices Subpolares : Cogitata de Fluxu & Refluxu Maris.

I.

JAmque litoribus efferimus pedem & Terram ingredimur, tertiam Globi nostri partem, Geocosmi nomine in conspectu Capitis indigitatam : Qvæ utrum major sit Aquâ, necne, operæ nostræ pretium erit, si initio consideremus. R. Qvæsitum accipi posse vel de superficie, vel de toto Elemento. Prius si sit, Terram mari majorem esse Globi & Tabulæ Geographicæ facile docebunt. Neqve Fluviorum aut Lacuum aliquam rationem haberi opus erit, quia qvod Terræ hic adimunt, id Montium Excessus facile compensat. Ricciolus Proportionem

nem Terræ ad Aquam eam esse dicit, qvæ sit 400 ad 250, vel 40 ad 25. Sed præsupponit Terras Polares Arcticam & Antarcticam esse continentes; Qvod cur in dubium vocemus, ediſſeremus seq. §. XX. Itaqve major pro Aqva assumendus erit numerus. De Elemento seu toto corpore si quæritur, Aqvæ accidunt qvidem Canales subterranei & Hydrophylacia; Sed Terræ etiam suæ ossaturæ & ligamenta: Neqve enim totam cavam esse facile aliquis asseret, vel plus aquæ continere quam in superficiem eructare potest, probabile est.

II.

Partes Geoscomi nostri prodimus quatuor. *I. Veterem Orbem*, *II. Orbem Novum*. *III. Terram Polarem Arcticam*, sive Orbem Arcticum. *IV. Terram Australem*, sive Antarcticam: Totidem enim partibus Oceanus Terram interluit, si verum est Terram Polarem Arcticam nec Americæ nec Orbi Veteri adhærere, qvod hactenus tamen nondum constitit. Qui compendiosius hæc efferunt, faciunt aliam portionem Terræ antiqvitus Cognitam, aliam Novam Cognitam, & deniqve Novam Incognitam, qvo nomine utramq; Terram Polarem comprehendunt. Sed poterit & tunc ternarius numerus sufficere, si Terra Polaris Arctica comperiatur aliqvando vel Orbi Novo vel Veteri annexa esse, atqve sic ad alterum reducatur.

III.

Vetus Orbis, qui solus Antiquis cognitus fuit, cingitur à Septentrione, prout Tabulæ hactenus pinxerunt, Oceano Glaciali, Mari Albo, & Oceano Tatarico, ab Oriente Mari Chinensi & Pacifico, ab Austro Oceano Indico & ab Occidente Oceano Æthiopico & Atlantico. Ejus Longitudo à Ptolomæo statuitur CLXXX. graduum, Latitudo LXXIX vel LXXX admodum, qua ipsa tamen nostro tempore etiam crevit, cum navigationibus Belgicis ad LXXXI. gr. solius Latit. Borealis itum fuit, & ad Latitudinem Australem ultra gradus LX.

IV.

Partes ejus, *Europa*, *Asia*, *Africa*, omnibus notissimæ, singularibus quoq; imaginibus, tanquam Symbolis mnemonicis, jam à veteribus conceptæ & expressæ in Europa imagine *Virginis*, Asia *Ephippii vel Pegasi*, Africa *Cassidis*, *Tulipanti vel Trianguli*, In quorum imitationem & America instar *Clepsammidii*, Hispania jam à Strabone imagine expensa pellis Taurinæ, Italia Ocreæ, Peloponesus Folii Tiliæ, Mare Mediterraneum Calcei, Belgium Leonis, Sicilia Trianguli Charactere concepta.

V. Euro-

V.

Europæ fines sunt, ab Austro Mare Mediterraneum, ab Occidente Oceanus Atlanticus, à Borea Mare Septentrionale. Ab Oriente eoq; ab Asia Hellespontus, Propontis, Bosphorus Thracicus, Pontus Euxinus: Reliqvum discrimen minus certum est, & ipsæ Tabulæ quid pingant heic, vix sciunt, cum tractus illi necdum satis freqventati fuerint. Ptolemæus Tanai Fluvio, ductaque à Fonte ejus versus Boream ad Mare usq; Linea rem expedivit; Alii Lineam à Fontibus Tanais usq; ad Ostia Dvvinæ Fl. projiciunt. Nobis Ortelij positio arrisit, qui Fines statuit: Primo Fluvium Tanaim, hinc Isthmum inter Tanaim & Volgam, mox Volgæ versus Orientem divertigium, postremo Obium Fluvium. De Etymo & Cognominibus Europæ *V. P. Merulam P. II. L. I. c. II. III. IV.* Asiaticos hodie Europæos Francos appellare notum est; Et Turcæ veluti Ecclesiæ Orientali addictos Romeos vocant, sic *Francos*, qui in Ecclesia Occidentali agunt; Abyssini præterea nos etiam *Alphrangues* & Christianorum Regna Franciam appellant. Longitudinem maximam obtinet inter Promontorium S. Vincentij & Tanaim: Latitudinem inter Promontorium Rutubas s. *Nortcaep* in Finmarchia & Promontor. Tænarum s. *C. Metapan.* ad Moream. Hæc XXXVI. graduum est, illa LXXIV.

VI.

Asiæ ab Europa & Occidente Terminos jam tradidimus; A Borea erunt Mare Glaciale & Tataricum, ab Ortu Oceanus Chinensis, ab Austro Mare Indicum. Longitudinem Ricciolus æstimat CLIV. graduum à Flexu Tanais usq; ad Promontorium Regni Tenduc ad Fretum Anian; Latitudinem graduum LXXI. à Capite Syncapuræ, *Punta di Malacca* usqve ad Scythicum Promontorium. Sed quia Relationes de Tractibus istis Tataricis adhuc in incerto sunt, nos rem hanc in medio relinquimus.

VII.

Africam ad Septentrionem alluit Mare Mediterraneum, ad Occidentem & Austrum ex parte Oceanus Atlanticus & Æthiopicus, ab altera parte ad Austrum est Oceanus Indicus, ab Oriente Mare Rubrum; Asiæ adhæret per Isthmum Mari Rubro & Mediterraneo interjectum. Longitudo *inter Promontorium Viride*, quod maxime Occidentale est, & *Cap. Guardafuy*, qvod Orientalissimum, est LXXX circiter gradum, Latitudo inter Promontorium Hermeticum s. *Cap. Buono & Caput Bonæ Spei* est fere graduum LXX. IIX. *Ame-*

IIX.

America in Latitudinem à Terra del Fuego & Freto Magellanico usqve ad Polum Arcticum extenditur, sed incerto hactenus termino: Nondum enim constat, qualiter Partes Borealissimæ ejus se habeant. Ab Oriente habet *Mare Del Nort*, ab Occidente *Mare del Zur*. Media q. secatur Isthmo inter Panamam & Nombre de Dios, & Meridionalis Longitudo maxima est inter *Capo Blanco & Caput S. Augustini*, dubium tamen & hic, qvo numero Milliarium aut graduum, de qvo dictum c. l. §. *XIII.* Septentrionalis Longitudinem produnt à *Capite Fortunæ* ad *Caput Frigidum* Estotilandiæ. *V. Ricciol. L. I. c. XI.*

IX.

Terra Polaris Arctica comprehenditur Nova Zembla, Groenlandia, Spitsberga &c. Minimum intervallum à veteri orbe habet ad Fretum Waygats, ab America ad Fretum Davis. *Terra Australis*, s. prout à Ferdinando Mendez de Quiro vocatur, *Australia incognita*, maxime vicina est veteri orbi ad procurrentem Tractum N. Guineæ, Americæ vero ad Fr. Magellanicum. Solaque hæc constat Mari undiq; cincta esse, & circumnavigari posse, cum in Veteri Orbe pariter ac America partes Septentrionales nondum satis exploratæ sint. De semestri die ac nocte Regionum harum egimus c. l. §. XVII. dariq; sub ipsis Polis perpetuam & saltim creperam lucem ratiocinati fuimus. Cui aliud adjicimus, à Tabulis Antiquioribus qvidem proditum, non tamen sine dubii animi nota, V. *Tab. Atlantis Latini Mercatoris*; A Kirchero autem de novo animadversum & rationibus roboratum: Esse nim. in Regionibus hisce Subpolaribus ingentes voragines, qvibus Mare sub Polo Arctico absorbeatur, sub Australi Polo autem iterum emergat: Isq; hoc ex eo potissimum colligit, qvia Maria Subpolaria ob rapiditatem superari non possint. Ita Anglos in oris Grönlandicis jam dudum ab Incolis monitos fuisse, ne ulterius progrederentur, si se navesqve suas salvas velint, esse enim Mare versus Polum adeo æstuosum, ut naves illud ingressæ nulla humana industria retroagi possint; Et Nautas ad Spitsbergam tendere solitos narrare, nullam navim quæ ultra 82. gr. progressa sit rediisse, lintresque suorum incautius ibi divagatos nunquam amplius comparuisse. Contra *ex Relationibus de Invento Freto Le Maire* constare, Nautas ultra 60. gr. Lat. Australis ob contrarietatem fluctuum progredi non potuisse. Et *Herreram* in Historia Americæ Australis docere Classem Regiam Hispanorum ad detegendas novas Terras emissam non potuisse

supera-

ſuperare gradum 70, ob Aquarum etiam aëre tranqvillo & ſine ventis obviam ruentium rapiditatem. V. *ipſum Itinere Ecſtatico II. Dial. I. & M. S. L III. c.2.* Eqva quidem Hypotheſi non tantum veteri illi traditioni de Monte qvodam Magnetico in extremo Septentrione naves omnes in viciniam ejus imprudenter delatas validisſime attrahente, ac ſine ulla liberationis ſpe detinente, aliquid præſidii naſci putamus. Nim. ut verum quidem ſit ſine ſpe reditus in extremum Septentrionem deferri, cauſam tamen in vorticibus iſtis, non in Monte Magnetico quæri oporteat. Sed ex eadem inprimis vexata illa in rebus Phyſicis de æſtu Maris Quæſtio aliquam lucem ſibi fœnerari poſſe videtur. Si enim datur perpetua ejusmodi Marinæ Aquæ Circulatio & Oceanus ſub Polo Boreali abſorbetur, idemqve ſub Polo Auſtrali rurſus evomitur, ejectæ aquæ forſan id accidet, quod omnibus vorticibus, & aquæ intumeſcenti univerſæ, quæ ebullit in circulum, quia ſuccedens nova Aqua priorem attollit, eamque quia ob fluxibilitatem ſuam quaqua verſus diffunditur, ad latera æqualiter projicit, eoqve Circulum format: Neq; enim Circuli, quotquot in Aqua formari videmus, aliud ſunt, quam Aquæ propter accedens novum corpus intumeſcentis ad latera tendentia. Vortex Auſtralis e. quia Aquas ejicit, Circulos quoq; formabit, eosq; tanto majores, qvo impetuoſius Aqua ab eo ejicitur; Et ſi Circuli illi in Aqua communi ſunt Aquæ intumeſcentis ad latera excurſus, Circulos Maris quoqve oportebit in tali Maris ad latera tendentia, adeoq; in Æſtu Marino qværi, quippe qvi itidem nihil aliud eſt, quam intumeſcentis Maris ad litora excurſus. Idipſum vero in compluribus Phænomenis Æſtus Marini maxime elucet. Ideo enim Æſtus Maris in aperto Mari magno ſe exerit, in Sinubus vero vel parciſſime, vel plane non accidit: Veluti *Mare Balthicum* Æſtu plane caret, *Mare Mediteraneum* a. in illis fere partibus tantum habet, quæ recta linea Freto Gibraltar objacent. De utroqve V. *præc. c. III. Sect. I. §. VII.* Nimirum Aqua in Circulum ſe attollens, ad ripas & litora ſe effundit, ubi ſiquem alveum adhuc invenit, eum ingreditur quidem, non tamen toto circulo, ſed ſecundum partes ſpacio alvei iſtius proportionatas, eoq; & copia & tumore minori, unde fit, ut ſi alveus longius procedat vel ſpacioſior iterum fiat, tumor iſte vel parum vel plane non ſentiatur. Et in *Mari Rubro* quidem, licet itidem Sinus ſit, fluxus iſte evidentius ſe prodit; Sed Fretum ejus verſus Auſtrum liberius patet, unde facilius adventanti ab Auſtro Aquæ ſui copiam facit. Qvemadmodum aliàs etiam multæ Geocoſmi par-

tes sunt, in qvibus motus Maris ab Austro in Septentrionem manifestò deprehenditur, ut in Mari Pacifico ad litora Peruviæ ac reliquæ Americæ, & ab altero latere à Promontorio S. Augustini in Brasilia ad Insulas Antillas & in Mexicano sinu versus Floridam: Iterum à Sumatra in Sinum Bengalensem, & à Terra Australi Incognita ad Javam majorem etc. Rursum Circulus Aquæ, quo longius propellitur, eo debilior fit, ac tandem prorsus evanescit: Sicq; se res etiam cum Æstu Maris habet. Totus enim Oceanus Septentrionalis quo longius ab Austro remotus est, eo parciorem & plane nullum Æstum habet, quia Circulus seu tumor ejus ob nimiam ab Austro distantiam deficit, ex parte etiam Syrtis Polaris Septentrionalis impetu attrahitur adeoqve impeditur, quo minus Æstus fieri possit. Denique Mare Caspium aliiq; Lacus, quanti quanti sint, Æstu carent, quia enim Terra circumdantur, circulorum istorum adeoqve tumoris Oceani communione excluduntur. Ausi proinde fuimus hypothesin hanc comminisci, non quidem tanqvam numeris omnibus perfectam: (Nam dubia de intervallis horarum accedentis & recedentis fluxus hic etiam remanere negandum non est:) certiorem tamen fortassis aliis vulgo receptis sententiis, quas æterna circa omnia ista à nobis allegata Phænomena præmunt dubia. Veluti si Luna aut aliud quidpiam causa Æstus Marini sit, semper dubium insolubile manet, cur non Fluvii majores? Cur Lacus magnitudine notabiles, ut Mare Caspium, Lacus Parimæ in America, Mare mortuum & Tiberiadis in Palæstina non itidem æstum experiantur? Cur non Mare Balthicum? Cur Mare Mediterraneum ex parte tantum? Cur Oceanus Borealis plane non æstuet? Luna omnes æque collucente, Mari etiam ubivis æqve falso, immo Mari mortuo existente falsissimo. Sed cuncta hæc salvo meliori Eruditi orbis judicio, cui universa ac singula nostra merito subjicimus.

CAPUT V.

HISTORIA INSULARUM.

I. *Qvid continens & Insula?*

II. *Insularum origo; Aliquas subinde nasci & alias interire: Qvid de Atlantide Platonis?*

III. *Islandiæ Descriptio: An Veterum Thule sit?*

IV. *Insu-*

IV. Insulæ Feroenses; Fabulæ de Insulis Fortunatis veterum.

V. Magna Britannia: Jacobi Regis Angliæ conamina circa unionem Regnorum Angliæ & Scotiæ. Angliæ Generalis Divisio; Ejus Shiræ, Divisio secundum Matriculas Parlamentarias; Series Civitatum ac Burgorum jure suffragii in Comitiis Anglicis gaudentium, variaq; ad singulas partes Angliæ annotata: Dona naturalia Angliæ: Usus Siceræ, Cur vina non colant? Crocus, Britannicus, Tobacci cultura cur prohibita? Arbores Subterraneæ: Gregum luxuries, Piscatio: Cur Ciconiis & Lupis careat? Cogitata De Ciconiarum sede hiberna.

VI. Scotiæ divisio, partes, Dona naturalia, Anseres Scotici.

VII. Hiberniæ partes: Cur Animalibus venenatis careat: Cur advenæ communiter Dysenteria corripiantur? Memorabilia de Herba Mackinboy: Series aliorum locorum itidem Venenatis carentium: De Purgatorio S. Patricii.

IIX. Insulæ Shetlandicæ, Orcades, Hebrides, Cassiterides s. Sorlingæ, Mona, Angleſey, Jerſey, Vectis, Scheppey.

IX. Insulæ Maris Balthici majores ac minores: Jus Wisbyense in Gotlandia, Jurium Nauticorum Syllabus: Insulæ Vandalicæ.

X. Insulæ Oceani Germanici Danicæ, Germanicæ, Hollandicæ, Seelandicæ.

XI. Insula Gallicæ: Insula Fasianorum; Pacificatio Fasianica, Excursus de Duello Francisci I. & Caroli V. in hac Insula destinato: Insulæ Hispaniæ.

XII. Insulæ Maris Mediterranei citeriores, Ophiusæ, Baleares, Gallicæ La Maguelone, Porquerelles, &c. Sardinia, Corsica, Sicilia, Quid Sicilia cis Pharum & Sicilia trans Pharum? Insulæ Liparitanæ, Malta, Elba, Ischia, Corfu, Zefalonia, Zante.

XIII. Insulæ Maris Mediterranei ulteriores: Candiæ situs, commoda, Bellum ultimum ejus causa cum Turcis gestum, Pacificatio: Insulæ Archipelagi, Cyclades, Sporades, Dodecanisus Imperii Constantinopolitani: Commune infortunium, quod Insulas hasce involvit. Insula Cyprus, Catalogus Insularum omnium Maris Mediterranei.

XIV. Azorum Historia.

XV. Insulæ Canariæ, Promontorii Viridis, Gvineæ vicinisq; Regionibus objacentes, Insula S. Helenæ & Ascensionis, Inſ. Madagascar, de Cumoro, Zocotora.

XVI. Insulæ Asiæ: Inſ. Ormuz ejusq; Fata, Inſ. Maldivæ, Inſ. Ceylon, I. de Andemaon.

XVII. Insulæ Archipelagi S. Lazari, Moluccæ, Banda, Philippinæ.

XIIX. Insula Formosa ejusq; Fata.

XIX. Japaniæ descriptio.

XX. Insulæ Salomonis, reliquæve Maris Pacifici.

XXI. In-

XXI. Insulæ Terræ Australis Incognitæ, Inf. Pines.
XXII. Insulæ Americæ, Hispaniola, Cuba, Jamaica, S. Johannis, Caribanæ, Prima omnium à Columbo detecta, Inf. Barbados: Insulæ Dæmoniorum Historia & examen.
XXIII. Insulæ Fluviorum; Insulæ Porohi in Boryſthene, origoq; nominis Coſacorum Zaporohianorum.
XXIV. Insulæ Fluitantes à veteribus indicatæ & demonſtratæ, à recentibus obſervatæ in Italia, Gallia, Scotia, Boruſſia.
XXV. Insulæ Fictitiæ S. Brandani, Septem Civitatum, Frislandia.
XXVI. Peninſularum potiorum ſeries.
XXVII. Pulvini, Abrolhos, Scopuli &c.

I.

TAles fuerunt amplisſimæ atque adeo quaſi primæ partes Geocoſmi noſtri. Easdem vero novo quodam diſcrimine Natura diviſit, ut aliæ continuæ eſſent, aliæ Aqua interfluenti ſejunctæ; Continuæ *Continentis* Nomen ferunt, cæteræ *Insulæ* dicuntur: Utrisque nunc immorabimur, primum Insulas, deinde Continentem perluſtraturi.

II.

Origo Inſularum rebus coæva videtur colligi poſſe ex *Gen. X. V. Ab his diviſæ ſunt Insulæ Gentium in regionibus ſuis*, collata cum *Sirac. XLIII. XXV. Verbo ſuo pacavit Mare, & Insulas in eo plantavit. V. Gryphiandr. De Insulis c. VI.* Neqve probabile eſt magnas Inſulas, Islandiam, S. Laurentii, aut alias à Continenti remotiores Oceani violentia demum emergere, aut à Continenti ſeparari potuiſſe, maxime ſi immenſas rupes earum cogitemus, in quas Oceano vix aliquæ vires ſunt: Sed nihil hi certum. V. *Voët T. I. Diſp. de Creat. f. 661.* De Minoribus dubium non eſt, quin cum progreſſu temporis enatæ fuerint, ex parte etiã interierint. Ita *Plinius* jam tum *L. II. c. LXXXVI. LXXXVII. Naſcuntur & alio modo terræ, ac repente in aliquo mari emergunt; veluti paria ſecum faciente natura, quæque hauſerit hiatus, alio loco recedente. Claræ jam pridem Insulæ Delos & Rhodos, memoriæ produntur enatæ, poſtea minores, ultra Melon, Anaphe; Inter Lemnum & Helleſpontum, Nea: Inter Lebedum & Teon Alone: Inter Cycladas Olympiadis CXXXV Anno quarto Thera & Therasia. Inter easdem poſt Annos CXXX. Hiera, eademque Automate: Et ab ea duobus Stadiis poſt A. CX. in noſtro ævo M. Junio Syllano, L. Balbo Coſſ. ad IIX. Idus Julias, Thia.* Sic narrat Silveſter Giraldus ad Hiberniam Inſulam enatam, quam tanquam rem novam aliquamdiu Phantaſti-

tasticam crediderint, tandem verò stabilem & habitabilem deprehendisse. *Topogr. Hibern. p. II. cap. XII.* Et nostro tempore Anno MDCXXXIIX. juxta Azores emersit Insula longitudine V. Milliarium, cujus Nativitatem, quia varios nascentium & intereuntium Insularum casus complectitur, hic pluribus enarrandam duximus, recensente Kirchero *M.S.L II. c.XII. XXVI. Die Junij Anno MDCXXXIIX. cœperunt spacio 8. dierum adeò formidabiles terræmotus universam conquassare Insulam, ut homines civitatibus, oppidis, castellis derelictis campos apertos fuerint coacti inhabitare, maximè Incolæ terræ, dictæ* Vargen, *ubi terræmotus sæviebant, quam aliis in locis, multò efficacius. Hosce terræmotus excipiebat id, quod sequitur prodigium: A Pico (vulgò* Pico delle Camerine) *sex milliaribus dissitus locus dictus* la ferreira, *quo Cymbis piscatores hujus Insulæ sese ad piscandum conferre solebant, præsertim tempore æstivo; ibi enim spacio diei naturalis tantam concludebant piscium omnis generis multitudinem, ut nulla cymba esset, quæ non 10000. piscibus onusta reverteretur. In hoc itaque Oceani districtu, die Sabbathi, mensis Julij anni 1638. ignis cum tam inexplicabili violentia, non obstante dicti loci Oceani 120 pedum Geometricorum à piscatoribus ante hac sæpius explorata profunditate, erupit, ut ad tantum restingvendum incendium ne Oceanus quidem sufficeret: Spacium quod ignis ebulliens occupabat, tantum erat, quantum duobus mediis frumenti proseminandis sufficiebat, cum tanta violentia erumpens, ut non obstante dicta Oceani profunditate, nubibus sese æquaret, in supremam aëris regionem elatus, evectâ secum ipsâ aquâ, arenâ, Terrâ, Saxis, aliisque ingentibus molibus, quæ eminus triste intuentibus spectaculum comparebant, floccorum ad instar gossipinorum; In Mare vero reversa materia liquefacta pultis præ se ferebat speciem; Porrò Divinæ Providentiæ, benignitatique ascribendum est, ventum tunc temporis fuisse Terrestrem ex partibus Insulæ proruentem contra sævientis ignis rabiem, quod nisi factum esset, tota haud dubie Insula hoc formidabili incendio exusta periisset. Subinde adeò immensæ magnitudinis saxa in trium lancearum altitudinem projiciebat sævientis naturæ vis, ut non saxa, sed montes integros ejectos diceres. Accedebat ad horrorem id, quod recidentes in altum projecti saxei montes, in alios è viscеribus Maris in altum evibratos illisi, cum terribili fragore in mille partes dissilirent, quæ postea manibus acceptæ in arenam nigram conterebantur. Porro ex varia immensaque rejectamentorum multitudine, saxorumque innumerorum coacervatione Insula nova in medio, eoque profundissimo Oceano exorta, in principio quidem parva quinque Jugerum, at indies augmentata*

in tantum excrevit, ut ab hinc 14. diebus, spacium longitudinis quinque milliarium occupârit. Tanta autem hoc incendio multitudo piscium periit, quantum vix octo naves onerariæ Indicæ capere possent, qui longe lateque per Insulam dispersi, ne putrefactione contagionem aliquam causarent, ab indigenis in profundissimis foveis ad 18. millia circumcirca collecti, sepulti sunt; Odor autem sulphuris spacio 24. milliarium sentiebatur.

Quæ dum tradit Autor noster, eo ipso verisimile facit, quod priscus Plato de Atlantide, Insula maxima Oceani Occidentalis, prodidit, quam extitisse inter Azores & Canarias, hasque è reliquiis ejus, quippe impetu aquarum majores remansisse autumat & prolixe demonstrat *c. l.*

INSULÆ EUROPÆ.

III.

Insularum, quas Europæ accensent, Borealissima est *Islandia* in Oceano Septentrionali sita ad 65 gradus & amplius Latitudinis Borealis: Cui non ignobilem famam peperit Ignivomus Mons Hecla; Cæterum piscationibus Danorum, Norvegorum & Belgarum nunc frequentatur. Incolas ejus Coloniam Norvvegorum esse Scriptores plerique asserunt, unde & illa Linguæ Islandicæ cum Norvvegica affinitas. *Utrum Thule veterum sit*, necne, ambigunt Historici. Camdenus Shetlandiam pro Thule accipit, Ortelius Norwegiæ partem, Tellemarck, Nominum affinitate inductus. Negat & Arngrimus Jonas, ipse Islandus, Islandiam esse Thulen, quia Thule jam veteribus cognita fuerit, Islandia v. circa A. DCCCLXXIV. demum habitari cæpta sit. Pro ajenti parte est Adamus Bremensis, Pontanus &c. Quorum hic Islandiam jam A. DCCCXXIV. ab Ansgario Christo adductam eoque probe cognitam fuisse contra Arngrimum probat. Terra ipsa ob frigoris gravitatem frumenti ferax non est, graminis tamen fœcunda, unde rei pecuariæ Incolæ mediterranei, maritimi autem piscationi student. Nec silvas habet nisi betulaceas, cætera Ligna ipsis suppetunt ad litus Maris undarum alluvione ejecta, mirando Procurationis Divinæ testimonio. V. *Arngrimi Jonæ Crymogæa seu Rer. Islandicarum Libri III. Ejusdem Specimen Historicum Islandiæ*, quo superiorem Pontani de Thule sententiam examinat; Item *Anatome Blefkeniana* contra Ditmari Blefkenii Librum de Islandia.

IV. Islan-

IV.

Islandiæ propter Jurisdictionis commune vinculum adjungimus Insulas *Feroënses*, quippe Daniæ Regum Imperium æq; ac Islandia agnoscentes, aliàs vero rariorum Avium proventu non ignobiles, de quibus V. *Wormium in Musæo* passim. Easdemqve putamus à Veteribus illas creditas fuisse, qvas Insularum Fortunatarum & Camporum Elysiorum nomine prædicarunt, quippe quas ultra Orcades & Britanniam sitas autumarunt. V. plur. *Camden. Descr. Insul. Britann. p. 744. 745.*

V.

In eodem Oceano Occidentali sita *Magna Britannia*, quod generale nomen veteribus duobus nobilissimis Regnis Angliæ & Scotiæ tributum, sed interveniente distincto utriusq; regimine sensim elangvuit, donec ab hodiernis Regibus, quippe Dominis utriusque Regni, in privatis Inscriptionibus & salutationibus revocaretur, Actis Publicis interim eo plerumque abstinentibus. Et Jacobus Rex quidem in unito hoc nomine ipsorum Regnorum unionem animo destinaverat, cusis eum in finem jam tum Numis cum Elogio: *Quæ Deus conjunxit, nemo separet.* Et: *Tueatur unita Deus.* Et: *Faciam eos in gentem unam.* Item: *Henricus Rosas, Regna Jacobus.* V. Inprimis quæ singulari oratione hanc in rem habita in Comitiis A. MDCVII. Pr. Cal. April. proposuit *Opp. Regiis. fol. 507. & seqq.* Sed reclamarunt huic conamini utriusqve Regni Status, causati, mutationes fieri non debere, nisi aut urgente necessitate, aut manifesta utilitate svadente, nihil vero hic esse quod urgeat, vel etiam emolumentum ostendat: Uniones Regnorum aut matrimoniis, aut per victorias, aut Sangvinis confusione fieri: Novi Regni institutione alterius antiquioris memoriam dissolvi & extingui: Ea re magnas incommoditates & confusiones in negociis, in Comitiis convocandis, in Sigillis, munerum publicorum distinctione, Legibus ac Constitutionibus sanciendis, Actis Publicis &c. consecuturas, & siquidem contingat, ut Rex sine Liberis decedat, aut Liberi ejus sine prole deficiant, illâ unione & Regnorum confusione futurum, ut paterni nominis heredes in Anglia sibi Jus arrogaturi sint, exclusis legitimis Anglici Nominis heredibus, quod esset iniquissimum; Idem Populis summe displicuturum, qui antiquo nomine gaudeant, & ominosum ducturi essent, abolita prisci temporis memoria per nova agnomina præpostera ambitione Majorum gloriam obscurari. *Thuan. ad A. MDCIV. L. CXXXI.*

II. Angliæ recepta Instrumentis Publicis divisio tribus hisce membris

bris constat: *Anglia* in specie sic dicta, *Wallia*, *& Berwicko ad Twedam.* Sic: *The Several Counties, Cities, Burroughs, Towns, and Places within* England *and* Wales, *and The Town of* Berwick upon Tweed. Item: *Within his Majesties Kingdom of* England, *Principality of* Wales, *or of the Town of* Berwick upon Tweed etc. in Actis Parliamentariis pasim. *Berwicum* Civitas est, ejusque peculiaris mentio fit, quia proprie ad Scotiam olim pertinuit, sed postmodo Conquestus jure Anglorum reddita; ea tamen Lege, ne ulli Angliæ districtui includeretur: Unde immediate à Rege dependet, possetq; hoc nomine æquiparari Civitatibus Imperialibus in Germania nostra; In Distributione Collectarum tamen annumerari solet Comitatui Northumbriæ. *Wallia* est illa Terræ portio quam olim Cambriam dixere in Occidentaliori parte Angliæ sita. Reliqvum Angliæ deinde in specie vocatur *Angliæ*.

III. Minores Partes sunt *Shiræ*, seu prout Camdenus & alii communiter vocant, *Comitatus* LII, XXXIX Angliæ, & XIII. Walliæ, quas ex eodem Camdeno hoc ordine proponimus.

IN ANGLIA.

Cornubia,	*Cornwall.*	Middelsexia,	*Middlesex.*
Devonia,	*Denshire.*	Essexia,	*Essex.*
Dorsetia,	*Dorsetshire.*	Suffolcia,	*Suffolck.*
Somersetensis C.	*Somersetshire.*	Norfolcia,	*Northfolk.*
Wiltonia,	*Wilshire.*	Cantabrigia,	*Cambridgeshire.*
Hantonia,	*Hantschire.*	Huntingdonia,	*Huntingdonshire.*
Bercerja,	*Berkshire.*	Northamptonia,	*Northamptonshire.*
Surria,	*Suthry.*	Leceстria,	*Leicestershire.*
Sussexia,	*Sussex.*	Rutlandia,	*Rutlandshire.*
Cantium,	*Kent.*	Lincolnia,	*Lincolnshire.*
Gloceстria,	*Glocestershire.*	Nottinghamia,	*Nottinghamshire.*
Oxonia,	*Oxfordshire.*	Darbia,	*Derbyshire.*
Buckinghamia,	*Buckinghamshire.*	Warvvicum,	*Warwickshire.*
Bedfordia,	*Bedfordshire.*	Wigornia,	*Worcestershire.*
Herfordia,	*Herfordshire.*	Staffordia,	*Staffordshire*
Salopia,	*Shropshire.*	Lancaстria,	*Lancashire.*
Ceстria,	*Chesshire.*	Westmorlandia,	*Westmorland.*
Eboracum,	*Yorckshire.*	Cumbria,	*Cumberland.*
Richmondia,	*Richmondshire.*	Northumbria.	*Northumberland.*
Dunelmensis Ep.	*Bishoprick of Durham.*		

IN WALLIA.

Herefordia,	*Herefordshire.*	Ceretica,	*Cardiganshire.*
Radnoria,	*Radnorshire.*	Mongomeria,	*Montgomeryshire.*
Brechinia,	*Brecknockshire.*	Mervinia,	*Merionetshire.*
Monumethia,	*Monmouthshire.*	Arvonia,	*Caernarvonshire.*
Glamorgania,	*Glamorganshire.*	Denbighia,	*Denbighshire.*
Maridunum,	*Caermardenshire.*	Flintia,	*Flintshire.*
Pembrochia,	*Pembrockshire.*		

Sed Comitatus nomen hic Provinciam significat; Alias v. Comitatus ad plura & ipsis Provinciis minora Territoria extenditur, qvo sensu præter Civitatem Londinensem, Insulas Eli & Anglesey & Civ. Haverfordwest LXV. Comitatus, *Counties*, matriculis Parliamentariis designari solent, quarum seriem prout in Distributione collectarum posteriorum penultimi Belli Anglo-Belgici A. MDCLXV. observata fuit, hic ipso Idiomate Anglico adjectum voluimus, addita simul proportione, qua in summa 1250000. Librarum Anglicarum, h. 5400000. Imperialium circiter, biennij Spacio colligenda singulis mensibus sibi invicem tunc responderunt: Interspersimus qvoque mentionem rei unius alteriusve in locis hisce memorabilis, tum etiam seriem Civitatum ac Burgorum jure suffragii in Comitiis Regni gaudentium, rati ita uno intuitu jura, copiam & inopiam singularum partium proponi & æstimari posse.

	Libræ,	Shillings,	Pence,	Farthings.
The County of *Bedford*, Bedfordia: Suffragii jure gaudet oppidum *Bedfordiæ.*	678.	14.	9.	1.
The County of *Berks*, Bercia: Burgi suffragantes sunt *New Windsor*, *Reading*, *Wallingford*, *Abington.*	856.	18.	2.	3.
The County of *Bucks*, Buckinghamia. Loca suffragantia, Oppidum *Bucks*, & Burgi, *Chippingwiccomb*, *Aylesbury*, *Agmondesham*, *Wendever*, *Great Marlow.*	995.	7.	10.	
The County of *Cambridge*, Cantabrigia. Suffragantur *Universitas Cantabrigiensis* & oppidum *Cantabrigiæ.*	771.	18.	1.	1.
The Isle of *Ely*,	264.	15.	10.	

The County of *Cheſter*, Ceſtria, With the City and County of the City of *Cheſter*. Comitatui ſingulare eſt, qvod Titulum *Palatinatus* gerat, ſoli Germaniæ alias notum: Civitas Ceſtriæ v. jure ſuffragii gaudet.	606.	7.	7.	
The County of *Cornwall*, Cornubia. Gerit etiam Ducatus Titulum, amboq; Ducatus hic & Palatinatus Ceſtriæ ad Primogenitum Regis pertinent: Cujus quoq; ſingularis iſte Character eſt, ut ſit *Natus Dux Cornubiæ*, id qvod nulli alias Principi in Europa accidit, qvi licet ſimul ac naſcuntur, Principes, Duces etſſ. vocantur, Ditiones tamen, à qvibus nomen habent, jure ſuccesſionis vel alio hujusmodi titulo accipiunt, qvemadmodum ipſe Princeps Regius Characterem Principis Walliæ poſt unum alterumve pueritiæ annum à Parente Regio demum accipit. At Ducatum Cornubiæ eo ipſo quo naſcitur, ſuo jure habet, unde & peculiares miniſtri Cancellarius, Conſiliarii aliive ſtatim ejus nomine negocia publica expediunt. Burgi ſuffragantes ſunt: *Dunhivid*, aliàs *Lanceſton*, *Leskeard*, *Leſtwithiel*, *Truroe*, *Bodmin*, *Helſton*, *Saltashe*, *Camelford*, *Port-Pigham*, aliàs *Weſtlow*. *Grampound*, *Eſtlow*, *Penryn*, *Tregony*, *Boſſimy*, *S. Jves*, *Fowey*, *S. Germans*, *S. Michael*, *Newport*, *S. Maves*, *Kellington*.	1166.	2.	4.	1.
The County of *Cumberland*, Cumbria: Denominat in præſens Principem Palatinum Germaniæ noſtræ ac Fratrem Ser. Electoris Palatini Dn. Rupertum titulo *Ducis Cumbriæ*. Loca ſuffragantia: *Civitas Carlile & Burgus Cockermouth.*	127.	7.	3.	1.
The County of *Derby*, Darbia. Suffragatur *Oppidum Derby*. Ibidem eſt Buxtona Thermis celebris.	652.	12.	11.	3.
The County of *Devon*, Devonia. Suffragantur *Civi-*	2444.	6.	9.	1.

Civitas Exonienſis, & Burgi, *Totneß*, *Plymouth*, *Okehamton* (cui tamen & oppidi Titulum attribuunt) *Barnſtaple*, *Plympton*, *Honiton*, *Taviſtock*, *Ashburton*, *Clifton - Dartmouth - Hardneß*, *Beeralſton*, *Tiverton*.

The City and County of the City of *Exon*.	88.	1.	2.	1.
The County of *Dorſet*, Dorſetia. Suffragantur *oppidum Poole* & Burgi *Dorceſter*, *KingsLime*, *Weymouth*, *Kingsmellcombe*, *Bridport*, *Shaſton ſeu Shaſtbury*, *Wareham*, *Corfe Caſtle*.	1017.	9.	9.	2.
The Town and County of *Pool*.	8.	6.	3.	1.
The County of *Durham*, Dunelmia, cujus Epiſcopus Titulo Principis ſimul Epiſcopatui ſuo præeſt, isq; proinde unicus eſt, qui Germaniæ noſtræ Epiſcopis æquiparari poſſit.	245.	1.	5.	1.
The County of *Yorck*, Eboracum, With the City and County of the City of *Yorck*, and Town and County of *Kingſton upon Hull*. Nomen dat *Ducis Eboracenſis* Secundo genito Regis Angliæ, *Archiepiſcopi Eboracenſis*, ſecundo in Anglia Archiepiſcopo. *Conſulis ſeu Majoris Urbis Eboracenſis* hæc prærogativa eſt, ut perinde ac Londinenſis *Lord Major* ſalutetur. Loca ſuffragantia ſunt: *Civitas Eboracenſis*, oppidum *Kingſton upon Hull*, Burgi, *Knaersborough*, *Scarborough*, *Rippon*, *Richmond*, *Heydon*, *Burrowbridge*, *Malton*, *Thirske*, *Aldborough*, *Beverley*, *North - Allerton*, *Ponfract*.	2625.	8.	7.	3.
The County of *Eſſex*, Eſſexia: Quaſi Oſt-Sachſen/ Sxonia Orientalis, quemadmodum *Middleſex* eſt Mittel-Sachſen / Saxonia Media, & *Suſſex*, Sud-Sachſen/ Saxonia Auſtralis. Suffragantur Burgi *Colcheſter*, *Malden*, *Harwich*.	2344.	16.	1.	3.
The County of *Glouceſter*, Gloceſtria.	1368.	12.	6.	1.
Tha City and County of the City of *Glouceſter*, Urbs progreſſus Bellicos Caroli I. Regis morata fuit, unde infelicitas ejus ſecuta, de quo V.	29.	16.	3.	1.

Part. II. c. IV. §. XI. Suffragantur, Civitas *Gloceſtriæ*, Burgi *Cirenceſter*, & *Tewksbury*.				
The County of *Hereford*, Herefordia. Suffragantur Civitas *Herefordiæ*, Burgi *Leompſter & Weobly*.	856.	8.	1.	3.
The County of *Hertford*, Hertfordia. Burgi ſuffragantes: *S. Albans, Hertford*.	1018.	9.	5.	1.
The County of *Huntington*, Huntingtonia: Burgus ſuffragans *Huntington*.	479.	11.	4.	
The County of *Kent*, Cantium, With the City and County of the City of *Canterbury*. Suffragantur Civitates *Cantuaria & Roffa ſeu Roceſtria*, Burgi *Maidſtone*, *Queenborough*.	2517.	14.	6.	
The County of *Lancaſter*, Lancaſtria. Nomen olim dedit Familiæ Lancaſtrenſium, in contentionibus de Succesſione Regia, *Roſæ Rubræ* nomine alias notæ, quemadmodum Familia Eboracenſium nomen *Roſæ Albæ* gerebat. V. *P. II. c. IV. §. XIV.* Suffragantur Burgi, *Lancaſter*, *Preſton in Amounderneſs*, *Newtown*, *Wigon*, *Clitheroe*, , *Liverporte*.	761.	16.	4.	1.
The County of *Leiceſter*, Leiceſtria: Burgus ſuffragans *Leiceſtria*.	820.	17.	6.	3.
The County of *Lincoln*, Lincolnia, With the City and County of the City of *Lincoln*. Suffragantur Civitas *Lincolnenſis*, Oppidum *Stamford*, Burgi, *Boſton*, *Great Grimby*, *Grantham*.	1948.	15.	2.	1.
The City of *London*, Londinum, With the Liberties of *St. Martins Le Grand*.	3853.	2.	10.	3.
The County of *Middleſex*, With the City and liberty of *Weſtminſter*.	1695.	10.	10.	
The County of *Monmouth*, Monmuthia, Titulum Ducis Monmuthenſis dat Filio Naturali hodierni Regis Angliæ Jacobo. Suffragatur Burgus *Monmouth*.	295.	2.	9.	3.
The County of *Northampton*, Northamptonia. Suffragatur Civitas *Peterborough*, Oppida *Northampton*	1070.		1.	1.

hampton & Brackley & Burgus *Higham Ferrers.*				
The County of *Nottingham*, Nottinghamia, With the Town and County of the Town of *Nottingham.* Suffragatur Oppidum *Nottingham.* & Burgus *Eastretford.*	660.	19.	2.	1.
The County of *Norfolck*, Norfolcia, quasi Populorum Septentrionalium, Nord-Volck / veluti *Suffolck* & Populorum Australium, Sud-Volck. Suffragantur Civitas *Norwich*, Oppida *Lynn Regis & Great Yarmouth*, Burgi *Thetford & Castlerising.*	2550.	15.	4.	1.
The City and County of the City of *Norwich.*	136.	4.	4.	2.
The County of *Northumberland*, Northumbria, With the Town of *Newcastle* and *Berwick* upon *Tweed.* Suffragantur Oppida *Barwicum & Newcastle upon Tine*, ac Burgus *Morpeth.*	282.	2.	3.	1.
The County of *Oxford*, Oxonia: Loca Suffragantia; *Universitas Oxonienſis*, *Civitas Oxonienſis*, & Burgi *Newwoodſtock*, *Banbury.* Comites Oxonienſes non tantum inter antiquisſimos totius Angliæ memorantur, ſed hoc præcipuè encomium auferunt, quod nemo eorum in vigeſimam ſecundam generationem usq; notabilis alicujus criminis adverſus Regem aut Regnum reus peractus fuerit.	859.	6.	8.	1.
The County of *Rudland*, Rudlandia.	181.	19.	2.	1.
The County of *Salop*, Salopia. Suffragantur, oppida *Salop* & *Bishops-Caſtle*, Burgi, *Bruges ſeu Bridgenorth*, *Ludlow*, *Greatwenlock.*	910.	18.	6.	1.
The County of *Stafford*, Staffordia, Suffragantur *Litchfield*, Stafford, *Newcaſtle under Line*, *Tamworth.*	645.	4.	3.	2.
The City and County of the City of *Litchfield.*	9.	16.	9.	1.
The County of *Somerſet*, Somerſetia. Suffragantur Civitates *Briſtolia*, *Bathonia*, locus Thermis celebris, *Welles*, Burgi *Taunton*, *Bridgewater*, *Minehead*, *Ilceſter*, *Milborneport.* In eadem	2097.	8.	2.	3.

est *Glastonia*, locus memoria S Josephi Arimathiensis & Spina acuta Biflora celebris, de qua in seqq.

The City and County of the City of *Bristol.*	150.	18.	2.	1.
The County of *Southampton*, Southamptonia, With the Town and County of *Southampton*, and Isle of *Wight.* Loca suffragantia: Civitas Wintonienſis, *Wincheſter*, Episcopatu tota Anglia ditisſimo celebris, Oppida *Southampton*, *Portsmouth*, Burgi, *Yarmouth*, *Peterfield*, *Newport*, *Stockbridge*, *Newtown*, *Chriſtchurch*, *Whitchurch*, *Limmington*, *Andover.*	1656.	17.	11.	
The County of *Suffolck*, Suffolcia. Suffragia ferunt Burgi, *Ipswich*, *Dunwich*, *Orford*, *Aldborough*, *Sudbury*, *Eyes*, *S. Edmonsbury.*	2496.	4.	7.	1.
The County of *Surrey*, Surreia, With the Burrough of *Southwark*: Suffragantur Burgi *Southwarck*, *Bleckingley*, *Rygate*, *Guiford*, *Gatton*, *Haslemere.*	1208.	11.	4.	1.
The County of *Suſſex*, Suſſexia, seu Saxonia Meridionalis: Suffragia ferunt Civitas *Chicheſter*, & Burgi *Norsham*, *Midhurſt*, *Lewis*, *New-Shoreham*, *Bramber*, *Steyning*, *East-Grimſtead*, *Arundel.*	1378.	7.	4.	1.
The County of *Warwick*, With the City and County of the City of *Coventry*, Quæ suffragatur simul Burgo *Warwick.*	902.	7.	2.	
The County of *Worceſter*, Wigornia.	797.	11.	10.	
The City and County of the City of *Worceſter*, Quæ itidem suffragatur simul Burgo *Droitwich*, *Evesham*, *Beawdly.* Civitas *Wigornia* alias famosa clade hodierni Regis Angliæ Caroli II. ipsi A. MDCLI. à Cromwello inflicta de qua *P. II. c. IV.*	41.	19.	6.	3.
The County of *Wilts*, Wiltonia. Suffragantur Civitas Salisburia, seu *Salisburgum Anglicum*, cui prope adjacet celeberrimum istud profundæ anti-	1488.	9.	6.	2.

antiquitatis monumentum, *Chorea Gigantum*, de qua *C. IIX. Sect. I.* Burgi ibidem vota ferunt *Wilton, Downton, Hindon, Weſtbury, Helsbury, Calne, The Deviſes, Chippenham, Malmesbury*, unde celebris Hiſtoricus Anglorum Wilhelmus Malmesburienſis; *Cricklad*, q. Græca Schola, ubi olim Gymnaſium pro diſcenda L. Græca extitit. *Gread Bedwin: Lugder ſal, Old Sarum, Wooten-Baſſet, Marleborough.*

The County of *Weſtmorland*, ubi ſuffragatur Burgus *Apurby*.	87.	15.	8.	2.
The Isle of *Angleſea*, cum ſuffragante Burgo *Bewmorris* ſeu Beau-marish.	95.	2.	2.	
The County of *Brecknock*, cum ſuffrag. opp. *Brecon.*	213.	16.		2.
The County of *Cardigan*: Suffragatur opp. *Cardigan*.	80.	1.	2.	1.
The County of *Carmarthen*, ſuffragatur oppidum *Caermarten.*	206.	3.	5.	2.
The County of *Carnarvon*, & opp. *Carnarvon*.	110.	18.	10.	3.
The County of *Denbigh*, & opp. *Denbigh*.	169.	3.	3.	2.
The County of *Flint*, & opp. *Flint.*	89.	18.	11.	3.
The County of *Glamorgan*, ubi ſuffragatur opp. *Cardiffe*.	286.	16.	3.	1.
The County of *Merioneth*,	76.	5.	8.	3.
The County of *Mountgomery*, ubi votum fert opp. *Montgomery.*	209.	6.	6.	
The County of *Pembroke*: Votum fert oppidum *Pembroke*.	247.	1.	7.	3.
The County of *Radnor*: Suffragatur opp. *Radnor.*	131.	18.	6.	
The Town off *Haverford-Weſt.*	11.	9.	7.	

Cæterum de Portubus Angliæ ſupra actum *c. III. S. II. §. IV.* Et in ſpecie Quinque Portuum mentio facta, *Haſtings, Winchelſey, Rye, Rumney, Hyth, Dover, Sandwich, Seaford:* Qui hic repetendi veniunt; Singuli enim itidem in Comitiis Regni jure ſuffragandi gaudent. De Fluviis Anglorum *eod. cap. S. III. §. IIX.* De Fluviis Subterraneis *ib. §. XXIV.* De Thermis *ib. §. XXV.* Regia Londinum exhibita *c. IIX. S. II.* Palatia

latia Regia, Emporia, Universitates, Sedes Episcopales, & cur universæ Urbes Anglorum Muris careant ibidem. Antiquitates *cod. c. S. I. §. ult.* De Lingua Anglorum *c. IX. S. III. §. IV.* De Lingua Cambrica *ib. §. VI. & XII.*

IV. Qua Dona Naturalia Angliæ, illa veluti proventu rerum necessitati & commodis hominum inservientium abundat, ita frumenta sæpe exportat. Vini Usum supplet, hinc Nobilissima toto Orbe cerevisia & Ala Britannica, cui more veterum Germanorum student. *Potui humor ex hordeo aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus. Tac. de Mor. Germ. L. I. c. XXIII.* Isthinc Sicera, *Cider*, Potus ex pomis expressus, in quo excolendo Herefordia, Gloceſtria, Devonia, Wigornia & Insulæ Gernsey ac Jersey potissimum excellunt, docuitque accurate ejus conficiendi modum *Joh. Evelyn*, Socius Virtuosorum Angliæ in Tr. de Arboribus Silvaticis, *of Foreſt-trees*. Vineas, cum maxime possint, non colunt, quippe persuasi, Nativum Vinum nunquam ad Bonitatem Siceræ suæ surrecturum, Vinum Gallicum insuper eodem precio à se emi posse, quo vinearum cultura ipsis constitura esset. Instituerunt quoque Culturam Croci felicissime, adeo ut ingentia arva tempore autumnali eo repleta videas, & commendatur inter meliora Croci genera *Crocus Britannicus*, cujus ratio in natura Plantæ hujus sita videtur, quæ quo propius Septentrionalibus Regionibus adducta fuit, eo majora virium incrementa sumsit. Tobacci culturam in Agris Gloceſtriensibus non minori cum successu tentarunt, sed edictis Regiis, quanquam ægre, retracti sunt, quod metueretur, ne Coloniæ Americanæ inde detrimenta caperent. Silvæ rariores sunt, unde parcior Lignorum usus, qvem supplent tum Lithanthraces, tum, quod singulare prorsus est, ingens Arborum Subterranearum copia in partibus maritimis nonnullis inventa, ut in *Cornubia, Agris Flintiæ, Comitatu Pembrochienſi*, ubi ad litus Maris tam confertæ cernuntur, ut totum litus tanquam silva cædua appareat, præterea in *Comitatu Ceſtrienſi, Cumbria, Insula Angleſey*, & plerisqve locis Zephyro-Borealibus. Quas quidem Diluvio cuidam, seu Veteri isti universali, seu particulari alii transscribunt, opinamur tamen, nec absonum fore, si sub terra crescere, adeoq; vera Ligna Subterranea esse credantur; Nam ejusmodi *Lignum Foſſile* etiam ab Italis, licet paulum alio sensu, animadversum, de quo V. *c. VI. §. IV.* Quibus omnibus è Regno vegetabili & memorabilem illam, à paucis tamen notatam, *Spinam Acutam Biſloram Britannicam* adjicimus. *Spina Acuta*

Bota-

Botanicorum apud nos Hagedorn vocatur, apud Anglos *Hawthorne:* Hujus vero, quam diximus, natura talis, ut non tantum simul aliis Spinis Acutis vulgaribus mense Majo, sed etiam media hieme circa Festum Nativitatis Christi floreat & post florem svetas huic generi baccas ferat. Viruit talis olim Glastoniæ, *at Glastenbury*, cui & primam originem ejus transscribunt, plantatamq; à Josepho Arimathiensi (quem hic loci quoq; mortuum ac sepultum ferunt) & in memoriam Nativitatis Domini tam admirabili vigore donatam perhibent. Sed hæc Cromwelli tempore excisa fuit, aliis interim in *Cestria* prope Nantwich, loco *Whitegreene*, h. albo-viridi, in *Rumneymarsh*, *in Wheystreet*, ad S. Jacobum, *at S. James*, succrescentibus. V. Pluribus Botanicum Anglorum *Parkinsonum Herbar. Tit. IX. c. XXIIX. f. 1025.* Meminit ejusdem *Camdenus* simul Juglande quadam æque mirabili, at magis dubia, in *Somerset Shire p. 265. Ex illis qui vana mirantur hoc ævo videar, si meminerim de* Juglande, *quæ hic nunquam folia ante Festum S. Barnabæ profert, & ipso die festo foliis luxuriat & de* Corno (*si* Havvthorne *sic vocamus*) *quæ ipso Christi Natali perinde ac M. Majo progerminet. Hæc tamen verisima, si qua fides, plurimi fide digni produnt* Sed de Juglande omnia in incerto, si non vana sunt; At de altera, Spina Acuta, (Cornus enim male dicitur) res certisfima: Causa vero adhuc latet, nisi spes sit illam ex insitione aliquando erutum iri, adeo ut ramuli tales Agrifolio, Hederæ Corymbiferæ, aut simili alîi media hieme florenti frutici insiti fuerint, sicq; à Trunco ad hibernos flores stimulari cœperint. Greges copiosos alunt, & illos quidem nostris pingviores ac majors, lana etiam meliori donatos, cujus una causa, quia lac Agnis non subducunt, uti in nostrâ Oeconomia fit, sed ejus usum continuum ipsis concedunt. Piscaturam, qua maxime omnium Gentium frui possent, segnius curare videntur, quod in neglectu utilissimæ Capturæ Harengarum elucescit; Creditурque hæc Ratio Politica retenti apud ipsos jejunii Diei Veneris & Saturni, more Catholicorum, fuisse, ne piscium usus plane negligeretur. Hoc etiam Angliæ peculiare est, quod Ciconias nullas & Ranas plerumqve mutas habeat: Quorum ratio itidem ignota est. De Ciconiis tamen fuere, qui commenti sunt, eas in Imperiis Monarchicis non morari; Sed cur non transvolarunt, cum Ochlocratia, Tyrannis, aliquando etiam Anarchia Angliam haberent? Certiorem itaque rationem forte in situ Regionis inveniemus, ut ideo absint, quia Insula est, in quam transvolare ipsis per quam difficile accidit:

cidit: Quemadmodum & universa illa, quæ de migratione & sede hiberna harum Avium in Transmarinis Regionibus vulgo creduntur, nobis suspecta esse non ægre fatemur. 1. Ob transvolandi difficultatem. 2. Quia ex ipsis calidioribus Regionibus stato tempore recedunt; *Turtur, Hirundo, Ciconia norunt tempora sua* &c. Inquit S. Propheta, & sine dubio non de remota aliqua Regione, sed de Palæstina loquitur, in qua aër media hieme calidior est, quam apud nos initio Veris, quo Ciconiæ redeunt: Nullam e. in Palæstina migrandi causam haberent. 3. Ciconiæ pro Veris citiori vel tardiori initio, citius vel serius ad nos veniunt, quem statum aëris nostri in terris longe abhinc remotis scire non possent. Unde autumamus, ipsas in silvas densiores uniuscujusq; Regionis se recipere, ex illis mutationem sentire, ibidemqve pastui suo, ranarum etsi. animantium venatione prospicere, quas partes uliginosæ talium locorum indesinenter suppeditare possunt, quippe extra violentiam frigoris & æstus gravioris positæ, cum aliis locis & ob siccitatem æstivam & asperitatem hiemis facile deficiant. Tetigit hanc ipsam rem *Doctiss. Schoockius*, & rationibus pluribus firmavit *Tr. de Cicon. c. II.* Anglia deniqve & Lupis caret, idqve I. Quia olim tributi loco ab inferioribus pendendi fuerunt, quod de Edgaro West-Saxonum Rege *Camdenus* commemorat in *Merionet Shire*: Illum Ludvvallo Walliæ Principi XXX. Lupos in singulos annos vectigalis loco imperasse. Idemque posthac singulari Lege ad alios extensum, & cujusvis criminis reis impositum, ut vitam statoLupinorum capitum numero redimerent, unde factū est, ut brevi penitus occiderentur. Confer. *Merret. Ep. ap. Lect. in Pinac.* II. Pleræqve Angliæ partes passim habitantur, nec silvas adeo magnas habent, quo fit, ut lupi locum non repetiant, quo tuto se recipere possint, qvæ causa etiam est, cur ne in Hollandia reperiantur, quia nulla ibi receptacula inveniunt. Allusum fuit ad hanc materiam à Catholicis, cum sub pientissima Regina Elizabetha Maria Scotiæ Regina capite plexa fuisset, hoc Epigrammate:

Anglois, vous dites, qu' entre vous
Un seul Loup vivant on ne trouve:
Non, mais vous avez une Louve
Pire, qu' un million des Loups.

Sed non sine injuria optimæ Principis, de quo V. *P. II. c. IV. §. IX.* Plura horum talium legenda ap. *Edv. Merret Pinace Rerum Naturalium* Britanniæ & J. Childræum in *Britannia Baconica*.

VI. *Scoti-*

VI.

Scotiam ab Anglia dividit *Fl. Tweda*, *Mons Cheviota & Solvæum Æſtuarium.* Hujus Diviſio iterum ſeu Tao Fluvio, ſeu Monte Grampio, *Granſebain*, facta aliam partem ejus Meridionalem, aliam Borealem facit. In Meridionali Provinciæ extantiores ſunt: Proxima Angliæ Provincia *Marcia*, ſ. *Marchia*, quam differentiæ ergo in præſens vocabimus *Marchiam Scoticam*, ambiguitatem hujus nominis in poſterum pluribus viſuri. Hujus pars olim fuit *Berwicum* ad Tvvedam, de quo paulum ante dictum. In eadem Caſtellum *Hume*, cujus expugnationem & tantum non ridiculam deditionem Cromvvello factam V. *ap. Autorem Vitæ Cromwelli p. 230. 131. 132.* Tum *Laudonia*, Regio humanitatis cultu in Scotia præcipue celebris, in qua *Edenburgum*, Urbs Regia, eademqve Comitiis Regni adeoq; Parliamentis habendis deſtinata, ac ſitu editiori inter montes Pragæ Bohemorum aſſimilanda, Caſtello inſuper in præcipiti rupe ſito celebris, cui quod inexpugnabile creditum ſit, nomen *Maiden Caſtle*, *Caſtelli Virginei* dederunt. Ipſi ὁμώνυμον eſt *Edenburgum Hungariæ*, unicum Religionis Evangelicæ exercitio in Hungaria relictum oppidum: In eadem Provincia eſt *Dunbaria*, locus prima Cromvvelli contra Scotos victoria famoſus. In *Clidesdalia* eſt Glaſcovia, Urbs Academia nota, præcipue autē nitore ædium ac platearum ſuperba, eoq; ipſo Edinburgo ſuperior. In *Strivilinga* eſt *Sterling*, Caſtrum munitiſſimum, ipſorumq; Regum tempore Bellico aut rebellionis ſæpe refugium, in quo & Jacobus VI. primos annos vitæ ſuæ fere transmiſit. Inſcriptio Sacelli Regii: *J. R. Nobis hæc invicta miſerunt centum ſ. Proavi 1617.* docet, durante CVI. Regem Imperio inexpugnabilem manſiſſe; A Monckio tamen tempore Belli Parliamentarii adverſus Scotos expugnata fuit. De Ædificio ex lapidibus ſine calce junctis extructo in eadem Provincia exſtante V. infr. *c. IIX. S. I. §. VII.* Succedunt *Lenoxia*, *Gallovidia*, *Galloway*, *Coyl*, Fifa, ubi *P. S. Andreæ &c.* Fanum Reguli à priſcis Scotis dictus, Locus primo Archiepiſcopatu Scotiæ, atq; itidem Academia celebris: *Perthia*, in qua Villa S. Johannis, *S. Johns-town*, & corrupte *S. Johnstons*, unicum in Scotia muris cinctum oppidum. In Septentrionali eſt *Anguſia*, in qua Caſtellum *Dundee*, Locus itidem inter validiſſimos Scotiæ numeratus, de cujus caſibus actum *c. III. S. III. §. IV.* Reliquæ ſunt *Mernia*, Abrenethia ſ. *Strathdee*, Moravia, Sutherlandia, cujus Montes raro in Regionibus frigidis miraculo Marmoris Albi feraces ſunt, nulli tamen uſui fere deſtinati, cum Incolæ luxus adhuc

ignari sint, inquiunt de suis temporibus *Ortelius & Mercator in Tabb. Scotiæ.* Tum Cathanesia, Stranavera, Rossa, *Louquubabria*, *Argathelia*, *&c.* De Portubus Scotiæ V. *c. III. S. III. §. IV.* De Fluviis *id. c. III. S. IV. §. IIX.* Lacus Lomundi singularia *ib. § XXII.* Ipsam Muribus majoribus carere notat *Ortelius ad Tab. Scotiæ.* Inter Dona Naturalia ejusdem est ingens Piscium copia, maxime Harengarum, quibus Belgæ in Scoticis litoribus initio piscationis suæ potissimum insidiantur. Salmonum capturâ celebris est Aberdona, eorumqve MCC Cados circiter in solam Galliam quotannis emittit, numero minimum LXM., quorum aliqui & XL Libras æquant. Non minor est Avium silvestrium, & Aquatilium Copia, celebraturqve cum primis Æstuarium Boderiæ abundantiâ Anserum marinorum. Singulare hic quoq; Anatum s. Anserum istud genus, *Bernacles* & Belgis Rotganser alias dictum, quod ex conchis, arboribus, &ss. nasci communiter perhibetur, Historia satis nota, sed in qua notandum est. I. Extra dubium esse, Conchas ejusmodi reperiri, quibus contentum animalculum figuram Anatis non obscure referat, danturqve Animalia hujus generis, seu Conchæ tales non tantum in Scoticis, sed Angliæ etiam litoribus ad Mare Hibernicum, in Portu Milfordshaven & alibi, tantaque sæpe copia deprehenduntur navibus adhærere, ut cursum earum non parum impediant. II. Non minus hodie extra dubium poni, Aves hasce in Insulis Borealissimis ova parere & excludere, quod primi observarunt Argonautæ Belgici, cum initio hujus seculi Navigationes Boreales pro nova via in Indiam Orientalem detegenda susciperent. V. *Clus. de Reb. Exot. App. p. 368. Kirch. M. S. L. XII. Sect. I.* & Itinerarium ipsius *Gerhardi de Veer in t' beginn ende Voortgang van de O. C. T. I. N. I. p. 13.* III. An vero propter univocam hanc, Philosophorum phrasi, generationem altera ista excludi debeat, seu annon æque ex Conchis, ac ex ovis Anseres hi generentur in quæstionem venit. Clusius & Itinerarii Autor itavolunt: Kircherus negat, causatus, ova qvæ in glacie passim reperiantur, eâ ruptâ simul frangi & fluctibus Maris involuta ad obvias Insulas, qua impetus Maris patet, appellere, sicque ubicumque ovorum spermaticus humor convenientem matricem invenit in rimosis corticibus, camporum foliorumqve cavitatibus, conchis autss. ex dispositione aëris interni externiqve foveri, & ex perfectæ volucris semine perfectam volucrem sensim formari. Sed an semen perfecti animalis extra arvum genitale suum tamdiu, qvam quidem hic reqvireretur, integrum & vivificum conservari

vari possit, merito ambigitur, nec Experientiâ hactenus constitit. Ac licet Insecta præter ordinarium generandi modum ex putri materia etiam fiant, id nunqvam tamen sine latenti aliquo sui generis semine fit, & imperfectiorem horum conditionem esse, qvam reliqvorum animalium nemo ignorat. Neque etiam similitudo animalculi argumentum præbet, sed ludenti Naturæ transcribenda est; Sic enim & Satyriorum aliqua perfectas imagunculas apium, murium, homuncurorum referunt, neminè interea similitudinem naturæ inter hasce res & vera animalia agnoscente; Nec Boramez, Tartarorum planta, ideo agnus sit, licet aliqua inter eam & agnos intercedat convenientia.

VII.

Magnæ Britanniæ ad Occasum objacet *Hibernia, Ireland*, quam ex Incolarum moribus partiuntur in *Silvestrem*, cujus Incolæ incultius vivunt & LL. teneri recusant, & *Politam*, seu Anglo-Hibernicam, *the Englis Pahle*, in qua LL. Anglicarum potestatem sanctam habent & judiciis sese sistunt. Ex situ & veterum Rectorum numero in quinque partes dividitur: *Momoniam, Mounster*, ad Austrum, *Lageniam, Leynster*, ad Ortum, *Connachiam, Connagh*, ad Occasum, *Ultoniam, Ulster*, ad Septentrionem, *Mediam, Meth*, in Meditullio Insulæ. *Camden. in Descr. Hibern.* De Regia *Dublino* & Sede Archiepiscopali *Armagh*. V. *c. IIX. S. II.* De Portubus *c. III. S. III. §. IV.* Singularia Lacuum *Erno & Dere eod. c. III. S. III. §. XXII.* Ipsam Picis, Philomelis, Perdicibus carere notat *Mercator ad Tab. Hiberniæ*. At hoc præterea Naturæ privilegio eminet, quod etiam animalibus venenatis careat; Quod ipsum tamen quoque de Orcadibus; Garnsea, Insula Maltha, Agro Toletano in Hispania, Agro Lignicensi in Silesia & aliis referunt. Et de Fluvio Narva *Cromerus* de Sit. Pol. L. I. *Est autem peculiaris Narvæ natura, sicut & Dlugossus annotavit, quod non fert Venenosa Animalia, usq; adeo ut Serpentes, qui navibus Bugo delatis adhæserint, edito sibilo refugiant, cum primum Aquam ejq; Fluminis attigerint:* Prorsus eo modo, qvo de Hibernia narrat *Silvester Giraldus*. Mercatores cũ naves in Portu Hibernico aliquoties exoneraſſent, Busones casu illatos in fundo navium inveniſſe hosq;, dum vivos in terram projeciſſent, statim verso ventre interiisse. *Topogr. Hibern. L. I. c. XXII.* ubi plura hujusmodi exempla allegat. Idem ab aliis ad Araneas extensum, quarum telas Ligna Hibernica nec in exteris Regionibus admittere scribuntur: *Exportatæ arbores nullo situ concipiunt vermes, aut incuria araneas admittunt, quanquam & suas Hibernia Araneas, sed illas innoxias habeat. Westmonasterii*

sterii ampla sedes, ubi jus litigantibus dicitur, ex illis silvis trabes accepit & effecta multa arte tabulata, mirum dictu, araneis circum parietes pendentibo, vix ligno tam sordida textura filamenta adharesunt. Barclaj. Ic. An. L. IV. Id tamen alibi in Anglia secus se habere jam à plurimis notatum. Veluti a. causa hujus rei apud Hispanos Sancto cuidam Ildefonso, apud Melitenses naufragio B. Pauli, *Actor. XXIIX. V. VI.* ita in Hibernia S. Patricio transcribitur, qui olim Hibernorum Apostolus fuit, & nunc Divum Tutelarem ibi agit: Cujus etiam Purgatorium in Insula quadam Occidentalis partis Hiberniæ ostendunt, variisqve extollunt visionibus, quod inter Catholicos peculiari scripto illustravit *Lucas Walsingham Hibernus*; Figuram & situm in Tabula exhibuit *R. Carve*, ipse etiam Catholicus, sed qui nihil singulare in eo se agnoscere posse modeste fatetur. V. ipsius *Annales Hibern.* Habet & hoc Hibernia, quod advenæ isthuc venientes plerumqve Dysenteria corripiantur, quod in natura Soli qualitatem ejusmodi solutivam spirantis collocatum esse putamus; Hinc n. & herbas eadem qualitate instructas producit, qvalis est *Tithymallus Tuberosus Hibernicus*, Lingva incolarum *Mackinboy* dictus, qvem siquis in Hibernia secum gestat, vim solutivam non levem experitur. Confer. *infr. c. IX. S. II. §. IV.*

IIX.

Insulæ Minores Hiberniæ & Magnæ Britanniæ adjacentes sunt: *Shetlandicæ* seu *Hitlandicæ & Orcades*, Scotiæ ad Septentrionem appositæ, communi nomine Orcadum tamen sæpe comprehensæ, communeq; etiam Regis M. Britanniæ Imperium agnoscentes, quanquam Reges Daniæ adhuc prætensiones suas in eas allegent, de quibus V. *P. II. c. IV. §. II.* De Statione Navium Belgicarum in Hitlandia V. *c. III. S. III. §. IV.* *Orcades, Orkney*, Insulæ numero sunt XXX. admodum, silvis vacuæ, sed pecorum feraces: Maxima est Pomona, Incolis *Mainland*, fodinis Plumbi & sede Episcopali donata.

Ad Occidentem Scotiæ jacent *Hebrides*, seu *Hebudæ*, Scotis *Western Iles*; E quibus *Sodor*, Insula Primaria, *Skie*, alias Hebuda Orientalis, *Lewes* seu Hebuda Occidentalis, *Eust*, *Hirth* seu Hyrta, *Mula*, *Jona*, *Ila etc.* Sodora etiam Episcopatus nomen fert, cujus insuper hoc singulare, quod Episcopus ejus Titulo *Episcopi Insularum* gaudeat, æque ac Rerum Insularum olim in specie *Reges Insularum* dicti fuerunt.

Mona, *the Ile of Man*, Ptolemæo *Moneda*, *q. Moneitha* i. Mona altera, ad Monæ, de qua mox dicemus, differentiam. Cæsaris hæc Mona est, quam dicit *in medio inter Britanniam & Hiberniam cursu sitam*, seu

seu uti loqvitur Silv. Giraldus, *medio libramine inter Boreales Hiberniæ & Britanniæ partes porrecta, & de qua utri Terrarum applicari de jure debuerat, ab antiquis non mediocriter ambigebatur, demum in hunc modum lis ista quievit: Quoniam advectos periculi causa hæc terra vermes admisit, eam Britanniæ applicandam censura communis dictavit.* Incolæ tamen & Lingua & moribus ad Hibernicos proxime accedunt. Long. est XXX. milliar. Ital. Latitudine maxima mill. XV. minima IIX. Seorsim de ea scripsit *Daniel King, a Discourse of the Iland of Man*, Ld. cum Descriptione Cestriæ *Lond. 1656. fol. min.* Chronicon Regum *Manniæ* (hos n. seorsim Insula hæc habuit) V. in Camden. *App. ad Descr. Britann. de Insulis Britannicis.*

Mona Taciti (prior enim fuit Mona Cæsaris) Anglorum *Anglesey*, q. Anglorum Insula, Walliæ Septentrionali Parti adjacet & frumenti proventu adeo dives est, ut mater Walliæ vulgo vocetur. Urbs ejus primaria *Bellus Mariscus, Beaumarisch.* Incolæ Britannice loqvuntur, Lingvæ Anglicæ ignari. Peculiariter descripta est *ab Humfredo Lhuyd Append. ad Descriptionem Britanniæ. Lond. 1573.* Et Epistola *ad Ortelium in fin. Parerg. ad Theatr. Orb. Terr.*

Sullingæ, the Sorlinges, Cassiterides veterum, sitæ sunt è regione Cornubiæ Promontorij Lissæi, numero plus minus CXLV. habentur, gramine amœnæ, & avibus aqvaticis abundantes, stanni quoque feraces. Decem inter eas extantiores numerantur, & omnium maxima est *S. Maria*, castro & præsidio militari instructa.

Garnsey & Gersey Galliæ propiores, quam Angliæ, Jurisdictioni Anglicæ tamen subjectæ, ambæ etiam pomariis abundantes. *Jarsey* est Antonini Cæsarea, eo nomine Garnseâ inferior, quod venenata animalia admittat, quibus illa caret. *Garnsey* est Antonini Sarnia, naturæ munimentis alias tuta & Smiris Lapidis ferax: Veteri Regum Angliæ privilegio gaudet, quod in oppido ejus S. Petri perpetuæ sint induciæ, & Gallis aliisqve, qvamvis Bellum exardescat, ultro citroqve huc sine periculo venire & commercia secure exercere liceat. *Camden. de Insul. Britann. p. 756.*

Insula Vectis, *the Ile of Wight*, Angliæ in Canali adjacet Southamptoniæ & Wiltoniæ proxima, & incolis oppidisqve instructissima. Nomen habet à *Guith & With* quod Britannice divortium significat, quasi separatam diceres, qvemadmodum & Siciliam à secando dictam credunt. Nota est detentione Caroli I. Regis. Neoportus, *Newport*, est primarium ejus Emporium.

Insula

Insula *Sheppey* in Ostio Tamlsis fita ex eo tempore orbi clarius innotuit, qvo A. M DC LXVII. cum Fortalitio suo *Shirenasse* Belgarum impetus sustinnuit, qua de re videndum *Diar. Eur. Contin. XVII. p. 164. & seqq.* Aliæ Insulæ sunt *Canvay, The Holy Iland, Ushey, Beardsey*, & in Freto Sabriniano *Flatholme & Stepholme*, item in flexu agri Pembrochiensis, *Gesholm, Stockholm, Scalmey. &c.* quas, quia minores sunt, nominari satis duximus. Vid. *Camden.* initio Descriptionis Insularum Britannicarum.

IX.

Insulas Maris Balthici numeramus: I. *Selandiam*, ad Oresundam, Regni Daniæ opulentissimam Insulam, ipsaqve Regia donatam, præter qvam XII. Civitates totidemque arces & parochias 347. habet. Ad varium usum nominis pertinet, esse: 1. Hanc, *Selandiam Danicam.* 2. *Selandiam Belgicam*, de qua paulo post. 3. *Selandiam Novam* in Terra Australi Incognita: *Saxo Grammaticus Sialandiam*, & seipsum *Sialandum*, non Selandum scribit, originem vocis ita expressurus, quam non à See Oceano, sed à Seen & Saet / segete, pendere putant. De Regia *Hafnia* dictum *c. III. S. III. §. II.* De *Helsingora* & arce *Croneburgo eod. c. S. II. §. ult.* Medium inter utramqve est *Friderichsburgum*, Arx itidem Regia à Friderico II. cœpta & Christiano IV. perfecta, cui ab hodierno Serenisf. Rege nova celebritas accessit, dum hic coronari voluit, cum aliàs Reges Daniæ Londini Scanorum coronarentur. *Roschildia* à *Roe* Rege & *Kille* fonte, denominata Episcopatu & monumentis Regum celebris est, inter quæ & potentissimæ trium Regnorum Septentrionalium Reginæ Margaritæ Mausoleum est, simul Cote, quam ei Albertus Svedorum Rex in ludibrium sexus fœminei miserat, Templi columnæ in rei sempiternam memoriam haut procul Mausoleo affixa. In Arce *Anderschowa*, Fridericus II. Librum Concordiæ comburi curavit, in eaque postea etiam obiit. *Sora* non tam Arx, quam Cœnobium Regium Academia Equestri inclaruit.

II. Juxta Selandiam jacet 1. Insula *Amack*, seu *Amagria*, Hafniæ ab Oriente adsita eidemqve Ponte Ligneo à Christiano IV. juncta ac simul nova urbe Regioqve Armamentario donata. Elogium Penuarii Hafniæ, quo passim celebratur, industriæ Hollandorum debet, qui à Christiano II. in gratiam Isabellæ Reginæ suæ & Caroli V. Sororis è patria evocati hic sedem acceperunt. 2. Huic iterum ad ortum opposita *Saltholm* s. *Southolm*, Insula minima & instar nævuli Maris apparens fœno gramineqve læta, sed incolis fere carens. 3. Inde superato

Promon-

Promontorio Falsterboensi *Bornholmia* se offert, quinqve milliaribus ab Australi litore Selandiæ, à Scania circiter quatuor remota: Cujus arces sunt *Santwicum & Hamershusium*, oppida *Nexoa*, *Rundea*, & quam olorum paludem vocant *Svanekera*. De Naufragio, quod Reliquiæ Germanici Svedorum Exercitus A. M DC LXXIIX. ad eam passæ sunt, casibusq; inde secutis agetur *Part. II. c. VI.* 4. Ad occasum sita *Insula Mona* s. *Möne*, qvam *Monam Danicam* dicemus, in discrimen à *Mona Taciti* & *Mona Cæsaris*, Insulis maris Britannici, de quibus paulo ante actum. In Oceano candidis Cretæ montibus conspicua est, & urbem *Stegam* Regiamqve *Elmelundam* ostentat. 5. Deniqve & *Huena* commemoranda, non tamen Danicæ, uti priores, verum Svedicæ Jurisdictionis Insula, in quam transiit Pacificatione Roschildensi A. MDCLIIX. V. *P. II. c. VI. §. VII.* Distat ab arce Croneburgo & Helsingoræ oppido duobus circiter milliaribus, eoqve Scaniam Selandiamq; pari propemodum spacio à se utrinq; remotam habet. Et cum admodum edita è mari extet, Hafniam versus Libonotum, Helsingburgum & Landscronam versus Septentrionem, Lundam deniq; & Malmogiam versus ortum hibernum prospicit. Fridericus II. Daniæ Rex eam *Tychoni Brahe* concessit, facto ea de re Decreto, ut ibi Philosophiæ studiis & inprimis Astrorum contemplationi invigilaret: Unde idem nobilissimus Tycho extructa ibi sub Anno MDLXXVI. insigni arce Uraniburgo ea opera perfecit, quæ maximum ei nomen, & Astronomiæ non exigua incrementa addidere. *Pontan. Chorogr. Dan. f. 729.* Prædicant & dona naturalia ejus, Coryletum feracissimũ, sed cujus nulla unquam nux cariosa fuit inventa, Fontem Aquæ Dulcis, qui frigore non constringitur, ac denique quod glires nullos habeat.

III. Sequitur *Fionia*, quam vehementior Maris Balthici incursus à Jutia, à Selandia Fretum Balthicum separat. Ab Amœnitate nomen trahit, quod vernacule pulchrum sonat, æqve ac Finlandiæ nomen quoq; à pulchritudine derivant, q. d. Fin Land seu Fein Land. Cerealibus donis, nec non armentis boum, eqvorum & cervorum opulenta & in præfecturas XXIV. discreta est. Sunt in ea rusticana templa CCLXIV. Civitates IIX. arces variæ, amnes XXXIX. Promontoria duo nautis cavenda. Urbs *Ottensea* seu *Ottonia*, primaria & sede Episcopali celebris est. *Neoburgum*, *Nyburg*, custodiæ Freti Balthici appositum, habetq; hic utplurimum Regis Prætoria navis stationem, cujus est inter cætera operam dare, ut navigia minora per Oresundæ Fretum non commeantia ac minus periculi sibi ab Insulis & locis vadosis metuentia, quæque ex Holsatia,

Lubeca aliisque vicinis Regionibus solvunt, vectigal Regi debitum pendant.

IV. Ad eandem referuntur Insulæ minores plurimæ, quarum illustriores & contra Civitates Vandalicas projectæ sunt *Langelandia*, *Lalandia*, *Falstria*, *Alsa*, *Arrea*, *Tussinga*, *Shina*, *Turoa*, *Egholmia*, *Uresenia*, *Orrea*, *Begoa*, *Basthobmia*. *Langelandia* à longitudine sic dicta, cum VII. Milliaria Germanica longa, duo tantum lata sit, Arcem Regiam Tranekeram habet. *Lalandia* frumenti feracissima, ita dicta ab humili depressoq; situ. *Falstria* Oppida duo, regiasq; arces Nicopiam & Stubbecopiam complectitur, ex eaqve frequens & brevis in Germaniam trajectus est. Insula *Alsen* Ducum Holsatiæ est.

V. Insulæ Svedici Juris sunt *Olandia & Gotlandia*, in citerioribus Maris Balthici partibus, tum *Osilia*, *Osel*, ad sinum Livonicum, *Inf. Dago*, prope Sinum Finnicum, *Alandia* in Sinu Botnico. *Olandia* reditibus Reginæ Christinæ prædendis destinata. V. *P. II. c. VI. §. II.* In *Gotlandia Visbya*, Wißby / celeberrimum olim totius Septentrionis Emporium fuit; Vineta enim & Julino funditus eversis, atq; inde Slesviga incendiis & rapinis vastata, translatus est universus rerum exoticarum mercatus Ripas, indeq; haut multo post negociantium exterorum colonia in hanc Insulam atque urbem transiit: Cujus antiqua dignitate & amplitudine quoqve factum, ut Jus Nauticum Marium Septentrionalium hic primo conditum fuerit, nomenque ab ea *Juris Wisbyensis*, das Wisbische Recht / acceperit, perinde ac pro re Nautica Marium Meridionalium est *Jus Oleronense* & apud veteres fuerunt *Leges Rhodiæ*, de quibus confer. Autor *Notic. Angl. P. II. p. 312. & seqq.* Ibidem *primum Tabulæ Hydrographicæ diligenti Nautarum observatione adnotatæ, quæ postea ab aliis auctæ emendatæq; singularem usum præstiterunt navigationibus, utpote quarũ beneficio caligantia Maris vada evitare Nauta ferriq; in portum optatum non longis anfractibus legendo litus, sed recta cursum tenendo potest.* Pontan. *Chorogr. Dan. f. 734.* Casus Bellici, qui nostro tempore hanc Insulam exercuere videndi *P. II. c. V. & VI.* *Osilia* XIV. milliaribus in longitudinem, septem circiter in latitudinem patet. Castrum habet *Arnsburgum* præsidio munitum. Paruit olim Equitibus Teutonicis, salvo tamen supremo Regis Danorum jure: Postea Danicæ Coronæ insolidum innexa, tandemque Pacificatione Bremsbroensi Svedis cessa fuit. V. *P. II. c. VI. §. VII.*

VI. *Insulæ Vandalicæ* Pomeraniæ adjacentes sunt *Rugia*, *Usedomia*

domia & Wollinia, tribus Emporiis olim celebres, *Arcona* in Rugia, *Vineta*, in Uſedomia, & *Julino* in Wollinia, de quarum deſtructione V. inter alios *Ortel. Theatr. n. XCIX.* *Rugia* apud Autores gemina, *Rugia Cismarina*, Pars Pomeraniæ, unde *Rugii* Veterum, & hodiernum nomen *Rugenwaldiæ*; Et *Transmarina*, Inſula. Ipſi adſita *Inſ. Ruda*, in quam primo trajecit Guſtavus Adolphus Rex Sveciæ, cum in Germaniam bellatum iret. *Inſ. Dänholm* inter Rugiam & Stralſundam ſita caſibus aliquot nupero Bello Svedico innotuit, de quibus aliisque ipſius Rugiæ & reliquarum Inſularum Vandalicarum nuperis ſatis itidem agetur *ſæpe cit. p. II. c. V. & VI.*

X.

Inſulæ Oceani Germ. ſunt. I. *Danica*, *Terra Sancta*, T'Heilige Land/è Regione fere egredientis Albis, Cui nomine æquiparaveris *Inſulam Sanctam*, *the Holy Jland*, ex Inſulis minoribus Britanniæ. V. *prac. §. IIX. in fin.* Eam ſeqvitur verſus Cherſoneſum Cimbricam *Buyſena*, prope ipſam Continentis oram ad Albis in Oceanum ſe evolventis dextram ſita. Tum *Strand*, *Amerea*, *Fur* & hiſce vicinæ minuſculæ aliæ paulo interiores. Quibus & annumeramus *Anholtam*, Leſſonam & Nidingam, Inſulas inter Cherſoneſi Cimbricæ Promontorium Schagam & Norvegiam Hallandiamque ſitas, ſed ob cœca & ſub undis latentia vada Nautis aditu periculoſas. Unde Rhythmus Nauticus: Caſſoe/ Niding und Anholt/ maecken dat mench Stuerman niet werd oldt. *Leſſoa*, *Niding atq; Anholtium Inſulæ*, *ſunt cauſa multus ne ſeneſcat Navita.*

II. *Germanicæ*: De Hontsbalch/ *Wangeroghe*, inter quas Viſurgis ſe in Oceanum exonerat: Tum *Spyckerooghe*, *Langerooghe*, *Baltrona*, *Nienorderooghe*, & verſus Oſtium Amiſis Fluvii *Juyſt*, *Borckum*, *Rottumrooghe*.

III. *Belgicæ*, inter quas præcipuæ *Texelia & Vlia*, *Teſſel en Vlieland*, ſtatione Navium majorum celebres ſunt, eoq; animam veluti Rei Nauticæ plurimorum opulentiſſimorum locorum Belgii, ipſiuſq; Salutis Reipub. Belgicæ alunt: Quo reſpectu & Teſſelia A. MDCLXXII. ab Anglis hoſtiliter perita fuit, irrito tamen ac modo prorſus inſolito interrupto conſilio: Nam 1. Refluxus Maris præter morem ſolitū duodecim horis tunc duravit, cum alias VII. tantum horis duret, ac totidem etiam in vicinis tractibus Selandiæ, alibiq; illo tempore duraverit: Unde Angli cum maxime vellent, non potuerunt Portū ingredi. 2. Secutus fuit Ventorum impetus ex Zephyro-Borea cum redeunte fluxu Maris, quo factum ut cum ab eo modis omnibus ad Inſulam propellerentur, nihilominus ea

abstinere cogerentur, ob metum in arenas & loca vadosa impingendi, quibus si affixi fuissent, manus Belgarum effugere non potuissent. Tam admirandus est Deus in consiliis suis, absq; cujus singulari Providentia si fuisset, salus universæ rei Nauticæ in Belgio immane quantum periclitatura fuisset. V. *Valckenier* Verwirr. *Europ. T. I. P. III. p. 428.* Similem quoqve casum experta *Insula Vlia*, tempore penultimi Belli Anglo-Belgici, A. MDCLXVI. in cujus portu Classis Anglica Naves non tantum Belgicas, sed quarum maxima pars erat, exterarum nationum incendio vastavit. De cujus jure, cum non adeo hostibus, qvam amicis aut certe neutris hæc clades illata esset, tunc temporis varie disputatum fuit. V. *P. II. c. IV. §. XIIX.* Duabus hisce aliæ minoris momenti accedunt *Schellinga*, & ad latus Ostii Amasani positæ *Amelandia*, *Schermonickooghe &c.*

IV. Ad Hollandiam Meridionalem spectant *Oostvorn*, in qva Briela olim Helium Castellum, ubi jacta fundamenta confœderatorum Statuum; *Westvorn*, ubi Goerea, Locus stationi Navium commodus, deinde *Overflackee*, *Gervliet*, *Beyerland &c.*

V. Ab Hollandiæ Insulis modico Freto separantur Insulæ septem, qvæ Provinciam Zeelandiæ nunc constituunt, qvas multa effossione à Continenti Flandriæ Imp. Ottonem A. DCCCCLXXX. disjecuisse & Insulas fecisse, ne à Francis facile occuparentur, docent *Annales Hollandiæ.* Orientales ab Occidentalibus Insulis discriminat Scaldis Amnis. Orientales sunt præcipue tres, *Tolla*, *Ter Tollen*, à vectigalibus nomen sortita, Brabantiæ contermina; *Douvelandia*, cui nomen à Columbarum freqventia, in qva urbes multæ, quæ perierunt A. MDXXX. *Scaldia*, *Scouven*, qvæ Maris sævitia indies atteritur. Occidentalium potentissima est *Walchria*, in qua *Vlissinga*, *Middelburgum*, *Veera*. Post hanc *Suyd-Beverlandia*, ad quam Urbs *Romerswal*, qvæ Salis negotiatione subsistit, Tum *Nort-Beverlandia*, & dn. inter utræmque *Wolfersdyck.*

XI.

Reliquæ Insulæ Oceani Occidentalis, licet omnes minores, sunt: Ad Galliam in litore Britannico *Les Sept-Isles*, Insula *Heyssant*, Ins. *Seyn:* Insulæ *Belle Isle* & *Narmonstier* Ostio Ligeris appositæ Anno MDCLXXIV. invasione Classis Belgicæ innotuerunt. E Regione Rupellæ sunt *L' Isle de Re*, *Oleron*, unde *Jus Oleronense*, de quo *prac. §. IX. n. V. & S. Martini.* *Insulam Fasianorum* Fluminis Bidassonis celebrem fece-

fecerunt Articuli Pyrenæi, inter Gallos & Hiſpanos A. MDCIX. initi, quibus inde etiã nomen *Pacificationis Faſianicæ* datum: Quam cur ſeligerent, cauſa fuit, quod dimidia leuca Andajaburgo in Provincia Aquitanica parique intervallo Iruno in Provincia Guipuſcoa diſtaret, eoqve veluti media inter Hiſpaniam & Galliam eſſet. Eadem præterito ſeculo deſtinata fuit Duello, inter Franciſcum I. Regem Galliæ & Carolum V. Imperatorem agitato. Zu förderlichen Vollziehung meines Erbietens / ernenne Ich Euch den Ohrt zu vorgemeldten Kampff / nehmlich den Fluß / zwiſchen Fonderabia und Andaya, oder da die Gelegenheit unſer beyder Bewilligung nach / zu mehrer Sicherheit könne angeſtellet werden. Und meines Erachtens könnet Ihr mit Billigigkeit dieſen Ohrt alſo vor unſicher nicht verſchlagen / weil Ihr allda ſelbſt entledigt / Euere Söhne zu Geiſſeln gegeben / auch die Zuſagung Euch / inmaſſen zuvor erwehnet / wieder zuſtellen gethan / und Ihr eben dieſem Fluß Euer und Euer Söhne Perſon vertrauet / jetzund Euch wohl alleine vertrauen könnet / und Ich auch meines dagegen wagen thue: So wird man auch Mittel finden / allen Vortheil deſſelben Ohrts / daß keiner vor dem andern einen Vorzug habe zubenehmen. V. *Reſponſorias Caroli V. ad Franciſcum Regem*, Kaiſer Carls Kampf-Schrifft an den König in Franckreich *Datas Monſonæ in Aragonia d. XXVII. Jun. A. MDXXIIX. ap. Goldaſt* Reichs-Satz. *P. II. num. 226.* Juxta Galliciam Hiſpaniæ partem, videre eſt Inſulas Deorum Ptolemæo dictas, *Yslas de Bajona*; & prope Fretum Gibraltar Inſulam *Cadiz*, ſ. *Caliz* Urbe ac Portu ſimilis nominis inſtructam, quam Carolus V. unam è tribus clavibus Imperii ſui dicere ſolitus fuit.

XII.

Inſulæ Maris Mediterranei potiores ſunt:

I. Ophiuſæ duæ, *Yvica ac Formentera*, & Baleares duæ, *Majorica & Minorica*. Majorica etiam *Mallorca* dici ſolet, eodemque nomine Urbs primaria Inſulæ participat.

II. Galliæ adjacent Inſulæ minores, *Maguelone, Porquerelles, L' Isle de Port cros, L' Isle de Levant.* In Magelona eſt arx ejusdem nominis Maguelone, cui nomen datum à famoſa viragine Magelona, Cujus cadaver in loculo ſaxeo ibi monſtrant.

III. Sardinia, una eſt è maximis Inſulis Maris Mediterranei, proventu rerum haut mediocriter ditata, ſed aëre inſalubri, maxime circa Oriſtanum, infamis, cujus cauſa, quia ſolum ibi uliginoſum eſt: Paralleliſmum *Inſulæ S. Thomæ* eadem fama laborantis V. *ſeq. §. XV. Calari*, urbe Principali, reſidet Vicerex ab Hiſpaniæ Rege iſthuc miſſus.

Descriptionem ejus elegantem à Sigism. Arquero Calaritano factam V. *in Münſter. Coſmograph.* *Corſica* ad Septentrionem adjacet Sardiniæ, freto non magno ab ea diſſita, Imperium etiam aliud agnoſcens, non Hiſpaniæ, ſed Reip. Genuenſium, quæ inde & Serenisſimæ Titulum ambit: Urbem primariam habet *Baſtejam*.

IV. Siciliæ nomen ambiguum eſt, & Inſulæ pariter ac Regno Neapolitano tribuitur, unde & Monarchæ Hiſpanici *Utriusque Siciliæ Reges* ſcribuntur. Siciliam Inſulam diſcriminis ergo vocant *Siciliam trans Pharum*; Regnum Neapolitanum *Siciliam cis Pharum*; Pharum, *el Faro di Meſſina*, Fretum Mamertinum inter utramque poſitum. Inſulam commendant rara fertilitas, & incolarum multitudo, cujus ſpecimen, quod duodecim Epiſcopatus numeret, & Plinii tempore jam LXXII. urbes habuerit. Infeſtam reddunt montis Ætnæ incendia, de quibus in Hiſtoria Montium. Regitur peculiari Vice-Rege Hiſpanico, qui *Palermi* Urbe principali reſidet à qua proxima *Meſſina* motibus A. MDCLXXIV. contra regimen Hiſpanicum excitatis indeque attracto Siciliæ Bello Hiſpano-Gallico famoſa: Incolæ etiam *Mamertini*, à Romanis dicti fuerunt, unde & Freto Siculo nomen *Freti Mamertini* de quo *c. III P.II.* Pleniorem ejus Deſcriptionem Vid. Merwirr. *Europ. p. VI. f. 468. & ſeqq.* Cæteræ Urbes ſunt *Catanea*, *Melaſſo*, *Auguſta*, *Racuſi*, ſ. *Siracuſa*, *Reggio*, ſ. *Rhegium*, *Lentini*, *Termino &c.* omnes ex injuriis modo dicti Belli famam nactæ. Univerſa Inſula etiam à primis usq; temporibus à Græcis ac Latinis Scriptoribus ob varias revolutiones & rerum geſtarum occaſiones, deſcribi meruit, quemadmodum & mediis Chriſtianiſmi ſeculis variarum Gentium Regimen admiſit: De quibus omnibus videndi *Rerum Sicularum Scriptores antiqui*, uno volumine comprehenſi *Franc. 1579.* Pro Hiſtoria Antiqua, *Hubertus Goltzius* Tomo IV. Antiq. *de Siciliæ* & *Magnæ Græciæ Hiſtoria* ex Antiquis Numiſmatibus, *Cluverius* in Sicilia Antiqva & *Georg. Gvalterus* Antiquis Siciliæ objacentiumque Inſularum & Bruttiorum Tabulis cum animadverſionibus &c. Pro Hiſtoria Geographica *Thomas Fazellus*, Decade priori *in Scr. Sicil. p. 1. Cl. Marius Aretius* de ſitu Inſ. Siciliæ *ib. p. 572. Dominicus Magrius ib. p. 601.* De Rebus Geſtis in Sicilia *Thom. Fazellus*, Decade poſteriori, *Mich. Ritius* De Regibus Siciliæ, *Hugo Flacandus* de iisdem, *Thom. Turpinus en l' Hiſtorie de Naples & Sicilie usque* ad Ann. 1559.

V. Siciliæ ad Boream adjacent *Inſulæ* olim *Æolides* dictæ, quarum maxima *Lipara*: Cæteræ ſunt *Vulcania* ſ. Hiera, Pare Rotto, *Stromboli* ſ. Strongyle, *Panaria*, *Salina*, *Palmeria*, *Ericuſa*, *Viſtica*. Ad Auſtrum ſita Meli-

Melitensis Insula, *Malta*, olim D. Pauli naufragio, hodie Sede Equitum S. Johannis, Turcarumqve in eam moliminibus celebris. Descripsit eam *Quintinus Heduus*. De Obsidione quam præcedenti seculo sustinuit videndi *Ubertus Folieta*, *Cœlius Curio*.

VI. Ad Litus Italicum è regione Plombini sita *Elba* s. Ilua Didori Siculi Æthalia, Insula Ferrifodinis celebris, & Magno Hetruriæ Duci subjecta propugnaculoqve adversus Turcam munita. E Regione Neapolis est Ins. *Ischia*, Antiqvorum Ænaria &c. fœcunditate terræ, mineris & vino nobilis, cui *Ischiæ* nomen datum ab oppido coxendicis imaginem referente.

VII. Inter Insulas Maris Adriatici nominanda Corcyra, *Corfu*, Clavis Maris Adriatici eoqve Venetorum præsidio adversus Turcas validissime munita: Post hanc versus Peloponesum sunt *Cephalonia* & *Zante*, Cephalonia tota Fontibus ac Fluviis destituitur: *Zante* seu Zacynthus, uvarum passarum proventu celebris est. Singulæ Urbes ac Castella ejusdem nominis habent, & Venetorum una cum minoribus aliis Imperium suscipiunt, at Religionem profitentur Græcam: Describuntur à *Pr. Radzivilio Ep. IV. fol. 253. & seqq.* Meitschûß *P. III. L. II. c. VII. & seqq. Joh. Jac. Breuning Itin. Or. P. I. c. V. & seqq.*

XIII.

Succedit *Candia* seu *Candida*, olim *Creta*, quæ ab antiquissimis temporibus multitudine urbium ipsaque geneси Deastrorum Gentilium claruit: Plinius ideo *Hecatompolin* vocatam scribit, à centum urbibus. *Et ex frequentibus ruinis apparet, eam plurimas Urbes habuisse, ut valde verisimile videatur, quod Plinius scripto tradidit*, inquit *Pr. Radzivil. Ep. IV. f. 242.* Prisci Jovis quoqve memoriam Mons quidem altissimus ad Urbem Candiam, *Monte de Geove* dictus servat, quem & in eo sepultum putant. Ibidem *Labyrinthus* à Dædalo fabricatus extitit, cujus adhuc extare vestigia Georg. Alexander ejus Insulæ Præsul ap. *Volaterranum* autor est: Montem esse effossum ac undiqve concavum una tantum & angusta via adiri aptum: Spectatoribus advenis præire Ducem loci peritum cum ardente funali, qui monstret errores inextricabiles; Sed *Belonius*, qui Insulam hanc curiose lustravit, scribit *Lapidicinam* hic olim fuisse, non Labyrinthum, vulgo Cretensi tamen sic vocari. *Petrus Martyr* ita de eodem loqvitur: *De Minoio vero Labyrintho, de qvo Poëta tam multa fabulantur, examussim percontatus extare illum reperi, esseqz subterraneam specum cavatam intra Montem, quinqz & viginti passuum millia-*

millibus in internis Insulæ ab urbe Candida distantem. Sed majori ex parte vetustate collapsam pluribusq; in locis dirutam asserunt, ex industria etiam plures aditus clausos; Et Lege cautum ajunt, nequis introeat, nisi illum senex aliquis indigena, qui meatus illos bene cognitos habeat, accensa face introduxerit. Attamen quid aliud sit præter speluncam, quis illam struxerit, quod ibi ex Pasiphaè natus Minotaurus fuerit & manu Thesei interierit, minime sciunt. Natos autem apud ipsos Saturnum, Jovem, reliquosve simplicis ac fabulosæ Antiquitatis Tyrannos ignorant. Hactenus Martyr *Leg. Babyl. L. II. p. 317.* Nostro tempore hæc Insula novam famam adepta est, ex qvo horrendum Bellum Turcicum XXIV. Annis & durisimam obsidionem Urbis Candiæ biennio & amplius sustinuit, ac tandem jugum Turcicum ex parte suscipere coacta fuit : Quod vitio incolarum ita futurum dudum ante prædixit vir non magni quidem nominis, at hac in re verisimus vates *Daniel Ecklin Argovienſis Itiner. in Terram Sanctam ed. Basil. A. MDCXI.* ubi de moribus Candiotarum disserit: Eines aber/ ait, das treflich zu schelten ist an diesem Volck/ kan Ich nicht übergehen/ daß sie einen so teuffelischen Brauch haben/ wider menschliche Ahrt und Natur so Sodomitisch zu leben/ welches dann ein Greuel vor Christlichen züchtigen Ohren zu melden/ wil geschweigen/ vor GOtt solche Blutschanden zu treiben/ jedoch ist es unter ihnen gantz gemein. Ist nicht ein Wunder/ daß GOtt das herrliche Griechenland dem Türcken unterworffen/ wird gewißlich dieser Insul Candia auch also ergehen/ wo sie GOtt nicht verbrennet/ wie Sodom und Gomorra/ so wird doch der Türck ihre Ruthe werden. Sic hodienum certum est vetus illud: *Sæpe etiam est olitor verba opportum locutus.* Sed Cretenses aliis quoque de causis jam in Sacris male audire cœperunt. Vid. *Tit. I. 12.* Quo & illud de Sexu Fœmineo referendum, qvod iratarum morsus venenati & prope insanabiles sint. Wenn die Weiber im Zorn einen beissen/ so sey solch blutrünstig Verletzen so vergifft und schädlich/ als der von einem wütenden Hund verletzt oder von einem Scorpion gestochen. *Joh. Jac.* Breuning/ *Itin. P. V. c. IV.* Conser. *Neitschütz P. III. L. II. c. XI.* Eam magna Portuum commoditate instructam, & eapropter à Turcis hactenus petitam esse traditum *c. III. S. III. §. VI.* Ratione Imperii bipertita est, pars una Turcica, in qua *Retimo, Canea, Candia*; Altera pars Venetorum, in qua *Spina Longa, Carabusa & Suda.* In Naturalibus ejus Res Herbaria *Plantas Creticas* passim celebrat. Nobilem vero inprimis facit copiosus proventus *Vini Malvatici, à Malvasia Moreæ Castello*, vel unde unde ita dicti. Volaterranus censet pro Arvisia dici Malvisia, additq; id genus vitiũ ex Ar-

ex Arvisio Chiûs Insulæ Promontorio (unde Arvisia vina olim) huc delatum esse, veluti & hodienum in dicta Chio feliciter colitur. Descriptiones totius Insulæ variis Linguis jam passim prostant.

II. In Insulis Archipelagi considerandæ I. *Cyclades*, Insulæ minores ita dictæ, qvod veluti in circulum dispositæ sint, quarum potiores Melos, nunc *Milo*, *Cimolis*, Therasia, nunc *Santarino*, *Tenoa* seu *Tino*, una ex Insulis, quas Veneti adhuc tenent: Ultima fere est Delos s. *Sdillo*. II. *Sporades*, nomen habentes, quod extra ordinem dispersæ jaceant, quales Astyphalæa, nunc *Stampalia*, Nixia s. Naxus descripta à *Tavernier cit. P. I. L. III. c. IIX.* Eubœa, nunc *Negroponte*, Anticyra in Sinu Maliaco, Scyros seu *Sciro*, Lemnos s. *Stalimene*, Imbrus s. *Lembro*. III. Insulæ Asiæ propiores, Tenedos seu *Tenedo*, Venetorum obsidionem & expugnationem A. MDCLVI. post nobilem de Classe Turcica ad Dardanellos victoriam passa. Lesbus, Chius s. *Scio*, quam itidem peculiariter descriptam V. ap. *Tavernier l. c.* Icaria s. *Nicaria*, Samus seu *Samo*, Pathmus s. *Palmossa*, Cous seu *Coa*, Carpathos s. *Scarpanto*, & denique *Rhodus*. Quæ quidem Insulæ omnes præter Cyprum & Candiam antehac sub Præfectura Gallipolitana fuerunt, freqventissimo apud Græcos XII. Insularũ aut *Dodecanisi* nomine celebres, veluti & Præfectus Gallipolitanus Titulo Præfecti Dodecanisi, in cujus imitationem & Turcæ hodienũ Sanzacko Callipolitano inspectionem harum Insularum commendant. Status earum hodiernus inquietus est, variisque tum Turcarum, tum Venetorum invasionibus turbantur, qvo fit ut utrisque pareant, & Veneti quotannis Tributum CLM. Imperialium circiter ab iis exigant, *Cerigo* tamen, quæ veterum Cytheræa, & *Tino* solis Venetorum Fortalitiis adhuc gaudent, ut in eventum alicubi securum Portum invenire possint; Turca è contrario firmatas habet *Tenedum*, *Lemnum*, *Mitylenam*, *Negroponte*, *Lango*, *Rhodum*. Videatur de hisce talibus Descriptio Candiæ *Castlemanij Angli* ad Regem M. Britanniæ in *Append. ad Diar. Eur. Contin. XVI. p. 21. 22.*

III. *Cyprus* Asiæ Minori & Syriæ obtenditur; Veteres partes ejus fuerunt *Amathusia*, *Saliminia*, *Paphia*, *Lapithia*: *Urbes nobiliores adhuc habet Nicosiam* & *Famagustam*. Cæterum variis mutationibus Europæorum vexata fuit, donec in Turcarum potestatem venit Anno MDLXXII. de quibus videndus *Andr. Maurocenus Histor. Venet. L. IX. p. 348. & seqq.* Chorographiam & Annales Cypri edidit *Stephanus Lusignanus Bolon. 1573. 4to.*

IV. Reliquas Minores ne præteriisse videamur, attexendum duximus Indicem generalem Insularum Maris Mediterranei secundum nomina ipsarum hodierna Alphabetico Ordine dispositum, qvalem è priscis Latinis adornavit Ricciolus, cujus ductum nos etiam hic sequimur ex *Geogr. Reform. L. III. c. XV.* Series prima Nomen hodiernum, secunda vetus, tertia ambitum juxta milliaria Italica continet.

	Achillea.	10.	*Lesbo*,	Lesbus.	160.
Andria,	Andros.	93.	*Lesina*,	Lexina.	150.
S. Antiocho.		30.	*Lime*,	Peparethos,	40.
Asinara,	Asinaria.	30.	*Lipara*,		30.
Besbico,	Besbycus.	18.	*Mallorca.*		
Calamo,	Claros.	40.	*Malta*,	Melite.	60.
Capri,	Capreæ	40.	*Maretano*,	Maritima.	20.
Candia,	Creta.	520.	*Meleda*,	Meleta.	30.
Cassio,	Casus.	10.	*Minorca*	Minorica.	100
Cefalonia,	Cephalonia.	160.	*Metelin*,	Mitylene.	66.
Cerigo,	Cytheræa.	60.	*Milo*,	Melos.	80.
Cherso,	Absortus.	140.	*Negroponte*,	Eubœa.	365.
Corfu,	Corcyra.	120.	*Nixia*,	Naxos.	80.
Corsica,		350.		Nyfiros.	10.
Cos. Lango,	Cous.	70.	*Osero*,		140.
Curzola.		90.	*Palmaria*,	Photnicodes.	10.
Cipro,	Cyprus.	550.	*Palmossa*,	Pathmus.	30.
Dromi,	Dromos.	30.	*Pario*,	Parus.	50.
Elba,	Ilva.	60.	*Pianosa*,	Planasia.	20.
Engia,	Ægina.	20.	*Rodi*,	Rhodus,	140.
Eviza,	Ebusus.	60.	*Saline*,	Didyme.	12.
Formentera.		70.	*Samo*,	Samus.	80.
Gemellara,	Cercina.	60.	*Sandaratche*,	Samothrace	10.
Gozo,	Gaulos.	30.	*Sardinia*,		550.
	Icaria.	37.	*Scarpanto*,	Carpathus.	60. vel 70.
Issa,	Jos.	25.	*Sciro*,	Scyrus.	63.
Ischia,	Ænaria.	18.	*Sdillo*,	Delus.	5.
Lampedosa,	Lampadusa.	12.	*Sicilia*,		600.
Lembro,	Imbros.	72.	*Stalimene*,	Lemnus.	100.
Lero,	Ileron.	18.	*Stampalia*,	Astypalæa:	88.

Mallor-

Stromboli,	Strongyle.	15.	*Tiro*,	Tyrus.	19.
Taſſo,	Thaſſus.	40.	*Veggia*,	Vecia,	100.
Teachi,	Ithaca.	25.	*Yvica*,		100.
Tenedo,	Tenedus.	10.	*Zante*,	Zacynthus.	60.

XIV.

Inſulæ *Azores* medio fere loco inter Europam & Americam in Oceano Atlantico ſitæ ſunt, è Regione Portugalliæ, cujus etiam jurisdictionem agnoſcunt. Alias *Flandricæ* dicuntur, die Vlaemſche Eylanden/ quod à Brugenſibus Mercatoribus primo detectæ credantur. Numero IX. ſunt & his nominibus veniunt: *Tercera*, *S. Michaëlis*, *S. Georgij*, *Pico*, *Fayal*, *Gracioſa*, *Flores*, *Cuervo*, *& S. Maria*. Tercera extantior reliquis, in qua *Angra* urbs principalis à bicorni Luna ſic appellata: In eandem Alphonſus Rex Portugalliæ A. MDCLXIIX. ablegatus. *Cuervo & Flores* à Geographis aliquibus dignæ habitæ ſunt, quæ primum Meridianum ſuſtinerent. Univerſarum ſingularem hanc Qualitatem notat *Ortelius*, *Tab. XIV.* quod qui ex hemiſphærio noſtro verſus Americam ſolvunt, cum primum Azores à tergo reliquerint, continuo à cimicibus aliis homines infeſtantibus Inſectis liberentur, neque illa præternavigatis hiſce Inſulis amplius vivere poſſint. Peculiariter deſcriptæ ſunt à *Ludov. Texera*, cui adde *Linſchot*, *c. XCVII.*

INSULÆ AFRICÆ.

XV.

Inſulæ AFRICÆ in Oceano Atlantico ſunt. 1. Fortunatæ ſeu Canariæ numero VII. *Lanzarota*, *Forteventura*, *Canaria Magna*, *Teneriffa*, *Gomera*, *Fierro*, *Palma*. *Canaria* maxima omnium ſedem præbet Magiſtratui Regio & Epiſcopo; *Teneriffa* Monte, *el Pico de Terraira* celebris eſt, uno è maximis totius Orbis, & è quo omnes ſimul Canarias videre licet, unde & Geographorum aliquam multorum calculum meruit, qui primum ab eo Meridianum duxerunt. *Inſula Ferri ſeu Fierro* nota eſt admiranda arbore perpetuo viridi ac foliis tenuibus & oblongis, qvænubecula quadam perpetuo tecta, aquam dulcem, qua Inſula alias caret, continuo tali copia demittit, ut Incolis & pecori eorum ſufficiat, qvam ideo & ſuppoſitis vaſis ſedulo excipiunt. Ante Canarias ſunt Inſulæ *Madera & Porto Santo*, quarum illa olim Columbo, anteqvam N. Orbi detegendo incumberet, domicilium præbuit;

de quo *c. VI. S. III.* hujus Partis. De Canariis seorsim scripsere *Hieron. Benzon* Brevi Insularum Fortunatarum descriptione in *T. V. Script. Amer. Theod. de Bry p. 35.* & *Thomas Nicols Description of the fortunate Islands in Hackluyts Voyages T. II. p. II. p. 3.*

II. *Insulæ Promontorij Viridis, seu Ilhas Verdes*, à viridi Mari *di Sargasso* dictæ, Belgis *Zout Eylanden*, è Regione Promontorii viridis sitæ sunt, numero X, *Sant Jago, S. Antonio, Santa Lucia, S. Vincente, S. Nicolas, Ilha Blanca, Ilha de Sal, Ilha de Mayo, Ilha de Fogo, Ilha de Boavista.*

III. Juxta Guineam jacent Insulæ *de Ferdinando Poo, del Principe, S. Thomæ, de Annobon.* Insula S. Thomæ insalubritate aëris famosa est, nec ullos grandævos homines patitur. In eadem est Castellum *Pavosa*, Belgarum præsidio munitum: De quibus pluribus Vid. *Barlæus in Actis Mauritij.*

IV. *Insula S. Helenæ, & Insf. Ascensionis*, in medio Oceano positæ sunt, ad quarum alterutram divertere solent Naves ex India reduces. Eædem sufficienti rerum copia instructæ sunt, sed ab hominibus non habitantur, qvod ne fieret in specie in Insula S. Helenæ, Decreto Regem Potngalliæ primo vetitum, ac deinde reliqvarum nationum tacito consensu approbatum fuit: Idqve ideo ne homines lapsu temporis Insulam in privatos agros redigerent, ac communioni ineptam redderent. V. *Linschot. c. XCIV.* & ex eo *Corn. Houtman. p. 103. 104.* A. MDCLXXII. tamen primo ab Anglis, mox à Belgis, & A. MDCLXXIII. M. Majo iterum ab Anglis occupata, adeoq; veteri isti Consvetudini detractum fuit. V. Verw. Eur. *p. V. f. 287. 288.* Extat etiam de S. Helena seorsim Libellus Belgicus *Klare Beschryving vant' Eyland S. Helenæ. 1652.* Ad nominum rationem semel monendum, hæc pariter ac innumera alia à Diebus Sacris desumpta esse, quibus loca quæ designant olim inventa fuere. *Ut solennes dies cadebant, qui erant Divorum memoriæ consecrati, ita nostri nomina terris & Insulis & Fluminibus incognitis, quæ diebus illis primum viderant imponebant*, inquit *Hier. Osor. de Reb. gest. Emanuel. L. I. p. 24.*

V. Insula *Madagascar*, seu S. Laurentii, item Delphinia, *L'Isle Dauphine* à Gallis dicta, una è maximis Orbis Insulis longitudine CL. latitudine LXXX. milliarium circiter, abundat pecoribus, Sanguine Draconis, Aloë, etc. Gallorum Coloniis nunc frequentari cœpit, & describitur post alios in Itinerario *Cornelii Houtman. p. 9. & seqq.* & *à Mandelslo L. II. c. XIX.* Ex Insulis minoribus, quæ præter hanc passim sparsæ videntur, sunt Insulæ de *Cuuoro* Madagascari ad Boream adsitæ nume-

ro

ro quinqve & his nominibus ferè appellatæ, *S. Johann de Castro*, *Spirito Sancto*, *Sancto Christophoro*, *Anguzeria & Mayotto*, *Vid. Herbert. Itiner. p. 13.* Ad litus Melindæ Regionis sita Insula *Zanzibar*, quam *Vossius* probabiliter autumat esse *Menuthiam* Veterum *Nott. in Pomp. Mel. p. 303. Insula Mauritii*, ab aliis Cerne dicta, Orientem versus post Inf. Madagascar jacet & *Ligni Ebeni* ferax est: Quam & Belgæ ideo fortalitio custodire Lignaq; per mancipia sua colligere soliti sunt; Nunc tamen postquam Lignum hoc eviluit, curam ejus ferme abjecere. V. *Tavernier P. III. L. II. c. V.* Ultima est Inf. *Zocotora*, seu veterum Dioscorilla, ad Promontorium Guardasuy & initium Maris Rubri posita, & proventu Aloës celebritatem merita: Unde & Aloë Socotorina optimæ notæ firma & crassa in omnes partes transfertur. *Linschot Itin. c. IV.*

INSULÆ ASIÆ.

XVI.

Seqvuntur *Insulæ* Asiæ, I. *Ormuz* in Sinu Persico, Insula parva & sex milliarium ambitu fermè comprehensa, totaq; Sale tantum non operta, qvo rupes ubivis albent, ipsiq; muri ædium urbis constant, quippe ex salsis lapidibus constructi. *Linschot. c. V.* Unde & summa ejus sterilitas, adeo ut nec Aquam potabilem habeat, nec Plantam viridem ferat, unica Arbore excepta ex earum genere, quas Arbores Regias aut Benjanicas in Oriente vocant. Ob Situs commoditatem vero commerciis efloruit, postquam præterito seculo à Portugallis occupari & condito Castello firmari cœpit, qui & Urbem hic positam & sub adventu suo male ædificatam in tantum splendorem evexerunt, ut hodienum in Oriente Proverbium sit, Portugallos, si hic mansuri fuissent, loco ferri in foribus & fenestris Aurum & Argentum nunc habituros. Sed A. MDCXXII. Rex Persiæ opera Anglorum adjutus ipsos hinc pepulit, Urbeque diruta commercia in Urbem Gamron ad Continentem sitam transtulit. Confer. *supr. c. III. S. III. §. VII.* Solum Castellum remansit, quod hodienum præsidio militari Persico custoditur. V. *Herbert. Itin. p. 39. & seqq. Mandelslo L. I. c. IIX. Tavernier P. I. L. V. c. XXIII.*

II. *Maldivæ*, seu *Archipelagus Maldivarum*, longitudine à 100. ad 130. gr. Latitud. ab 8. Gr. Lat. Boreal. ad 2. Gr. Lat. Australis exporriguntur. Feruntur numero 11000. fere esse, sed parvulæ & exiguo spacio inter se divisæ: Aliqvæ earum quoqve tantum habitantur, cæteræ incultæ jacent; Nec quicqvam hic singulare præter Indorum Nuces, seu Cocos. V. *Linschot. c. XIII.*

III. *Ceylon* ad Capo Comory jacet & CCLX. milliaria in circuitu complectitur. Spirat è longinquo odorem ſvaviſſimum, quemqve advenæ ad tertium & amplius milliare in Mari ſentiunt, ob Cinnamomi, abundantiam; Hoc enim ſimul Elephantibus, quos totius Aſiæ generoſisſimos alit, Inſula hæc præcipue excellit, ferunturqve Elephantes aliorum locorum, ut Siamenſes, Peguani, Cochinenſes &c. ut primum in conſpectum Ceylonenſium veniunt, demiſſa proboſcide hos venerari, re prope incredibili, ſed quam Itineraria confidenter aſſeverant. V. *Tavernier P. II. L. III. c. XX.* & ante eum *Saar. c. IV. p. 90.* & *Linſchot. c. XIV.* Montem habet omnium Indiæ altisſimum, qvem *Pico de Adam* vocant, qvod Adamum putent ibi conditum ac ſepultum eſſe, cujus & veſtigia rupi impreſſa & Sacello quodam tecta adhuc oſtendi ſolent. *Eſt in media Inſula Mons præcelſus, multis paludibus cinctus: Ex illius ſummo faſtigio collis aſſurgit, è cujus medio, è Lacu quodam aquæ dulces atq; perennes emanant. Prope lacum eſt ſilex, in quo cernitur veſtigium hominis impreſſum. Eſt autem inſitum Incolis, veſtigium illud eſſe primi Parentis generis humani, qui inde in cœlum ſublatus ab illis eſſe dicitur. Non procul autem inde Sacellum viſitur, in quo duo ſepulchra mira ſuperſtitione colunter. Exiſtimant enim intus condita fuiſſe corpora primi hominis & uxoris illius, è quorum ſemine univerſum genus humanum propagatum. Ea vero opinio animis penitus infixa fuit, ut eo multi Saraceni & alii longe diverſis ſuperſtitionibus impliciti, religionis gratia confluant. Locus adeo acclivis eſt, ut neq; manibus niti ad ſummum poſſunt, ſed ſcalis & catenis adjuti eo perveniant.* Oſor. de Reb. Geſt. *Eman. Reg. L. IV. f. 144.* Incolæ plurimi ad extremam Senectutem perveniunt, cujus cauſam Saarius in maſticatione certæ alicujus radicis, nos in aromatico odore, quo Inſula donata eſt, ſitam putamus. Meditullium ejus *Rex Candi* regit, ab Urbe Regia *Candi* ita dictus. At Partes Litorales antehac Portugalli, nunc Belgæ tenent, inter quos quid eo nomine geſtum ſit, exponendum *P. II.* in Hiſtoria Belgii, lateque id proſequitur *Joh. Jac. Saar. in Itinerario ſuo*: Oſt-Indianiſche Funffzehen Jährige Krieges Dienſte. Portugalli cum primum eo appuliſent, perhibentur veteri Carthaginenſium aſtu uſi fuiſſe, & tantum terræ ab Incolis petiiſſe, quantũ Corio Bubulo comprehendi poſſet, eoq; obtento, Corium minutisſime diſſectum tanto terræ ſpacio circumduxiſſe, ut Fortalitium, quod Nigrum dixere, in eo excitare potuerint, indeqve mox ad alias Urbes & Fortalitia tum condenda, tum occupanda pedes promoverint, cujusmodi *S. Galle, Columbo, Jaffanapatan*,

patan, Manara, Negumbo. Pleniorem Descriptionem V. ap. *Saarium l.l.* Adde Itinerarium *Georgii Spillbergen p. 35. & seqq.* Ab aliquibus creditur veterum Taprobana fuisse, idqve multis argumentis probat *Bochart. Geogr. Sacr. p. II. c. XLVI.* Item Ophira Salomonis. V. eundem *P. I. L. II. c. XXVII. & P. II. L. I. c. XXVI.*

IV. *Archipelagum de Andemaon* appellant istam Insularum congeriem, quæ in Sinu Bengalensi Regno Pegu, Siam & Chersoneso Aureæ obtenditur usqve ad Insulas Nicobar. Incolæ Carne Hostium vescuntur & describuntur *à Le Blanck P. I. p. 75.*

XVII.

Archipelagi S. Lazari nomine veniunt Insulæ intra Sinum Bengalensem usque ad Philippinas sitæ, omnes uberrimo proventu aromatum eoque commerciis Europæorum celeberrimæ. Potiores sunt:

Sumatra sub Æquatore sita & Chersoneso Aureæ proxima; Quæ tribus Regnis dividitur, Regno *Jamba, Palimbam & Achin*, subinde pluribus, more Orientalium, apud quos nihil incertius, quam Regnorum numerus ob crebras inter Principes contentiones. *Rex Achin* antehac Potentissimus, idemqve Portugallis molestissimus extitit, sæpe etiam Malaccam ipsumqve Fretum inter Malaccam & Sumatram obsedit cum summo Commerciorum incommodo. Urbs ipsa *Achin* Emporium insigne est, è cujus regione sita *Amakau*, Insula perexigua Ambræ Grisææ ferax: Aliis in locis ut *Kamper, Pedir*, imprimis *Jambi* ingens copia Piperis est. Ad Occidentalem Insulæ partem jacet *Manancabo*, locus fabrica famosorum Pugionum, quos *Cryses* vocant, celebris. V. *Linschot. c XIX.*

Java Major celebri Emporio *Batavia* nota ad septimum & amplius gradum trans Æquatorem sita est. Scaliger Exerc. CLXVII. eam *Compendium orbis* vocat, ob omnium rerum facilem uberemque proventum. Incolæ communiter perfidiæ accusantur; Regna itidem complura habuit, at nunc duo extantiora tantum supersunt, *Bantam, & Japara seu Mataran aut Matran*, à Sede Regia Mataran dictum, quodq; Itineraria Belgica Imperii *Mataran* & Principem ejus Imperatoris & *Magni Mataran*, nomine efferunt. Nomen *Javæ majoris* habet in discrimen à minori Insula, quæ huic versus orientem adjacet, *Java minor* dicta. *Batavia* Nobilissimum Emporium Belgarum, eademq; Stapula ac Sedes Præsidis universæ Negotiationis Belgicæ in Oriente ulteriori, in locum *Jacatra* Javanorum successit, & A. MDCXXIX. gravis-

gravisfimam obsidionem Regis Mataran sustinuit, cujus Acta aliaque ad originem Urbis pertinentia breviter exhibuit *Neuhof. Sin. Reisebeschr. p. 31. & seqq. Arn Montan.* Gesandsch. nach Japan *f. 25. & seqq. Editor Itiner. Mandelsl. L. III. f. 197.* Ex quo tempore secure quidem efloruit, non tamen sine Matarani prætensionibus, in territorio suo sitam esse causantis: Unde & annuam Legationem ad se mitti aliquoties ursit. V. *Relat. Joh. Thysen ad Stat. Belg. A. MDCLXIX.* factam *in Append. ad Diar. Eur. Contin. XXII. p. 15. & seqq.* Nec leve odii signum est, quod Belgas abs se captos nullo argento, nullave commutatione captivorum etiam Nobilisimorum, sibiqve Charisimorum dimittere velit, cujus specimen V. apud *Tavernier P. II. L. III. c. XXV.* Eadem obsidionem Bantami Regis A. MDCLII. perpessa fuit, iterumque præterito A. MDCLXXIIX. ab eo tentatam fuisse in Europa percrebuit, quam serio, quove eventu in posterum constabit. Confer. *P. II. in Hißor. Civil. Belgij.*

Borneo Javæ ad Septentrionem obversa est & ambitu CCL. milliarium concludi dicitur; Principalis ac Regia urbs ejus est *Borneo* ad litus Maris posita: Præter quam à Commerciis innotuere Urbes *Banjarmaßin, Lave, Suckedam.* Partes Mediterraneæ, ut aliarum hujus tractus Insularum, magnam partem adhuc incognitæ sunt. Excellit Adamantibus, & optima totius Indiæ Camphora. Quid inter Belgas & Regem Insulæ hujus gestum sit exponit *Itinerarium Mandelsloi L. III. f. 203.* Insulæ *Java minor, Madura, Macaßer* ei ad Austrum objacent. Macassereæ Rex A. MDCLXVII. LXIIX. LXIX. Bello cum Belgis, sed minus fausto fine se implicuit, de quo itidem P. II. pluribus. Insulaqve hæc alio nomine *Celebes* dicitur, & Incolas colore minus nigro, quam reliquorum Insulanorum est, habet. Iidem carnis humanæ esu olim delectati fuere; Legunturq; Moluccani quos capitis damnaverant ad hos transmisisse, ut devorarentur. Sed post communionem cum Europæis à feritate hac remisere.

Molucca quinq; numerantur, *Ternate, Tidor, Motir seu Timor, Machian & Bachian*, omnes quidem parvulæ, sed Caryophyllorum proventu ditisimæ. In iisdem & Manucodiatas seu *Mamuco diatas h. Aves Dei* (hanc enim Etymologiam *Maximil. Transilvanus* reddit,) videre est, Aves quas falso pro Apodibus habent, cum ab Insulanis ideo pedes & viscera resecentur, ne pennis, quibus maxime superbiunt, fœtor adhæreat. Quid inter Castellanos & Portugallos earum causa actum sit, traditum *c. 1. §. XIII.* Cætera in Historia Commerciorum & Reip. Belgicæ pluri-

pluribus exponentur. *Ternata* A MDCLXXIII. M. Augusto horrendo Terræ motu concussa fuit, postquam M. Majo præcedente Mons *Gammacuorra* maxima sui parte conciderat. V. Werw. *Eur. p. V. f. 292.* Extat de iis *Epistola Maximiliani Transsilvani in Scr. N. Orbis Ed. Basil. 1555. p. 524. Et Relatione di Ivan Gaetano del discoprimento dell' Isole Molucche la via de le Indie Occidentali. T. 1. Navig. Ramus. p. 375.*

Amboina ab Austro Moluccis objacet, non minus qvam illæ Caryophyllorum ferax. Soli Belgæ jurisdictionem & commercia in eâ exercent, eamq; ideo etiam tribus castellis firmarunt, *Victoriâ, Hiten & Lusen.*

Banda, quo nomine parvæ sex Insulæ comprehenduntur, ab Amboina versus Euronotum sita est. Insularum seu Partium ab interlabente Oceano distinctarum nomina sunt *Lontor*, quæ reliquarum maxima, eoqve fortalitio munita est, *Nera*, *Pooleway*, *Pooleroon*, *Rosegain*, *Coonongapy*. Omnes imperium Belgarum excipiunt, cujus causa tamen inter ipsos & Anglos diutissime controversatum, tandemque *Pooleroon*, qvæ ultimo in hac controversia restitit, Pacificatione Bredana A. MDCLXVII. Belgis cessa fuit. De initiis hujus controversiæ V. *Germanicam Editionem Itinerariorum Indicorum de A. 1628. P. II. p. 31. & seqq.* Prærogativa, qva Loca hæc eminent est maximus proventus Nucum Moscatarum.

Philippinæ à Philippo Hispaniæ Rege nuncupatæ extremum in Archipelago locum tenent: Auri feraces sunt & Hispanis parent; Maxima earum *Luconia*, in qua *Manilla* nobilis urbs ab Hispanis extructa, ubi & Episcopus & præfectus Regis Hispaniæ residet. Incolæ nativi avidius Religionem Christianam amplexi sunt, quam alii Insulani in Archipelago, & pleriqve jam eam profitentur. De controversia, utrum ad Indiam Orientalem an Occidentalem pertineant V. *c. l. §. XIII.* De differentia dierum, & cur in Philippinis dies Solis, apud Meacenses v. Dies Lunæ sit, cum tamen Sol ambobus simul fere oriatur & occidat V. *eod. §. c. X.* Aliæ minores in litore Chinensi & proximarum regionum, qvarũ fama ad nos percrebuit sunt: Insula *Tachan* è regione Cochinchinæ, in quam singulari exemplo Aves è Cochinchina æstus vitandi causa migrant, ut aliàs apud nos propter hiemem faciunt. Tum Tachanæ proximæ *quatuor Insulæ*, è quibus afferuntur edules isti Nidi Avium, sapore compositionem ex universis aromatibus Indiæ referentes. In Insula *Chanchon* seu Sam-ceu in Confinio Tanquini & Chinæ sita obiit Franciscus Xaverius celebris Japanensiũ Apostolus A. MDLII. Portugalli *Sanctam*

& *Sancianum* vocant. Et Chinenſes qui illo tempore adhuc antiqua ſervitutis aut capitis Lege à contactu ſuorum finium exteros nullo diſcrimine arcebant, hanc illis permiſerant, ut dum quæſtum ex eorum mercibus faciebant, ab eorum tamen conſvetudine abeſſent; Nec fas erat illic manſurum quicquam extruere Portugallos ac tuguriolis duntaxat è Ligno & carectis licebat ſe tegere, quæ in appulſu contexerent, in reditu diſſiparent. *Barthol. in Vita Xaver. L. IV. c. XXIII.* Sed iidem poſtea Inſulam *Macao*, è Regione Cantoni accepere, qvam & hodienum tenent commerciis Chinenſibus tractandis egregie apparatam, ac præſidio munimentoq; valido firmarunt. V. plur. Neuhof. Sin. Reiſebeſchr. *fol. 39. Arn. Mont.* Geſ. nach Japan. *f. 31.*

XIIX.

Inſula *Formoſa* in Tabulis & Itinerariis Chinenſium lingva *Packan & Packande* dicta XXX. gr. lat. Bor. rectâ verſus Boream exporrigitur. A Chinæ Regno haut procul diſtat, interjectis tantum minoribus Inſulis Piſcadores dictis: Populoſa alias & certis dominiis ac Pagis diſtincta, quorum nomina redduntur ab Itinerariis, *Sickan, Mandan, Sucang, Backeloang, Taffakan, Tifulakan, Teopan, & Tefurang.* De quibus veluti & de moribus Incolarum videndus *Georg. Candidius*, qui Sacro inter Belgas Miniſterio in ea functus fuit, & Chriſtianam Religionem plantavit in *T. II. Nav. Belg. n. XX. p. 55. & ſeqq.* Belgæ Dominium ejus uſqve ad A. MDCLXI. habuerunt, idqve fortalitiis Seelandiâ & Provinciâ firmarunt, & Hiſpanos è Caſtello Kelangi, quod illi commerciorum ſuorum gratia extruxerant, pepulerunt; Sed ipſi dicto A. MDCLXI. à Koxenga Latrone Chinenſi tota Inſula ejecti ſunt, de qvo actu V. *La priſe de Formoſe in T. I. Itinerariorum Galliorum* & die Geſandtſchafften an die Kaiſer von Japan *p. 40. 41. 410. 411. &c.* Qvantopere Belgarum intereſſit hanc Inſulam teneri ex eo æſtimare eſt, qvod 1. Commercia hic cum Chinenſium mercatoribus Aimogenſibus, & qui è Fluvio Cincheu veniunt commodiſſime exerceant. II. Quod ex Inſula hac alias nationes à Chinenſium & Japanenſium commerciis arcere poſſint.; Quod ſenſerunt Hiſpani, ideo in Boreali parte Inſulæ A. MDCXXIV. Fortalitium Kelang excitarunt, claſſe etiam paulo poſt ſubmiſſa, ſi Belgæ hac ratione ab Inſula abſterreri poſſent; Sed claſſis illa tempeſtatibus à propoſito ſuo dimota fuit Mox etiam Portugalli Belgas hinc avertere conati fuerunt, ſed non diſſimili ab Hiſpanicæ claſſis exitu. Denique & Japanenſes, ſed itidem fruſtra, quos Belgæ non quidem manifeſto averterunt,

ſed

sed tamen post extructam Seelandiam commerciorum usu sensim privarunt. Vid. iterum die Gesandtsch. an die Kaiss. von Jap. *p.* 37. 38.

XIX.

Japania tum nativa nobilitate sua, tum rerum ab Europæis ibi gestarum occasione multorum calamis jam tractari meruit, quales, *Maffeius* in Historiis Indicis, Idem in *Selectis Epistolis* variorum, *Xaverius* Epistolis à Tursellino editis, *Franc. Caron*, Descriptione Belgica Regni Japoniæ, *Henr. Hagenerus* notis in Caronium, *Bernh. Varenius* Descriptione Regni Japoniæ; Et inter recentiores sæpe citatus *Arnold. Montanus* Gesandschafften an die Kaiser von Japan *Amstelod. 1669. fol.* Ultima est Insularum à nobis versus ortum remotarum, & Elevationem Poli habet XXXV. graduum. Dubium tamen adhuc, utrum Insula sit an Continenti adhæreat? Magna enim ejus Pars ipsis Japanensibus est incognita, & Caronius, qvi sæpenumero id inquisivit, hoc tantum didicit, esse ultra Provinciam dictam Quanto iter viginti septem dierum versus ortum æstivum, antequam perveniatur ad extremum angulum regionis T'sunga, Mari conterminum. Hinc trajecta aqua latitudinis XI. circiter milliarium exponi in terram Jedso, Jesso vel Sesso, regionem quæ precioſas pelles suppeditat, sed tantæ amplitudinis, ut Japanenses etsi sæpius eam perlustraverint & ad interiora penetraverint, nunquam tamen ejus finem attingere, vel de ea certi quid rescisscere potuerint. Idem tanto magis confirmari, quia aqua illa, quæ à regione Tsungaar tam versus Japaniam, quam terram Jedso labitur, sistatur ad altissimos montes & inhabitatam regionem, quæ Provinciæ Ochiam adjacet, usurpeturque trajectus ille à Tsungaar ad Jedso, ne nimis longinqvum iter per vias insolitas suscipi opus esset. Inter arbores Cedris abundat, inter fructus oryzâ, inter animalia non tam cicuribus, quam feris. Provincias ejus LXVI. Itineraria numerant. Urbes muris carent, cujus rationem putamus eandem esse, quam de Anglia reddidimus *supra* §. *V.* At plateas singulas nocturno tempore peculiaribus portis clausas tenent. Domos mere ligneas habeant, unde crebra in Urbibus incendia. *Iedo* Sedes Regia est, quæ A. MDCLVII. horribili incendio simul ipsa Arce Regia devastata fuit V. *Arn. Mont. fol. 368. 369.* *Meaco* Sedes Dairi est, supremi Sacrorum Japaniæ arbitri, *Nangesaque* eiqve adsita Insula Disma statione Navium Belgicarum famosa est V. *supr. c. III. S. III. §. VII.* De Aquis Singacensibus Japaniæ cruciatibusque Christianis hinc illatis V. *eod. c. III. S. IV. §. XXV.* De Moribus Japaniorum V.

c. IX. S. IV. §. VII. De Lingva eorundem *ib. S. III.* De communi scriptura seu universali Charactere Japoniorum, Chinensium Coreanorum *ib. §. XII.*

XX.

Insulæ Salomonis in Mari Pacifico sitæ sunt; Et post has Insulæ Latronum, seu *de las Velas*. In quarum una Magellanus cecidit *V. c. III. S II. §. II.* Eodem referimus *Californiam* Insulam *Americæ* ad XXIII. gr. lat. Bor. adsitam, quam antiquiora Itineraria quidem pro Peninsula habuerunt, sed recentium observationibus Insula esse comperta fuit. Aliæ in eodem observatæ sunt in Navigatione Australi Jacobi le Maire, quibus nomina data *t' Honden Eyland, Het Eyland sonder grond, de Cocos Eyland, de Verraders Eyland &c. V. T. II. Navig. Belg. n. XIIX.* Sed harum & si quæ aliæ sunt, minor ob situm adeo remotum noticia & usus est.

XXI.

Similis Sors est Insularum Terræ Australis, è quibus non ita pridem detecta *Inf. Pines* novam Anglorum Coloniam exhibuit; Belgis A. MDCLXVII. forte fortuna eo delatis, cujus descriptionem simul originem Incolarum Autor *Diar. Eur. Contin. XVI. Appendici* inseruit. *Terra del Fogo*, cum primum Continentis Pars crederetur, post detectum Fretum Le Maire Insula esse deprehensa fuit.

XXII.

Insulæ Americæ Majores sunt, *Hispaniola, Cuba, Jamaica, S. Johannis seu Burichena*: E quibus Jamaica Anglorum est, Hispaniola & Cuba è primis fuere, quas Columbus primâ suâ ad Novum Orbem Navigatione detexit, & Cuba tunc temporis Johannæ & Ferdinandæ nomina accepit. Vid. *Petr. Mart.* Ocean. Dec. I. & II. passim. Insulæ *Camercanæ*, alias *Antillæ & Caribes*, hominibus Anthropophagis famosæ fuerunt; Extatque peculiaris earum descriptio: *Histoire des Iles Antilles de l' Amerique avec un Vocabulaire Caraibe. Roterd. 1658.* Celebrior earum est *Martenico*, Gallorum Imperio subjecta, eorundemq; præsidio firmata, à Classe Belgica etiam A. MDCLXXIV. tentata, infelici tamen successu. V. Werw. *Eur. p. VI. p. 438. 439.* Nec felicior, clade tamen minor fuit expeditio Gallorum in Belgarum Insulam *Curaßou* seu *Curaßow*, quam illi A. MDCLXXIII. tentarunt, sed re infecta relinquere coacti fuere. At Insulæ *Tabago* illo tempore deterior sors extitit, quæ An. MDCLXXII. Belgis ab Anglis erepta fuit, per secutam pacem tamen A. MDCLXXIV. restituta. Insula *Barbados* Anglorum est, quam descripsit *Richardus Ligon: True and Exact History of the Island of Barbados.*

dos. Lond. 1657. *Insulæ Lucayæ* versus Boream Maioribus istis objacent, quarum una *Guanaliani*, omnium prima fuit, ad quam Columbus appulit. V. *Histor. I. Navig. Columbi* & ex ea *Varen. Lib. I. c. IIX. Prop. IIX. Insula Summeri* Anglorum Coloniis frequentatur, postquam *G. Summerus* ibi A. MDCX. naufragium passus fuit, eamque habitationi ac culturæ commodam deprehendit. Sed una non est, verum plures & prope quinquaginta exiguis spaciis abinvicem disjunctæ. In Tabulis *Bermudæ* nomine designatur, quanquam ab aliquibus etiam in Oceano Indico talis Bermuda pingatur. V. *T. XIII. Americ. Meriani Sect. III. De Bermuda seu Summeri Insula. Terra Nova* Insula è regione Canadæ sita, itidem ab Anglis per Humfr. Gilbertum A. MDCLXXXIII. occupata eorundemque cultui adhuc subdita est ac plurimorum Europæorum commerciis celebratur: Describitur *cit. T. XIII. Meriani S. I.* In eodem tractu Tabulæ *Insulam* quandam Dæmoniorum dictam, *de los Demonios*, designant, quam à Dæmonibus teneri, ac propterea inaccessam esse scribunt. V. *Megiser.* Neue Nordwelt *c. XLIX. p. 356. & seqq.* Qui & Historiam Nobilis Puellæ Gallicæ hic expositæ, ac biennio & ultra à totis agminibus Spectrorum vexatæ prolixe narrat. Sed loca spectris infesta si concedamus, non opinamur tamen Deum Diabolo permittere, ut certam sedem sibi attribuat, eâdemque homines arceat. Terra non spirituum sed hominum propria est: Diabolus igitur nihil juris sibi in eam vindicare potest. Conf. *seq. c. VII.* Excursu de *Monte Giganteo* & decantato ejus Spectro *Rubenzalio.* Opinamur proinde ex vana persvasione denominationem talem natam, nec aliam Insulæ Dæmoniorum nomine intelligi, quam Bermudam, quam Nautæ ob Tempestatum frequentiam & gravitatem olim ita dixere. Wird von den Schiffleuten die Teuffels-Insel genannt / wegen der grossen und schweren Gewitter / so es allda giebet / und umb welcher Willen man gar schwerlich kan hinein kommen: Dann man hat dafür gehalten / sie sey gantz unbewohnt von Menschen / und eine Wohnung der bösen Geister. V. *Descript. Bermudæ c. T. Meriani c. I.*

XXIII.

Habent etiam Fluvii suas Insulas, quales in Danubio Insulæ juxta Ratisbonam, der grosse und kleine Werth / aliæve minores inter Urbes Kornenburg & Kloster-Neuburg, inprimis vero in Hungaria *Insula Scuta*, Schutt, celebri Comaræ Fortalitio instructa: Tum *Insula S. Andreæ* inter Vicegradum & Budam sita, & post Budam *Ins. S. Margaritæ* seu

seu Capelia, die Hasen Insul. In effluxu Muræ in Dravum Insula Seriniorum sita, ibidemq; Serinswaria A. MDCLX. condita, sed A. MDCLXIV. à Turcis diruta. In Viadro talis est, quæ *Fortalitium* Oderberg sustinet, Clavis Itineris è Warta aliisqve citerioribus Fluviis in Pomeraniam: In *Havela*, quam *Insulam* in specie, den Werder/ vocant, q. dicas locum aquis circumfluum, & aliàs vini bonitate in tractibus nostris non ignotum. Insulas Volchdæ Olearius recenset *Tletinski, Subzinski, Dioploi, Turich, Maslof, Kosin, Staritzo, Kostowala, Sagerinsko, Soßnow, Schismamago, Sorok, Ostrowe*, h. XL. Insulæ, *Kriusna, Sapenofka, Achmatsko, Solotoi, Serpinski, Naßonofsko, Wesowoi, Ossino, Kisiar, Copona, Katarinski, Piruski, Itziburski, Dolgoi*, in qua Astracan Urbs sita. Itiner. *L. IV. c. IX.* Borysthenes quoque, postquam flexu scopuloso *Porohi* dicto se expediit, in plana diffusus in plures alveos dividitur, & septuaginta Insulas alluit, quæ à dictis gradibus decurrentium fluctuum *Zaporohi*, q. ultra gradus, quod sint ultra illos scopulorum gradus nomen habent, & Cosaci inde, quod in illis Insulis militiæ vacant, *Zaporohiani* denominantur. *Piasec. Chison. f. 45.* Similis in Nilo est Insula *Meroë*, aliæqve in aliis majoribus Fluviis; Item in Lacubus, ut in Zembre lacu Africæ, & in America Australi, ubi Insula Plumbi in lacu sita. *Varen. I. IIX. IIX.*

XXIV.

Porrò commemorandæ quoqve Insulæ, quas à speciali Charactere *Natantes* vocant, quarumve proprietas est, ut fluitent in Aquis, nec loco aliquo firmæ persistent, sed à ventis hinc inde agitentur. Tales simul causis earum inter veteres exhibet *Seneca* Nat. Q. L. III. c. XXV. *Sunt multi Lapides pumicosi & leves, ex quibus quæ constant Insulæ, in Lydia natant: Theophrastus est autor. Ipse ad Cutylias natantem Insulam vidi: Alia in Vadimonis lacu vehitur, alia in lacu Stationensi. Cutyliarum Insula & arbores habet, & herbas nutrit, tamen aqua sustinetur, & in hanc atque illam partem non tantum vento impellitur, sed & aura. Nec unquam illi per diem & noctem in uno loco statio est, adeo movetur levi flatu. Huic duplex causa est. Aquæ gravitas medicatæ & ob hoc ponderosæ, & ipsius Insulæ materia vectabilis, quæ non est corporis solidi, quamvis arbores alat. Fortasse enim leves truncos frondesque in lacu sparsas pinguis humor apprehendit ac vinxit. Itaque etiam si qua in illa saxa sunt, invenies exesa & fistulosa, qualia sunt quæ duratus humor efficit, utique circa medicatorum fontium rivos: Quæ ubi purgamenta aquarum coaluerunt ex*

spuma

ſpuma ſolidantur. Neceſſario leve eſt, quod ex ventoſo inanique concretum eſt. Talem *Camdenus* commemorat in Lacu Scotiæ Loumond agitari, ſimilesque in Germania inter Vilſecam & Weidam à ventis circumagi tradit *Britann. p. 666. Kircherus* in Lacu Alberico haut procul Roma ſedecim ejusmodi Inſulas Fluctuantes, quas *Barchettas* vocent, conſpici tradit. *Mund. Subt. L. V. S. IV. p. 239.* Eſt & in Gallo-Belgica Provincia juxta Audomarum Lacus ingens, Inſulam arboribus conſitam & paſcuis uberem portans, in qua oves & boves paſcuis intenti una cum Inſula, quocunque eos ventorum impetus impulerit, agitantur. Item ad Pagum *Undres*, quæ prima eorum ſtatio, qui celeribus equis Bajona Burdigalam proficiſcuntur, Lacus eſt *Ors*, in quo Inſula paſcuis apta vento ſæpius ab uno latere in oppoſitum fertur. *Furner. L. VI. c. XXXIIX.* Alia iterum in lacu Borusſiæ ad oppidum *Gerdawen*, quam congruo naturæ ſuæ nomine das Schwimmbruch/& das Schwimmbroeck vocant, ac Longitudinem CCCL. & Latitud. CCL. paſſuum habet. Incolæ, ſicubi appellit, armenta ſua in eam abigunt, quæ ſi contigerit eam à vento rurſum aliò propelli, tam diu hic morari oportet, donec aliò iterum appulerit. Habentur & in Ponto Euxino, quas *Cyaneas* olim dixere; *Busbequius* tamen ſibi non viſas conteſtatur. *Voles fortaſſe hoc loco, ut Tibi aliquid de* Natantibus Inſulis Cyaneis *ſive Symplegadibus referam: Ingenue fateor, me paucis iis horis, quibus fum ibi verſatus, nullas Inſulas Cyaneas (neſcio an alio quopiam tum defluxerint) cognoſcere potuiſſe.* Ep. Turc. *I. p. 52.* Plures magno numero recenſentur à *Gryphiandro de Inſ. c. VI. n. 42. & ſeqq.* Add. è veteribus *Senec. Nat. Q. L. III. c. XXV.* Cauſus de Dominio earum V. ap. *Grot. J. B. L. II. c. IIX. § IX.* De cauſa dubium non eſt, eam in viſcoſitate Aquæ, tum in conglomeratione ſarmentorum foliorumqve arundinis &ſſ. accedente arenæ, luti &c. mixtura quærendam eſſe, à qua nec *Kircherus c. l.* abludit, nec *Seneca* ante citatis verbis: Ac ſi quæ interierunt, id freqventi earum cum litoribus vel inter ſe factæ colliſioni, vel incremento gravitatis ipſarum tranſcribendum erit. De *Civitatibus ac Pagis Natatilibus V. c. IX. S. IV. §. V.*

XXV.

Dn. & Fictitias, aut mollius, dubias Inſulas recenſeri operæ precium fuerit. Talis eſt *Inſula S. Brandani*, alias Brondonis, Borodonis &c. vocata, Hiſpanis *la Incantada & la Non-trovada*. Portugallici Nautæ, ut Linſchotanus refert, opinantur eam jacere centum milliaribus à Canarijs Inſulis verſus Occidentem, & illam aliqvando conſpicuam, plerumq;

plerumqve tamen inconspicuam esse: Campos ejus virides, fertiles, incolas esse Christianos, sed ignorari, cujus nationis vel originis sint, & quo sermone utantur. Hispani aliquoties è Canarijs ad illam visendam instituerunt navigationes, sed nunquam reperire potuerunt. Ideo quidam arbitrati sunt spectrorum illusiones esse, alij existimarunt certis tantum anni diebus videri posse, plerumqve autem nubibus vel nebula tectam esse. V. *Linschot c. XLVI.* & ex eo *Varen. I. IIX. VII.* Brandanum qvod attinet, is Sanctus Scotorum fuit, occurritqve in vita ipsius prolixa Historia, de Insula quadam alias inaccessa, qvam ille solus adierit. Insulam talem vero excogitandi causam extitisse Insulam veterum ἀπρόσιτον s. Inaccessam aut Nivariam, quæ hodierna *Teneriffa est*, cum Vossio suspicamur. Sola enim Teneriffa è Canarijs nive abundat, quippe in summam supra Mare altitudinem elevata, ut nivium natalibus locis se inserat; Atqve hinc ducentis & sexaginta millibus Passuum conspicua fit navigantibus, sed auroræ tantum tempore & post Solis Occasum. Species enim rerum remotarum per condensatos matutinos ac vespertinos vapores tunc altius efferuntur, qvam interdiu, dum sol vapores dissipat. Verisimile igitur hoc illis contigisse, qui primi ad hanc Insulam tendere conati fuerunt; Vidisseque eam à tam vasto intervallo tanquam propinqvam, sed qvæ orto Sole evanuerit; Et ipsum hoc secunda ac tertia die evenisse: Nautas vero & vectores intervalli immensitate deceptos, oculorumqve judicio se nihil aut parum admodum proficere arbitratos, ventis licet secundis, aut cursum suum teneri, aut Insulam perpetuo fugere vel etiam evanescere existimasse:

Simili modo se habet Insula *Frislandia*, quam Tabulæ juxta Islandiam collocant, sed in recentibus Wittenij aliorumque omissa fuit, quod nullis navigationibus inveniri potuerit, suspicanturq; unam ex Insulis mediocribus Americæ Septentrionalis esse. *Ortelius* de ea ita scribit: Ipsam Veteribus prorsus ignotam, neque apud Neotericos Geographos aut Hydrographos ejus ullam fieri mentionem, præter unum *Nicolaum Zenum* Venetum, qui A. MCCC LXXX. variis in Oceano jactatus procellis, tandem naufragus ad hanc Insulam appulerit; Huncque tradere, Insulam hanc Regi Norwegiæ obedire, & majorem esse Hibernia, ejusque primarium oppidum ejusdem esse cum Insula nominis, incolasqve ut plurimum piscationibus studere. Addit deinde eam suo tempore denuo innotuisse, & ab Anglis Angliam Occidentalem appellatam fuisse: Quod ipsum indicio est, non aliam, quam

partem

partem Americæ intelligi posse, cum nulla Insularum, sed Americæ Tractus Septentrionalis ab Anglis nomen acceperit. V. *Theatr. Ortel. ad Tab.* 130. Literas Zeni Latine exhibet *Pontan. Chorogr. Dan. f.* 755. *& seqq.* Germanice *Megiserus* von der Neuen Nord-Welt *c. XIIX. XIX. & seqq.*

Ejusdem notæ sunt Insulæ Elysiæ seu Beatorum, quas veteres ultra Britanniam & Orcades collocarunt & pro receptaculis Beatorum coluere, de quibus V. Camden. *Descr. Ins. Britann. p.* 744. *& supra* §. *V.*

XXVI.

Affines Insulis sunt *Peninsulæ*, partes Terræ maxima sui parte mari circumfluæ, angusto autem tractu Continenti adhærentes. Græci *Chersonesos* vocant, & *Isthmum* Tractum angustum, quo Continenti adhærent, seu generalius portionem Terræ augustam, per quam ex lata terræ parte in aliam venitur. Potiores earum quinqve sunt, ipso nomine Chersonesi quoqve passim notæ: Chersonesus *Cimbrica*, Chersonesus *Thracica*, Chersonesus *Taurica*, Chersonesus *Aurea*, *& Peloponesus seu Morea:* Quibus *Yucatana* Americæ & *Corea* ad Chinam adjungi possunt; *Isthmi celebriores* sunt I. Inter Ægyptum & Asiam, quo Africa adhæret Asiæ. II. *Isthmus Corinthiacus*, inter Peloponesum & Græciam. III. *Isthmus Chersonesi* Tauricæ. IV. *Isthmus Panamensis* inter Americam Septentrionalem & Meridionalem.

XXVII.

Easdem externa specie imitantur *Pulvini & Scopuli. Pulvini*, Latine dicti quos Hispani *Baixos* dicunt, & *Abrolhos*, quasi *Aperi Oculos*, Belgæ Droogten/Sandbancken: Sunt illi in Tabulis spacia ista punctata, Mari passim inscripta: In ipso Oceano, arenosa spacia vel extra superficiē eminula, vel in Aqua latentia, ita tamen ut transitum navium impediant. Tales Pulvini Brasiliæ, *Abrolhos de Brasilia*, septuaginta milliaribus à litore Brasiliæ in Mari jacentes, *Pulvini S. Annæ* dicti: Quos ut vitent Nautæ Guineæ propius accedunt; Si enim in hæc brevia inciderent, haut sine magno Naufragii periculo Patriam cogerentur repetere. *Linschot. c. III.* Quanquam & illa ex parte non desint. *Baixos de Judea*, Syrtes Judaicæ, sitæ inter Insulam Madagascar & Continentem, prorsus horrendæ sunt ac periculosæ multisqve navibus exitiales. *Linschot. eod. c. III.* In Oceano Indico extant *Baixos de Patram*, *B. de Po. das Banhos*, *B. S. Miguel* &c. Naufragia ad eos sæpe facta breviter recensēt *Ricciol. L. X. c. XII.* Inter Scopulos indicamus illum, qui à parte meridionali Insulæ Sanctæ, *t' Heiligeland* / apparet & *Monachus* vulgo dicitur: Quo tractu & alius infra

undas latet, qui vadum ibi navigiis infestum reddit: Hicque classem Germanici Cæsaris naufragium passam suspicatur *Pontan. Chor. Dan. f. 737.* *Nidingum* quoque, cujus §. X. mentio facta, non tam Insula, quam Obex seu Scopulus, idemque naufragiis infamis est *ap. eund. f. 719.* In Mari Balthico inter Oelandiam & Smalandiam apparet Scopulus, virgo *Svedica*, die Schwedische Jungfer/ vocatus, de quo *Olear. L. II. c. II.* Alii sunt, qui aditum ad Sinum Meller & sitam in eo Stockholmiam obsident, Scopuli undique è Mari extantes & vulgo die Scheren dicti. V. *Braun. Th. Urb. p. V. f. 38.* Talesqve etiam *Echinades* in Mari Mediterraneo perhibentur, Insulæ obscuri antehac nominis, sed ob victoriam à Christianis partem postea nobilitatæ; Quas ex arena & limo Acheloi amnis aggestis & ab Echino, cujus speciem asperitate & sterilitate referunt enatas veteres scripsere. *Thuan. Histor. Libr. L.* ubi pluribus de victoria Christianorum A. MDLXXI. à classe Turcica isthic asportata. Ab Itinerariis *Corsolari* vocantur & Scopuli esse scribuntur. V. *Itiner. J. Jac. Breunings L. I. c. VII.* Alius inter Insulas Cerigo & Cerigotto meminit *Neitschütz*, & *Ovo duro* vocari scribit *p. III. L. II. c. X.* Alius iterum ad Insulam *Tino*, *Manler* dicti, *Pr. Radzivil. Ep. III. f. 258.*

CAPUT VI.

CAPUT VI.

HISTORIA PARTIUM CONTINENTIS.

SECTIO I.

DE REGIONIBUS EUROPÆ.

I. Hiſpania.
II. Gallia.
III. Italia.
IV. Helvetia.
V. Germania.
VI. Belgium.
VII. Dania & Norvegia.
IIX. Svedia.
IX. Ruſsia.
X. Polonia & Lithuania.
XI. Boruſsia.
XI. Hungaria.
XII. Transſilvania.
XIII. Dalmatia, Croatia, Slavonia.
XIV. Partes Europæ Imperio Turcico ſubjectæ.

§. I.

HISPANIA.

I. Partes Terræ Hiſpaniæ nomine comprehenſæ; Figura Hiſpaniæ; Ejusdem limites: Quibus partibus Pyrenæi Montes Hiſpaniam à Gallia dividant.
II. Soli Hiſpanici laudes apud veteres: Cauſæ hodiernæ ſterilitatis ejus. Gravior æſtus ipſi incumbens: Aëris acrimonia: Cur Hiſpani nodos veſtium inferius primo aſtringant?
III. Portugalliæ nomen ac diſcrimen à veteri Luſitania; Ejusdem Provinciæ ac Urbes.
IV. Caſtiliæ Provinciæ ac Urbes.
V. Aragoniæ Provinciæ ac Urbes.
VI. Navarræ nomen, diviſio, Urbes.

I.

SEquitur ut Continentis Partes accedamus, & illas quidem non Politice & quatenus Imperium aliqvod accipiunt, hoc enim Historiæ Civilis peculiare munus est, sed in naturali suo situ perlustrandas. Initium sumendum erit ab HISPANIA, tanquam Capite Europæ & extrema ejus versus Occidentem parte; Venitqve hoc nomine tota Regio, quam Veteres Hispaniæ Tarraconensis, Bæticæ ac Lusitaniæ nomine complexi sunt. *V. Plin. IV. XXI. Pomp. Mel. L. II. Strab. L. III. Justin. L. XLIV.* h. non tantum hodierna Hispania, sed comprehensis etiam Portugallia & Algarbia. A Strabone, Pomp. Mela, & Ptolemæo referre dicitur figuram corij bubuli humi protensi, cujus partes ad collum pertinentes in adhærentem Galliam porrigantur. Limites sunt à Septentrione *Oceanus Cantabricus*, ab Occidente *Atlanticus*; A Meridie extra Fretum Gibraltar *Mare Gaditanum*, post Fretum *Mare Ibericum & Balearicum*; Ab Oriente *Montes Pyrenæi*, quibus à Gallia separatur, sed dubium, qua eorum parte: Unde A. MDCLX. inter Gallos Hispanosqve convenit, ut in Galliæ atqve Hispaniæ Terminis rite distinguendis Commissarij utrinqve deputarentur, qui bona fide declararent, quæ essent illæ Pyrenæorum Montium partes, quæ Limitum loco signari possent. V. *Artic. Pyren. n. XLIV.* Cujus rei exitus hic fuit, ut *Confluentum, Promontorium Quierſum, Comitatus Karolotenſis* cum triginta quinque vicis in Cerdania Regi Galliæ, *Roſa, Belvera, Urgella* cum aliis non nullis Hispaniæ Regi adjudicarentur. *Thulden. ad A. MDCLX p. 435.*

II. Solum Hispanicum veteres non una laude extulerunt. V. *Justin. L. XLIV. c. 3. Pomp. Mel. L. II. c. VI. Solinum & alios.* Quibus & fidem facit hodiernus generosi vini, Salis, olei, metallorum proventus. In Lusitania veteri Equas vento concipere è multis autoribus prodit Justinus, sed addit ex eqvarum fœcunditate & gregum multitudine id natum, Equosqve in Gallicia & Lusitania tantos ac tam pernices videri, ut non immerito ipso vento concepti videantur. Sed frumenti non æque ferax est, ob Soli siccitatem, quem defectum variis casibus expertus fuit Fridericus II. Elector Palatinus, quando Carolum V. Cæsarem in Hispania visitatum ivit, qua de re videndus *Hub. Thom. Leod. L. VI. de Vita Frider.* & ex eo *Lanſ. Orat. contr. Hiſpan.* Unde sterilitatis nunc passim accusatur: Quæ tamen I. Mediterranearum Provinciarum, non

universæ est, nam Andalusia adhuc Granarij Hispaniæ nomine celebratur. II. Nec omni compensatione caret, quam *Mela l.* ante cit. jam agnovit, *& sicubi ob penuriam aquarum effœta & sui assimilis fit, linum tamen aut spartum alere* scripsit. III. Neqve etiam causa sterilitatis hujus in natura soli adeo, quam negligentia Incolarum videtur sita esse. Wann sie ein wenig mehr Geschickligkeit hätten / und an statt / sich von dem Rauch bey ihren Heerden zu weyden / die Erde ein wenig besser baueten / und sich nicht schämeten Handwercke zu lernen und zu treiben / würde es ihnen eine freygebige Mutter seyn alles dessen / so zu deß Lebens Unterhalt / so wol in Kleidern / als in der Nahrung / nöhtig ist: Wie sie dann daheim Korns / Weins / Oels und allerley Früchten gnug haben / und der Früchte ihrer Nachbarn nicht bedürffen / wann die Jahre gut fallen: Und wann sie den Ackerbau verstünden / oder sich darauf legen wolten / könten sie in einer so grossen Uberflüßigkeit leben / daß nicht allein die allerfruchtbareste Landschafften / einiger andern Unfruchtbarkeit / die es weniger hat / ersetzen / sondern von ihren Gütern in die Frembde / ohne Entblössung und Mangel zu Hauß / schicken würden. Die allervortrefflichste Materien von allen Zeugen / die Wollen von Segovia / die Seiden von Granada / der Corduwan von der Stadt Rodrigo / der Flachs und der Hanff von Andalusia / Kupffer und Eisen auß Biscaja / und viel andere Ab- und Außwürffe von ihrem Viehe / von seinen Boden und seinen Bergwercken / solten billich die Stäte mit Handwercks-Leuten und den allerbesten Arbeitern von gantz Europa erfüllen. Accedit Incolarum paucitas, qua oportet soli sterilitatem procurari, cum nemo sit, qui vires ejus excitet. Conf. *P. II. c I. §. IV.* Naturalem certe non esse sterilitatem non tantum Scriptores Romani, sed ipsa Romanorum per tot annos in Hispania gesta Bella testatum faciunt: Quia enim prima fuit, quam Romani aggressi sunt, & ultima fere, quam occupaverunt, & numerosos incolas, & magnam soli fertilitatem fuisse oportuit, unde tam diuturna vis resistendi manavit. Natus interim ex hac voluntaria sterilitate ille Hospitalitatis per totam Hispaniam neglectus, ut nec Hospiti victus copiam in promptu habere, nec Madriti vel alibi consalinos alere facile liceat, ne quid ciborum Indigenis per peregrinos præripiatur. *Dum in hospitium divertis, quod unum quælibet Civitas saltem habere cogitur, invenis arietis cornu parieti annexum, ad quod jumentum tuum religas. Deinde tibi dicitur, si quidquam aliud petas, vade ad forum. Quod si roges, ut vel famula vel famulus Tibi commodetur, ut pro te eat, te remuneraturum, mox audies, vade tuipse, opus habeo famulitio meo. Neque est,*

quod avenam paleas aut fœnum petas: His caret Hiſpania, hordeum emere poteris & equo tuo dare, terram pro ſtrato boni conſule: Tibi vero pro lecto vel culcitra mattam à vicino precio impetrabis: Tibi coquus, tibi Famulus eſto, in hoſpitio vix acetum vel oleum impetrabis. Leod. *cit. Vit. Frider. L. VI.* Conf. *Aut. des Voy. d'Eſp. c. III. & XIX.* Regionem æſtu gravari notisſimum, indeqve æſtivo tempore ibi paſſim receptum, ut more Orientalium de nocte magis quam interdiu negocientur, & ex adverſo à nona matutina ad tertiam veſpertinam quieti indulgeant, ſilentiumqve tunc non minus in urbibus Hiſpanicis, quam apud nos media nocte obſervetur. Eodem reſpexit Italus ille, qui cum Doctores ſuos de loco Purgatorii diſceptare audiret, id ignorantia Geographiæ fieri dixit, ipſosque ex Tabulis facile perſpecturos, locum hunc in Europa Hiſpaniam, in Africa Lybiam fore jocatus fuit. Ineſt & Aeri præcipue nocturno ac matutino penetrans quædam & ſtomacho adverſa acrimonia; Unde fieri putant, quod Hiſpani veſtium nodos non ſuperius primo, ut aliæ Gentes ſolent, ſed inferius aſtringant, quo ſtomacho conſulatur. V. *Voy. d'Eſp. c. XII.* Eandem ob cauſam & periculoſum perhibent ibi apertis feneſtris noctu ſomnum capere: Nam quia Sol ardens magnam ex Terræ viſceribus vaporum malignis qualitatibus imbutorum copiam extrahit, hi nocturno tempore frigidiuſculo condenſati & ad naturalem ſtatum in umbroſo aëre reducti, dum poros dormientium intrant, propria ſubſtantiæ contagione ſangvinem corrumpunt. V. *Kircher. Art. M. Luc. L. I. P. II. c. V. Reg. V.* Qui hanc ipſam rationem reddit, cur nocturnus aër etiam in campis Romanis dormientibus periculoſus ſit.

III. HISPANIÆ diviſio in *Tarraconenſem*, *Hiſpaniam Baticam*, *& Luſitaniam* ſupra indicata. Alias tales ex antiquitate eruit *P. Merula Coſmogr. P. II. L. II. c. XI.* Hodiernam diviſionem tria Regna efficiunt, *Portugalliæ*, *Caſtiliæ & Aragoniæ*, quam & Philippus II. ſubjecta jam Portugallia tribus Galeis ſcuto ſuo impoſitis exprimere amavit, utpote veterum Portugalliæ, Caſtiliæ, & Aragoniæ Regum proprias, cum antea duabus tantum uſus fuiſſet. *Chiflet. de Eq. Aur. Vell. c. IIX. p. 23.* *Portugalliam* quod attinet, illa nomen fert à *Portu*, celebri Urbe ad Oſtium Durij Fluminis ſito, quæ *Portogalo q. Portus Cale*, h. Portus Pulcher ſeu Portus Galiciæ dicta, nunc *Port à Port*, V. c. III. S. III. *§. III. in fin.* Cui nominis ratione æquiparaveris Urbem & Portum Americæ ad Mare Pacificum, *Aquapulco* dictum, & è Sacris *Boni-Portum Act. XXVII. 8.*

Veni-

Venimus in locum quendam, qui vocatur Boni-Portus. εἰς τόπον τινὰ καλούμενον Καλὸς Λιμένας. Et ut Germanus Interpres habet: Eine Stâte die heiſt Gutfurt. Confundi ſolet cum veteri *Luſitania*, ſed illa ad ortum latior fuit, Portugallia vero ad Septentrionem magis patet. Luſitania enim terminabatur ad Boream Fl. Durio, & alio minori, qui hodie Thormis, in ripa dextra geſtans Salamanticam, ductaqve ad faciendum Limitem Orientalem ab hujus fonte per Solerium montem Saltumqve Manlianum ad Anam, ubi Caſtra quondam Vitelliana, lineâ, Anæqve porro progreſſu per Emeritam Auguſtam ad Mare. Portugallia vero verſus Boream excurrit ſupra Confluentes Minium Aviamq; ad oppidum usque Ribadaniam, in Aviæ ripa poſitam, qua parte Galliciam ſpectat, ductaque hinc in ortum Linea ad Mirandam uſque ad Durium collatam, inde vero Meridiem verſus recto fere progreſſu facto ad oſtia Anæ Fluvij, quo latere Caſtiliæ, Extremaduræ & Andaluziæ eſt confinis. *Oſor. Præf. de Reb. Geſt. R. Eman.* Confer. *Merul. c. l. c. XXVI.* Provincias Portugalliæ *Antonius de Souſa* & alii enumerant: *Trans-Taganam, Cis-Taganam, Beiram, Interamnenſem & Transmontanam.* Sexta ſed non tam Provincia, quam Regnum eſt *Algarbia.* Urbes habet XIIX. Oppida DCCC., pagos XVM. Primaria Urbs eſt Olyſſipo ſ. *Lisbona*, Sede Regia & commerciis celebris. Oppida *Caſcalis & Bethlehem* ejus velut Antemuralia ſunt; Et Caſcali Naves adventantes vel diſcedentes ſtationem habent, Bethlehem v. earundem aditum ad Urbem tutatur, aut ſi pacificæ non ſint, prohibet. *Caſtellum S. Johannis* Urbi præſidium, & adverſus motus frenum præſtat: Unde inter errores Comitis de Olivarez numeratum fuit, quod imminentibus A. MDCXL motibus Portugallicis locum hunc milite Caſtellano nudaſſet. V. *Ferd. Pallavicin. in Caſus hujus Comitis Hiſtoria.* In Monaſterio S. Claræ extra Urbem ſito, cum Regina ſe huc recepiſſet, Regis Alphonſi exautoratio cœpta. V. *Diar. Europ. Contin. XVII. ad A. MDCLXIIX.* In *Interamni* Provincia ſita *Bracara*, primaria Urbs Archiepiſcopalis, quæq; decimo ſtatim poſt Aſcenſionem Domini Anno à D. Petro S. Jacobi Majoris Diſcipulo fidem Chriſtianam ſuſcepiſſe dicitur, unde & totius Hiſpaniæ primatum ſibi olim vendicavit, eaqve de re cum Urbe Toletana veterem litem aluit, cujus meminit Honorius III. in cap. coram, De in integrum reſtitut. Quæ tamen lis ab ejusdem Pontif. M. tempore ad noſtram usqve ætatem ſiluit. *Caſp. Alvarus in Deſcr. Bracar. ap. G. Braun. Th. Urb. T. V. fol. 13.* In *Trans-Tagana* eſt *Ebora*, & in Beira *Coim-*

Coimbra seu *Conimbra* Urbes itidem Arch-Episcopatibus & Academiis celebres. In *Trans-Montana* sita Bragança, unde familia *Ducum Bragantinorum*, quæ hodie Regia est. *Algarbia* inter Titulos Regum Portugalliæ est, eademqve Thermarum multitudine celebratur: In Oppido *Sagres* Henricus Rex Portugalliæ considere gavisus fuit, *ut inde classes mitteret, quæ viam in oras ad Solem Orientem sitas aperirent.* Osor. *de R. G. Eman. R. L. I.* Cætera de *Portubus Portugalliæ* V. *c. III. S III. §. III.* De Fluviis *eod. c. III. S IV. §. X.* De Promontoriis *C. VII. §. IIX.* De Locis Jurisdictionem Portugallicam agnoscentibus *P. II. c. II. §. I.*

IV. *Regni Castiliæ* sequentes sunt Provinciæ.

I. *Estremadura* ab Oriente Portugalliæ sita, in qua Urbes extantiores *Badajos* & *Merida.*

II. *Andaluzia* juxta Fretum Gibraltar & Mare Ibericum, à Vandalis nomen adepta est, q. d. Vandalusia: Secatur Fluvio Bæti s. Guadalquivir, & ob largum Frumenti proventum Granarium Hispaniæ vocari amat. Urbes ejus nobiliores sunt Hispalis, seu *Sevilla*, Provinciæ Metropolis omniumqve Hispaniæ Urbium nitidissima, & mercium utriusqve Indiæ stapula. De Portu ejus *S. Lucar*, item *Cadix & Gibraltar* dictum *c. III. S. III. §. III. Corduba* Dignitate ab hac proxima est, *Algezira* haut procul Gibraltar sita partem Titulorum Regiorum constituit: De aliis Urbibus & Castellis hujus Provinciæ V. *G. Braun. Th. Urb. T. I. & V.*

III. *Granada* proxima ab Andaluzia ad Mare Ibericum: In qua Homonyma ipsi metropolis, una è maximis Hispaniæ Civitatibus, quæqve ultimo omnium Maurorum regimen sustinuit subjugata demum A. MCCCC. XCII. à Ferdinando Catholico, postquam VII. Annorum obsidionem sustinuerat: In cujus rei memoriam hodienum Festum S. Johannis Baptistæ solennissime celebrant, solentqve Cives Granatenses Maurorum more armati scuto & lancea summo mane concurrentes inter se pugnæ speciem præbere. Urbs Serici mercatura excellit, quam in singulari eaqve maxima & parvæ civitati æmula domo Alcaceria dicta exercent; Nec aliqua hic facile domus est, quin fontem salientem & citrum minimùm unam habeat. *Albambra* pars ejus una, Regiam Arcem & vetus Maurorum Palatium complexa, cujus porta cum captus Maurorum Rex *El Re Chico* exiret, expugnati Regni Granatensis hanc sempiternam memoriam remanere postulavit, ut nemini post se hæc Porta unquam

unquam pateret: Quod à Ferdinando Rege facile impetravit: Eoqve hæc Porta ab illo tempore semper clausa mansit, & ne unquam aperiretur, firmum propugnaculum oppositum fuit. V. *Leod. de V. Frid. L. VII. init.* Philippus II. ibidem Arcem Novam excitavit forma quadrata ex cœruleo lapide singulari Architecturæ artificio ad normam secto. *Merul. c. XXIII.* De *Alhama*, *Antequera*, *Loxa* V. *Braun. T. II. Theatr.* De *Archidona* eund. T. V. *Malaga*, portu, propugnaculo & Armamentario Africano, & *Velis Malaga* prope hinc distans Commercio Uvarum passarum celebris est.

IV. *Murcia* juxta Sinum Virgitanum sita, Urbes habet *Murciam & Carthagenam*. *Murcia* Sedes fuit meritissimi de Re Astronomica Alphonsi Regis, cujus Tabulæ *Alphonsinæ* ab eo dictæ adhuc extant. Carthagena, *Nova Carthago*, est ab Asdrubale Pœnorum Duce, quo tempore contra Romanos Bellum gessit condita. Novam tamen dictam scribit *Johannes Gerundensis Paralip. Hisp. L. I. in fin.* non ob Africanam illam, sed veterem aliam in ipsa Hispania, quæ hodierna Cantavilla esse creditur. V. *Merul. P. II. c. XXII.*

V. *Castilia Nova* Regia Hispanorum Sede, *Mantua Carpetanorum* seu *Madrito* notabilis est, item *Compluto*, quæ nunc *Alcala de Henares*, *Toleto & Jaene*. Madritum Urbs totius Hispaniæ populosissima, dignissimaq; Regum Sedes, ob aëris puritatem, quæ tanta est, ut cum alias Flumine aliisve sordium avehendarum adminiculis careat, nullas ille sordes patiatur, sed oblatas è vestigio exedat & calcis instar absumat: æquiparanda eo nomine Ispahanæ, Persarum Regiæ, quam aëris beneficium salvam præstat, cum ob sordium copiam alias continua infectione laboratura esset. Reginæ partui vicinæ ideo olim huc concessierunt, ut Principes recens nati statim purum haurirent aërem; Carolus V. Imp. quoq; paucos dies hic commoratus morbo Quartanæ, quo diu laboraverat est liberatus. Domi civium plerumq; humiles sunt; Primam enim earum contignationem Rex sibi vindicat, quam proinde si redimere nequeunt, non exædificant. At à Palatiis Procerum majorem splendorem accipit, quæ postquam vicariatu in Belgio, Italia aut India functi sunt, excitare amant. Arx Regia in editiori quadam ejus parte jacet; Et alio loco Domus Regia, *Buen Retiro*, ipsi adsita, ad quam per ambulacrum *Prado* dictum itur. Plateas amplas habet, sed male stratas cum non exiguo ambulantium incommodo. Muris caret, at silicum copiam in depressioribus aliquot locis circumjacentibus cernere est, unde

Cinctum igne cecinit Hiſpanus Poëta Johannes Menaꝛ. V. *Merul c. XX. Voy. d'Eſp. c. V. & XX.*

Complutum Academia commendat, quæ *ſic efflorueſcit omni genere ſtudiorum, ut jure optimo* παν όπλων *appelletur*, ſcripſit de ſuo tempore *Eraſmus* Epiſt. *ad Franc. Vergaran. Græc. Liter. ibi Profeſſ.* Ibidem prima Biblia Polyglotta A MDXV. excuſa, à loco *Complutenſia* dicta, & auſpiciis ſumptibuſque Card. ac Archiepiſcopi Toletani *Franc. Ximenij* emiſſa, quos ſumptus non minus ac impenſas Bellicas alias ad immenſarum opum invidiam levandam feciſſe videturꝛ. V. *Thuan. L. I.* Inclaruit etiam Curſus Philoſophicus ejusdem Academiæ nomine *Collegij Complutenſis* paſſim appellatus, quale & è Portugallia eſt *Collegium Conimbricenſe*, & ambobus ſubtilitate par, at perſpicuitate & antiquitate major *Colleg. Francofurtanum* à majoribus noſtris ſcriptum & A MDVII. jam editum, ſed iisdem infelicius, quippe per injurias temporũ ab hominum memoria remotum, cui tamen propediem redditum iri ſperamus.

Toletum centrum eſt & quaſi Umbilicus Hiſpaniæ: Gothorum tempore cognomen Urbis Regiæ adeptum fuit, quemadmodum & hodienum ſimul Jaene inter Titulos Regum Hiſpaniæ collocatur; At nunc primam Sedem Archiepiſcopalem Hiſpaniæ ſuſtinet, de quo V. *P. II. c. I. §. XVI.* In Schola ibi Magiam olim docere ſolitos notat *Leod. Vir. Frid. L. VII.* Cum Urbe Burgos de Prærogativa contendit, quam litem Alphonſus XI. ſubtiliter declinavit, *qui cum Compluti indictum Concilium haberet, in omnium conventu, antequam litis ulla mentio fieret, inquit:* Toletanos ſcio imperata libentiſſime facturos, loquantur Burgenſes. *Hac Regis Oratione conquievere, cum utrique ſe prælatos exiſtimarent, Toletani quidem, quod Rex ante omnes eorum nomine locutus eſſet; Burgenſes vero, quod primi omnium per ſe ſententiam dixiſſent: Hanc deinde conſuetudinem Reges omnes Caſtellæ ſecuti ſunt, quoties Concilium eſt ab illis indictum.* Oſor. *de R. G. Eman. Reg. L. I.*

VI. *Caſtilia Vetus* Urbes habet, *Burgos, Valliſoletum ſ. Valladolid, Salamancam. Burgos* prima Urbium Caſtiliæ veteris, eadem & frigidiſſima Hiſpaniæ eſt: Nuperrime novum nomen meruit, ab hodierni Regis conjugio hic conſummato. Incolæ elegantiſſime L. Hiſpanicam loquuntur; Rex ſingulari reſervato Canonicus Burgenſis audit. Emortualis fuit Philippi Auſtriaci Caroli V. Parentis. *Valdoledum*, Veterum Pincia, itidem Sedes Regia olim fuit; Præterito ſeculo nativitate Philippi II. inclaruit. *Salmantica* univerſitate celebris

bris est, in qua Didacus & Antonius Covarruviæ & Dominicus Soto vixere.

VII. *Legio*, Provincia mediis seculis celebritatem meruit, quia sola fragmenta disjectæ à Mauris Hispanorum potentiæ in Pelagio Rege suo servavit.

IIX. In *Gallicia* ad Oceanum Atlanticum *Compostella* est, Peregrinationibus religiosis ad S. Jacobum celebris, de quo V. *c. IIX. S. II. & P. II. C. I. §. IIX.*

IX. *Asturia* ad Oceanum Cantabricum Primogenito Hispaniarum Regis nomen dare solet, *Principis Asturiarum* seu *de las Asturias*: Gemina enim est à civitatibus Oviedo & Santillana denominata, una *d'Oviedo*, altera *de Santillana*.

X. *Biscaya & Guipuscoa* itidem ad Oceanum Cantabricum sitæ ob tenacem veteris Cantabrorum Lingvæ conservationem memoratu dignæ sunt. Ad easdem pertinet *Molina*: Unde *Dominus Molinæ* in Titulo Regis Hispaniæ. De Urbibus *S. Sebastiani* & Belli-Vadi seu *Bilbao* V. *supr. c. III. S. III. §. III.*

V. *Aragonia* veterem Tarraconensem Hispaniam nomine suo conservare videtur. Partes ejus. I. *Aragonia* in specie sic dicta, cujus Metropolis *Saragosa f. Cæsarauguſta*, Urbs à Juba Rege, ut creditur, condita, & Inaugurationibus Regum Aragoniæ olim destinata, nunc Sedes Vice-Regis Hispanici, & Tribunalis Regni *el Justicia* dicti, in quo Aragonij veterem libertatem suam adhuc servant. Exemplum recens Judicum invito Rege Philippo IV. hic depositorum V. *op. Voy. d' Esp. c. XXXIII.* Vetus est sed æque clarum, cum Cæsar-augustani Emanueli Regi Portugalliæ & Isabellæ conjugi ejus, Regum Catholicorum filiæ, urgente licet Ferdinando Rege, fidem dare recusarent, *negantes id sibi licere, antequam Cives Valentini & Barcinonenses, qui suarum Civitatum jura tuerentur, eo convenirent. Institit nihilosecius Ferdinandus, non esse, cur illos expectarent, quos sciebant idem officium suo tempore atq; loco præstituros, neq; esse illis in re minime dubia cunctandum. Respondederunt, non esse rem adeo facilem, ut non magnam consultationem requireret: Se de fide danda minime dubitare, sed de modo & conditione, qua erant fidem daturi; Ad eam autem deliberationem commodius habendam opus esse Sociorum adventu, ut communis causa communi etiam consilio sustineri posset. Quod si vellet, ut ipse statim fidem suam astringerent, se id libenter facturos, ea tamen conditione, ut prius Emanuel & Isabella jurarent, fore cum-*

cum primum venirent in Regni possessionem, ut jura & immunitates, qua Ferdinandus ipse Aragoniæ populis abstulerat, sine ulla cunctatione restituerent. Respondet Ferdinandus, se nulla conditione passurum, ut ea qua propter summam iniquitatem sublata fuerant populis, qui illis abutebantur ad innumerabiles injurias, redderentur. In his altercationibus fuere tres menses cum non mediocri Regum offensione consumpti. Interim vero Cæsar-Augustani de libertate soliciti clanculum arma in certas domos comportare, undique præsidia comparare, colloquia inter se de communibus rebus habere, nihilque omnino prætermittere, quo jus suum modis omnibus retinerent. Osor. *de R. G. Eman. L. I.* Plura de Cæsar-Augustanorum privilegiis V. *ap. Leod. L. X.*

II. *Catalonia* q. Gothalania à veteribus Gothis, Pyrenæis montibus, Mari Mediterraneo, Fluminibusque Ibero & Cinga, qui inter hanc est & Aragoniam, cingitur. A. MDCXL. oppositi se Regi Hispaniæ, & Ducem Andegavensem tunc trimestrem Infantulum sibi Principem constituit, quo factum ut partes ejus aliquæ in manu Regis Galliæ remanserint. Urbs primaria *Barcelona s. Barcino*, Autor modo dictorum motuum, sed A. MDCLII. ad obsequium Regis Hispaniæ reducta. In eadem Tortosa; Item Comitatus Ruscinonensis, *de Rouſſillon*, in Pyrenæis montibus cum Fortalitio Perpiniano, *Perpignan*, Clave Regis Galliæ ad Hispaniam, penes qvem etiam simul toto Comitatu per Articulos Pyrenæos mansit.

III. *Valentia* ab ortu habet Mare Balearicum, à Borea Aragoniam, ab occasu utramque Castiliam, ab Austro Murciam. Metropolis ejus *Valentia*, nobile & à pulchritudine præcipue commendatum emporium, juxta Hispanorum Proverbium, quo *Barcino* fertur *dives, Cæsar-Augusta satura, Valentia formosa.* Merul. *c. XXII.*

VI. Regnum *Navarræ* novo nomine ita dictum à *Navas*, quomodo Hispani Areas Camporum planas arboribusque purgatas, quibus tamen in circuitu silvæ ac dumeta sunt, vocitant: Unde Navarra Regio quæ complures habet Navas. Regionis caput est *Pampelona s. Pompejopolis*, Gubernatore Regio, munimentis item & præsidio adversus Gallicas invasiones instructa. *Tafalla* Sedes Regia olim fuit, V. *Leod. L. VI. Cerveram* cum Fridericus II. ingressus esset, incolæ famem publicam metuerunt, ideo Magistratus accessit ipsum & rogavit ut discederet, ne cariorem panis, vini & reliquarum rerum annonam redderet. *Leod. ib.* Distingvitur aliàs in *Navarram Superiorem & Inferiorem*; *Superior*

perior Hiſpanica eſt, *Inferior* Gallica: Quam Diſtinctionem inter alia cognoſcere eſt ex Mornæi Memoires ſ. *Lettres d'Eſtat, p. 135.* ubi dum Henrici IV. tunc temporis Navarræ Regis ditiones recenſet, nomine Navarræ Inferioris, *de la Navarre Baſſe*, complectitur *le Pais des Basques*, *de Donnezan*, *& Bearniam*, in quibus reliquias erepti ab Hiſpanis Regni & Regium Navarræ Titulum Henricum tunc conſervare oportuit. Hiſtoriam Navarræ Gallice ſcripſerunt *Andr. Favyn. Paris. MDCXII. & Petr. Olhageray Paris. MDCIX. 4to.* Subditi creduntur adhuc reliquum habere amoris aliquid erga priſcos Dominos ſuos, hodiernos Reges Galliæ, unde ab Hiſpanis liberius habentur. V. *Voy. d'Eſp. c. XXXVI.* Plura *de Portubus Hiſpaniæ* V. c. III. S. III. *§. III. De Fluviis* c. III. S. IV. *§. X. De Montibus* c. VII. §. *IV. De Lingva Hiſpanica* c. IX. S. III. §. *II. De Moribus Hiſpanorum* c. IX. S. IV. §. *III. De Arcibus Regiis* c. IIX. S. II.

§. II.

I. *Galliæ Limites: Limitum Naturalium conſideratio.*
II. *In Gallia quicquid acquiritur, non Regi ſed Coronæ acquiri: Incompatibilitas Regnorum Hiſpaniæ & Galliæ.*
III. *Provinciarum & Urbium Galliæ recenſio.*
IV. *De Burgundia, Lotharingia, Alſatia.*
V. *Provinciarum Galliæ in Parlamenta diſtributio.*

I.

GALLIAM ab Hiſpania ſeparant Montes Pyrenæi; Qua ipſorum parte dictum §. 1. Ab Italia diſtinguunt Alpes, ab Anglia Mare Britannicum. A Germania olim Rheno ſecernebatur: Noſtro tempore Limeâ Argentorato Caletum uſque ductâ, quod faciunt *Ortelius*, *Merula* & alii, ſed ultra quam nunc Limites ejus prolati ſunt, ex quo Alſatia, Lotharingia & tot partes Belgij Hiſpanici acceſſerunt, quas *Vid. P. II. c. III. §. II.* *Ammianus Marcellinus* iſtos limites *munimenta à natura facta* vocat *Rer. Geſtarum L. XV. Hanc Galliarum plagam ob ſuggeſtus Montium arduos & horrore nivali ſemper obductos, Orbis reſidui incolis antehac pene ignotam, niſi qua litoribus eſt vicina*, munimina claudunt undiqve natura velut arte circumdata. *Et à latere quidem Auſtrali Tyrrheno alluitur & Gallico Mari: Qua cœleſte ſuſcipit plauſtrum à feris gentibus Fluentis diſtinguitur Rheni: Ubi Occidentali ſubjecta eſt ſideri Oceano & altitudine Pyrenæi: Unde ad Solis Ortus attollitur, aggeribus cedit Alpium Cottiarum.* Quod ab aliis quoqve factum, inprimis

Scriptoribus noſtri ac præteriti ſeculi, qui & Gallis ideo nec ultra Alpes in Italia, nec ultra Pyrenæos in Hiſpania bene fuiſſe obſervant, quia limites à natura poſitos tranſierint. Sed iſta *Limitum Naturalium* ſuſpecta in Vita Humana aſſertio eſt. Diſtinctio Dominiorum, adeoqve Limitum poſitio, non naturæ, ſed Juris Gentium ac Vitæ Socialis opus eſt, quæ ſi abfuiſſet, nec Limites extituri fuiſſent: Natura velut æqua, Libertate nos omnes producit, ita limitum ignara omnibus in univerſa eadem jura aperit: Limites ut intercederent ex inſtitutione hominum provenit, quorum intereſt, ne promiſcuus ille rerum omnium uſus genus ſuum in bellum univerſale omnium in omnes animet. Poſſent quidem *Limites Naturales* dici evidentia quædam partis Terræ unius ab altera diſcrimina; At nullo eorum in Vita Sociali uſus eſt, neq; poſſunt ſine magna confuſione Rerumpublicarum admitti, ſed ſoli Civiles locum inveniunt, h. extrema illa, quæ Jurisdictionem uniuscujusqve Reipubl. terminant. Breviter: Limites Naturales Regionum Limites eſſe poſſunt; At Civiles Rerumpublicarum ſunt, & à ſolis hiſce uſus in vitam humanam redundat: Naturalium nullus vel minor uſus eſt, ſed major noxa, talibusque Reſpublicæ ſubinde minores, ſæpe majores ſunt.

II. Namque & hoc circa Limites Galliæ prætereundum non eſt, illos cum incrementis Jurisdictionis æqve proferri, cum in Hiſpania aliisque Regnis, etiamſi Jurisdictioni Regis novi tractus accedant, priores Termini tamen ijdem maneant, & tractus illi peculiares Status efformentur, prout in utraque Sicilia, Ducatu Mediolanenſi, Belgio &c. elucet, quæ Regis Hiſpaniæ Imperium quidem ſuſcipiunt, ſed non tq. Hiſpaniæ Regis, verum peculiaris Status ſui Principis. Sed à Gallis quicquid acquiritur, id ipſi Coronæ Gallicæ accedit, & quantumcunqve ſit, Jurisdictionem Regis tq. Regis Galliæ agnoſcere cogitur: Quod ipſum in cauſa eſſe obſervant Politici, cur Regnum Galliæ & Hiſpaniæ veluti incompatibilia ſint, quia Hiſpania alij Coronæ inſeri nequeat, Gallia v. quod acquirit, ſibi annectat: Unde & Reginam Galliæ hodiernam ſolenni Renunciatione omni jure ſuo in Regnum Hiſpaniæ cedere oportuit, cum Regi Ludovico XIV. ex Hiſpania adduceretur. *L'une des plus anciennes Conſtitutions de la Monarchie d'Eſpagne, ſur laquelle ils mettent tout le fondement de leur domination, eſt, que le Royaume ſoit inalienable, qu'ils vivent toujours ſous leurs propres Roys, & que leur Couronne ne puiſſe eſtre annéxee ny incorporée à aucune autre.*

Celle de France au contraire ſe veut arroger ce Droit [comme il conſte par

ſte par leurs Eſcrivains & leurs Jurisconſultes] que tout ce qui eſt poſſedé & acquis par les Roys de France, par quelque tiltre que ce ſoit, eſt eſcheu à la Couronne, qu'il eſt ſon propre Domaine, & n'en peut jamais eſtre demembré : & doit eſtre aſſujetty aux meſmes Lois & forme de Gouvernement que leur propre Royaume, tant pour la ſucceſſion ſouveraine, que pour tout ce qui concerne l'Eſtat public. De ſorte que ſi la Monarchie d'Eſpagne tomboit par Mariage ou autrement ſous le pouvoir d'un Roy de France, elle deviendroit un membre & un acceſſoire inſeparable de la France, elle ſeroit reduite au meſme eſtat que la Bretagne, & autres Provinces ; & à deffaut de legitimes ſucceſſeurs de ſa ligne, elle paſſeroit aux Collaterales, & à tous ceux, qui parviendroient au Troſne des Fleurs de Lis.

Tous les François ſont tellement d'accord de cette pretention, qu'il ſeroit ſuperflus de la leur prouver, quoy qu'il ne ſeroit pas difficile de la combatre : mais c'eſt une maxime receüe parmy eux, dont ils ſe ſont mis en poſſeſſion par un long abus, & qu'ils ſont reſolus de maintenir opiniaſtrement en toute ſorte de rencontres.

Cette incompatibilité tient quelque temps le Conſeil d'Eſpagne en ſuspens, il ſouhaittoit la Paix, mais il ne la vouloit pas achéter au prix d'une ſi dure ſervitude, & les Directeurs de tant des Royaumes n'auroient jamais peu ſe reſoudre à devenir ſujets d'un autre, ny voir leur Couronne dominante erigée en Province.

La Reyne Mere de France, qui par les tendres ſentimens de Mere, & de Tante, ſouhaittoit avec ardeur une ſi belle, & ſi ſortable union de deux Perſones, qui luy eſtoient ſi cheres, appliqua tous ſes ſoins pour eſſoigner ces empechemens, & l'on trouva ce temperament, pour aſſeurer les juſtes doutes du Conſeil d'Eſpagne, que par le Contract de Mariage l'Infante renonceroit abſolument à toute ſorte des droits, qu'elle pourroit jamais pretendre ſur le tout, ou ſur les parties de cette grande ſucceſſion, ſous quelque titre ou pretexte, qu'elle puſt jamais avoir, afin qu'en aucun cas la Monarchie ne pût eſtre ny ſujette, ny demembrée.

Et l'on ſe porta d'autant plus facilement de part & d'autre à cét expedient, que le chemin en eſtoit tout frayé par l'exemple de la Reyne Mere, & qu'en effet la renonciation qu'elle fit, eſtoit de meſme nature, que la preſente, dans la forme & dans la ſubſtance, & eſtoit fondée ſur la meſme cauſe de l'incompatibilité de ces deux Succeſſions. V. Bouclier d'Eſtat & de Juſtice.

III. Provinciæ GALLIÆ ſunt, 1. *Picardia, La Picardie,* extrema verſus

versus Belgium Hispanicum, Partes ejus: Vera, *La Vraye Picardie*, quæ comprehendit Vicedamias *Ambianam, Corbienjem & Pequignyam*, Comitatus, *Veromanduorum, Retelorum*, ac Ducatum *Tirascbenscm*. *Ambiana* est *Ambiens, Samarobriva* veterum, præcipua Picardiæ Civitas, quæq; nostro seculo sedes Doctiss. Virorũ Sammarthanorũ Fratrum fuit. *Corbia* Oppidum ad Somonam, quo loco fluvius, cui adjacet, Somonem ingreditur. Clavis itidem, qua parte jacet Galliæ. *Pequignya* nomine suo veterum Israelitarum casum pronunciandi Schiboleth & Shiboleth præteritis seculis renovavit. Memoriæ enim produnt Francicarum Rerum Scriptores, Anglos, postquam prælio jam essent victi, superstites omnes ibidem fuisse occisos, qui nomen *Pequigny* literis omnibus pronunciare nequibant, *Pequeny* loco *Pequigny* proferentes. *Merul. P. II. Lib. III. c. XX.* In Comitatu Veromanduorum est Augusta Svesonum, *Soissons*, Laudunum, *Laon*, Noviomagus, *Noion*: E quibus Episcopus Laudunensis se Ducem ac Parem Franciæ, Episcopus Noviomagensis Comitem ac Parem Franciæ scribit. Fanum S. Quintini, *S. Quintin*, Prælio inter Philippum II. & Henricum II. præterito seculo innotuit. *Perona* inter Claves Galliæ est, Bellicis cladibus sæpe fatigata: Heribertus Veromanduorum Comes ibidem Carolum Simplicem Gallorũ Regẽ captivum detinuit. In Comitatu *Retelorum* est oppidum *Retelium*: in Ducatu *Tirascbensi* prima urbs *Guisa*, vetus patrimonium Fratrum Primogeniti Ducis Lotharingiæ. Altera Pars est inferior Picardia, *la Basse Picardie*, in qua partes, *Santerre, Ponthieu, seu Pontia, Boulonnois, seu Bolonia Comitatus, Guisnes cum* Caleto, *& terra de Oye*. In *Ponthieu* seu Pontio est *Crescium, Cressy*, Gallorum clade A. MCCCXLVII. ab Anglis accepta memorabile. *Bolonia Comitatum* Reges Galliæ tanquam Feudum à D. Virgine accipere & Laudemij loco Cor aureum 1000. Ducatos pendens solvere solent. *Petr. Matth. Histor. Ludov. XI. L. IIX.* & ex eo *Limn. Not. Franc. L. VI. c. X. Ludovicus XI. transegit cum Bertrando Turriano, qui erat Dominus Bolonie, & tanquam novus acquirens Virgini Marie homagium prestitit, discinctus, sine calcaribus, capite nudus & prosumbens in genua, offerens, tanquam debitum ejus imagini, Cor ex solido auro ponderc aquans duo millia Scutorum, hac addita Lege, ut in posterum ipse & ejus successores Reges Francie tenerent Comitatum Bolonie à B. Virgine in feudum, ei jurarent fidelitatem, & mutatione Vasalli contingente, offerrent Cor ex Auro puro fabrefactum prædicti Ponderis.* E Comitibus ejus Seculi fuit Godofredus Eustathii Bolonienſis Comitis Filius, Lotharingiæ Dux,

Dux, expeditione in Palæstinam & susceptо Regio Hierosolymæ Titulo celebris. De *Caleto* Portu Galliæ V. *c. III. S III. §. III.*

IV. *Normannia*, *La Normandie*, Metropolin habet Rotomagum, *Rouen*, Sedem simul Archiepiscopalem & Parlamenti, quod per Normanniam jus dicit. Angli hic Johannam d' Arc, Puellam Aurelianensem, combusserunt, de qua *V. P. II S. III §. VII.* At XII. Augusti hic etiam Festum Anniversarium celebratur in memoriam eorundem cum Urbe tum tota Francia exactorum. Primarium Templum quod D. Virgini Sacrum tres habet Turres, quarum quæ media, S. Romani, vocatur, qui Rotomagensium Archiepiscopi fuit; Secundæ nomen inditū *Butyracæ*, ædificatam enim ferunt è stipibus à populo corrogatis ad obtinendum quadragenarii Jejunii tempore Butyri usum. Ejus Canonici egregiis à Francorum Regibus donati sunt Privilegiis, inter quæ est, quod singulis Annis Ascensionis Christi die vinculis eximere possint Hominem aliqvem facinorosum proximum Damnationi, certoq; supplicio jamjam destinandum. Peragitur negocium illud variis ceremoniis, capsulamq; magni precii, qua D. Romani ossa cineresque contineri dicunt, Reus humeris portat: Ritusqve causam narrant, liberatam aliquando abs serpentis cujusdam incursu Urbem D. Romani precibus, Latronis autem ope. *Merul. c. XXX.* Idem prolixius ex *Andr. Du Chesne* narrat. *Limnæus L. VI. c. XXXI.* Cæteræ urbes sunt *Aumale*, *Alençon*, *Longueville*, *Vernueil*, quæ totidem Ducatibus nomen dedere: veluti *Evreux*, S. Ebroicum & aliæ Comitibus. De *Diepe & Havre de Grace.* V. *supr. c. III. S. III. §. III.* In eadem est ab exiguitate sua decantatum, si verum, *Regnum Yvetoti*, *Royaume d' Yvetot*, XVII. Parochiis admodum constans, eaque parte, quæ Constantia, vernacule Constantin dicitur, comprehensum. Regni Titululus natus fertur sub Lothario I, Francorum Rege, qui Vici Dominum obtruncarit ipso Paraſceves die, Damnatus enim Rex scribitur Romani Pontificis sententia, ut cæsi heredibus tantum in suam Dynastiam juris simul Regio Titulo, concederet, quantum Regibus deinceps in totum Regnum Franciæ competat. *Merul. cit. c. xxx.* Adde *Lansi. Or. Contr. Gall.* Sed à recentioribus Rerum Gallicarum Scriptoribus res hæc figmenti accusatur: Gaguinum & Nicol. Gillium, qui vixerunt sub Carolo IIX. & Ludovico XII. primum hanc Historiam nongentis annis postquam contigisse dicitur, annotasse, reliquis Historicis omnibus, qui ante eos vitas Regum & Pontificum scripserunt, ne verbo quidem hujus rei mentionem facientibus. Præterea

ſiquid à Dominis Yvetoti hac de re proferatur, id eò tendere, ut exemtionem tantum agri ſui & Dominium abſolutum probent; Nec in Gallia inauditum eſſe, terras in eodem Regno reperiri, quæ Regi non ſubjectæ ſint. Ipſos Yvetotanos quoqve maluiſſe uti titulo Principis, quam Regis, qui certe ſit ejus eminentiæ, ut haut conveniat Dynaſtiæ, quæ ſeptendecim tantum Parochiis circumſcripta eſt. V. *Scipion. Du Pleix T. I. Hiſt. Gen. de France* & ex eo *Limn. L. I. c. IV.* Deſcriptionem Normanniæ peculiari Libro dedit *Joh. Nagerel du Pays & Duché de Normandie &c. Rouan. 1610. 8vo.* De Veteribus Normannis eorumque rebus geſtis proſtant ſingulari volumine ita dicti *Scriptores Rerum Normannicarum*.

V. *Britannia, Bretagne*, olim *Armorica*, quaſi ad Mare ſita, *Ar Mor* enim veteri Britannorum Lingva, *ad* vel *ſupra Mare* ſignificat, *Mor* Mare, *Morganus* (nomen Familiæ in Cambria) *Maritimus*, ſeu quod perinde eſt *Pelagius*, unde & veteris Pelagii originem petunt. *Britannia Ciſmarina* vocatur in *Annall. Fuld. ad A. 769. & 818.* Eſtq; Superior & Inferior. Superioris Metropolis eſt *Nantes*, Sedes Veterum Ducum Britanniæ: ubi & *Edictum Nanneticum*, Inſtrumentum Pacis & Securitatis Reformatorum in Gallia conditum. V. *P. II. c. III. §. IIX.* *Rennes* Redon, eſt Urbs Parlamentaria Britanniæ. De Fano Briocenſi & S. Maclovii, *S. Brieux & S. Malo* V. ſupr. *Hiſtoriar. Portuum.* In Inferiori eſt *Vannes*, quæ Venetia Cæſaris *L. III. De Bell. Gall.* Et *Breſt*, De quo V. itidem *Hiſtor. Port.* Singulariter jam præterito Seculo deſcripta eſt à *Bertrando d' Argentré*.

VI. *Pictavia, Poictou*, cujus Urbs Principalis itidem *Pictavia* dicta, *Poictiers*, Urbs poſt Lutetiam Pariſiorum maxima, ſed male ſtrata & Hortis ac Areis oppleta. Inter veteres Epiſcopos habuit *S. Hilarium*, qui nunc Patronus Urbis eſt, in cujus honorem & Statua in media fere urbe erecta cum inſcriptione: *Divo Hilario, Urbis Propugnatori fidelisſimo, aſſiduisſimo, certisſimo, Pictavorum Epiſcopo.* Ab eodem denominata Abbatia, nunc Collegium Canonicorum, cujus Abbas & Protector ipſe Rex eſt: Unde jocus apud Pictavienſes, Abbatem S. Hilarii cum Regina concumbere. Videntur hic etiam Palatium Galieni, & vaſta Amphitheatri rudera, vulgo *les Arenes*. De *Amphitheatro Dovæo*, & Saxo ingenti, *La Pierre Levée* V. *c. IIX. S. I. §§. ultimis.* Provincia hæc Peculiari Libro deſcripta eſt *à Joh. de la Haye.*

VII. Santonia, *Santoigne ſ. Xantoigne*; *La Perle de France* nonnulli-

nullibi dicta: Urbes ejus *Saintes, Angoulême, Rochelle*: De cujus tristi obsidione & horrenda fame V. *prac. c. III. S. III. §. III. & P. II. c. III. §. IX.*

IIX. *Guienna, Guienne*, in qua putant veteris *Aquitaniæ* nomen conservari. Urbs principalis est Burdigala, q. *Burgus Gallorum*, Sedes Archiepiscopalis & Parlamentaria Guiennæ, sed motibus adversus Reges famosa. *In nostra usque tempora sæpe Gallicum jugum excutere conata fuit, & in potestatem Hispanorum transire cupiit, semper tamen intempestive detecta pœnas consiliorum horum Regibus Galliæ luit*, inqvit de motibus A. MDCLII. ibi excitatis *Priolus*. De Antiquioribus A. MDXLIIX. excitatis V. *Thuan. ad h. A. Libro V.* Recentissimi fuere, qui A. MDCLXXV. extraordinariorum tributorum causa exstiterunt, plebe in Conductores aliosve Ministros Regios variis injuriis ipsaque nece sæviente, & publicas voces, *Vive le Roy sans Gabelle*, passim usurpante: Quo factum, ut impositio valido præsidio militari, instauratoqve, præter Castellum Buccinæ, *La Trompette*, *Castello du Ha* & erecta Nova Citadella coerceri, Portas & Mœnia in suburbio S. Severini dejici, Cives armis veteribusqve privilegiis exui, & Parlamentum denique hinc *Condomum* transferri oportuerit: De quo pluribus Werw. *Europ. p. VII. fol. 774. & seqq.* Alia ad Urbem hanc pertinentia V. *in Gabr. Lurbei Chronico Rer. Burdigalensium.* Oppida Blavia, Burgus, Liburnia, Fanum S. Æmiliani & S. Macarii, Castellum, Cadillacum Superiori tempore *Filiolæ Civitatis Burdigalensis* dictæ fuerunt, quod urgente Bello Præfectos à Burdigalensibus acciperent. *Blavia*, Blaye, antiqvum & munitissimum est oppidum, quo Incolæ volunt Rolandum Palatinum natum & tumulatum fuisse, cujus monumentum & hodienum ostendunt, sed justa hominum statura hautquaquam majus, nec grandia, sed minora quædam ossa tantum continens, quod præterito seculo jam à Francisco I. Rege Galliæ ac post eum à Ministris Friderici II. Palatini observatum. Franciscus I. cum ex Hispanica captivitate reversus huc venisset, *jusserat de Rolandi tumulo frustum marmoris abrumpi & illico postquam inspexisset, calce seu cæmento reliniri, de communi fama nihil detrahens, ne videretur frustra id tentasse. Eodem vero post paucos dies & Fridericus venit & monumentum videre voluit. Aderamus ego & Doctor Joannes Langius Principis insignis Medicus, qui de singulis diligentius scire volentes, perscrutati sumus à*

Monacho, qui Principi omnia indicabat, de ossibus Rolandi, an adhuc integra, & ea, quæ fama diceret, longitudine in marmore concluderentur? Respondit illam famam nihil esse mentitam, neque nos movere debere marmoris brevitatem. Fuisse enim post multos annos à strage Roncivalle translata, putrefactis jam juncturis non cohærentia, sed simul velut in fascem colligata, ibi esse reposita, & marmor pro longitudine tibiarum, quæ adhuc integræ forent, excavatum fuisse. Admirati famus vehementer si Monachus verum diceret, Rolandi magnitudinem, cujus pro marmoris dimensione tibia 3. pedes ad minus longitudinis habuisset. Dum hæc nobiscum ratiocinaremur, abiit Princeps cum Monacho, nos duo remansimus soli, inter nos dicentes: Quid si fragmentum marmoris revelleremus, cum nondum coaluisse cæmentum videamus? Placuit consilium & admovemus manus, quibus libenter cessit lapis, totumque sepulchrum intus inspeximus. Ubi prorsus nihil erat, nisi ossiculorum cumulus, vix duorum pugnorum crassitudine, quo dispersos, os vix ullum digiti longitudine invenimus. Quare reposito ut ante fuerat fragmento, risimus inter nos Monachi vel insciitiam vel imprudentem mentiendi audaciam. Ita perhibet *Leodius, de Vit. Frider. Lib. I.* *Bajona, Bajonne*, Urbs antiqua & egregie munita in radice Montium Pyrenæorum sedet: Ubi singulare, quod Urbem nemo ingrediatur armatus, nisi Rex ipse, quique Regii Sanguinis sunt. Reliqui cujuscunque Dignitatis & loci, ad inferiorem urbis partem arma coguntur relinquere. Oppidum Aquarum, *Aqs*, ibidem ad Pyrenæos Montes situm olim Thermarum usu inclaruit, tempore Anglorum. *Urbs Nobilium* dicta, quod à XII. Nobilibus regeretur, quorum unusquisque in ea Turrim habebat suæ Genti cognominem. *Merul. t. XXXIV.*

IX. *Vasconia, Guascogne*, à Cæsare *Aquitania*, post Novempopulania, denique à Vasconibus devictis & huc è Pyrenæis saltibus abductis *Vasconia* dicta. Vascones enim pars Cantabrorum fuere, quos hodieque Hispani *Vascuença* vocant. Unde & duplex *Vasconia, Iberica & Aquitanica.* Hujus, de qua agimus, partes sunt Ager Armaniacensis, *Armaignac*, Bigerronum, *Bigorre*, Senescallia *Aginnensis*, quarum plerasque expulsi Reges Navarræ usque ad Henricum IV. à Regibus Galliæ in feudis habuerunt. Bigorræ primaria Urbs *Tarba, Tarbe de Bigorre*, de qua & *Terovenna, Terwaen*, in Artesia Franciscus I. inter familiaria colloquia dicere solitus fuit, *duobus pulvinis se nixum velut in utramvis aurem*

rem ocioſe dormire: Quo dicto Tarbellorum illam ad Pyrenæos montes in Aquitania & Terovennam Morinorum Arcem innuebat, quibus extremitatibus univerſi Regni incolumitatem metiebatur. Henric-Petr. in Vita Henr. II. R. G. *Contin. Ferron. f. 257.* Ibidem *Ducatus Allebreti*, è cujus Ducibus prognata *Johanna Albretana*, Navarræ Regina, Mater Henrici IV. Regis Galliæ, hodierni Regis Proavia. Urbs principalis Provinciæ eſt Auguſta Auſcorum, *Auch.* In eadem *Condomium*, *Condom*, Nomen 1. Tractus, quem *La Seneſchauſſée de Condomois* & in ſpecie Vaſconium vocant, 2. Oppidi haut procul Baiſa Fluvio ſitu, quo A. MDCLXXV. Parlamentum Burdigalenſe translatum. De *Capotis* apud Bigerrones & Benearnenſes. *V. c. IX. S. II. §. V.* Extat de hac Provincia *Arnoldi Oihenarti Notitia utriusque Vaſconiæ tam Ibericæ, quam Aquitanicæ. Par. 1638. 4to.*

X. Langvedocia, q. Langothia, à Gothis, quorum Sedes olim fuit; Aliis probabiliter à *Langue d'Oc*, quod incolæ, reliquis Gallis pro ita Latinorum *Oui* proferentibus, *Oc* dicant: Unde & Francis Tractus hoſce *Linguæ Tortæ Gubernamentum* dici annotat *Merula c. XXXVII.* Urbes ejus *Toloſa*, *Narbona*, *Mompelier*, Nemauſus ſ. *Nimes*. Toloſa Urbs Archiepiſcopalis & Sedes Parlamentaria, olim Regia veterum Regum Gothicorum, ac poſthac Chriſtianorum Albigenſium receptaculum, unde *Doloſam* dixere, qui his male cupierunt. V. *Petr. Ciſterc. Deſcr. Albig.* *Narbona* etiam Urbs Archiepiſcopalis ad Oſtium Atacis Fluvii ſita, de cujus conjunctione cum Garumna dictum *c. III. S. IV. §. IX.* Cui hic addendum, tranſitum primùm publico nomine A. MDCLXXII. d. XXI. Febr. tentatum fuiſſe, Domino *de Riquet*, Directore hujus operis quinqve naves minores, quas Barquas vocant, primo Nauroufen, tum Montigiſcarum, indeqve in Garumnam educente. V. *Schöndorf. Itin. Gall. p. 193.* *Mompelier*, Mons Peſſulanus, item Mons Puellarum dicta, ſita eſt colliculo decem leucis à Mari Mediterraneo, cujus Territorium ſimplicium feracisſimum medicos præcipuè invitavit, ut ſedem ibi figerent ac medicinam cum laude docerent. *Nemauſus*, *Nimes*, antiquisſima urbium Gallicarum perhibetur, *quæque ſupra omnes, quæ toto Orbe Romano fuerant, ſi Romam unam excipias, antiquitatis venerandæ monumentis ſpectanda, amphitheatro, palatio, delubro Veſtæ extra Urbem, & admiranda paſſim pulchritudinis ruderibus & fragmentis, quæ cum recentibus Regum noſtratium ædificiis integris etiam hodie certant:* Inquit de ſuo tempore

Thuanus L. XLVI. Antiquitates hasce singulari Sylloge edidit *Joh. Jac. Grasserus* & recentissime *Schöndorf. p. 201. & seqq.*

XI. Provincia, *Provence*, una è melioribus partibus Galliæ, ac Rorismarini, Myrtorum, ficuum, vinorum etiam feracissima: Urbs principalis *Aquæ Sextiæ* olim, nunc *Aix* dicitur, & *Aix le Baing*, in discrimen ab Aquis grano, quod *Aix la Chapelle*. Celebratur à platearum nitore ac amplitudine, præcipue vero Sede Archiepiscopali & Parlamento Regio, cujus membrum fuit insignis ille & tota Europa celeberrimus *Nicol. Peirescius*, cujus Vitam singulariter descripsit *Gassendus*, Musæum ex parte *Schöndorf. p. 11. & seqq.* Arelatum, *Arles*, itidem Sedes Archiepiscopalis, Olim Regia Regum Burgundicorum, unde *Regnum Arelatense*. Massilia, *Marseille*, Claustrum Maritimum & Emporium Regni Gallici, Italiam, Siciliam, Mauritaniam respiciens: Servat memoriam S. Lazari à Servatore excitati, qvem primum Episcopum suum fuisse prædicat. Libertate maxima gavisa, sed eâdem A. MDCLX. ab hodierno Rege exuta fuit, Portâ Regiâ simul parte Muri diruta, & lapide juxta eam, cui aureis literis inscriptum erat: *Sub Regis Imperio Summa Libertas*: disjecto, Citadella dn. erecta, ne spes Massilienfibus esset Libertatem suam in posterum resumendi: Senatores quoqve amoti & loco CCC. tantum LX. relicti, Nobilesq; Senatu excluſi fuerunt. Historia antiqua ejus singulari Libro exhibita à *Cl. V. Petro Hendreich*. De *Portu Massilienſi & Tolonenſi, V. c. III. S. III §. V.* Inter Massiliam & Arelatam siti famosi illi & à veteribus decantati *Campi Lapidei*, *Les Craux* nunc dicti longitudine ac latitudine III. milliarium Germanicorum, quos memoriam præliorum Herculis servare dicunt.

XII. *Avenionenſis* seu Veniſſæ Comitatus, *La Comté de Veniſſy*, ad Meridiem & Orientem Provinciæ adjacet, ad Septentrionem Delphinatui, ad Occidentem interjecto Rhodano Langvedociæ, olim pars habitus Narbonenſis Galliæ: Urbes ejus: Avenio, *Avignon*, de qua inter alia memorabile, quod potiora ejus omnia numero septenario constent, qualia *VII. Templa Parochialia*, *VII Canonicorum Collegia*, *VII. Xenodochia*, *VII. Virginum Monasteria*, *VII. Patrum Conventus*, *VII. Porta*, *VII. Palatia*, unde septies septena exeunt. Tum Carpentoracte, Cabalio, *Cavaillon*, & Vasio, *Vaiſon*. Jurisdictionem agnoscit Pontificis M. non Regis Galliæ, in quem tamen Incolæ non obscure propendent. *V. P. II. c. III. §. XIIX.* Peculiares quoqve Cœli in hoc Comitatu proprie-

prietas, quod sit plerumque impluvium, æque ac in Ægypto: Quod fide Kircheri recensemus *Oedip. Æg. Synt. I. c. VII.* Petitque ille rationem hujus rei à montium situ, qui terræ proprietatibus adjuti, pro plaga Cœli, quam aspiciunt, attractos vi Solis è terra vapores in alia atq; alia plaga modo in pluvias, modo in *ventos* resolvere soleant.

XIII. Principatus Arausionensis, *La Principauté d' Orange*, innexus undique jacet Avenionensi Comitatui, fluente illic ad Occidentaliora Rhodano, forma fere semilunari, exurgentibus utrinque versus Septentrionem Cornibus. Urbs ejusdem cum Principatu nominis, Arausio, *Orange*, Cujus fata A. MDCLX. & A. MDCLXXIII. V. *P. II. c. III. §. XIX.* In læto fructuum hujus tractus proventu sola poma Auriaca desiderari tradit *Jod. Sincerus*, ferrique proverbium ait: *En Orange il n' y à point d' Orenges*, sed an veritas ei respondeat, ipse dubitat. *Itinerar. p. 105.*

XIV. *Delphinatus* nomen est à Castello Delphini, *Chasteau Dauphin*, seu potius, quòd multi Principes, qui Delphini dicti fuerunt, hanc ditionem tenuerint. Primaria Urbs ejus Gratianopolis, *Grenoble*, Sede Parlamenti Delphinensis & elegantia Turrium conspicua. Ludovicus XI. in tractu ejus notavit, Turrim sine veneno, *La Tour sans venin*, ad Pagum Pariset, quam nullum animal venenatum accedit, quin statim moriatur, & Fontem ardentem, *La Fontaine qui brule*, prope vicum Vif, cœlo nubibus obducto vel radiis Solis abactis. V. *Geogr. Hispano-Gall. p. 341.* Tum est *Vienna*, Archiepiscopatus & Ducatus Titulo honorata, cujus Archiepiscopus & Titulum Primatis Primatum sibi vendicat. Ibidem memoriam exactæ à Pilatæ vitæ servant in Spelunca, quæ Nebulis perpetuo obumbratur, & Pyramidibus, quas Incolæ in vineis ad Urbem monstrant, exulantisque ibi domum fuisse perhibent. Ebrodunum s. *Ambrun*, Montibus cingitur, qui Vini, Fructuum, simpliciumqve innumerorum, Mannæ præterea in Arboribus feraces sunt. *Valencia* Urbs inter elegantiores & munitiores Delphinatus, quam discriminis ergo *Gallicam* vocabimus ab altera, *Valentia Hispanica*, de qua supra, & *Valentia Italica*, ad Padum sita, cujus mentio fit *Articul. Pyren. XLVI.* Gratianopoli haut longe distat *majus Certosæ Monasterium*, *la Chartrouse*, quæ Sedes Generalissimi Carthusianorum & C. Patrum hic locatorum. Cuilibet adventanti datur in eo hospitium triduanum sine omni recompensatione & cuique nationi destinatum est suum conclave: Fueruntq; Priores hujus Cœnobii *Franciscus de Puteo & Petrus Surdus* JCti:

Situm

Situm est II. ab urbe milliaribus non procul via Regia, quam Hannibal sibi versus Italiam inter rupes aperuit.

XV. *Territorium Lugdunense* Urbem fert sui nominis Lugdunum, Emporium opulentissimum nundinisque per totam Europam celebre. Præterea Sede Archiepiscopali inclaruit, Præsidemque olim habuit S. Hilarium; Primarium Templum ejus S. Johannis, cujus Decanus Dux, Canonici Comites appellantur, præter quos Regem ipsum aliosque Principes Dynastasque *Canonicos Honoris* habet, de quibus interrogatus la Faye ab Henrico IV. R. G. respondit: *Que les grandes & celebres Eglises de l' Europe avoient des* Chanoines d' honneur, *qui estoient Princes Souverains aux terres, des quels elles estoient fondées, ou Princes estrangers, qui par leur pieté ont obligé l' Eglise à ceste recognoissance d' honneur, que la plane de Chanoine d' honneur n' est pour l' office, ny la Charge, ains seulement par reverence & privilege: Car comme le Prince, qui est Chanoine d' honneur n' est obligé à autre chose, qu' à jurer la Protection & Conservation des droits de l' Eglise, ainsin' en tire - il autre profit, que la participation des prieres qui s' y font.* P. Matth. T. I. L. II. Narrat. III.

XVI. Avernia, *Le pais & Duché d' Auvergne*, est superior, *le haut pais d' Auvergne*, in qua primaria urbs *S. Flour*, Fanum S. Flori in edita rupe situm; Vel Inferior, Alimania, *l' Alimaigne*, alias dicta, in qua Claromontium, *Clermont*, Urbs olim propugnaculis celebris & terror Gothorum, à quibus sæpe obsessa, tandemque post calamitates multas ad deditionem coacta fuit: *C. Solius Sidonius Apollinaris* hic Præsulem egit; Et ex Fluvii Tiretaine aquis hic natus cernitur mirabilis Pons Lapideus longus XXX. Latus VIII. crassus VI. ulnas. V. *Schöndorf. p. 395.*

XVII. Cadurcium, *Quercy*, habet Diœceses Doveonam Cadurcorum, *Cahors* & Montalbanum, *Montauban*, locum, quem Reformati frustra obsidente milite Regio A. MDLXII. MDLXIII. MDCXXI. fortiter defenderunt; At tandem post *Pacem Nemausensem* A. MDCXXIX. in persona Richelii Cardinalis Regi dediderunt. Vid. *Gramond. Histor. L. X. init. & L. XIIX. fin.* *Dan. Chamierus*, celebris Reformatorum Doctor hic docuit, eaque die, quam fatalem sibi prædixerat, obiit stratus globo tormentario Obsidentium litera C. signato.

XVIII. Rutenium, *Rovargois*, *La Senefchaußée de Rovargne*, itidem duas complectitur Diœceses *Vabras* & Segodunum hodie *Rhodais.*

XIX. Pe-

XIX. Petrocorij, *Le Pais de Perigord*, prima urbs *Perigueux, olim Viſuna*.

XX. Lemovicium, *Limoſin*, duplex, Superius, *Limoſin* in ſpecie ſic dictum, ubi urbs *Limoges*: Et Inferius, *La Marche de Limoſin*, ubi Tutela, *Tulles*, Uſarcha, *Uſerche*, & Briva, *Brive*.

XXI. Bituricum, *La Duché de Berry*, Lemovices à meridie habet; In ea Avaricum, *Bourges*, Urbs primaria & ſtudiis Juris celeberrima, ubi *Andreas Alciatus*, *Eghinardus Baro*, *Petr. Rebuffus*, *Franc. Duarenus*, *Franc. Balduinus*, *Anton. Contius*, *Hugo Donellus*, *Franc. Hottomannus*, *Jac. Cujacius*, *Joh. Merciertus*, etc. vixerunt. Carolo VII. R. G. receptaculum præbuit, preſso ab Anglis, quem ideo quod ſola fere hæc urbs ipſi ſupereſſet, *Biturigum Regem* dixere. Turris ibidem, Palladium urbis, Antiquitate veneranda, in qua Aurelianus Dux, poſtea Ludovicus XII. fuerat incluſus, ab hodierno Rege tempore motuum Civilium Galliæ ſolo æquari juſſa. Inter Privilegia Incolarum eſt, quod uti poſſint Titulo Baronum. *Il y a quelques villes Privilegiées, comme Bourges entre autres, dont les Bourgeois ſe qualifient* Barons, *ainſi que Camdenus à remarqué, qu'en Angleterre ceux de Londres, Varvic & autres villes avoient ce droits, de ſe qualifier Barons.* L'Oyſeau *des Seigneur. c. VII. n. 44.* Iisdem v. & joculare nomen atrributum *des Moutons de Berry*, quo Animali Urbs in inſignibus utitur, eodemqve Provincia abundat. Ejus Jurisdictioni quoq; annumerantur Comitatus *Sancerre* & *S. Aignan*, & Baronia *Montfaulcon* cum Caſtellaniis compluribus. *Sancerra* Gravi obſidione Reformatorum & horrenda fame A. MDLXXIII. in Hiſtoriis præteriti ſeculi innotuit: Cujus ſpecimen fuit cadaver Puellæ triennis fame mortuæ de conſilio vetulæ refoſſum & ab ipſis parentibus in cibum verſum, qui tamen re comperta Magiſtratus Sententia ad ignem damnati ſunt. V. pluribus *Thuan. L. LV.* Poſt eam eſt *Yſſouldon*, cui itidem annumerantur Baroniæ & Caſtellaniæ aliquam multæ.

XXII. Borbonij Tractus, *Le Pais de Bourbonnois*, unde *Borbonij*, nomen hodiernæ Familiæ Regiæ, & Urbs nominis conſimilis, *Bourbon*, Borbonium: Urbs principalis eſt Molinum, *Moulins*, locus cultrorum & forficum fabrica notus.

XXIII. Belſia, *La Beauſſe*: Cujus tres partes, *La Haute Beauſſe*, in qua Carnutum Regio, *Le Pais de Chartrain*, cum oppido Carnuto, *Chartres*, Unde *Ivo Carnutenſis*: Quo refertur & Comitatus Druidenſis, *La*

Comté de Dreux, cum oppido ejusdem nominis, quod veterum Druidum Sedem fuisse opinantur; Et Monfortius *La Comté de Montfort:* Ducatus Andegavensis, *La Duché d' Anjou*, cum Urbe *Angiers*, Andegavo, tractus Vini generosi proventu nobilis, quod inde *Vin d' Anjou* vocari solet; Idem Tertiogenitum Regis Galliæ, aut si Regius Frater supersit, Secundogenitum denominat Ducem Andium, quemadmodum proximus à Rege est Dux Aurelianensis. Eodem pertinet *Salmuria*, *Saumur*, urbs Reformatis ab Henrico III. concessa, & Academia ab iisdem ornata, in qua Moses Amiraldus excelluit. Contiguus præterea est Comitatus Cenomanensis, *La Comté de Maine:* Denique Perchensis, *La Comté de Perche.*

Media Belsia, *Moyenne Beausse*, comprehendit Comitatus Blesensem, Dunensem & Tonnorienſem, *La Comté de Blois*, *de Dunois & de Tonnoire;* In Comitatu Blesensi urbs similis nominis Blesa, *Blois*, civium humanitate & singulari Lingvæ Gratia laudata: *Regalis Civitas* vulgò vocari solita, quod & amœnissimus sæpe Regum secessus, & educandis Ipsorum Principumq; liberis consecrata. Sed Principibus fatalis creditur; Ideo Arcem Principum tumulum vocare solent. V. *Gramond. L. XVI.* Hic enim Guisii interfecti, Vindocinenses capti, Catharina de Medices XII. diebus post interfectos Guisios obiit; Eodem secessit Maria de Medices A. MDCXVII. & iterum Gasto Aurelianensis A. MDCLX. mortuus. Porro continet Ducatus Vindocinensem & Turonensem, *La Duché de Vendosme & Touraine*, in qua Turonum, *Tours*, S. Martini Sedes, qui inde Turonensis dictus, in cujus memoriam & Oleum custodiunt vulgo Turonense dictum, quo Henricus IV. ungi voluit, cum Rhemenses Ampullam suam ipsi invidissent, de quo actum *Notic. Dign. Disi. IV. c. I.* Situm hic etiam Monasterium *Marmoutier*, quod ditissimum totius Galliæ esse perhibent. Inferior Belsia, *La Basse Beausse*, complectitur Ducatum Aurelianensem, *La Duché d' Orleans*, Ditionesque Lorriacam & Soloniam, *Le Pais de Lorris & Sologne. Aurelia* Urbs prima initia respirandi ab Anglorum impetu Gallis dedit, præbita à Johanne d' Arc, quam *Puellam Aurelianensem* posthac dixere, cujusve memoriã Aurelianenses hodienũ solenni festo D. IIX. Maji celebrant, de qua *P. II. c. III.* Franciscus I. Rex Galliæ hanc per eminentiam Urbem dicendam censuit, Lutetiam verò non urbem, sed orbem. Ideo Carolus V. in Germaniam reversus, se quinque in Gallia vidisse dixit, *Domum*, *Pagum*, *Hortum*, *Urbem & Orbem*, intellectis Arce Rupifucaldia, *Rochefoucaut* in Santonia, *Pictavia*, *Turone*, *Aurelia & Lutetia. Non*

potu-

potuit magni caput esse Aurelia Regni: Ergo quod reliquum est, cor animusq; fuit: Legitur inscriptum in Curia Aurelianensi.

XXIV. Francia, in specie sic dicta, *La France*, comprehendit Præfecturam & Comitatum Parisiensem, Ducatum Valesium, Ditionesque Hurepensium, *Heurepois*, & Gastinensium, *de Gastinois*. Præfectura Parisiensis, *La Prevoßé & Comté de Paris* in quatuor ditiones dividitur: Parisium, Goellam, Insulam, *l'Isle de France*, Vexinum Francicum. De *Lutetia Parisiorum*, Urbe Regia Galliæ V. *c. IIX. S. II.*

XXV. Campania, *La Comté de Champaigne*, duplex est, inferior & Superior. Inferiori accensentur Tricassium, *Trois, Ivigny, Bassigny, Vallage*; Superioris, *Le Pais de Pertois*, Metropolis Vitriacum, *Vitry*. Eidem adjacent, Ducatus Rhemensis, *la Duché, Pairie, & Archeveschè de Reims*, in qua Metropolis *Reims*, olim Durocortorum: Urbs Inauguratione Regum Galliæ celebris, ubi & *Ampullam* ita dictam *Rhemensem* in Abbatia S. Remigii custodiunt, de qua V. *Notic. Dign. Diss. IV. c. I. §. IV.* Lingonensis Ducatus, *La Duché, Pairie & Eveschè de Langres*, ab urbe *Langres*, quæ olim Andomandunum Lingonum, loco ab humanitate & Ingenuitate Incolarum commendato. *Schöndorf. Itin. p. 89.* Comitatus Catalaunensis, *L' Eveschè, Comté & Pairie de Chalons*, ubi *Chalons*, cujus Campi Catalaunici alias etiam Mauricij & Mauriaci conflictu Aëtij cum Atila Hunnorum Rege celebres sunt, quanquam alii in Campis Catalanis juxta Tolosam, alij in planitie Catalacensi in Montanis Arverniæ id factum velint, contra quos disputat *Merula ad h. l. c. XXIII.* Comitatus Lignensis, *La Comté de Ligny*, Comitatus Mottensis, *de la Motte*, Brienensis Ditio, *Le Pais de la Brye*, dn. Archiepiscopatus Senonensis, *L' Archeveschè de Sens*.

XXVI. Burgundia, *Bourgogne*, duplex est, *Superior*, quæ Comitatus, & *Inferior*, quæ Ducatus. Ducatus Metropolis est Divio, *Dijon*, Tunc sunt Augustodunum *Auslun* & Cabellinum, *Challon sus Saone*. Comitatus alias *la Franche Comté*, i. Liber Comitatus, dicitur, de cujus causis V. *Chiflet. in Alsat. Vind. c. XI. f. 71.* Crantzius *Saxon. L. VI.* & Æn. Sylvius *Comm. L. IV.* Burgundiam Imperialem vocant. Ac dividitur in tres Diœceses Dolanam, Superiorem & Inferiorem. Primæ sedes est *Dola*, secundæ *Vesulium*, Tertiæ *Polichnium*. *Dola* totius Comitatus est Metropolis. In Inferiori diœcesi est amplissima *Salinarum* Civitas, à salsis denominata fontibus, à qua & *Domini Salinarum* Titulus aliquando inter Titulos Regis Hispaniæ fuit. In Umbilico sita Vesontio,

hodie *Besançon*, urbs olim Libera & *Imperialis*, sed per pacem Monasterienſem municipalis reddita, & Regi Hiſpaniæ loco Franckenthalii conceſſa, eoq; Matricula Imperii Comitiis Ratisbonenſibus A. MDCLIV. exempta. Ideo etiam, cum Galliæ Rex A. MDCLXIIX. eam obſideret, ac Biſontini ſe Urbem Imperialem eſſe cauſarentur, reſpondit: Daß ſie vermittelſt des Münſteriſchen Frieden-Schluſſes keine Reichs-Stat mehr wäre/ ſondern gegen Franckenthal verwechſelt worden/ und alſo dem Spanier zugehörete/ und daher der König in Franckreich/ der jetzt mit Spanien Krieg führete/ berechtiget wäre/ ſie mit anzugreiffen. V. *Diar. Europ. ad MDCLXIIX. f. 145.* Vid. de hoc Comitatu peculiarem Librum *Ludovici Gollutij* Gallicè.

XXVII. Burgundiæ Ducatui ad Septentrionem adjacet Comitatus Karoleſij ab Oppido *Charoles* dictus, qui olim Primogenito Burgundiæ Ducis Parente adhuc ſuperſtite nomen dedit: Quod obſervatum videmus in Carolo Audace, qui quamdiu in vivis erat Pater Philippus Bonus, tali nomine in Belgicis Francicisque Hiſtoriis nusquam non occurrit, *Comte de Charolois.* Idem factum in Carolo, qui poſtea Romanorum fuit Imperator, vivo Patre Philippo. *Merula c. XLVIII.*

XXVIII. Lotharingia, *La Loraine*, dicta q. *Lothar-reich*, Regnum Lotharij, olim Regni Titulo inſignita, nunc v. in Ducatum reducta. Ad Nominis ambiguitatem pertinet uſitata mediis ſeculis diſtinctio *Lotharingiæ Moſanæ*, quæ Ducatum Brabantiæ vicinaque ei loca complexa fuit, & *Lotharingiæ Moſellanæ*, quæ hodierna Lotharingia. Metropolis eſt *Nancy*, Nancejum, Urbs non magna ſed pulchra, Templisque & monumentis Ducum celebris, inter quæ & Caroli Audacis ſuperioribus temporibus hic cæſi; Sedes item Ducum eſt, ex quo Metis ad Gallos tranſiit; Sed Munimenta ejus dejecta vi *Artic. Pyreu. LXII. Pont à Mouſſon*, Univerſitatem Lotharingicam habet, ubi *Petr. Gregor. Tholoſanus & Wilh. Barclajus* vixere; Et noſtro tempore natum Lithopædion *Fœtus Mußipontani* nomine innotuit, Ingeniaqve Naturæ Curioſorum exercuit. *Vaudemontium* V. milliaribus Nancejo diſſitum primogenito aut proximo heredi Ducis Lotharingiæ Titulum *Principis Vaudemontij* tribuit. Ratione *Nomeny*, quæ Baronatus olim, nunc Principatus Duci Lotharingiæ in Imperio Germanico votum fert. Eadem olim comprehenſæ fuere tres urbes cum Diœceſibus eo pertinentibus, Mediomatricum, *Mets*, Tullum, *Tull*, & Virdunum, *Verdun*, quæ ſub Henrico II. Impe-

Imperio ademptæ & Jurisdictioni Regis Galliæ transscriptæ fuerat, Jurisdictione Ecclesiastica tamen Electori Trevirensi relicta, quam & in *Moyenvicum* retinuit, quod per Articulos Pyrenæos Regi Galliæ traditum fuit. Vid. *Instrum. Pac. German. Gall. & Artic. Pyren. LXII.* *Metis* vetus Sedes Regum Austrasiæ cum A. MDLII. ab Anna Momorantio occupata esset, à Carolo V. mox iterum obsessa fuit, conatu tamen irrito; Unde in Gallorum potestate mansit, Carolo autem opprobrium fortunæ retrogradæ vulgo reliquit: Quod expressum à nonnemine addita Columnis Herculis cum Elogio *Plus ultra*, solito Caroli Symbolo, Cancri imagine cum verbis: *Plus Citra.* Alius hoc Districho in eandem rem lusit: *Herculis optasti longas transire Columnas, Siste gradum, Metis hæc Tibi meta datur.* Attamen cur Carolum ideo fortunæ suæ pœniteret, causa non erat, *expugnatis quippe paulo post futuram Metensem obsidionem Teruana, munitissimo Belgici limitis propugnaculo,* (*de quo prac. n. IX.*) *atq; Hedino, veteri Artesiorum Principum arce, captis utrobiq; aut interemptis è Gallica Nobilitate permultis, etiam post in Italia contra hostium vires Genuensibus asserta magnam partem Corsica Insula, & quod pluris habitum est, capta Senarum Urbe, pulsisque inde ac fere omni Hetruria Gallicis armis.* Strad. *Dec. I. L. I.* Interim Henricus IV. R. G. hic Parlamentum instituit, quod post Ludovicus XIII. A. MDCXXXIII. Tullum transtulit. In Basilica S. Arnoldi monumentum Ludovici Pij ostenditur. *Tullum*, urbs itidem Imperialis olim, Parlamentum Metense, ut modo diximus, excepit, ac nupera Pacificatione Neomagensi Lotharingiæ Duci loco occupati à Gallis Nanceji oblatum fuit. *Verdunum* itidem A. MDLII. occupatum, sed suis juribus relictum: Ideo A. MDCI. adhuc leguntur Regi Galliæ quidem fidei Sacramentum dedisse sed non nisi promissa pensione annua CCXXXIII. Numorum. At A. MDCXXVII. extructa à Gallis Citadella plenius subjici cœpit, cui quidem Episcopus tq. supremus Urbis Dominus eoq; nomine Princeps Imperii se opposuit, ac affixo in triviis scripto jus suum manifestavit, idemque, cum Magistratus id avelli curasset, jacto in Urbem Anathematis fulmine roboravit. At prævaluit nihilominus Præses Regius, arx perficitur, ac Verdunensibus omni cum Imperio commercio interdicitur. V. *Gramond L. XVI.* Territorium Barrense, *Le Barrois*, eodem pertinuit, sed totum Regi Galliæ relictum per *Art. Pyren. LXIII.* Ejus Metropolis est *Barroducum*, seu *Barleduc*, ita dictum in discrimen à *Bar sur Seine* & *Bar sur Aube* oppidis Campaniæ.

XXIX. Denique Alsatia accedit, & illa quidem Superior vel Inferior, olim Germanici nostri Imperij pars, sed Galliæ nunc una cum Suntgovia annexa, servata tamen Libertate Civitatum Imperialium, item Abbatiarum Murbacensis, Luderensis & Andlaviensis. Confer. *P. II. c. III. §. II.*

XXX. Qui alio ordine Provincias GALLIÆ enumerant, à numero Parliamentorum & facta ratione Jurisdictionis ipsorum distributione illas proponunt, quos inter *Merula Cosmogr. P. II. L. III.* quem & hactenus secuti fuimus, licet ab ordine ejus digressi, qui brevissime talis est; *Parliamentum Parisiense*, qvod sub se habet *Piccardiam*, *Franciam*, *Belsiam*, *Campaniam*, *Tractum Lugdunensem*, *Bituricum*, *Borbonium*, *Pictaviam*, *Arverniam*. II. *Rotomagense*, sub quo *Normannia*. III. *Redonense*, cui subest *Britannia*. IV. *Burdigalense*, sub quo *Lemovicium*; *Petrocorium*, *Guienna*, & in *Vasconia* Ducatus *Albretanus*. V. *Tolosanum*, quod habet *Languedociam*, *Cadurcium*, *Rutenium*; Et in *Vasconia Armaniacenses*, *Bigerrones*, *& Comingenses*. VI. *Aquense*, sub quo *Provincia*. VII. *Gratianopolitanum*, sub quo *Delphinatus*. IIX. *Divionense*, sub quo *Burgundia*. IX. *Benearnense*, quod habet *Benearniam*. X. *Metense*, *Mediomatricum*, *Tullum & Virdunum*. Quorum numero A. MDCLVII. undecimum accessit *Ensishemense*, Ensishemij pro Landgraviatu utriusque Alsatiæ erectum. V. *Thulden. ad h. A. p. 119.* Dona naturalia Galliæ agnovere, qui olim *Divitem* vocarunt, Dion Cassius, Josephus, Manilius, Druidesqve ideo fortassis se Gallosqve omnes Dite oriundos dixere, qui Divitiarum Deus habitus est & πλούτων cognominatus. Fertilissimam frugum omnium genitricem sui non immerito Cæsar appellavit. Alij alia encomia congesserunt, quæ V. ap. *Limn. Not. Franc. T. I. L. I. c. VI.* Merul. *P. II. L. III. c. III.* Auri Argentiqve proventu fere caret, sed non eo minorem ejus copiam habet ex mercibus, quas in totum orbem dividit, paratam. Cuncta brevi summa complexus fuit Autor *Geogr. Hisp. Gall. p. 142.* his fere verbis: *Felix præpingvibus glebis, commoda proventibus fructuariis, vitibus consita, nec non Oleis in optima sui parte, qua Mediterraneis fluctibus alluitur: Omni ad usum animantium fœtu beatissima*, rigua *mirum in modum & fluminum navigabilium & fontium Aquis*: rerum *denique* omnium copia *adeò* ferax, *ut & ipsa sibi facile sine aliarum ope & ceteræ Europæ regiones vix sine ejus beneficio sibi sufficere queant: Inde vina, inde annonæ, inde satietas, inde facilis rerum quarumcunque commeatus: Nulla ejus pars quam*

latè

latè porrigitur, inculta est: Quanquam longe magis freqventiâ hominum *quam cura diligentiaque incolatur, quippe viri bellorum magis quam agri colendi Studiosi sunt: & quod omnium pulcherrimum est & maximum, media utrinque clarissimas gentes, Italiam, Hispaniam contingens, aut Regina imperitat aut alumna enutrit; ac utriusque Maris commodis dives portubus, in omnes orbis terrarum partes vela dimittit.* De *Fluviis* Galliæ V. *c. III. S. IV. §. IX.* De Portubus *eod. c. S. III. §. III.* De Insulis ipsis adsitis *c. V. §. XI & XII.* De Regia & Arcibus Regiis *c. IIX. S. II.* De Lingva Gallica culturaque ejus *c. IX. S. III. §. XIII.* De Ingenio Gallorum & contrariis ab Hispanis moribus *eod. c. S. IV. §. III. & P. II. c. I. §. XIII.*

§. III.

I. Italiæ Situs ac Imago.
II. Ejusdem Dona naturalia.
III. Partium generalis dispositio.
IV. Pedimontij Descriptio: Christianorum Waldensium Sedes.
V. Partes ad Genuenses, Venetos ac Lucenses pertinentes.
VI. Ducatus Mantuanus, Mutinensis ac Parmensis.
VII. Magnus Ducatus Toscanæ.
IIX. Status Ecclesiasticus.
IX. Regnum Neapolitanum, Status Mediolanensis, aliaq; ad Regem Hispaniæ pertinentia.

I.

ITALIAM recentiores humano cruri comparant, cujus Tibia Mari objacet Infero, Sura supero, Pes universus Jonio abluitur Pelago, Calcaneus Epirum spectat, Vola vel Concavitas Sinum facit Tarentinum, Carnosiores partes Promontoria statuunt Zephyrium, *Capo di Burzano*, Carcynum, *Capo di Stillo*, & Bruttium, *Capo di Sparrovento*; Digiti in Siciliam sunt conversi, Genu in Promontorio est Populonio, nunc *Porto Baratto*, Coxendix & femoris superiora late contingunt Alpes. *Merula.* Limites ejus clari sunt, à Borea & parte Occidentis Alpes, a reliquo Occidente, Austro, & Ortu Mare.

II. Inter Dona Naturalia Italiæ est Tritici copia, quam vetus Sophocles jam agnovit, *& laus peculiaris hodieque Italiæ est*, addit *Plinius.* Rei pecuariæ bonitatem loqvuntur Casei Parmenses: Vallis Oneliæ ager in Liguria maximo gaudet olei proventu. Ora Neapolitana & M. Vesuvius Vini Græci ferax est, nec minori laude pollet Vinum Falernum &c. In Calabriæ nonnullis locis etiam Manna legitur: De quo Vid. *Don. ab Alto Mari & Magnenum* peculiaribus scriptis *de Manna.*

Itali-

Italiam totam scatere Ignibus subterraneis prolixe demonstrat *Kircher. M. S L. IV. S. I. c. III.* quo brevitatis causa remittimus Lectorem. Inter singularia Naturæ miracula ibidem est, qvod de Agro Aquasparta-no commemorant recentiores Physici, reperiri in eo Mineras Xyloticas & Lignum quoddam *Fossile*, nigri coloris, ac non secus ac aliud quoddam lignum scindi, dolari, poliri solitum, striarum quoqve licet confusiorum & q. contusarum varietate nucis aut pyri ligno æmulum. *Franc. Stellutus* de eo singularem Librum emisit, quo cum confer. *Kircher. M. S. L. IIX. S. II. C. VI. Aldobrand. Mus. Metall. L. I. c. I. p. 29. Wormius* in Islandia quoq; reperiri scribit & *Ebenum fossile* appellat Mus. *L.II. c.XVI.* Autumamus tamen non nisi Carbonis Fossilis genus esse, quale & in Angliæ aliquibus Provinciis reperitur, sed solo Lithanthracis, seu Carbonis Fossilis nomine notum, æque verò dolari ac poliri aptum, variæque supellectilis materiam præbens, ac Lignum istud Italicum, in eo etiam ipsi simile, quod licet ad tactum leve videatur, more fossilium tamen, non natet, sed mergatur. Eodem verò excellentius, quod & parando foco inserviat, & tædæ instar luceat, qvo usu Italicum caret. Solis Strijs ipsi cedit, sed quid mirum naturam alicubi Lithanthracem strijs donare, si Cornua Monocerotis, juncturas Ossiũ & infinita alia in Lapidibus producere potest? *Tarantula*, Phalangii genus in Apulia occurrens atq; à Taranto oppido nomen ducens non minorem sui admirationem excitat, quod venenũ ejus non ordinariis, sed proportionato sono Musico propelli possit, de qua re V. prolixe agentem *Kircher. L. de Art. Magnet.* Leumellina regio erucis infamis est. *Oritur in Alagniæ finibus, ineunte æstate, à tellure edax eruca, volitansque vites invadit, depascitque folia, quibus ablatis arescunt jam exiles, & immaturi racemi, sine umbra relicti. Desinente postea æstate eruca rursus tellurem ingressa fœtus edit & recondit; deinde vertitur in vermiculum annulari digito minorem, quem aratrum agentes bubulci sæpe detegunt ac perimunt; minimè tamen fœtus disquirere ac perimere possunt. Nam æstate novâ adveniente renascuntur iterum eruca, alataque in turmas edito stridore prodeunt, infestantque Alagniæ fines, & in Valligii etiam ditionem ruunt, coguntque incolas sine vinearum ornatu ac commodo vitam ducere. Atque misero experimento comprobatum est, omissâ tellurís culturâ erucam simul perire, sed unà cum terra cultura hanc vinearum pestem statim à natura soli resurgere: ut ita fere non nisi publica communique indicta egestate copiæ hostiles arceri queant: quibus tamen præsens interitus imminet à furnis, qui uvarum cupidi gulosique coacto agmine*

in

in uvarum vastatrices erucas convolant, rostrisque exenterant, sibique & dominis ita vites ab illarum injuria non rarò vindicant. Quæ ex *Bern. Sacc. Ticin. H. st. L. IV. c. III.* refert *Lans. Orat. contr. Ital. p. 533.* De Alpibus *V. c. VII. §. IV.* De Monte Pausilypo *ibidem.* De Vesuvio *eod. c. §. VI.* De Spelunca Canum & Serpentum *eod. c. §. X.* De Averno aliisqve Lacubus Italiæ *c. III. §. IV. §. XXII.* De Fluviis *ibid. §. XI.* De Catarrhactis Velini Fluvii *ibid. §. XX.* De Portubus *eod. c. III. §. III §. V.* Oram maritimam à Portu Herculis Terracinam usque gravi ac insalubri aëre laborare communis observatio est, unde & loco Archæopolis, *Civita Vecchia*, aliam stationem Classi Pontificiæ seligendam svaserunt Medicinæ periti, V. *Præc. III. Sect. III. §. V.* Idem de aëre nocturno in Territorio Romano alibi annotatum, de quo V. §. 1. hujus c. ubi de qualitate Aëris Hispanici.

III. Partes præeunte iterum Merula ita disponimus, ut aliæ sint Italiæ Priscæ ac Propriæ, aliæ Italiæ Novæ & Accessoriæ: Termini inter utramqve Fluvij *Arnus & Rubicon*, Rubicon versus Mare Adriaticum, Arnus versus Ligusticum Mare. Italiæ Novæ Provinciæ sunt: I. Pedimontium, *Piamonte*, proxima ab Alpibus Italiæ Regio, Jurisdictionem Sabaudiæ Ducis agnoscens. II. Liguria, *Riviera di Genuoa*, cujus Ora duplex Occidentalis & Orientalis: In Occidentali est *Nizza*, olim Nicæa, *Finalium* & *Savona*: Medio inter utramqve situ est ipsa *Genua*. III. *Lombardia* Trans-Padana quæ complectitur Urbes & Ditiones; Mantuam, *Mantoua*, Episcopatum Brixiensem, Agrum Cremonensem, Statum Mediolanensem, *Stato di Milano*, *&c.* IV. In Lombardia Cis-Padana est Ducatus Mutinensis, Parmensis, Marchionatus Montisferrati. V. *Romania*, quæ ea fere, quæ olim Flaminia, habet *Ariminum*, *Cæsenam*, *Ravennam*, *Forum Livij*, *Bononiam*, *Ferrariam.* VI. *Marca Tarvisina*, s. Venetia, in qua Ager *Veronensis*, Patavinus, Venetiæ. VII. Forum Julij, *Friaul*, habet *Utinum*, *Aquilegiam.* VIII. *Istria*, in qua est Justinopolis, nunc *Capo d' Istria.* Veteris ac Propriæ Italiæ Partes sunt Septentrionales ac Meridionales: Septentrionalis cis Apenninum ad dextram ripam Tiberis est Hetruria, nunc *Toscana*; Ad Sinistram Latium, hodie *Campagna di Roma*: Trans Apenninum est Picenum, nunc *Marca Anconitana*. Montibus immersa jacet Umbria, nunc *Ducato di Spoleto.* Meridionalis tota occupatur à Regno Neapolitano; Cujus partes ad Mare Tyrrhenum *Terra di Lavoro*, antehac Campania Felix, *Basilicata* seu Lucania, Galabria Inferior, & Calabria Superior, quæ

olim Magna Græcia. Ad Mare Adriaticum sunt Samnites, seu *Abruzzo*, & Apulia, h. Daunia, s. *Puglia Piana*, & Peucetia s. *Terra di Barri*, dn. Salentinorum Regio s. *Terra d' Otranto*. At si hodierna Italiæ Dominia spectemus, talis fere eademqve tempori nostro commodior erit ejus distributio. Esse videlicet in Italia I. *Pedimontium* Duci Sabaudiæ subjectum. II. Respp. *Genuensem, Venetam & Lucensem.* III. Ducatus *Mantuanum, Mutinensem & Parmensem.* IV. Magnum Ducatum *Toscanæ.* V. Statum *Ecclesiasticum.* VI. Regnum *Neapolitanum*, simul *Statu Mediolanensi* aliisve ad Regem Hispaniæ pertinentibus.

IV. *Pedimontium*, Provincia populosissima, quamqve non concinne dixit, quisquis fuit, Urbem esse in CCC. milliaria extensam, ob insignem numerum Pagorum & Urbium: Nomen habet, quod sit ad pedem Montium, seu ad Radices Alpium. Ejus fortalitium præcipuum *Pinarolum*, Clavis Italiæ, simul meliori parte Vallis Perosæ Regi Galliæ traditum Tractatu Cherascensi A. MDCXXXI. V. *P. II. c. III. §. II.* Cui addenda *Susa* itidem Clavis Gallorum ad Bella Transalpina, quam ideo & in expeditione Mantuana Gallis tradi oportuit A. MDCXXIX. *Gramond. L. XIIX.* Urbs primaria est *Turinum*, *Augusta Taurinorum*, Sedes Ducum Sabaudiæ, & Pado, Duriæ item ac Sturæ, quos Padus hic recipit, adsita. Prima hæc Italiæ Urbium Officinam Librariam habuit: In Academia ejus Erasmus Roterodamus Theologiæ Doctor renunciatus. Inter Præsules habuit *Maximum*, cujus Libri Sermonum & Homiliarum extant Bibl. Patr. T. V. P. I. & *Claudium*, veterem illum *Waldensis Doctrinæ Asfertorem*, qui è Consiliariis Caroli M. fuit, & in Concilio Francofurtano Adriano P. M. graviter se opposuit, Archiepiscopatui Turinensi postea à Ludovico Pio admotus; Extatqve Commentarius ejus in Ep. ad Galatas editus primo à *Petro Pesseliero*, Altisiodorensi Cœnobita *Paris. 1542.* & inde in B. P. translatus *T. IX. fol. 64. & seqq.* Scripsit contra eum *in causa Imaginum Jonas Aurelianensis* Episcopus, cujus Liber itidem extat *cit. T. IX. B. P. f. 90. & seqq.* quanqvam nec hunc recte de Imaginibus sensisse ipsi Doctores Catholici Bellarminus & alii autumant. V. *Præf. in c. l. B. P.* Eundem Claudium *adversus reliquias Sanctorum non contemnendas &c. quædam nefanda dogmatizasse & usque nunc dogmatizare* queritur idem Jonas Libro dicto; Mox comparat eum Vigilantio & Eustatio, *qui in contemnendis SS. Martyrum reliquiis eorumque sepulcris deh*onorandis &

non-

nonnullis Ecclesiasticis traditionibus reprehendendis perversissime senserint. Et : *Quia non simpliciter graditur, sed à recto tramite aberrans SS. Patrum terminos jactanter transgreditur, non frustra de quodam ut creditur vaticinio Claudii sortitus est nomen: Quoniam &c. in eo quod Ecclesiasticæ autoritati claudicando contraire nititur non immerito nomen Claudii sortitur.* Ipsi Waldenses quoq; hic Sedem suam ab antiquissimis temporibus habuere testibus utriusq; Religionis Scriptt. quos magno numero V. ap. *Usser. de Succes. Doct. in Eccles. c. IIX.* Quibus è recentioribus accedunt *Theodor. Belvedere* L. de propaganda fide ed. Turin. 1638. *La valle di Angrogna Sempere ò in un tempo ò in un altro ha havuto heretici.* Et *Marc. Aurel. Rorenco* Prior Lucernensis in *Narratione del Introduttione de gl' Heretici nelle Valle di Piemonte*, Turin. 1652. p. 26. *Nel nono & decimo secolo continuano l' heresie antecedenti*; Et p. 60. *Non si puo haver notezza del principio de suo ingresso.* Qui & de Claudio id ipsum perhibet, quod supra de eo diximus nempe ipsum Waldensium Doctrinam defendisse. *Obs. Histor. Ed. Tur. 1649.* Et in MSo quodam Waldensium de Ao. 1587. quæritur Articulo I. *Quanto tempo, è ch' è stata predicata la pura dottrina nelle Valli?* Resp. *Circa cinque cento anni, come si puo raccoglier per alcune Historie, ma secondo l' opinione de gl' habitatori delle Valli il tempo è immemoriale di Padre à figliuoli.* Habitantque hodienum in Vallibus *Lucernæ, Perosæ & S. Martini*, minori quidem amplitudine, quam ante persecutionem A. MDCLV, at nihilominus XIV. Ecclesiis duabus Classibus comprehensis adhuc distincti, quæ sunt 1. Communitas seu potius *Ecclesia S. Johannis*, S. Johannis, *la Communauté de S. Jean.* 2. Ecclesia Angrognæ, *d' Angrogne.* 3. *de la Tour.* 4. *du Villar. s. Villaro.* 5. *de Bobbi*, s. Bobbio. 6. *de Roras*, s. Rorata. 7, *de Roche platte* complexa Communitates S. Bartholomæi & Praruſtinam, *les Communautés de S. Barthelemi & Praruſtin.* Quæ unam constituunt *Classem Vallis Lucernæ, le Colloque de la Vallée de Lucerne.* Porro in Valle Perosæ sunt 1. Ecclesiæ Villarana & S. Germani, *de Villar & de S Germain*, quæ in unam junctæ sunt. 2. *De Pramel.* 3. *de Pinasche*, Pinascha. 4. *de la Chapelle*, La Chapella, additis Communitatibus *du Pomaret & du Mean.* Et in Valle S. Martini 1. Ecclesia *de Ville Seiche*, Villa Secca, ad quam referuntur Communitates *du Faet*, Faetto, *Riuclaret*, Rioclareto, *S. Martin, Bouil & Traverse.* 2. *De la Maneille*, Maneglia, ad quam relatæ Communitates *de Maced, Salse & Chabran* s. Chiabrans. 3. Ecclesia *de Prals*, di Prali, ad

quam pertinet Communitas *de Roderet.* Quæ itidem singularem Classem efficiunt Vallis Perosæ & S. Martini, *le Colloque du Val Peyrouse & S. Martin.* Habitant præterea in Valle Clusonia & Pragel, *La Valle di Clusone & Pragelato*, ubi sex Ecclesias habent sine ulla intermixtione Catholicorum, uno Sacerdote excepto, qui Mantulæ, *a Mantoules*, degit, nec cuiquam rem sacram facit, nisi ædituo suo aut transeuntibus subinde viatoribus; In Transalpina item *Valle de Queyras*: Sed hæ jurisdictione Ducũ Sabaudiæ non comprehenduntur, unde fugientibus Persecutiones Vallium Pedimontii Asyli loco fuere receptumque præbuere. V. plur. *Joh. Legeri Histoire Generale des Eglises Evangeliques des Vallées de Piemont ou Vaudoises* L. I. c. I. Tabulam Geographicam trium Vallium Pedimontij, *Carta delle tre Valli di Piemonte*, autore *Valerio Crasso* ibidem. De *Ponte de la Tour* & *Specu Rupis Wendelini* aliisve naturæ operibus in hisce locis V. *seq. c. VII.*

V. *Genua* Urbs principalis Reipublicæ ejusdem nominis, magnificis superba Palatiis, sed adversus vim bellicam minus valida, quippe cui infra positæ circumjecti montes dominantur. Januam Italiæ tamen dici moris est, quam proinde obnoxiam servare Hispaniæ Reges, Galli contra & Sabaudi sibi addicere à multis retro annis studuerunt, hi æmulatione ex vicinia nata, illi ut Hispani capta Genua Provinciis Italiæ prohiberentur, quas secure tenent, quoad Genuam fidam habent. Neq; Genuenses alieno ab Hispanis sunt animo, ob causam tamen plane singularem: *Præter naturam est & contra communem usum, ut Debitori in Creditorem dominatio sit; Hispanici Regis in Genuenses dominium manat ex debito, quo ipsis obæratus pro malo nomine audiet, quandocunq; ab ipsis discesserit. Quæ enim actio Genuensibus contra inficiantem Regem? Hinc fit ut emanente sorte, quæ ipsi cautio est fidei Genuensis, usuræ quotannis præstentur incuriose & segnius, quam par sit. Sic dominatur Hispania Genuæ.* Gramond. *L. XIV.* Quid eo nomine inter Gallos, Sabaudos & Genuenses A. MDCXXV. MDCLXXIII. LXXIV. LXXIX. ipsoqve quo hæc scribimus tempore actum sit, suo loco in Historia civili commemorabitur. De Claustris, quibus aditum ex Sabaudia & Gallia custodiunt *V. c. IIX. S. II. §. de Clavibus Rerumpublicarum.* Inter Urbes potiores Territorio Genuensi comprehensas sunt Gua, Novi, Gavia, Rossigliona, Campia, Musonia, Spinea, Sacellia, Ostagia: In tractu Maritimo eminet *Savona*, juxta quam & *Finalium* indicandum, sed Regi Hispaniæ subditum, & *Nizza* urbs maritima Ducis Sabaudiæ. *V. c. III. S. III. §. V.*

Vene-

Venetiæ nomine gaudent, 1. *Venetia Gallica*, quæ Vannes. 2. *Marca Tarvisina*, cui vetus *Venetia* nomen. 3. Plurali numero *Venetiæ*, *Vinegia*, Urbs modicas complexa Insulas circiter LX; Jacent in intimo Maris Adriatici recessu, mediis in Stagnis affuso, qua Oriens est, Pelago, quod tamen ne sua violentia sit noxium præjectis aliis quibusdam Insulis, tanquam aggeribus cohibetur. Numero plurali nominantur, quod conditores vel non unius Urbis fuerint Cives, vel quod varij Venetiæ Regionis populi, relicta ob summam Atilæ omnia vastantis sævitiam continente in modicas has Stagnorum Insulas, tanquam in Arces quasdam migrarint, Patavinis quidem in Rivo Alto fundamenta circa A. CCCCLVI. orsis, aliis autem vicinis gentibus opus cœptum paulatim in summum splendorem emolientibus. De nomine *Frischlinus* ita lusit. *Aut* Venus a Venetis *sibi fecit amabile nomen*; *Aut* Veneti Veneris *nomen & omen habent*. *Orta Maris Spuma fertur* Venus: Et Venetorum *si videas Urbem cernitur orta Maris*. *Jupiter est illi genitor: Sed Mars pater huic est, Mulciberi Conjux illa, sed ista Maris: Complet amore sui* Venus *omnia, qui* Venetam *Urbem Non amat, hunc nunquam debet amare* Venus. Jason ad l. 45. ff. de Verbor. Obligat. *Paradisum Deliciarum* vocat, eodemque spectat Dialogus iste inter Advenam & Senem qui ad D. Marci legitur:

A. *Dic antique Senex*, Venetæ *quis conditor* Urbis?
S. *Jupiter*: A. *Unde Arces?* S. *Attica*: A. *Scorta?* S. *Venus*.
A. *Mœnia?* S. *Neptunus*: A. *Numi?* R. *Dido*: A. *Bellica?* S. *Mavors*:
A. *Artes? S. Mercurius*: *A. Jura?* S. *Minerva dedit*.
Non mirum est, si alias inter caput exhibet Urbes;
Quam tot cœlestes composuere Deæ.

Sannazarij Carmen Sensu plane simili constans exhibitum *in Historia Civil.* Primarium Templum est *S. Marci* Marmore ipsoque auro splendidissimum: Supra Portas Statuæ æneæ Equorum quatuor, Constantinopoli, cum Veneti eam occupassent, advectæ. Thesaurus D. Marci ibidem conditus, in quo Mitra Ducalis Gemmis intertexta, & in apicem Carbunculo ornata inæstimabilis precij custoditur: Coronæ item Regiæ aureæ XII. Thoraces aurei totidem, Gemmæ deinde vasaque ex Lapidibus preciosis innumera. Regimen Civile Dux ac Senatus, Ecclesiasticum Patriarcha gerit, quæ rara in Ecclesia,

Occidentali est Dignitas, Conf. infr. de Aquilegia. De fato ejus præterito secuto Lucas Gauricus hæc scripsit.

Virginei partus seclis bis octo peractis
E pelago emergens tellus fœcunda colonis
Præbebit miseris alimenta è frugibus altis,
Nec Nautæ Pisces capient in litore sicco,
Sed varios pueri flores & gramina pingues
Læta boves, hasta non remis pulcra Juventus
Certatim ludent, mœsto spectante Senatu.

Quibus versibus Venetis Dominiū Poëta pollicetur usq; ad A. MDCCCLXXX. Urbem prædicens ex *Insula* in continentem mutatum iri. Ex Insulis quæ ipsam cingunt, præcipuæ sunt *Judaica & Muranum*, officinis vitrariis celebres.

Juxta Venetias explicandum *Patavium*, urbs antiquissima & Venetiarum Mater, quibus tamen ab A. MCCCCIV. paruit, tanquam pia Mater præsenio virium non satis compos piæ Filiæ non tam imperio, quam ministerio regenda, ut loquitur *Merula l. ante cit.* Eadem Doctissimorum omnium Facultatum Virorum ferax fuit, inter quos è veteribus T. Livius, C. Valerius Flaccus, L. Arantius Stella, Volusius C. Ascanius Pædianus, Julius Paulus, è recentioribus *Marsilius Meinardinus*, *Patavinus* vulgo dictus Minorita Theologus, qui Ludovici Bavari partes contra Johannem XXII. P. M. tutatus est, edito Libro de Potestate Papæ & Imperatoris sub Titulo *Defensor Pacis*, quem Albertus Pighius in Hierarchia Ecclesiastica oppugnavit. Tum JCti *Jac. Alvarottus*, *Franc. Zarabella*, *Ludovicus Carbasius*, *Antonius de Rosellis*; *Albertinus* denique *Mussatus* Historicus & Poeta doctissimus, tantique apud Patavinos æstimatus, ut decreto Academiæ Patavinæ Statutum sit, ut utriusque Collegii Doctores ac Scholastici, quotannis Natali Dominico ad ædes ejus Solenni Pompa procederent, eumq; cereis ac Corona triplici honoris ergo salutarent; Quod studiorum merito, mortalium contigit nemini. *Voss. de Hist. Lat. L III. c. IX.*

Eodem pertinet *Verona*, Urbs ædificiorum pulchritudine nobilis, vetusque Scaligerorum Sedes, qui Magistratum titulo Principum ac Vicariorum hic olim gesserunt; Item *Vicentia*, *Tarvisium*, s. Trevisо, omnes uno imperio Venetorum, communique Provincia Marca Tarvisina, *Marca Trevigiana*, comprehensæ, cui nomen datum à modo dicto Tarvisio, Sede olim & domicilio Marchionum Longobardici nominis, qui huic

Tra-

Tractui cum Imperio præfuerunt. His jungendæ ex Lombardia Trans-Padana *Crema*, Urbs rerum hominumq; copia insignis & inter nobilissima Italiæ Castella recensita: Unde Proverbium *Barletta in Puglia, Prato in Toscana, Crema in Lombardia*: Apud *Merulam c. XXXV.* Et Bergomum, *Bergamo*, unde *Ambrosius Calepinus*, primus Dictionarij autor, qui eam suo cœpto consecutus est felicitatem, ut opus quod rude & impolitum edidit, licet ab Viris doctissimis sæpe supra modum sit auctum & illustratum, variis etiam appositis Lingvis, semper tamen ipsius nomine fulgens prodeat. Ibidem recentior quædam Lucretia singulari pudicitiæ exemplo inclaruit: *Antonia, Virgo non minus animi, quam corporis pulchritudine pollens: Quæ cum à Friderico Imperatore violentum in se stuprum parari videret, mortem pro conservanda pudicitia vilipendens, gladioque violatori erepto intrepidum sibi pectus transfodiens, singulari castitatis exemplo Urbem hanc perpetuo illustravit CIↃ CLXIIX.* Quæ verba sunt monumenti, quod à Civibus in Palatio ipsi positum, exhibitumque à *Merula l. c.* Cujusmodi casus tamen an tanti sint, tantaque laude digni apud Moralium Scriptores requirendum.

Forum Julij, Friuli, Friaul/Patria etiam aliquando dicta, itidem Venetorum Jurisdictionem sequitur, habetque Utinum, Udene, Germanis Weiden/ & *Aquilegiam*, Urbem fide olim in Imperium, post Sede Patriarcharum celebrem, sed incolis nuuc infrequentem. *Ecclesia Aquilegiensis, cujus Patriarcha secundum à Pontifice locum obtinet etc. Urbs ipsa cum olim opibus & gratia populi Romani ac Principum, præterea nobilitate ædificiorum ac Civium Magnificentia floruisset, nihil tamen ex antiqua fortuna nisi nomen atque ipsum Patriarchale decus retinuit. Neque enim ab Attila Hunnorum Rege eversa, licet Narsetis opera restituta, vetere Incolarum celebritate frequentata deinceps fuit. Sigon. de Regn. Ital. L. I.* Prope hinc abest Insula atque Urbs Gradus, unde nomen Aquilegiensi *Patriarchæ de Grado*: Quia Aquilegiensis Ecclesia ibi autoritatem prius & Jus Primatus habuit, Testibus *Volaterr. L. IV. Comm. Urb. & Candido L. III. & IV. Comm. Aquil.* Ibidem *Palma Nova* sita, *Foro Julii, Italiæ & Christianæ Fidei Propugnaculum* (ut verba Numorum sub fundamento ejus positorum habent) idemque fere unicum totius Europæ Regulare Fortalitium A. MDXCIV. à Venetis excitatum, pro defendendo Maris Adriatici ostio, quod præteritis seculis Italiæ calamitatibus fatale fuerat, quippe quo omnes Barbaricæ Nationes ipsiq; Turcæ ad Provinciam

am hanc subigendam sibi aditum fecere. Describitur singulariter *T. V. Theatr. Urb. n. 68.*

In Istria est *Justinopolis*, *Capo d' Istria*, unde *Petr. Paul. Vergerius* Episcopus Justinopolitanus, Vir præterito seculo magni apud Evangelios nominis: Urbs parvam occupat Insulam trino teli jactu divisam à continenti, cui Pontibus jungitur. *Merul. l. c.*

Luca, quæ itidem Libera Respublica, magni Ducis Hetruriæ Territorio inclusa est, unde contentior ejus custodia, munimentorumque cura.

VI. *Ducatus Mantuanus* iterum in *Lombardia Trans-Padana* situs, Feudumq; Imperii Germanici est, quemadmodum & Duces titulum gerunt Principum ac Vicariorum perpetuorum S. R. I. Sedes Ducalis est *Mantua*, Urbs structura ac præcipue Arce Principis, insignibus conclavibus variisq; naturæ & artis raris operibus ornatâ celebris. Ei ob commune Jurisdictionis vinculum ex Lombardia Cis-Padana subjungendus *Marchionatus Montisferrati*, seu, quæ Etymologia nominis esse creditur, *Montis Feracis*, à Sabaudis sæpe petitus, sed Niverno Duci A. MDCXXIX. à Rege Galliæ assertus: Partibus aliquot tamen Sabaudiæ Duci relictis, vi Tractatus Cherascensis, de quo *Instr. Pac. Germano-Gall.* §. Item ne Controversiæ: *Cæsarea Majestas decenter requisita concedat Domino Duci Sabaudiæ, una cum investitura aliquorum Feudorum & Statuum, qualem inclytæ memoriæ Ferdinandus II. Duci Sabaudiæ Victori Amedeo concesserat Investituram quoq; locorum, ditionum, statuum, omniumq; jurium Montisferrati, cum appertinentiis, quæ illi vigore prædicti Tractatus Cherascensis, nec non executionis inde subsecutæ decreta & remissa fuerunt, sicuti quoq; Feudorum Novelli Monfortis, Sinii, Moncherii & Castelletti cum appertinentiis juxta Tenorem Instrumenti acquisitionis ab eodem Duce Victore Amedeo factæ sub XIII. Octobr. A. 1634. etc.* *Casalis* Provinciæ caput est, Arciumq; Europæarum Princeps, aut inter Principes, ac Porta Gallorum & Hispanorum ad occupandum Italiæ Imperium, unde cum Marchionatus dicto A. MDCXXIX. à Sabaudis Hispanisque occupatus esset, solaq; Casalis restaret jam gravi obsidione pressa, ventilatâ in Senatu Augusto Regis Galliæ hâc causâ, plurimisq; eam abdicandam censentibus, solius Cardinalis Richelij consilium pervicit: *In hoc Bello magis versari Christianissimi Regis causam, quam Ducis Mantuani: Si Casalim Hispanus expugnaverit, statim dominaturum Italiæ pleno jure & post Montisferrati & Man-*

Mantuæ usurpationem instituruum Galliæ usurpandæ. Gramond. *Hist. L. XIIX.* missoq; proinde exercitu effectum, ut obsidio solveretur, ipsaque paulo post connivente Novo Duce Mantuano in manus Gallorum veniret. V. *Minister. Card. Mazar. Disc. XIII. & XIV.* E quibus ad Ducem reversa nunc iterum consiliis Regis Galliæ petitur, inter causas imminentium motuum Europæorum locum forte acceptura.

Ducatus *Mutinensis & Parmensis* itidem è Lombardia Cis-Padana sunt, ille Feudum Imperii, hic Pontificis M. Illius Urbs præcipua est *Mutina*, seu *Modena*, Sedes olim *Azonis JCti*, qui se Juris arcana in hac Urbe reserasse scribit, ad *l. Un. C. de Stud. liberal. art. Rom. & Const.* Patria item *Jac. Sadoleti & Caroli Sigonij.* Eodem spectant Rhegium & Carporum Principatus; *Vallis Comachij*, haut procul Ferrara inter Ducum prætensiones est, sed à Sede Romana possessa. Parmensis Ducatus *Parmam* Urbem principalem habet, Urbem salubri aëre structuraq; eleganti commendatam. Nexus Feudalis verò Duces annuâ præstatione XM. Aureorum obligat vigilia D. Petri in Camera Pontificia solvendorum.: Qva die & Reges Hispaniæ Regni Neapolitani causa VIIM. Aureorum solvere oportet, V. *Notic. Dign. Diss. I. c. I. §. XI.* Ad eundem pertinet Ducatus *Placentiæ & Castri*, quos Paulus III. Farnesiis Nepotibus suis contulit. Sed Castrum quia non Urbe procul est Agnatis & Nepotibus Pontificum maligne & oculis limis semper aspectum.: Unde circa A. MDCXLIII. Parmensi Bellum indictum, ob Castrum creditoribus, qvos Barberini sustentabant, oppignoratum, & in prædam illis juridice cessum: Quod qvidem paulo post compositum, sub Innocentio X. tamen recruduit, Castrumq; tandem occupatum & à Camera Pontificia detentum fuit, donec glisscente A. MDCLXIII. Bello inter Regem Galliæ & P.M. Rex Galliæ inter alias offensarum causas hanc Castri occupationem quoq; numeraret, eoq; Pontificem Alexandrum VII. adigeret, ut primo statim Articulo Pacificationis Pisanæ Disincamerationem Castri, qvi receptus in hoc negocio terminus est, promittere oporteret.: Quo promisso tamen nec Alexander, nec successores Clemens IX. ac X. steterunt, utut sæpius à Gallis moniti, legiturq; Cardinalis Alterius diserte, enixis tamen precibus, Regem Galliæ orasse, ne odiosum hoc negocium inposterum suum faceret, causatus, qvæ vetus Aulæ Romanæ exceptio est, Pontificem M. factis Antecessorum suorum præstandis non obligari.

VII. *Magnus Ducatus Toscanæ* seu Hetruriæ tres Respublicas olim liberas complectitur *Florentiam, Senam & Pisam.* Florentiæ ob elegantiam agnomen *Bellæ* ab Italis inditum: Nunc Sedes Magnorum Ducum est, qvorum duo hic Palatia, nitore maximoq; Thesaurorum apparatu summe conspicua: Quos ex parte recenset *Eslinger. Ital. Wegw. p. 53. & seqq.* In iisq; indicamus Unionem & Adamantem insigni magnitudine commendatissimos, è Bibliotheca insuper celebratissimum exemplar Pandectarum in membrana scriptum, quod mille circiter annorum esse & seculum septimum attingere creditur. De quo V. *Lambec. Comm. de Bibl. Cæs. L. I. n. 19.* & ante eum *Alb. Gentil. Disp. de Libr. Juris Civ. c. III. & IV.* Item *Merul. L. IV. c. XXI.* Senæ Civitas freqvens est agroq; admodum fertili, *quæ etiam primum opibus & potentia post Florentiam locum in Hetruria diu qvondam tenuit.* Guicciard. *Histor. Ital. L. I.* At A. MDLV. à Carolo V. Cæsare in fidem recepta, & sublata Libertatis specie Philippo filio concessa, ab hoc v. iterum, licet invito, simul universa ditione A. MDLVII. Cosmo Florentiæ Duci tradita fuit, exceptis Portu Herculis, Telamone, Monte Argentario, Orbitello & Plombini Arce, qvam sibi Philippus servavit. V. *Thuan. L. XIIX.* Cæterum à puritate Lingvæ Italicæ, & venustate ac doctrina Sexus fœminei non exiguam laudem habet. *Pisa* post varia de libertate certamina A. MDIX. in Florentinorum potestatem venit. Singulare ipsi ornamentum à Turrium copia etiam privatis ædificiis impositarum; Unde *Franc. Petrarcha: Pisarum Urbs pervetusta, sed decenti & decora specie & licet inter plana sita, non tamen ut magna pars Urbium, paucis Turribus, sed tota eminentissimis ædificiis apparens.* Inter eas inprimis spectatu digna Turris, qvæ Dominicæ adjacet, pendula & qvasi jam casura, *inclinata foris minitansq; ruinam Pendula, Recta intus si videris* ut describitur à *Nath. Chytræo.* Qvam structuram singulari artificio deberi aliqvi censent, alii tamen nihil tale in ea occurrere autumant. V. *Esling. p. 139.* Cerevisiam præter morem Italicum à Belga hic coqui cœptam, nec infelici successu idem annotat *ib.* Cæteræ Urbes sunt *Pistoria*, vulgo *Pistoia*, *Volaterra*, *Aretium*, *Burgum S. Sepulchri*, *Cortona*, *Mons Politianus*, *Mons Alcinoi*, *S. Mont-Alcin*, *Pienza*, *Massa*, &c. De *Portu Liburno*, nunc *Livorno* V. *c. III. P. III. §. IV.*

IIX. *Status Ecclesiasticus* complectitur *Ducatum Ferrariensem*, acceptum mortuo A. MDXCIIX. Alphonso II. ultimo Ferrariæ Duce à Clemente

mente IIX, cujus iter eo tunc susceptum singulariter descriptum est ab *Angelo Rocha:* Tum *Agrum Bononiensem*, aliosqve Romaniæ tractus; *Umbriam* item eoq; *Marcam Anconitanam*, *Ducatum Spoletanum*, *& Urbinensem*, qvi sub Urbano IIX. mortuo Francisco Maria, ultimo Duce A. MDCXXIV. accessit: Deniq; *Romanam Ditionem*, cujus qvicqvid est terrarum inter Romam & Regnum Neapolitanum in specie dicitur Ager Romanus, *Campagna di Roma*; Altera parte Florentiam versus *Patrimonium S. Petri.* Accedit & *Ducatus Beneventanus*, qvem Pontifices Maximi è Regno Neapolitano sibi reservarunt. *Roma* primaria Urbs hujus Status, tot descriptiones meruit, ut ipsi Indices Scriptorum ejus justum prope volumen conficiant. Situ minus salubri est, de cujus causa dictum *prac. §. 1. hujus c. n. 2.* De Remediis singulari scripto egit *Alexander Petronius*, Medicus Romanus, *de tuenda Roma valetudine*, Eademq; causa fieri opinantur, ut vix pagum aliquem intra milliaria aliquot circa Romam conspicere liceat. Nec eundem situm hodierna retinuit, qvam vetus habuit, cumq; olim in montibus ageret, sedes hasce tanqvam infeliciores aversata planiora petiit, unde illud Poëtæ: *Qui miseranda videt Veteris Vestigia* Romæ, *Ille potest merito dicere*, Roma fuit. *At qui celsa Novæ spectat Palatia* Romæ, *Hic merito poterit dicere*, Roma viget. *Fuit Vetus* in VII. præcipue Montibus; Viget, qvo loco qvondam erat Campus Martius. *Castellum S. Angeli* ab Alexandro VI. ex mole Adriani formatum Frenum Civitatis, idemq; refugium Pontificum M. est, in qvo & Clemens VII. M. præterito seculo obsessus fuit, docuitque exemplo suo, ut non nemo tunc jocatus fuit, *Pontificem M. non posse errare.* Urbis ipsius splendorem ædificando auxerunt inprimis Paulus II: Julius II. Pius IV. Sixtus V. & Paulus V. qui ex Roma confusa ordinatam, & ex Lapidea Marmoream fecere. At Muri ejus adhuc ex parte antiquitatem ruinosam ostendunt, ex aliâ qvidem integri, nullo tamen vallo muniti, qvippe satis vallati potentia vicinorum Principum & autoritate Pontificis M. *Sprenger. Nov. Rom. L. VI. c. I.* Cæteræ ad Statum Ecclesiasticum pertinentes Urbes fere trecentæ numerantur, inter qvas extantiores sunt: *Bononia*, *Ferrara*, *Perusia*, *Asculo*, *Ancona*, *Forolivio*, *Ravenna*, *Fermo*, *Viterbo*, *Benevento*, *Spoleto*, *Rimini*, *Cesena*, *Faenza*, *Imola*, *Macerata*, *Camerino*, *Rieti*, *Terianno*, *Novesa*, *Narvi*, *Assisi*, *Orvieto*, *Folinio*, *Tuderno etc.* *Ferraram* in specie tanqvam Clavem Status Ecclesiastici celebrant, unde nec peregrino sine singulari indultu ultra tres dies hic commorari licet.

IX. Ex Statu Ecclesiastico in *Regnum Neapolitanum* itur, cujus ingressum Philippus II. Rex Hispaniæ hac Inscriptione munivit: *Hospes, hic sunt Fines Regni Neapolitani: Si Amicus advenis, Pacata omnia invenies; Et malis Moribus pulsis Bonas Leges. Anno MDLXIIX.* Nomen Siciliæ cis Pharum habere, sed absurde, notat *Guicciardinus. In Privilegiis & Rom. Pontificum Diplomatibus, in qvorum clientela vetustissimo est jure, Sicilia cis Fretum Regnum* absurde *nominatur. Histor. Ital. L. I.* Neapolis primaria ejus Urbs est, copia Personarum Illustrium Nobiliumq; splendens, variisq; Castellis custodita, qvorum præcipuum est *Castellum S. Elmi*, à Carolo V. Imp. conditum, qvod ideo *Briglia di Napoli*, Frenum Neapolitanum vocant. Motus à Massaniello A. MDCXLV. hic excitati passim noti sunt. V. *Brachel. ad h. A. & Sigism. Freiberger. P. IV. Contin. Disc. X.* Reliqvæ Urbes sunt *Capua, Puteoli, Anversa, Surrentum, Cajeta, Amalfia; Brundusium* item, *Otranto, Tarentum, Gallipolis. &c.* Atqve ut πρῶτον ὕστερον faciamus *Ducatus, seu Status Mediolanenſis*, hic quoq; commemorandus venit, qvippe eandem cum R. Neapolitano Jurisdictionem Regis Hispaniæ seqvens. Nomen ipsis dedit *Mediolanum* Urbs Primaria, dicta q. Mayland / aut Mid-land / quod medium esset & velut Umbilicus Insubriæ, aut Meidel-land / Virginis Regio vel Terra. Inter cæteras Urbes est *Pavia*, olim *Ticinum* vocata, juxta qvam memorabilis illa Clades A. MDXXV. Gallis illata, Galliæq; Rex Franciscus captus fuit, de qvo *P. II. c. III. §. IV.* Hic tantum adducendum, qvod Thuanus à Seniore celebris per omnem Europam Carthusianorum Monasterii Papiæ adjacentis, ex qvo cum Sodalitio suo multa percontatus fuerat, se accepisse, & tanqvam rem, qvam nesciret, an ab alijs prodita esset, in adversaria sua conjecisse scribit: *Franciscum nempe juxta septi muros tunc apertos per medium septum ad Templum adductum fuisse, Et cum ante majus altare sisteretur, tunc ex Psalmo CXIIX. à Sacris Sodalibus ad Preces in choro congregatis recitatum fuisse versum 70. post qvem, ut fit, pausa facta Regem captivum antevertisse & memoriter seqventem versum, quasi ad consolationem suam sorte ductum, alta voce recitasse: Bonum mihi Domine, quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas.* V. Thuan. *vit. L. I. Comum* qvoq;, nunc *Como*, commemorandum, sedes Nobilis *Odeschalcorum* familiæ, adeoq; hodierni Pontificis M. patria.

IV. HEL-

IV.

HELVETIÆ. Geographica notitia hæc est: Jacet inter Montem Juram, Lacum Genevensem, Italiam & Rhenum: Habens à Septentrione Rhenum ab egressu Lacus Cellensis ad Rauracos usque, si pauca excipiantur; Ab oriente Sveviæ partem, Comitatum Tirolis, & partem aliquam ditionis Venetorum; A meridie Bergomates, Mediolanenses, Pedimontanos; Ab Occidente Sabaudiam. II. Distinguitur in XIII. Populos, quos Galli & Itali *Cantones*, alij Pagos vocant, horumque numerus ac ordo, prout in Comitiis Badensibus sedent, talis est: *Tigurum, Berna, Lucerna, Uria, Svitia, Underwaldia, Tugium, Glarona, Basilea, Friburgum, Solodurum, Scaphusia, Albatiscella.* His accedunt Præfecturæ Helvetiorum Imperio subjectæ, quæ. I. Tres Comitatus, *Aquensis* seu Badensis IIX. Veteribus pagis parens; *Turgovienſis*, septem veteribus pagis additis Bernensibus, Friburgensibus & Solodurensibus, & *Sarunegaunensis, Sargans*, VII. Veteribus pagis subditus. II. Liberæ Provinciæ, die Freien Aempter/ quæ itidem à septem Veteribus Pagis reguntur. III. Rheguſca, seu Vallis Rheni, Rheinthal/ ab iisdem, additis Abbatis-Cellanis. IV. Extra Helvetiam in Italia quatuor Præfecturæ omnibus præter Abbatis-Cellanos subditæ, *Luganenſis, Bocarnenſis, Mendrisiana, Vallis Madiæ*, quas dono Maximiliani Sfortiæ Mediolanenum Ducis acceperunt, quod opera ipsorum Ducatum Mediolanensem recuperasset. V. *Uzenacum & Castra Rhætica*, Gasteln/Svitiorum & Glaronensium Imperium agnoscentia. VI. *Bellinzona, Vallis Brunia, Riviera* ab Uraniis, Suitiis & Underwaldensibus gubernatæ. VII. *Muracum, Grandisonum, Eschalenium & Urba*, à Bernensibus & Friburgensibus. IIX. Schwartzenburgum, à Bernensibus solis. Eodem referimus Socios & Confœderatos Helvetiorum I. *Abbatem Sangallensem*, qui Tigurinos, Lucernates, Suitios & Glaronenses perpetuo jure Libertatis Defensores & Monasterij sui Advocatos instituit A. MCCCCLI. II. *Sangallum* oppidum, quod Tigurinis, Bernensibus, Lucernatibus Svitijs, Tugenis & Glaronensibus se junxit A. MCCCCLIV. III. *Rhætos* fœderatos VII veterum Pagorum per fœdus Superius s. Canum A. MCCCCXCVII. & fœdus Domus Dei A. MCCCCXCIIX. IV. *Vallesianos* cum Episcopo suo, qui æterno fœdere junctì fuerunt VII. Catholicis Pagis & Bernensibus. V. *Mulhusium*, quod qvatuor Cantonum Reformatorum fœdere potissimum gaudet. VI. *Biennenses*, qui cum Bernen-

nensibus primum fœdere, tandem ipso Civitatis jure mutuo coaluerunt. VII. *Neocomenses*, qui Bernensibus peculiariter obstringuntur. IIX. *Genevam*, cujus mentio fiet in Historia Urbium. V. *Plantin. Helvet. c. III.* Natura Soli Helvetici talis fere, ut montana armentis, feris ac volucribus abundent, plana frugibus: Unde & à re frumentaria, potisimum v. pecuaria, maximum quæstum capiunt, ipsis sterilibus locis Incolarum industria ad fertilitatem perductis. Ventorum violentiæ subjacet, cujus causa in Montium anfractibus sita. Peculiare est, quod de Australi Vento ex aliis Scriptoribus narrat modo laudatus Plantinus: Eum præsertim apud Urienses omnia siccare & serenare, unaque nocte arboribus viriditatem aut uvis maturitatem afferre; Aliquando summos tantum montium apices perflare, ut omnia in iis vernent, vallibus interea nive oppletis manentibus; Alia vice tanto furore spirare, ut ipsa tecta ædibus auferat. In eadem Dracones freqventius quam alibi nasci narrat ex Joh. Cysato L. de quatuor Helvetiorum Sylvaticarum Civitatum Descriptione *Kircher. M. S. L. IIX. S. IV. c. II.* Cujus causa forsan in congestorum ab Aquilis, ingentibusque vulturibus, qui in Alpium rupibus inaccessis nidulantur, cadaverum varij generis putredine, indeque facta diversorum seminum confusione ac fermentatione sita.

V.

I. GERMANIAM Ortelius appellat universum tractum, qui lingva Germanica utitur: Sicque maximam Longitudinem ejus definit à Portu Caletensi usq; ad Vistulam Fluvium, Latitudinem maximam à Mari Balthico ad Alpes. Confer *Thuan. Histor. L. II. init.* ubi & de Locis Jurisdictionem Germanicam agnoscentibus agit, de quibus loquendum erit *parte II.* Præsenti Germaniæ Statui sequentes quam proxime accedere videntur: Ab occidente Rhenus, tum pars Mosellæ Rheno propior, inde iterum Rhenus usq; ad Lippæ influxum, denique hinc ad medium Amisis ducta Linea; A Septentrione est Oceanus Germanicus Fl. Eidora & Mare Balthicum. Orientales vix Lineâ aut naturali aliquo signo distingvi possunt, nisi Limitaneas Provincias designari satis sit, quæ Pomerania, Marchia, Silesia, Moravia, Austria; Ab Austro partem Alpes faciunt, reliquum Rhenus ab egressu Lacus Cellensis usque ad Rauracos de quo initio *præc. §.*

II. Partium Germaniæ recensionem à distributione ejus in X. Circulos (Grotius X. *Pagos* vocat. *Histor. L. VII. p. 344.*) petimus, eo modo, qvo

quo Helvetiam in Cantonibus suis vidimus, & alii Poloniam in Waiwodiis considerant: Circulos hosce enim proprie Germaniam concernere, nec adeo Imperium, inde colligimus, quia nulla Feuda Italiæ iis comprehenduntur. Circulorum Nomina sunt: *Austriacus*, *Bavaricus*, *Svevicus*, *Rhenanus Superior*, *Franconicus*, *Rhenanus Inferior*, *Saxonicus Superior*, *Saxonicus Inferior*, *Westphalicus*, *Burgundicus*. In Burgundico speciale est, quod non Jurisdictionem, sed Protectionem tantum Imperii hactenus agnoverit, immo ne hanc qvidem nunc amplius agnoscat. Ad omnes simul notandum, esse Germaniæ loca, quæ nullo Circulo comprehenduntur: Qualis Comitatus s. Principatus Mompelgardensis, qui nullo continetur Circulo, licet & votum & Sessionem in Comitiis habeat: Idem Sprengerus de Borussia & R. Bohemiæ, ipsique Unitis Provinciis notat *Luc. Imp. c. 1. p. 68.* Sed illa scrupulis suis non carent.

III. *Austriacus* Circulus locupletissimum Archiducatum *Austriæ*, complectitur, cui adhæret *Comitatus Tirolensis*, in quo *Oenipons*, Inspruck / Tridentum; Et ducatus *Stiriæ*, in qua *Gratium*; *Carinthia*, seu Kärnthen/ubi Fanum S. Viti, & *Carnia*, in qua Laubach; Quibus adduntur Goritia & Venedorum Marchia, Wendisch Marck. Austria duplex est, *Superior*, in qua Linz / & *Inferior*, ubi Vienna, Krembs, Neustadt. Legendi de hisce *Matth. Meriannus* Topographiâ Provinciarum Austriacarum, Austriæ, Stiriæ, &c. Franc. 1649. fol. *Gerhardus de Roo* Historiæ Austriacæ Annalibus, Wolffgang. *Lazius* Descr. Austriæ, *Joh. Cuspinianus* Austriâ cum omnibus ejusdem Marchionibus &c. De Carinthia extant *Hieronym. Megiseri Annales Carinthiæ.*

IV. *Circulus Bavaricus* habet I. Electoratum atque Ducatum Bavariæ trans Danubium, quæ duplex, *Superior*, in qua Monachium & Ingolstadium; Et *Inferior*, ubi Straubinga, Landshutum &c. Ejusdem alia pars Septentrionalis & cis Danubium, quæ *Nortgovia* vocatur, in qua *Palatinatus Superior*, ubi *Amberga*, & *Landgraviatus Leuchtenbergicus*, in quo prima Urbs *Pfreimbt*; *Comitatus Chamensis &c. II. Archiepiscopatum Salisburgensem*, cujus Metropolis Salzburg. III. Episcopatus *Ratisbonensem*, *Passaviensem*, *Frisingensem*. V. de Bavaria *M. Velserus Rer. Boicarum Libris V. Matth. Merian.* Topographiâ Bavariæ, *Joh. Aventinus* Annalium Bojorum L. VII. *Ed. Nic. Cisnero.* Aldzreiterus Annal. Boicæ Gentis, *Joh. Trithemius* Chronico Successionis Ducum Bavariæ & Comitum Palatinorum *T. 1. Opp. ejus Ed. M. Frehero.* De Salisburgensi Archiepiscopa-

scopatu extat *Christophori Sewoldi* Metropolis Salisburgensis, *Monach. 1620.*

V. *Circulus Svevicus* habet *Ducatum Wirtenbergensem*, in quo Stutgardia; Marchionatum *Badensem*, in quo *Baden*, *Durlach*, *Hochberg*; Episcopatus *Augustanum*, *Constantiensem & Curiensem*, Prælaturas deinde, Comitatus, Baronias, Civitates Imperiales magno numero, V. *Svevicarum Rerum Scriptores ed. Melch. Goldast. Franc. 1605. 4. Matth. Merian. Topographiam Sveviæ*, *Martini Crusij* Annales Svevicos, *Felic. Fabri* Historiam Suevorum &c. *In T. II. Script. Germ. Schardij* habetur Joh. Pedij Commentarius de Rebus Gest. Wirtenberg.

VI. *Circulus Rhenanus Superior* continet Palatinatum *Sponhemensem*, *Bipontinum & Veldentz*, Landgraviatum *Hassiæ*, *Darmstatinum & Castellanum*; Episcopatus *Wormatiensem*, *Spirensem*, *Argentinensem*, *Basileensem*; Abbatiam *Fuldensem*; Comitatus Wetteraviæ, *Nassaviensem*, *Salmensem*, *Rheni*, *&c.* Eodem referuntur, aut relati fuerunt Ducatus *Sabaudiæ*, *& Lotharingiæ*, Landgraviatus *utriusque Alsatiæ*, *Suntgoviæ*, *&c.* De Hassia extat *Meriani* Topographia Hassiæ & vicinarum Regionum, *Dillichij* Chronicon Hassiæ. Fuldenses Antiquitates scripsit *Christoph. Browerus* Genealogia Comitum Nassoviæ cum *Tab. Geographica Comitatus Nassovico-Dillenburgici* a. J. O. extat *Lugdun. edita 1616. fol.* De Tractibus exemptis hujus Circuli V. *Merian. Append. ad Topograph. Palat. Rheni.*

VII. *Circulus Franconicus* Orientalem Franciam, quæ *Franconia* nuncupatur, universam continet. Sunt ibi tres Catholici Episcopatus, *Bambergensis*, *Herbipolitanus*, *Eichstetensis*. Est & Teutonici Ordinis Magistri Sedes cum Territoriis *Mergentheimij*, *Neohausi*, *Dallavii*. Eodem referuntur Marchionum Culmbacensium & Anspacensium Ditiones, & Comitatus Hennebergicus. *Franconiæ Topographiam* itidem dedit *Merianus A. 1640.*

IIX. *Circulus Rhenanus Inferior*, s. Electoralis, der Nieder-Rheinische oder Chur-Rheinische Kreiß quatuor Imperij Electoratus complectitur, tres Ecclesiasticos, & Electoratum Palatinatus Inferioris. V. iterum *Matth. Meriani Topographia* Archiepiscopatuum Moguntinensis, Trevirensis & Colonensis: *Nicol. Serarij* Rerum Moguntiacarum Libri V. Conr. Episcopi Chronicon Rerum Moguntiacarum Basil. 1532. *Petr. Cratepoli* omnium Archiepiscoporum Colonensium & Trevirensium

sium Catalogus. 1560. *Matth. Meriani Topographia Palatinatus* Rheni cum Appendice Etlicher des H. Römischen Reichs zu den Ober-Rheinischen Kreiß gezogenen Ständen / als Bisantz / Metz / Tull / Verdun / Lothringen / Savoyen / 1645.

IX. *Circulus Saxonicus Superior* continet Electoratum *Saxonia & Brandenburgicum*, Ducatum *Altenburgicum*, *Vinariensem*, *& Gothanum*, Principatum Caminensem, *Pomeraniam* utramque, *Anhaltinum* Principatum, Comitatum Mansfeldicum, etc. Ad Saxoniam refertur *Misnia*; Marchiæ partes sunt *Vetus*, *Media*, *Nova*, *Ukerana*, *Prignicensis*. Legenda de his *Dav. Chytræi* Saxonia, item *Alb. Krantzij* Saxonia, *Reineri Reineccij* Historia Misnica, *Georg. Fabricij* Rerum Misnicarum Libri VII. *Meriani* Topographia Electoratus Brandenburgici & Ducatus Pomeraniæ A. 1652. Sed in qua non unum παράλειπομενα fidelis aliquis Patriota notaverit; *Andr. Angeli* Historia Marchionatus Brandenb. *Justi* Chronicon Marchiæ, *Christoph. Einzelt* Chronicon Marchiæ Veteris, *Leutingerus* variis Libris de rebus Gestis Marchicis, *Ernesti Brotuffi* Annales Anhaltini, *Cyriaci Spangenbergij* Chronicon Mansfeldicum.

X. *Circulus Saxonicus Inferior* habet Archiepiscopatus, sed nunc in Ducatus mutatos *Magdeburgensem & Bremensem*, Ducatus deinde Brunsuicenses, *Guelferbytannum*, *Luneburgicum*, *Cellensem*, *Hanoveranum*, Mechlenburgicos *Gustrovienſem & Sverinenſem*, *Lauenburgicum*, *Holsatiæ*, Principatum *Halberstadenſem*, Episcopatus, *Hildeshemenſem*, *Lubecenſem*, *Sverinenſem*, *Ratzeburgicum*. De quibus nunc ad manus est Casp. Danckwerths neue Landes-Beschreibung der zwey Hertzogthümer Schleßwig und Holstein / etc. Werneri Chronicon Magdeburgense etc.

XI. *Circulus Westphalicus* à Regione nomen habet, quæ Saxonibus occidentalis est, & eapropter *Westphalia* dicitur, Equus n. quem Phalen, Falen antiqui Saxones dicebant, Saxonum insigne erat. Continet Ducatus *Juliæ*, *Cliviæ*, *Montium*; Episcopatus *Monasterienſem*, *Paderbornenſem*, *Osnaburgenſem*, *Leodicenſem*; Item Verdenſem, & Mindenſem, nunc Principatus: Comitatus *Bentheimenſem*, *Teckleburgicum*, *Lippanum*, *Ridbergenſem*, *Oldenburgicum*, *etc.* *Frisiam Orientalem*, *&c.* Westphaliam peculiari Topographia exhibuit *Merianus*: *Wernerus Rolfinck* scripsit de Westphalorum s. Antiquorum Saxonum situ, moribus &c. *Adelarius Erichius* Gülichische Chronicke L. VII. ad A. 1610. *Teschenmacherus* Annales Cliviæ, Hamelmanus Chronicon Oldenburgense. De *Circulo Burgundico* s. Comitatu Burgundico V. §. *hujus n.* 2. & præc. §. III. n. 26.

Atque hæc jam qualemcumque noticiam Provinciarum Germaniæ noſtræ præbuerint. Specialiorem ſingulorum locorum recenſionem videre eſt apud Juris & Status Publici Scriptores Goldaſtum, Limnæum, Sprengerum. Adde *Autorem Appendicis ad Contin. V. Diar. Europ. p. 3. & ſeq.* Verzeichnüß des H. Römiſchen Teutſcher Nation Hochlöblichſter / Hoch- und Wol-löblicher Stände / nach den Zehen Reichs-Kreiſen / &c.

XII. Germaniam noſtram commendat Frumenti copia, qua vicinis Regionibus proſpicit; Eſtqve memorabile, quod narrat *Lanſius*, cum A. MDXCI. Italiam & in ea Romam graviſſima fames premeret, & ex Holſatia, Civitatibus Vandalicis atqve Belgio Mercatores eò multis navibus iviſſent, Pontificem M. curſorem, qvi nuncium adventantium Germanorum primus attulerat, mille Ducatorum honoratio donaſſe. *Or. pro Germ. p. 45. ex Janſon. in Merc. Gallo-B. T. 1. L. IV.* Vini Bonitatem oſtendunt Vinum Rhenanum, Neccarium, Moſellenſe, Franconicum, Auſtriacum: Bavaria tamen & Boreales Tractus auſteriora ferunt, in qvæ eapropter non nemo jocatus fuit, eſſe genus Aceti naturalis; Sed defectum hunc melioris notæ Cereviſia ſupplet, qvalis Serveſtana, Brunſvicenſis, Roſtochienſis, Torgavienſis, &c. Non minor proventus eſt animalium, notiqve ſunt Equi Oldenburgici Comitatus, Sues Weſtphalicæ ac Bavaricæ &c. Marchiam natura copioſo piſce donavit; Salis copiam fundunt Luneburgum, Hala Saxonum, Hala Svevorum, &c. Qva proventum Metallorum, & Mineralium ſola fere Germania in Europa Argentifodinis gaudet, certe abundat: Qvam in rem pluribus videndi *G. Agricola*, Libris de Natura Foſſilium, & de Re Metallica, *Lazarus Ercker* Beſchreibung aller fürnehmſten Mineraliſchen Ertz- und Bergwercke.

XIII. BOHEMIAM Germaniæ adjungimus, licet reipſa ad Germaniam nunc non pertinentem; Id n. arguit I. Qvod Rex Bohemiæ extra negocium Electionis Cæſareæ ad Comitia nulla vocetur, nec ut membrum aliqvod Imperii de negociis publicis Fœderum Pacis, Belli, Legum &c. conſultandi aut concludendi facultatem habeat, & ne particularibus qvidem Electorum conventibus ſe immiſceat. II. Qvod Regni Bohemiæ Subditi non poſſint in Imperio conveniri, ſed tantum in Foro Bohemico. Sic cum A. MDXLV. Ordines Imperij Comitiis Wormatienſibus

ibus deliberassent, an Bohemi in partem ferundorum Onerum publicorum pertrahendi essent, Carolus V. rem indignissime tulit, & post captum acurate cum suis Consilium proximis, qvæ post confectum Bellum Smalcaldicum A. M. DXLIIX. habebantur Imperii Comitiis publice ac solenniter isti Consilio intercessit asserens, Bohemiam non solum esse Regnum ab oneribus id genus liberum, sed & ab Imperio Germanico prorsus cum gente tum institutis segregatum: Ob nun gleichwol die Königl. Majestät/ als ein König zu Böhmen/ etliche Land und Herrschafften der Deutschen Sprachen und Zungen vom Heil. Reiche zu Böhmen erkennen; So haben dieselbe Lande und Herrschafften vom Röm. Reiche weder Schutz und Schirm/ Friede noch Recht/ sondern seynd von dem Reiche Deutscher Nation in ein ander sonderes Reich und Nation von Alters her abgesondert/ und denselben nicht incorporiret/ und also des Reichs Deutscher Nation Bürden/ Anschlägen und Contributionibus nicht unterworffen.

Eadem est Figura Ovali, Montibus ac Silvis undiqve cincta, eoqve amphitheatri cujusdam formam repræsentans. Limites sunt ab ortu Silesia & Moravia, ab occasu Bavaria, à Meridie Austria, à Borea Misnia & Lusatia. Districtus habet qvindecim secundum partitionem Carolinam Caroli IV. qvæ hodienum obtinet: *Pragensem, Kaurzimensem, Hradecensem, Chrudimensem, Czaslaviensem, Bechynsensem, Vultaviensem, Podbradscensem, Prachensem, Pilznensem, Racovnicensem, Slanensem, Zatecensem, Litomierzizensem, & Boleslaviensem.* Qvibus additi, qvi peculiaribus institutis vivunt *Comitatus Gladscensis, seu Glacensis*, qvi à Borea & Oriente Silesiæ terminis, ab Austro Angulo cuidam Moraviæ adhæret: *Hebane* seu *Oegrana Provincia*, qvæ Bavariæ & Voitlandiæ adjacet; Dn. *Loctensis seu Cubitanus* Terræ tractus, Germ. Elbogen/ ad Hebanum districtum & Voitlandiam situs. De qvibus omnibus V. prolixè agentem *P. Stransky Descriptione Bohemiæ c. II.*

Praga notissima Regum Sedes, adeoq; Regni Urbs primaria est: In Partibus ejus præcipuæ, *Vetus*, die Altstat/ & *Minor* die kleine Seite/ illa Curia & Universitate, hæc Arce Regia conspicua: Utramqve Moldava Fluvius interluit. Arcem vetustas & amplitudo commendat, at minori, qvam tempora nostra exigunt, magnificentiâ est. Haut procul hinc v. sita *Domus Zierotinia*, novum ac superbum Palatium, cuive exornando ipsa natura accessisse videtur, addita Echûs septies, novies, & alicubi qvindecies & amplius ex circumsitis montibus distinctim resonantis

gratiâ. Bis Urbs maximis Europæ motibus autor extitit, Hussiticis ante tria prope secula, & funestis illis nostri Seculi Anno XIIX. cœptis; Uno qvoq; & eodem fere modo, dejectis è fenestris dissidentibus, qvos Actus *Defenestrationes* vocari nunc moris est. Prior ex Curia Novæ Urbis Pragensis facta, cujus Consules una cum Urbis Judice à Plebe tumultuante dejecti, Zischæ ut creditur consilio d. XXX. Julij A. MCCCCXIX. Posterior ex Arce Partis minoris Baronibus Martinizio & Slabatæ illata, gravis quidem Bohemiæq; ac toti Germaniæ fere exitialis, at vitæ cadentium non tam periculosa, qvam ab aliqvibus proditum est, qvod situs subjecti soli ex sordibus eo defluentibus mollescentis curioso spectatori facile aperiet, ne in alias circumstantias excurramus. Interim rei memoriam erectis duabus Pyramidibus servari placuit, elegantiâ non exiguâ conspicuis, at, incertum qvo fato, cum sambucis, spinis, ipsis tricubitalibus urticis aliisve neglectorum locorum sociis misere colluctantibus. Priori Trilateræ in ipso loco, in qvem deciderunt, erectæ, hæc verba inscripta leguntur:

Anno Domini 1618. 23. Maj.
Jaroslaus Borzita Baro à Martinitz
Quod erga Deum & Cæsarem,
Regemque suum fide esset majore,
Qvam perfidia ferre posset,
Ab Hæretica Nobilitate è Regia
Cancellaria *primus in hunc*
Fossæ locum, *velut in mortem*
Certissimam deturbatus,
Et tribus plumbeis globis esset ictus:
Verum qvos inclamaverat
JESUS & Maria
Vere pro Vehiculo illi
Et pro scuto fuerunt.
Ita neqve noxam sensit,
Et major à ruina surrexit.

Altera qvadrilatera in imo fossæ hæc habet:

Anno Dom. 1618. 23. Mai.
Gvilielmum Slabatam Baronem de Chlum
& Koschenberg.

Nobilis

Nobiles Hæretici,
Quod eos quantum potuerat tenuisset,
Ne in DEum, Cæsarem ac Regem suum furerent,
Neve Patriam & seipsos perditum irent,
Tanquam Phrenetici medicum aggressi
Ea rabie de Cancellaria huc egere præcipitem,
Ut proxime abfuerit à Morte:
Et sane ab ea se tunc abfuisse
In causa tam gloriosa hodieq; doleret;
Nisi illum sustentarent spectacula Triumphorum,
Quos quotidie de perfidia reportat
Augusta Pietas Cæsaris Ferdinandi.

Sed eadem Praga, veluti primos, ita ultimos qvoq; motus Belli Bohemo-Germanici sustinuit, occupatâ à Comite Königsmarckio Parte Minori, Veteriqve Urbe ex ea multoties licet frustra petitâ, cum medio tempore Pax concluſa ulterius perrecturum fisteret: Qvam in rem verba Turri in medio Moldavæ instructo ponte positæ aureis literis inscripta leguntur talia:

Siste hic paulisper Viator,
Sed lubens ac volens.
Ubi multa populatus tandem vel invitus
Sistere debuit
Gothorum & Vandalorum furor;
Et lege sculptum in marmore
Quod in perpetuam Boemorum omnium,
Sed inprimis Vetero-Pragensium
Memoriam
Anno Domini MDCXLVIII.
Mars Svecicus Ferro ac Igne in hac
Turri delineavit.
Hæc Turris Gothici fuit ultima
meta furoris,
Sed fidei non est hæc ultima
meta Boemæ.
Potuissent id ipsum Cives Vetero-Pragenses
Tristi Sanguine inscribere,

Nisi
Pax aurea
Ferdinandi III. Pietate & Justicia
In Orbem Germanicum reducta
Pro Sanguine Aurum suppeditasset.

Solum Bohemiæ gleba pingui constat, eoq; frugibus non leviter instructa est; Vinum qvoqve profert, sed mediocris conditionis; Lupuletis v. excellit; Fodinis Metallicis abundat, de qvibus iterum consulendus fine præc. §. citatus *Lazarus Ercker*. Lapides precioſos Adamantes, Amethystum, Sapphirum, Smaragdum, Jaspidem profert in Montibus Cerconoſſijs inter ipsam & Sileſiam intermediis, sed minoris, ut omnes Europæi sunt precij; At Granatos optimos dignitateq; ipſis Orientalibus ſuperiores, qvæ justa utriusq; nobilisſimæ Regionis Bohemiæ ac Sileſiæ laus est: A venenatis aliisq; noxiis animalibus liberior esse creditur. Salis usum ex Bavaria & Saxonia petit; Qvamvis n. eo non prorsus careat, qvia tamen vel fontes juges non fuere, vel impenſæ reditibus majores inventæ, cessarunt colligendi ejus operæ. *Stranſky Libr. cit. c. 1.* Plura de Rebus Bohemicis legi possunt in *Scriptoribus Antiquis Rerum Bohemicarum Ed. Marqv. Frebero* Hanov. 1602. Qvales, *Cosmas Pragenſis*, *Æneas Sylvius*, *&c. Joh. Dubravij* Hiſtoria Bohemica, *Zachar. Theobaldi* Topographia & de Montibus Bohemiæ, *Wenceslai Hageeij* Böhmiſche Chronicke/*Melch. Goldaſti* de Bohemiæ Regno incorporatarumq; Provinciarum Juribus Franc. 1627. &c. Conf. *P. II. c. IX.*

Provinciæ Regno Bohemiæ unitæ sunt *Moravia*, *Sileſia & Luſatia*. *Moravia* fines nunc longe contractiores, qvam mediis seculis cum Regni Titulo excelleret. Primaria Urbs ejus Olmuzia. *Sileſiæ* partes seu Principatus sunt *Vratislavienſis*, *Sweidnizenſis*, *Jaurenſis*, qvi duo Primogenitum Regis Bohemiæ manent, *Glogovienſis*, *Saganus*, *Troppavienſis*, *Oppeln*, *Ratibor*, *Teſchen*, *Neiſſa*, *Lignitz*, *Brieg*, *Münſterberg*, *Olſſen*, *Croſſen*, *Jägerndorf*: Qvibus accedunt 4. Dominia *Pleß*, *Wartemberg*, *Militz & Trachenberg*. Primaria Urbs est Vratislavia. Legendi pluribus *Joh. Curæi Sileſiæ* Gentis Annales, *Nicol. Henelij Sileſiographia*, Ejusdemq; *Breslographia*. De Rebq Naturalibus Sileſiæ extat *Caſpari Schwenckfeld Catalogus* Stirpium, Fossilium, &c. Sileſiæ, cui brevis ac docta Delineatio Geographica Sileſiæ præfixa est. *Luſatiæ* nomen à *Luzy*, qvod Slavorum Lingva Saltus seu virgulta significat; Partes sunt Superior & Inferior. Superiorem

Hexa-

Hexapolin, die Sechs-Städte/vocat,& caput habet Budissinum; In Inferiori Sedem Principi præbet, inde primatum merita *Lubena*; Ejus partes olim fuerunt *Cotbusia*, *Peucenium Fortalitium*, *Bescovia*, *Storcovia*, sed illæ jam Marchiæ Brandenburgicæ Jurisdictionem agnoscunt.

VI.

BELGIUM alias Germaniam Inferiorem vocant, das Niederland; Circumjacent Frisia Orientalis, Westphalia, Clivia, Colonienſis & Trevirenſis Archiepiscopatus & Regnum Galliæ. Provincias numerat XVII. qvarum decem, qvantū qvidem è singulis reliqvum est, *Belgium Hispanicum* seu potius Regiū &Hispano-Gallicū vocantur, reliqvæ septem *Belgium Fœderatum*. Decem Belgii Regij Provinciæ sunt *Brabantia*, *Limburgū & Luceburgū* Ducatus; *Flandria*, *Artesia*, *Hannonia*, *Namurcum*, *Zutphania*, Comitatus, *Antwerpia* Marchionatus, *Mechlinia* Dominium. Belgium Fœderatum reliquas VII. Provincias comprehendit, Ducatum unum, *Geldriam*; Comitatus duos, *Hollandiam & Zellandiam*; Dominia qvatuor: *Ultrajectum*, *Frisiam*, *Transisulaniam*, *Groningam*. Regio tota humilis & plana est, nec montes alit, nisi in Ducatu Lucemburgico, Namurco deinde & Hannonia. Communiter fere spirat Aërem humidiorem, qvem v. Incolis non adeo gravem esse, homines longævi istorum Tractuum docere poterunt: Ipsum Terræ genus pingue, tenax & bituminosum, unde plerisque in locis, quia debita Lignorum copia deest, focis parandis materiam præbet, quam speciali nomine *Turfas*, Torfen/ *h. Cespites Bituminosos* seu unctuosos vocant, & loca unde extrahuntur, *Veenen*, *Broek*, *Moer*, *Marsch*, *Goor*, *Waase*, *Donck*, qvæ & variis pagis ac vicis nomina peperernnt, ut *Amstelveen*, *Marseveen*, *Oldenbroeck*, *Ostbroek*, *s'Graven Moer*, *Maersen*, 'tLant van Waes, Flandriæ pars &c. De qvibus omnibus *V. Cl. Mart. Schoock.* peculiari Scripto *de Turfis*, & *Ludov. Guicciardinum* in Diatribe, quam subjunxit Hollandiæ Descriptioni Gengraphicæ. Eruuntur in Brabantia, Zutphania, Frisia, Ultrajectina Dioecesi, Hollandia, Groninga &c. Qvanqvam & extra Belgium in Angliæ Agro Lancastrensi, de qvo vid. *Camden. Britann. in Lancas-shire p. 611.* De Picardia Galliæ & Confiniis Ambiani *Guicciardinus*: Pro Germaniæ partibus Septentrionalibus idem loqvitur quotidianus usus eorum, & Agrum Francofurtanum nostrum in remotioribus Pratis Trans-Viadrinis aliisqve humilioribus locis pagorum circumjacentium iisdem instructum non uno experimento nos edoctos meminimus.

Brabantia Urbem Principalem Belgii Regii, *Bruxellas*, habet, deinde Lova-

Lovanium, Trajectum ad Mosam, Sylvam Ducis, Bergam ad Somam &c. In eadem Marchionatus, sed sub Carolo V. redditus Ducatus *Arschotanus*. Ortelius Provinciam hanc commendat ab aëris salubritate, testatus eam à peste intactam mansisse, utut maxime grassaretur in vicinis Regionibus. Cæterum fructuum & pecorum feracissima est: Eo tamen tractu versus Septentrionem, qvam Incolæ Campaniam vocant, arenosior & siticulosa; Sed ubi nihilosecius perIncolarum industriam aliqvandoTriticum colitur. Inter Autores, qvi huc pertinent, sunt *Joh. Bapt. Gramaye* de Antiqvitatibus Ducatus Brabantiæ, *Hadrianus Barlandus* Chronico Brabantiæ Ducum &c.

In *Ducatu Limburgico* Urbs Limburgum, unde prope absunt Aqvæ Spadanæ.

Lucenburgensis Ducatus in circuitu LXX Milliaria habet, numerante Ludov. Guicciardino. Nomen habet à principali Urbe Lucemburgo præter qvam videre est & Ivosium, Marvillam, Malmediam, Theonisvillam &c.

Namurci Comitatum ab iisdem Naturæ Donis commendat Ortelius, qvibus Leodiensem Provinciam. De origine nominis scribit Meurerus, olim *Neumur* dictum, qvod Latinis Novum murum sonaret. Urbes ejus habentur Namurcum, Bovinum, Carolomontium, Valencuria.

Hannonia, Hennegow/ Hainault, marmore, ferro & plumbo dives est. Urbes ejus primariæ sunt Bergen & Valenciennes, qvæ in medio Provinciæ fere sita; Urbem Bavacum, *Bavais*, qvæ antiqvis Cæsarum temporibus maxime floruit, notabilis Viarum egressus, qvem præbet, memoratu dignam efficit: Columna Lapidea enim in foro est, sub qva ab Incolis omnia viarum Capita referuntur, qvæ ab eo loco in omnes Galliæ partes sublimi atq; recto tramite exporriguntur. Has Brunehildi opera stratas fama loqvitur, ejus qvoq; nomenclaturam in hunc usq; diem servant, *Chemins de Brunehaut*, Gallice dictæ. Et durant hodienum harum viarnm plurimis in locis vestigia, sed interrupta; Habentqve id præsertim miraculi, qvod sublimiores sint vicinis utrinqve agris, inter insignia Galliæ oppida rectissimum iter conficiant, & silicinis lapillis qvi etiam in vicinis agris desunt, sternant, adeo ut vel ab humo ebulliviſſe silices vel æthere pluisse qvis judicet, vel alia qvam humana manu & opera undecunqve toto orbe lectos in ejusmodi viarum ruderationem qvis demiretur. *Ortel. Th. O. ad Tab. XL.*

Artesiæ Chronicon peculiare scripsit *Franc. Balduinus JCtus*, itemqve notas

notas ad Consvetudines Artesienses. Atrebatum, *Arras*, primaria ejus Civitas est: *Audomaropolis* seu S. Omer, Aria, *Ayre*, & Rentiũ, *Renty*, Jurisdictioni Hispaniæ per Articulos Pyrenæos reservatæ; Sed nunc, veluti antehac aliæ Artesiæ partes, ad Galliam transierunt.

Flandria Brabantiâ, Hannoniâ, Artesiâ & Oceano finitur; Pascuis eoq; re pecuariâ excellit, nobileqve est Butyrum Tractus Dixmuydensis. Urbes habet Brugas, Gandavum, Ypram, Insulas seu Ryssel, Winoxbergam, Dixmuydam, Duacum, Sluisam &c. Sed ratione jurisdictionis nunc inter Gallos, Hispanos & Belgas divisa est. Extant de ea *Jacob Marchantius* de Rebus Flandriæ memorabilibus in *Script. Belg. Feyerabend. p. II. p. II.* *Jac. Meyerus* Flandricorum Annalium Libris XVII. *ib. p. I. p. I.* *Antonij Sanderi Canonici Yprensis* Flandria Illustrata, *Tomis III. fol.*

Zutphaniæ Comitatui Urbs Zutphen nomen dedit; Sicuti *Marchionatui S. R. I.* Antwerpia, *Mechlinienſi* Dominio Urbs Mechelen.

De *Zeelandia* actum in Historia Insularum. *Hollandia* s. Batavia duplex est Meridionalis & Septentrionalis: Meridionalis, *Zuyd Holland*, habet *Comitatum Egmontanum*, Baronatum *Vianensem*: Civitates priores sunt *Dordracum*, *Harlemum*, *Delphi*, *Lugdunum*, *Amstelodamum*, *Gouda*: Posteriores Roterodamum, Gorcum, Schiedam, Schoonhoven &c. Septentrionalis *Nort-Holland*, alias *West-Friesland* dicta, veluti Hollandia Meridionalis in specie *Holland* vocatur, ferente ita communi Titulo Statuum Hollandiæ, die Herren Staten von Holland und West-Friesland / h. Hollandiæ Meridionalis & Septentrionalis. Dominia habet *Bewerwyck & Schagen*, Urbes *Enckhuysen*, *Hoorn*, *Alkmaer*, *Edam*, *Munckedam*, *Purmerent*, *Medenblyck*, *&c.* Solo angusto comprehenditur, eoqve impari alendo stupendam istam hominum multitudinem, qvam habet; Sed cujus defectum commercia supplent, mari importante, qvod Terra negavit, & copiosissimam omnium totius Orbis rerum suppellectilem suppeditante: In quam Hollandiæ conditionem lusit *Jos. Scaliger* seqventi ad J. Dousam svavi Poëmate:

Ignota tua referam miracula Tera,
Dousa, peregrinis non habitura fidem.
Omnia lanicio lassat textrina Minerva;
Lanigeros tamen hinc scimus abesse greges.
Non capiunt operas fabriles oppida vestra,
Nulla fabris tamen hic ligna ministrat humus.

Horrea triticeæ rumpunt hic frugis acervi;
Pascuus hic tamen est, non Cerealis ager.
Hic numerosa meri stipantur dolia cellis;
Quæ vineta colat, nulla putator habet.
Hic nulla, aut certe seges est rarissima lini;
Linifici tamen est copia major ubi?
Hic mediis habitamus aqvis, quis credere possit?
Et tamen hic nullæ, Dousa, cibuntur aqvæ.

De Hollandia extat *Hadriani Junij Batavia, M. Z. Boxhornij Theatrum, Scriverius* de Antiqvitatibus Batavicis &c.

Geldriæ partes, *Velavia*, in qva Arnheim, Wageningen, Harderwyck &c. & *Betavia*, in qva Comitatus Buren & Culemburg, & Civitates Noviomagum, Bommel, Lovenstein, &c. Eidem annumeratur qvicqvid in Comitatu Zutphanensi extra Hispanicam Jurisdictionem est. V. Joh. Isaac. Pontani Historiæ Geldricæ L. XIV, quos Belgio transcripsit Arendt van Schichtenhorst.

Frisiam pascua nobilitant, in qvæ ex ipsa Dania armenta magno numero qvotannis mittuntur. Urbes habet Leevarden, Dockum, Worcum, Franekeram, Staveram, Bolswaert, Harlingen. Vox alias latiori significatu venire solet, eove tres Frisiorum regiones referunt, Occidentalem, hanc, de qva agimus, Orientalem, Germaniæ partem, & Intermediam, quæ Tractus Groningensis, de qvibus & similibus vid. *Ortel. ad Tab. XLV.* Seorsim extat *Ubbo Emmius* Rerum Frisicarum Historiâ, *Martini Hamconij* Frisia seu de Viris rebusq; Frisiæ Illustribus.

In *Transisulania* Civitates sunt *Daventria, Campen, Zwolla. Groningense Territorium* habet Gröningam, Delfzuyl &c.

Ultrajectino Episcopatu seu Dominio comprehenditur Ultrajectum, Amersfort, Batavodorum, Rhenen &c.

VII.

I. DANIÆ nomine veniunt Chersonesi Cimbricæ pars maxima & Insulæ ad ingressum Maris Balthici sitæ: Unde nec de Limitibus ejus aliqva difficultas, quos maximam partem Mare efficit, solo latere versus Germaniam excepto, quod *Fl. Eidora* terminat, vetus inter Daniam & Saxoniam limes: Quemadmodum *Adamus Bremensis* de Caroli M. temporibus *c. XI. Hemmingus Rex Pacem cum Imperatore faciens Egdoram Fl. Regni terminum accepit.* Et Alb. Stadensis ad A. DCCCX. *Extincto cœlitus Godefrido, Hemmingus*

mingus Patruelis ejus succeſſit, qui mox Pacem cum Imperatore faciens Egdoram Fl. Regni ſui terminum accepit. Conf. *Pontan. Hiſt. Dan. L. IV. f. 95.* & inprimis Doctiſs. *Conring. de Fin. Imp. Germ. c. IV.* Ad nominis æqvivocationem pertinet *Parva Dania*, Danßckholm/ Inſula in concurſu limitum Provinciæ Hallandiæ, Norwegiæ ac Svediæ ſita & pro diverſis partibus ſui ad ſingulas iſtarũ Regionũ relata: Unde & in ea feruntur olim Reges Daniæ, Svediæ, ac Norvegiæ uni ſimul Menſæ accubuiſſe, ſingulis tamen in ditione Regni ſui manentibus, *T. Joh. Lyſcandro Serm. 3. Antiq. Danic.* & ex eo *Zeiler.* Beſchr. des Kön. Dennem. *f. 22. 23.* De Inſulis actum præc. c. V. *Cherſoneſus Cimbrica* in hoſce Tractus diſtinguitur: I. *Jutiam Septentrionalem*, cujus IV. Diœceſes, Alburgenſis, Viburgenſis, Arduſienſis, Ripenſis. Ad hunc pertinet Fridrichsöda, Koldinga &c. II. *Jutiam Meridionalem, Sud-Jutland*, haut procul Koldinga incipientem & Iſthmo prope Sleswyckum terminatam: Qvo pertinet *Ducatus Sleſwicenſis*, in qvo Sleswyck, Flensburg, Tonningen, Frederickſtadt &c. III. Ditmarſiæ partem. IV. Partem Stormariæ, in qva *Tychopolis ſ. Gluckſtad*, Crempe, ad ipſum Hamburgum usqve, cui adſitum oppidum Altena Regis Daniæ Jurisdictionem adhuc agnoſcit.

II. Seqvitur NORWEGIA ob jurisdictionis communionem ſubjicienda. Adamus Bremenſis *Nordmanniam* vocat, qvanqvam non ille modo, ſed & alii ante ipſum & præſertim Eginhartus eadem etiam voce Daniam Danosqve affecerit. Plinius *Nerigon* videtur nominaſſe: *Sunt & qui alias prodant, Scandiam, Dumnam, Bergos, maximamq; omnium Nerigon, ex qva in Thulen navigetur.* Hiſt. Nat. *L. IV. c. 16.* Et hodie hæc appellatio proxime accedit ad *Norige*, quemadmodum ipſi in hunc usque diem Norvegiam ſuam appellant indigenæ. *Pontan. Chorogr. Dan. f. 690.* Habet ab Oriente Svediam, ab Auſtro Daniam, ab Occidente & Septentrione Oceanum. Loca Illuſtriora ejus ſunt. I. *Præfectura Bahuſienſis*, quæ tamen ultima Transactione ad Svedos tranſiit. Comprehenditq; Urbem Marſtrand/ ſeu Maſterlandiam, in ſcopulo Peninſulæ collocatam, cuiqve & alia bina adjacent oppida *Congelia & Uddewallia* arcem communem habentia *Bahuſiæ* nomine. II. *Aggeruſenſis* ab Aggershuſiæ arce *Asloæ* oppido, quod exteris *Anslo*, adjacenti, ad cujus curiam ex universa Norvegia cauſæ litesqve graviores devolvuntur, ibiqve jus dicitur præſente Arcis præfecto, qvi veluti Regni Norvegici totius Gubernator habetur. *Pontan. Chorogr. Dan. f. 698.* III. *Bergenſis*, *in qva* Berga, vel ut

vel ut Plinius appellat, *Bergi*, nobile Emporium & veluti penu totius Norvegiæ celeberrimum, de qva *præc. c. III. S. III. §.* III. IV. *Nidrosiensis* seu *Trontheimensis*, in qva *Trontheim* seu *Nidrosia*, à Nidero Fl. dicta, Metropolis olim totius Norvegiæ, in qva & Area Regiorum monumentorum Norvegicorum. *Pontan. Hist. L. V. f. 177.* qvem locum *Zeilerus* perversiuscule citat Beschr. des Kön. Denn. *f. 256.* Eadem sedes qvoqve Archiepiscopi, ad qvem non modo Norvegiæ, sed & Islandiæ, & ut erant tempora, Grönlandiæ qvoqve & Orcadum pertinuerunt Ecclesiæ. Nunc Regium Præfectum & Episcopum solum habet, mercimoniis alias ac negociatione tam indigenarum, qvam exterorum perqvam celebris. Extat hodieqve Templum Cathedrale argumentum pristinæ felicitatis, cui magnitudine & cæsorum lapidum artificio vix aliud in Orbe Christiano simile fuit, nisi illud superioribus Annis incendio fœdatum veteris suæ magnificentiæ nunc rudera tantummodo ostentet. *Pontan. f. 699.* V. *Wardhusiensis* in extremo Borea post Svediam & Lappiam ad LXXIII. gr. Elev. Pol. sita, à qua haut procul abest *C. Noortkyn*, olim Promont. Rutubas, unus maximæ Europæ Latitudinis Terminus. Arx *Wardhusia* in Insula exigua, cui nomen *Warda*, collocata, estqve versus aqvilonem Norvegiæ & Orbis propemodum Christiani arx extrema & ultima. Ei subest cum Lappis vicinis *Finmarchia* tractusqve ille universus maritimus Trunsolem dictus, Piscatura præcipue insignis.

III. *Finmarchia*, qvam diximus, qvæqve *Takemarchia* etiam dicitur, hoc seorsim & suum habet, *qvod regio ejus in propria Dominia ac possessiones, ut alibi fit, discreta non sit, sed omnibus obvia, primiq; occupantis. Qui autem primus Terræ Tractum occupat, ejus non qvidem proprietatem, dominiumq;, sed usumfructum solummodo habet. Finni qvi ad mare piscatum abeunt, facile, qvas semel elegerunt sedes permutant; Nam consumptis in qvotidianos ignes circumcirca vicinis Ligni arboribusq; alio concedunt, ut pleriq; eorum, qvi æstivo tempore in litora Maris piscatum abeunt, brumali tempore mediterranea loca repetunt. Verum qui in Insulis habitant & locis litoralibus, in Heymeland/ aliusq;, eadem loca æstate hyemeq; inhabitant, suasq; habent Ecclesias & Pastores.* Pontan. iterum *f. 700.*

Norwegiâ Lignorũ cõmerciũ cõmendat, qvæ ex Provincia Aggershusensi pro fabricandis navibus ingenti copia qvotannis in Hollandiam, Hispaniâ & alias oras evehuntur. Ad Schiam ejusdem Provinciæ etiam Fodinæ Argenti, Æris & Ferri sunt. Utramqve, Daniam & Norwegiam, celebris vario-

variorum generum piscatura nobilitat, in qva & superiorum seculorum Reges sibi maxime applauserunt. Ideo Christianus I. cum Anno MCCCCLXXIV. Romam proficisceretur, Pontificem M. & Proceres Ecclesiæ Harengis, Asellis & Hermelinis pellibus, tq. Donis Regno suo propriis, donasse legitur: Es hatte auch der König mit ihm gen Rom gebracht seiner dreyer Reiche Gaben/ als Hering/ Bergerfisch/ und Hermelinfutter/ davon er dem Pabst und Cardinälen seine Ehrengabe/ einem jeden nach Gebühr gegeben hat. *Hamelman. Chron. Oldenb. p. III. p. 208.* Nec illepidum est, qvod ex Jona Koldingensi idem mox subjicit: Daß einiger Könige in Europa Gesandten/ jeder seines Königes Hoheit/ Macht/ Reichthum und Herrligkeit für alle andere erheben und hoch machen wollen. Der eine lobte seines Königs Gold-, Silber- und Ertzgruben. Der ander den fruchtbaren Kornboden. Der dritte den Uberfluß herrlicher und köstlicher Weinberge/ und dergleichen. Wie es nun an den Dänischen Gesandten auch gekommen/ hat er also angefangen und gesagt: Lieben Herren/ wann gleich des allergrösten Königs in gantz Europa Gut aufs allertheureste verkauft/ und zu Gelde gemacht/ uñ für solches Geld alles mit einander wiederumb aufs allerwolfeilste/ nur höltzerne Schüsseln gekaufft würden/ so ist doch mein König in Dännemarck so reich/ daß Er alle solche Schüsseln (deren doch eine unzehliche Anzahl seyn würde) mit dreyerley Art von frischen Fischen auf einmal füllen und ziehren könte. Wie die andern das gehört/ haben sie dem Dänischen Abgesandten gewonnen geben müssen/ und konten wol gedencken/ daß Er über den Fischfang noch viel ein Grössers haben müste.

IIX.

I. *Sveonum*, *Sveciæ* & SVEDIÆ nomen antiqvos boni ominis causa à juvenili vigore & mascula virtute sumsisse censet *Loccenius*, qvod *Sven* juvenem vel masculum denotet; Svedos v. ab exteris vocatos, qvia Terra Sveonum *Sveaod*, *Sveaöd* & *Svenod* dicta fuerit, indeqve commodioris soni causa *Sved* formatum. *Antiq. SveoGoth. L. I. c. 1.* Regiones Sveviæ conterminæ sunt ab Austro Dania, ab Occidente Norwegia, à Borea Oceanus Septentrionalis, ab Ortu Russia. Partes sunt. 1. *Gothia*, qvo pertinent *Scania*, *Halandia*, *Blekingia*, *Smelingia*; Item Ostro-Gothia & Westro-Gothia: Qvarum priores antehac Daniæ annumeratæ, nunc v. ultima transactione Svedo-Danica Svedico Imperio adjectæ sunt. *Scania* nomine suo veteris Scandinaviæ memoriam servat: Urbes ejus potiores *Helsingburgum*, Urbs ad Oresundam sita, ubi

trajectus è Scania in Selandiam est brevissimus, cui adsita Ars Regia ejusdem nominis excelso in colle posita. *Cronia*, Lands Cron / Arx & Urbs itidem Mari adsita, ac nuperrimo A. MDCLXXIX. singularibus Privilegiis à Rege Sveдiæ donata. *Malmogia*, Malmoe / qvam exteri Ellebogen vocant, qvod cubiti formam referat, *Anconæ* Italorum ita assimilanda, insigne emporium est & præcipua totius Scaniæ Civitas, propter nundinas & freqventes negociationes; Arce item munitissimâ excellit, qvæ robur suum assultibus Danicis ultimo Bello Dano-Svedico satis superqve probavit. *Lunda*, seu *Londinum Scanorum*, tempore nati Servatoris jam creditur floruisse; Eadem Inaugurationibus Regiis Danicorum Regum præteritis seculis inclaruit. *Falsterboa*, vicus ob Harengarum capturam olim celeberrimus fuit. In Hallandia est Halmstadium prope veterem Sveдiæ limitem, *constitutum olim à Regina Margarita, ut deinceps trium Borealium Regnorum Proceres, mortuo Rege, illuc ad constituendum Successorem convenirent.* Meurs. *Hist. Dan. L. II.* De qvo *P. II. c. VI.* In *Blekingia* Christianus IV. Rex Daniæ condidit Oppida *Christianopolin & Christianstadiam.*

II. *Sveonia*, qvo pertinent *Sudermannia*, qvæ proavo præsentis Regis Carolo singulare nomen Ducis Sudermanniæ olim contulit. In ea Regia *Holmia*, seu *Stockholmia:* Holmæ vox Gentis vernacula est, præsertim cum aliquid circumscriptum & veluti septum indicandum sit, ut ita non tantum Insula, sed subinde etiam Clivus & Colliculus eadem significetur. *Pontan. f. 733.* De Scopulis, den Scheren / sinum, cui adjacet, obsidentibus dictum *c. V. § XXVII. Uplandia*, in qva *Upsalia* Vetus Sedes Regum Sveдiæ, cui inde & ipsum nomen Upsal inditum; Sala Aula est, unde UpSal / ad Aulam; Sic antiqvi Hymni Ecclesiastici tmema, *Pudoris Aula Regia*, Interpres Germanicus reddidit, den Königlichen Saal so rein; Et autor Cantionis Natalitiæ, Er macht uns Erben in seinem Saal / *in Aula sua.* Servantq; ipsi adhuc Reges Sveдiæ priscæ Dignitatis hujus reliqvias, dum Inaugurationem ibi subeunt. Et singularia sunt, quæ de Lapide Morasteen hanc in rem habentur ap. *Pontan. Hist. Dan. L. IX. f. 138. Moris fuit antiquitus, ut peracta Regum Sveciæ designatione & annos & dies Inaugurationis nomenq; Regis Lapidi, qui* Morasteen *vulgo dictus, extra Civitatem Upsaliensem, ad unum milliare in plano campo sito incideretur ad perennem rei memoriam. In quo & super quem Reges Sveciæ de novo electi statim post eorum electionem etiam consveverunt ab antiquissimis temporibus*

bus sublimari & inthronizari &c. Eadem antiquitate maxima celebris, qvam alii tamen *Birckæ* oppido bidui itinere Upsalia dissito tribuunt. Tunc sunt *Nericia, Westmannia, Dalecarlia*; Deinde Boream versus *Gestricia, Helsingia, Medelpadia, Botnia, Jemptia*, quæ olim Danorum fuerunt. V. *Artic. Bremsbroenses.* De *Silberberga* loco Fodinis Argenti nunc celebri V. *c. VII. §. ult.* Pagus Morea horrendis magiæ Diabolicæ exemplis innotuit A. MDCLXX, De qvo V. *Diar. Eur. Cont. XIX.*

III. *Lapponia*, h. Terra Exulum; Lap/n. Exulem significat. Russi tamen & Dani etiam aliquibus ejus locis participant: Qui ad Svedos pertinent *Trennes vocatur.*

IV. *Finlandia*, à Boreali latere Sinus Finnici, h. Fein land/ seu Feindes land; Finnin. Hostes Svedorum perpetui fuere, donec subjugarentur circa A. MCL. *Abo* inter primarias ejus Urbes est, munimentis quoq; ac Academia ornata. De Spelunca Viburgensi V. *c. VII. §. X.* Eodem spectant *Cajania, Thavastia, Savolaxia, Nylandia, Carellia, Europa.*

V. E regionæ Finlandiæ atque ab altero latere Sinus Finnici sunt *Ingria* & VI. *Esthonia.*

II. Inter Bona Naturalia Sveviæ numeramus metalli maximè cupri fodinas, quibus illa ditata est, qvarum intuitu & Subterraneum Regni Ærarium has vocat *Loccen. A. Sveogoth. L. II. c. XVII.* Nec obscurum copiæ ipsorum Testimonium elucet in Collegio Montanorum Holmiæ à Serenisſ. Christina ante hac institituto, in qvo res Metallicæ promoverentur & Controversiæ de iis deciderentur. *Id. c. l.* Terra hujus Regni est apta cultui, & vento salubri exposita, qui, ne hyeme, cum intensior est, frugibus officiat, nive, qvæ loco tunicæ sata fovet ac defendit frigus, prohibetur. Per æstatem Solis calore & radiorum ad circumjacentes passim rupes ac colles reflexione maturitas segetis properatur. Ager autem bene habitus & alternis reqviescens, gratiam qvietis ubertate pensat, & pro natura ac benignitate soli communiter octuplum, decuplum, duodecuplum, aliqvando plus eo reddit. Qvam ut divinitus affluentem benedictionem agnoscunt agricolæ, ita *Dei donum* vulgari sermone prædicant, & terram Dei *Cellam penariam* vocant. Unde vetus adagium: I Gudz Wistuus är myckin maat. *In Dei cella penaria multum est cibi. Id. c. XIX.* addit, Terram exustis salubus segeti serendæ non raro præparatam: Qvin ex ipsis virgultorum flammis dato-

datorum cineribus segetem injecto semine resuscitare norunt agricolæ: dum fata in favillæ complexu benigna mater natura molliter fovet, & ubertim producit. Sed ubi hoc nimis freqventari cæptum, edictis publicis cautum est, ne promiscuè & sine modo hoc fieret, ut silvæ fodinis Metallorum vicinæ hujusmodi exustioni essent exemtæ, & ut qvercus malis navium aptæ vulgo sint inciduæ.

III. Finnorum & Lapponum q. peculiaris est *Rangifer*, Animal Septentrioni proprium, quodqve locis delectatur perpetua nive & glacie horridis, & peculiari musci in petris nascentis gaudet alimento; Alio autem à natalibus istis suis translatum diu non vivere admadversum est. Ad figuram cervi qvam proxime accedit, sed tenerius aliquantum est & membris gracilioribus, pilis curtis, colore griseo, duobus præditum cornibus. Horumqve jam multa & numerosa armenta Finni possident, *ex quibus ad ipsos multum redundat utilitatis. Lac ex iis multum suave est, ex eo caseos quoque conficiunt non ingrato sapore, Sed butyrum non præparant, carnibus eorum vescuntur, quas sale quandoque condiunt, & vento siccant, pellibus vestiuntur, pilis sellas suffulciunt, nervis vestes consuunt atque ex iis habenas & vincula conficiunt, quibus navigiculas suas quandoque colligant, absque ullo ferramento, quo destituuntur. Ex cornubus manubria cultrorum, & alia utensilia conficiunt, sed præcipuè trahendis vehiculis suos aptant Rangiferos, atque celerrimè maximum itineris conficiunt spacium. Unus eorum vehiculum trahens præcedit, habenis ad cornua alligatis, Rectore baculo totum negotium dirigente, alter vehiculo alligatus subsequitur, & cum prior trahendo defatigatus fuerit, in ejus locum substituitur posterior, subseqvente illo, atque ita operas partiuntur, donec pensum absolverint. Lassitudinis dant signum, gradum sistendo, & lingvam cum anhelitu exserendo. Duodecim horarum spacio, ultra centum millia passuum conficiunt.* V. plur. *Museum Wormianum L. III. c. XXVI.* Veteres Gothos ex hoc animali Rhenones suos, qvi vestium genus erant, confecisse probat *Loccen. c. XX.* Iisqve Sidonij locum L. IV. Epist. XX. prolixè illustrat.

IV. Denique de Tractibus Svedicis pariter ac reliquis Septentrionalibus Regionibus addendum, eas communi nomine *Scandiæ & Scandinaviæ* antiquitus appellatos, qvanqvam Limitibus non plane iisdem positis. Sic n. *Scandia ista vel Scandinavia continet Grönlandiam, Islandiam, Orcades, Lapponiam, Norwegiam, Sveciam, Bothniam, Gothiam, Finn-*

Finlandiam, ut existimat Jacobus Zieglerus in sua Schondia. Vel, ut arbitratur Cluverius lib. III. Germ. Antiq. cap. 38. Biarmiam, Lappiam, Finmarchiam, Bothniam, Svediam & Norwegiam: Ut A. Bureus, Svediam & Norwegiam: Ut vult Pontanus in descriptione Scania Scaniam, Svetiam & Norvegiam, ut Stiernhelmius in Dissertat. de Gothis, Svediam, Gothiam & Norvegiam complexa est. Quæ omnia tamen isthuc tendunt, complures Arctoas regiones Scandiam continere oportuisse. Eadem Scandia prædicatum Officinæ & *Vaginæ Gentium* inter veteres tulit, ob numerosas inde emissas Colonias: Quæ res, quia hodie expirasse videtur (neque n. tam populosæ sunt regiones istæ, ut Colonias educere possint) rationem suam forte in recepta priscis temporibus Polygamia habuit, quæ dum per LL. Christianismi sublata fuit, eo ipso & numerosæ isti multitudini finem attulit.

V. Sveviæ deniq; adjungimus LIVONIAM, non tantũ communis, qua maximam partem, Jurisdictionis, sed etiam propinqvi situs respectu. Regio est Siliginis & frumenti perdives, quod deinde fluvijs Dvinâ & Nervâ ad Portus Maris indeqve ad exteras Regiones emittit. In Silvis habet ursos, alces, vulpes, Lynces, marturos, Castores & omnis generis animalia, quæ ex Moscovia veniunt, quam ab Oriente contiguam sibi habet, & Nerva tantum Fluvio ab illa separatur: A Borea cum Sveviæ Regno & Finlandiæ Ducatu per Maris Balthici Sinum viciniam gerit; Ab Occidente non nihil Prussiæ adhæret; A meridie Samogitiæ & Lithuaniæ jungitur. Dividitur in octo Territoria *Leitlandiam, Vikeclandiam, Curlandiam, Semigalliam, Estlandiam, Virlandiam, Hariam, Gervandiam.* Principales Urbes sunt *Riga* & post eam *Revalia*, ambæ cum maxima parte reliqva Svedicæ Jurisdictioni subditæ; Curlandiam & Semigalliam Serenissimus Dux ab utraqve nomen ferens tenet; *Narvam* cum Portu Maris & duabus arcibus Moscus habuit, sed Sveviæ Rex jam sine præcedentis seculi sibi vindicavit: Qvæ ut structura ædium commerciisq; efflorescat traditum ab *Olear. Itin. L. II. c. X.* Quod deinde Lithuaniæ conterminum est, Poloniæ adhuc accensetur. V. *Starovolsc. Descr. Polon. p. 208. & seqq.* Conf. *P. II. c. VI. §. V.*

IX.

RUSSIÆ nomen à veteribus Roxolanis cum levi inflexione ductum, à quibus & gentis origo forsan petenda. In voce est ambiguitas,

daturqve *Ruſsia* trium generum, *Alba*, *Rubra & Nigra*, quæ nomen videntur à Colore, quo olim coloni uſi ſunt, accepiſſe, niſi etiam priores diſcriminis cauſa ita appellatas dixeris, ut à *Ruſsia Nigra*, quæ Moſcovia eſt, diſtingverentur: Cujus ſenſu quantopere ambæ Nationes afficiantur, eluxit in Articulis Pacis Polono-Ruſſicæ A. MDCXXXIV. Qvorum pars erat: *Ne Dux Moſcoviæ Titulum, quo nuncupatur Dux Ruſſiarum, extenderet ad Ruſſias ſubjectas Rego Poloniæ, uti neq; Rex Poloniæ ad illas, quæ Moſcoviæ ſunt propriæ.* Piaſec. *ad A. MDCXXXIV. Ruſsia Alba* ad Magnum Ducatum Lithuaniæ pertinet; *Rubra* alias Roxolania & quoad extimiores potiſſimum oras Ukraina dicta, ab Auſtro Hungariam, Moldaviam & Beſſarabiam habet, ab Oriente Tatariæ & Ruſſiæ Tractus, à Borea Albam Ruſſiam Stiro & Pripecio Fluminibus disjunctam, ab Occaſu minorem Poloniam; Fietque utriusque iterata mentio in *ſeq. §. de Polonia.* Ruſſia Nigra v. eſt, de qva hic loqvimur, aliàs Moſcovia dicta, à principali Urbe Moſcovia. A Borea habet Mare Glaciale, ab Ortu Fl. Boream & extremum Volchdam, ab Auſtro ſunt Tatari Crimenſes & Lithuania, ab occaſu Livonia aliæve Sveciæ Provinciæ. Quæ ipſæ etiam ut certis diſcriminis Terminis deſignarentur, peculiari Articulo Pacificationis Cardiſienſis A. MDCLXI. à Svedis & Ruſſis decretum fuit: Soll eine Grentz-Geſandtſchafft gegen den 2. April des 166 ſten Jahres angeſtellet werden / umb allen Zwieſpalt wegen der Grentz in Richtigkeit zu ſetzen. *Art. VI.* dictæ Pacif. *in Diar. Eur. Contin. VI p. 197.*

II. Partes Moſcoviæ *Ducatus* nunc fere appellantur, eorumve ingentem numerum in Titulis Magni Ducis videre eſt; E quibus ſunt Ducatus *Smolenſcenſis, Rielkienſis, Plocenſis, Reſchovienſis, Plescovienſis, Novogardienſis* ad Occidentem Sedi Ducis Moſcoviæ adjacentes, qui tamen ex parte à Polonis etiam habentur. Ad Auſtrum adjecti ſunt Ducatus *Reſinenſis, Worotinenſis, Severienſis;* Ad Orientem *Vlodimirienſis & Novogrodenſis* Inferior. Partes Boreales ſunt *Condora, Pitzora, Obdora, Jugoria.* Nec prætereundæ *Siberia* Regio ad Obium Fluvium, *Samojedia* deinde & *Tingoeſa* ſ. *Tinguſa* prope Fl. Jeniſceam, quæ initio hujus ſeculi demum planius detectæ Magnoque Duci ſubmiſſæ fuerunt, alias copioſa pellium ſupellectile divites. *Jugoria* vetus Hunnorum ac Hungarorum ſedes fuit. V. *c. IX. Sect I. § XI. Siberia* exilio delinqventium in Ruſſia deſtinata Provincia eſt. *Olear. L. III. c. X* De *Lucomorijs* genere hominum in hoc tractu habitante V. *c. IX, S. II. §. II.* De *Samojeda-*

jedarum Charactere *ib. §. XIV.* De *Tingoesis ib. §. III.* Extat earum descriptio, *Korte Beschryvinge van de Landen Siberia, Samojeda, ende Tingoesa*, in Append. ad Itinerar. *Gerh. de Veer. T. I. Navig. Belgic. n. I. p. 60. & seqq.* Urbes potiores recensente *Oleario* sunt: *Moscovia*, sedes Magni Ducis, *Magna Novogardia, Plescovia, Smolensco, Archangel, Twera, Toesock, Resan, Tula, Cologa, Rostow, Peresla, Jaresla, Uglitz, Wolchda, Vladimeria, Stara Russa, Astracan, &c* Crebris incendiis deformantur, quia structuram tantum habent ligneam.

III. Regionis situs fere planus est, nec Montibus aut Vallibus flexuosus. Unde & Fluvij Russici non ex usitatis Hydrophylaciis editioribus, sed lacubus descendunt. Frumenti tam ferax est, ut ad exteros etiam exportetur; Quod tamen immensis spaciis extendatur, silvis qvoqve & desertis non caret. Agriculturæ autem aliud genus admittit, quam nostris in locis habetur; Sementem n. initio Junij demum faciunt, qvem v. continuata Solis præsentia tam cito maturat, ut cum adulto Julio & labente IIX. hebdomade jam metere incipiant; Neqve juvat Agricolas, si citius in eo laborent, qvia intemperies Terræ ex residuo frigore, & ventorum impetu impedimento est, ne citius sperato fructu potiantur. Inter Terræ munera commemorat Olearius melones dulcore & magnitudine XL. & L. Librarum nobiles. Rhabarbari ad Volchdæ ripas largissimus proventus est. Post Samaram inter Volchdam & Tanaim est Planta *Borametz*, ex semine simili Melonum semini, Melonis etiam magnitudine crescens, cæterum agno similis, & Lanâ, succo sangvineo, pulpa carnea animali proxima, eoqve Naturæ in Vegetabilibus ludentis non ignobile specimen, qualia in Satyriis etiam creberrime ponit: Veluti & lanuginem tenuiorem quidem, cum Malis Cydonijs, Persicis, Pilosella, promissam vero cum Gramine Tomentoso &c. ipsi communem fecit; Succum Sangvineum cum Malis Punicis, Sangvine Draconis; Pulpam Cancrorum carni similem cum Uva nigra: Nec mirum est herbas circumsitas depasci, quia radice sua earum nutrimenta subtrahit; Vel quia repens planta est & foliis suis latis ac fructu vicinas ac subjacentes suffocat. V. pluribus *Wormium Musei L. II. c. XXIII.* Vitibus Russia caret æqve ac aliæ Septentrionales Regiones, quarum defectum Vinis Archangelo allatis facile supplet. Feris silvæ abundant, Cervis exceptis, quos non habent, veluti nec in re piscaria Carpiones: Ex vulpinis v. Hermelinis & Zibellinis pellibus commercia

ejus non leve augmentum capiunt; Frigore uruntur maximo, quodqve media Hieme vix sine periculo læsionis sentitur, sed quam peregrinantes pellibus & opertis trahis declinare solent: Narratque *Olearius* ipsam terram in medio Moscoviæ foro intensissimo frigore ingentem in hiatum distractam, qui & de aliis huc facientibus consulendus in *Itinerario Persico.*

X.

I. POLONIÆ, Polen / Etymologiam geminam reddit *Cromer. de Orig. & Reb. Gest. Polon. L. I. c. XIII.* Unam à *Pole*, quod planitiem notat; In Polonia enim Montes rarius videre est: Alterum q. Po *Leck*, tanquam posteros *Lechi* diceres: Sic n. *Polackos* dici Hungaris *Lengel*, q. *Lechel* à Lecho. Qua situm extenditur cum adjacentibus sibi provinciis in longum à XXXIIX. gradu ad LIV. ab Occasu æstivo versus ortum hibernum amplius quam per CCXL. milliaria Germanica; In latum v. à Montibus Carpathijs usqve ad Mare Balthicum CC. Milliaribus admodum. Limites sunt, à Septentrione *Curlandia, Samogitia, Livonia*, ab Ortu Borysthenes, quâ Lithuania à Russia distingvitur: Ab Austro Tyras amnis, quo à Moldavia, & Carpathij Montes, quibus ab Hungaria secernitur, ab Occidente sunt *Moravia, Silesia, Marchia, Pomerania*.

II. Polonia generalissime dividitur in *Poloniam & Magnum Ducatum Lithuaniæ.* Paulo specialius in *Minorem Poloniam, Majorem Poloniam, & Lithuaniam:* Cujus Divisionis usus est in Comitiis eligendo & Marescallo Nunciorum seu Delegatorum Provincialium Directore; in Commissionibus item, & Tribunalibus supremis. Deniq; Geographice divisa habet *I. Poloniam Majorem*, octo Satrapijs comprehensam, *Posnanienſi, Calissienſi, Lencicienſi, Breſtenſi, Inovladislavienſi*, quæ duæ Satrapiæ vulgo *Cujavia* dicuntur, *Siradienſi, Ravenſi & Terrâ Vielunenſi. II. Poloniam Minorem* in tres communissime Satrapias d visam, *Cracovienſem, Sendomirienſem & Lublinenſem.* Quo etiam referunt Ducatum *Oſwiecimenſem, Zaborienſem & Severienſem*, item *Comitatum Scepusienſem. III. Lithuaniam, cujus Palatinatus Vilnenſis, Trocenſis & Brzeſciavenſis. IV. Russiam Rubram*, in qua septem Satrapiæ, Palatinatus *Russiæ, Podoliæ, Volhiniæ, Belzæ, Braclaviæ, Kioviæ, & Terræ Chelmenſis ac Haliciensis.* E quibus Braclavienſem, Kiovienſem & Czernichovienſem Palatinatus vocant *Ukrainam*. *V. Russiam Albam*, in qua sex Satrapiæ vel

vel Palatinatus: *Novogrodenſis*, qui populoſior reliquis & diſtrictus habet ſpecialem *Novogrodenſem & Slonimenſem*, *Mcislavienſis*, *Vitepcenſis*, *Mindenſis*, *Polocenſis*, *Czernichovienſis*. *VI. Boruſſiam*, de qua §. ſeq. *VII. Pomeraniam ulteriorem ſ. Pomerelliam*, quæ dividitur in ſeptem Territoria, *Sluchovienſe*, *Tucholienſe*, *Svecenſe*, *Derſavienſe*, *Zucovienſe*, *Puſcenſe & Mirachovienſe*, quibus etiam *Craina & Caſſubia* tractus Terræ non contemnendi adjunguntur. *IIX. Maſoviam*, quatuor Satrapiis diſtinctam; *Plocenſi Palatinatu*, *Podlachico*, *eo*, qui peculiariter *Maſovia* nomen retinet, atque *Terra Dobrinenſi*: Petuntque Specialem nominis rationem à *Maslao* ſeu *Maſo* Miecislai Regis olim Pincerna. V. *Thuan. L. LVI. IX. Samogitiam* & denique partes quasdam *Livoniæ*. Autores Diviſionis hujus ſunt *Starovolſcius* de Rep. Polonica, & recentiſſime *Cl. Hartknoch. de Rep. Pol. L. I. c. XI.* Suntq; potiores harũ Provinciarũ Urbes: In Majori Polonia: *Poſnania*, Urbs præcipua Majoris Poloniæ emporiumq; inſigne, ſed Wartæ inundationibus ſæpe incommodata: In Templo Cathedrali S. Mariæ Magdalenæ ſervat monumentum Miecziſlai Principis, Autoris receptæ in Polonia Religionis Chriſtianæ. *Gnesna* Urbs antiquiſſima Poloniæ, à Lecho, ut creditur, condita, qui hic domicilium fixit, eique oppidi formam addidit, *quo eſſet aliqua hominum circa Principem frequentia*; Et *Geſno ſeu Gneſna nomen ipſi impoſuit*, *à Nido*, *quem Gnasdo vocamus*, *paulum deflexo vocabulo*: *Sive quod eo ſibi loco arx illa futura eſſet*, *quonidus avibus per apertum aërem vagantibus*; *ſive quod Aquilarum nidum ibi reperiſſet*, *indeq; inſigne boni auſpicii acceptum manſiſſe & manere Succeſſoribus ejus Principibus Polonorum exiſtimatur*, *Alba Aquila erecta*, *expanſis alis*. Cromer. *De Reb. Geſt. Pol. L. II. init.* Eandem in Metropolin erexit Miecziſlaus paulum ante dictus. *T. Matth. à Michov. Chron. L. II. c.* Quam Dignitatem hodieq; retinet. A. MDCXIII. tota fere igni abſumpta fuit. V. *Piaſec. ad h. A.* *Lovicium*, Sedes Archiepiſcopi Gneſnenſis, à Jaroslao Archiepiſcopo extructum & egregie munitum. *Cruſovicia* ad Lacum Goplo ſita, Popielorum amborum Sedes Regia, eademq; Piaſtiorum Succeſſoris patria, V. *Cromer. L. II. in Vit. eorum.* *Petricovia* Urbs Tribunali Regio celebris; *Czeſtochova*, locus Peregrinationibus religioſis, nuptiis item Michaelis Regis celebris. In *Minori Polonia* eſt *Cracovia* Sedes Regia, Supremo item Tribunali Regio ac Academiâ nota: Urbem Tripertitam prædicant, indeq; Tripolis Sarmaticæ nomen mereri exiſtimant, unde illud enatum ap. *Braun. T. I. Theatr. Urb.*

Africa quid Tripolin *jactas? Quid Syria? Nidos*
Prædonum, terras, qui Mare diripiunt.
Sarmaticam Tripolin *positam melioribus Orbis*
Vistula, qua Vavelum præterit, auspiciis.
Cur Tripolis? *Triplex quid vult distinctio? Nempe*
Hic Homines, hic Rex, hic habitantq; Deæ.

Sed alii plures ejus partes enumerant: Ex ijs est *Casimiria*, Urbs ad Austrum Cracoviæ obsita, S. Stanislai monumento, solemniq́ue Novorum Regum ad illud profectione celebris, de cujus ritibus causisve V. *Notic. Dign. Disc. V. c. I.* Vicina item Cracoviæ *Bochna & Velicia* s. Velizki, *ob Salinas celebria oppida, quorum fundamenta instar Cuniculorum sunt perfossa, ideo habitationi minus tuta.* Frölich. Viator. *Lublinum*, Urbs itidem Tribunali Regio celebris. *Racovia*, Urbs obscura, sed Arianorum receptaculo famosa evasit, quæ & ideo circa A. MDCXXXIIX. diruta. In *Lithuania* Metropolis est *Vilna*, Urbs ampla sed minus ornata: A. MDCLV. à Magno Duce Russiæ occupata & A. MDCLXI. à Polonis recepta fuit: Item *Grodna*, Sede Regia Stephani Regis nota & Comitiis celebrandis destinata: De quibus A. MDCLXXIII. sub Michaële Rege constitutum est, ut tertia quæq́ Comitia hic celebrarentur, exceptis tantum Convocatione Generali sub tempus Interregni, ut & Comitiis Electionis, & Coronationis, quæ solitis in locis celebrari deberent. V. *Hartknoch. L. II. c. VI. §. 2.* In Russia Rubra est *Leopolis*, Urbs Archi-Episcopatu Græcæ Religionis donata; *Jaroslavia*, Urbs Nundinis clara: *Ad Diem B. Virginis Assumptæ frequentari ibi solent Nundinæ post Francofurtenses ad Mœnum in tota Europa celebratissimæ, comportanturq; eo ex Italia, Germania, Dantisco, Thorunia, Regiomonto, Vilna, omnibusque Regni Poloniæ Civitatibus & Provinciis, ac vicina Turcia, Hungaria, Moldavia utraq; ingenti copia variæ merces.* Piasec. *f. 381.* *Sprengerus* refert tantum Judæorum hic confluere, ut in allia solùm & cepas illi absumant 20000. florenorum *V.* Kurtze Wechselpract. Sed A. MDCXXV. in medio Nundinarum *fortuitum exortum incendium (ut ibi sunt ædes Ligneæ) intra unius horæ spacium universum illud oppidum ita pervasit, ut omnes divitias ibi tanto studio lucri ac plusquam precio decies mille millium, seu decem millionum conservatas in cinerem redegerit.* Piasec. *ib.* *Kioviа*, una ex iis quas dubio jure modo Poloni modo Russi tenent, qui & in præsens eam possident, occupatam ultimo Bello Polono-Russico; Ac promi-

promiserunt quidem pactis A. MDCLXVII. tredecenalibus induciis, se eam elapsis duobus Annis Polonis reddituros, sed promissa, licet postea hac de re solicitarentur, nondum apparuerunt. Et licet A. MDCLXXII. d. IX. April. Pacta illa confirmata sint, tractatio tamen de Kiovia reddenda rejecta est usque ad A. MDCLXXIV. Sed Poloni neq; tum quicquam hac in re obtinuerunt. Cl. *Hartknoch. L. I. c. IX. §. XX.* De *Cryptis Kiovienſibus* singularia V. *ſeq. c. IIX. Sect. I. §. IIX.* Caminecia, *Kaminiec*, Clavis Regni Polonici & fortissimum propugnaculum, sed à Turcis occupata A. MDCLXXII. Osmanes Imperator Turcicus tempore Belli Chocimensis eam à Monte vicino prospectans, cum munitiorem, quam sperarat, vidisset, & unus ex astantibus, interroganti, à quo fuisset munita; A Deo munitam, ob loci naturam mirabilem, dixisset: Respondisse fertur: *Itaque DEus eam ipse expugnet*: Et ad alia minus valida loca se convertit. *Chocimum* Bello ad ipsum A. MDCXXI. inter Turcas & Polonos gesto inclaruit. In *Russia Alba* est *Smolensko* itidem ambigua inter Polonos & Russos: A. MDCXXXII. Russi, sub ductu Hermanni Scheln Germani, ingenti clade à Polonis hic affecti fuere. *Masoviæ* Metropolis Warsovia, Comitijs Regni celebrandis destinata. A. MDCLVI. ad eam prælium commissum victoriaque Svedo-Brandenburgica à Polonis ablata fuit, unde hodienum nomen *Pugnæ Warsavienſis.*

III. Naturalem constitutionem Poloniæ quod attinet, *Regio tota fere plana & aprica est, nisi qua ad fines Hungariæ accedit, montana & sylvestris: Quo longius autem inde recedit, eo lenius declivis est, magisq; culta, & meliore gleba. Nisi quod in meditullio Minoris Polonia* Calvus mons *supereminet, in quo monasterium est S. Crucis nomine, lignoq;, in quo Salvator noster pependit, celebre: reliqui colles fere in toto Regno sunt potius quam montes. Sylvestris sanè fuit superioribus temporibus pleraq; omnis Polonia, non modo Lituania: sed nunc ubiq; diligenter excolitur, frugum leguminumq; ferax, & pratis abundans. Et quamvis cœli intemperie nimium laborat, pomaria nihilominus non infrequentia & fructuosa passim habet, in quibus pirorum, malorum, prunorum, persicorum, cerasorum, & nucum bonitas & varietas certat cum Hungaricis & Italicis. Sunt & vites pluribus in locis, quarum uvæ esui quidem non insuaves sunt, præsertim siestas & autumnus temperiem suam servent, sed vinum inde expressum acerbius, ubi defecatum est. Neq; negat solum Polonicum castaneas, morа, cotonia, ficus, amygdalas, crocum, anisum, pepones, melopepones, herbas & flores omnis generis, &*

alias

alias hortenses Italiæ delicias, palatinariumq; lenocinia. Nec metalla fossiliaq; desunt, plumbi, ferri, aris, cupri, argenti & auri. Avium quoq; & altilium magnam habet copiam: itemq; jumentorum omnis generis, & ferarum; Cervorum videlicet, aprorum, ursorum, luporum, sciurorum, dorcadum, leporum, onagrorum, bisontium, caprarum, urorum, pantherarum, mardurum, vulpium, rosomacorum, lutrium & castorum: Similiter piscium diversorum, quotquot nominari possunt, nam fluviis, lacubus, piscinis atque stagnis supra modum abundat. Starovolsc. Descr. Polon. p. 9. & seqq.

Russiam in specie commendat uber proventus mellis, præsertim in Podolia, ubi ex Dictamno & aliis benè olentibus herbis ac floribus ab apibus colligitur. Cracovienſi Satrapiæ soli (una Sendomirienſi excepta) contigit omnia metalla fossiliaque possidere: *Plumbi & argenti, apud Ilcussiam, Sclavcoviam, Severiam & Novagoram: Æris atq; auri, ad Novotargum & in Montanis circa Sandeciam: Salis metallici instar ingentium saxorum, apud Bochnam & Velisicam: Marmoris omnis coloris apud Seleciam, Carmelitarum Discalceatorum Eremitarium: Nitri apud Visliciam, Vitrioli apud Beciam, Cupri & carbonum ad ignem fovendum apud Tencinum, Chalybis apud Podoleneciam: Ferri veroſimplicis, & vasorum vitreorum officinas, apud Olstiniam, tum & aliis compluribus in locis.* Idem *Starovolsc. p. 57. 58.* De Salinis Cracovienſibus aliisque Vid. seq. c. VII. & *Lans. Or. pro Polonia.*

XI.

BORUSSIA, seu *Prussia*, in latitudinem L. in longitudinem verò circiter LX. miliaribus extenditur; Ab Occasu Pomeraniam, ab Austro Masoviam, Lithuaniam cum Samogitia ab Ortu, à Septentrione Mare Balthicum habet; Atque Urbium Illustrium, oppidorum, arciumque frequentia opimis incolarum divitiis opibusque & Terræ ipsius ubertate supra modum claret. Metallorum quidem ferax non est, sed pecoris omnigeni inæstimabili copia, piscationibus, venationibusque & silvis fructuosisimis prædita est. Merces, quas è Polonia, Russia & Lithuania accipit, maximo suo commodo trans mare mittit, & vicissim in Poloniam importat, quicquid Europa universa & India gignit, omnia fere à transmarinis mercatoribus accipiens. Succini, specialis doni ejus, jam mentio facta *in Historia Maris Balthici.* A Regiminis diversitate duplex est, *Regia & Ducalis*; Hæc Sereniſſimi Electoris Brandenburgici, illa Regis Poloniæ Imperium agnoscit. Regia tribus Satrapiis distincta est, *Culmensi, Mariaburgensi & Varmensi*; Prima ad meridiem spectat, tertia ad septen-

Septentrionem, Media est Mariæburgensis, quæ sola fere plana & declivis est. Culmensis caput est Culma, & in eadem Thorunium; Mariæburgensis Urbs ejusdem nominis, & Elbinga; Varmiensis Heilsberga & Brunsberga. Ducalis primaria Urbs est Regiomontum.

XI.

HUNGARIÆ Regnum amplitudine olim à Ponto Euxino ad Austriam, & à Polonia ad Mare Adriaticum se extendit. Quod autem proprie Hungariæ nomine nunc venire possit, concluditur ab Austro Dravo & Slavonia, ab Ortu Transsilvania, à Septentrione Montibus Carpathiis, ab Occidente Austria & Stiria. Longitudinem Frölichius Mathematicus Hungaricus LX. Miliaribus, & totidem fere etiam Latitudinem designat. Danubius duplicem facit, *Hungariam Superiorem & Hungariam Inferiorem*; Hæc ad Meridiem, illa ad Septentrionem sita est. Superioris metropolis est *Posonium*, Locus Inaugurationi Regum Hungariæ destinatus, qui in Templo S. Martini hic coronantur. Deinde sunt *Tokay, Temeswar, Varadinum, item Cassovia, Eperies, Newsol, Altsol. Edenburgum*, Odenburgum etiam & Oedenburgum dictum, unicum est exercitio Evangelicæ Religionis relictũ oppidum. Inferiores Urbes sunt: Buda sede Regiâ olim clara, *Pesthum*, *Strigonium*, quasi Istri Granium à Confluxu Istri seu Danubii & Grani, *Zigethum*, *Belgradum*, *&c.* Alias ratione Judiciorum in LXXIV. Comitatus h. Præfecturas distribuitur, quique juri dicendo in singulis præsidet *Comes* dicitur, Hungarice *Ispan*, Germanis, Span / unde Nomen der Hungarischen Gespanschafften q.d. Comitatuum, quorum Nomina hæc assumimus: *1. Posonienſis. 2. Mosonienſis. 3. Jaurinenſis. 4. Sopronienſis. 5. Castriferrei. 6. Varasdienſis. 7. Krisnienſis. 8. Zagrabienſis. 9. Szaladienſis. 10. Posgainus. 11. Verocienſis. 12. Valkovienſis. 13. Sirmienſis. 14. Simegienſis. 15. Borovienſis. 16. Komaromienſis. 17. Strigonienſis. 18. Nitrenſis. 19. Barſienſis. 20. Trinzinienſis. 21. Turotzienſis. 22. Liptovienſis. 23.* Scepusiensis. *24. Saroſienſis. 25. Comorienſis. 26. Aubayvarienſis. 27. Tornenſis. 28. Novigradenſis. 29. Piliſienſis. 30. Peſtienſis. 31. Albaregalis. 32. Bacienſis. 33. Bodrogienſis. 34. Tolnenſis. 35. Beregienſis. 36. Ugocienſis. 37. Veſprinienſis. 38. Zolnenſis. 39. Arvenſis. 40. Ungenſis. 41. Zemlienſis. 42. Kis Heveſienſis. 43. Nagy Heveſienſis. 44. Hontenſis. 45. Zatmarienſis. (Szakmàr) 46. Szabolcienſis. 47. Kulſo Szolnokienſis. 48. Torontalenſis. 49. Czanadienſis. 50. Temeſienſis. 51. Berenienſis. 52. Bekeſienſis. 53. Zerenienſis. 54. Solthienſis. 55. Czongravienſis. 56. Haronenſis. 57. Maczovienſis. 58. Orbacienſis. 59. Kraſſovienſis. 60. Kovinienſis. 61. Zebernekienſis.*

kienſis. 64. Bahorienſis (Bihar) 65. Kozep Szolnoſienſis. 66. Karasnenſis. 67. Maromoroſſenſis. 68. Kolos. 69. Dobocenſis. 70. Belſoſzolnok. 71. Albenſis. 72. Tordenſis. 73. Kikellenſis. 74. Huniadienſis. Ex Zeileri Deſer. Hungar. p. 8. 9. Sed Comitatus Scepuſienſis maxima ſui parte ad Polonos tranſiit, poſtquam A. MCCCCXXII. Regi Poloniæ XIII. oppida ejus oppignorata fuere. Rex Poloniæ tunc fuit Vladislaus Jagello, Rex Hungariæ idemq; Imperator Sigiſmundus. Summa pro pignore accepta fuit 88000. Aureorum: Reſtant tamen Hungaris Arx Zipſerhaus dicta, & primaria urbs hujus Comitatus *Leitſchovia*, & urbs Keyſemarckt ſ. Keßmarckt. Tenuerunt titulũ hujus Comitatus *Joh. de Zapolia* & filius ejus *Joh. Sigiſmundus*, quocum extincta hac familia Arx Zipſerhaus ad Comites Turzones relata fuit, quibus itidem extinctis Coronæ Hungariæ annexa fuit. *Zeiler. Deſcr. Hung. pag. 23. 24. 25.* In rebus naturalibus Hungariæ eſt generoſi Vini proventus, maxime *Tokajenſis & Sermienſis*; Auri deinde non contemnenda præſtantia: Apud *Neoſolenſes* eſt famoſa illa Ferri in Æs transmutatio, de cujus natura & cauſis dicendum *c. VII.* In repecuaria annotant Autores ſolam Viennam octoginta millia boum quotannis inde accipere: De Tibiſco accolæ ſermocinari ſolent, duas ejus partes eſſe aqvas, tertiam verò piſces. Galeoc. Mart. de Dictis & fact. Matth. c. VI. Et Wernerus de admir. Hung. Aq. ſcribit mille carpiones unico aureo veniſſe. In Carpathiis montibus ſunt Equi ſilveſtres, qui à tempore Belæ IV. Regis, cum Tatari toto triennio Hungariam deſolati eſſent, ibi viſi ſunt, cicuribus eqvis tunc ſine Dominis oberrantibus & tandem efferatis. *Bonfin. Dec. II. L. IIX.* Aër aut ob extremam craſſitiem aut ſubtilitatem nimiam peregrinis inſalubris ac noxius accidit, unde & caſtra ultra menſem non poſſunt ſine periculo in eodem loco retineri, ſed qui crebra eorum mutatione non nihil corrigitur: *Cober. in Obſerv. Caſtrenſ. ap. Lanſ. Or. p. 423.*

XVI.

TRANSSILVANIA antehac Hungariæ adjecta fuit, ſed à tempore affectati à Johanne Scepuſienſi Regni Hungarici ſingularem Principatum conſtituit, Turcæ tamen tributarium. Antiquitus pars Daciæ habita fuit. Ratione Incolarum diſtinguitur in Saxones, Ciculos & Hungaros, quibus & Wallachi licet in fece plebis tantum & Locis magis deſertis ſe intermiſcent. Urbes ejus celebriores ſunt ſeptem Cibinium, Hermanſtatt/ Biſtricia, Nöſenſtatt/ Megies, Mediſch/ Coloswaria, Clauſenburg/ Baſſoviæ ſeu Corona, Cronſtatt/ Segeſvaria, Scheßburg/ Zabeſus ſeu Zaarſebes, Mülen-

Millenbach. Ex his Cibinium à Pagis Regiis decem & octo tributariis describitur. Eodem pertinent ab incolis ita dictæ septem sedes Saxonicæ, quibus tamen Hungaricorum Nobilium pagi passim interjacent. Suntq; illæ: Zawarienſis Sedes; Zabesienſis, quæ Zabesum Civitatem habet cum pagis Regiis quinque; Reusmarck sedes cum pagis X. Segesburgenſis sedes, quæ Civitas ipsa cum pagis XVI. Olezna cum pagis XII. Schenckenstul cum pagis XXII. Rupenſis cum pagis XV. Suntque præter has septem sedes & aliæ duæ separatæ, quarum Caput est Civitas Megienſis. Sedes Principis est *Alba Julia*; *Altenburgum* olim sedes Salomonis Hungariæ Regis & famosi istius seu morionis, seu morosophi Marculphi fuit. Ciculi in Angulo Daciæ Moldaviæ contiguo habitant, atque itidem in septem Sedes distinguuntur: Septi, Orbai, Kysdi, Cryck, Gyrgio, Marcus Zeek, Arwias Zeek. Vid. plur. *Georg. Reichersdorf. Imp. Ferdin. I. Secretarius in Chorograph. Transsilvaniæ.*

XVI.

De Regnis DALMATIÆ, CROATIÆ & SLAVONIÆ pauca hæc addimus: *Dalmatiam* partem Illyrici esse ab Occidente Istria, ab Austro Mari Adriatico, ab Oriente Bosnia, à Borea Croatia terminari. Urbes ejus maritimæ Venetorum sunt, inter quas potissimæ *Jadra seu Jadero*, alias *Zara*, è cujus regione *Morlachi* agunt, *Zebenico*, *Spalato: Urbs S. Viti & Zeug* Austriacæ sunt. *Cliſſa* Urbs mediterrana est, Pace Veneto-Turcica A. MDCLXIX. Venetis cum Territorio L. milliarium concessa. Conf. *P. II. c. X. §.* In eadem Ragusa sita, libera Civitas, sed sub protectione Imp. Turcici. Cujus accuratam Descriptionem Geographico-Politicam vid. ap. *Aut. St. Turc. L. I. c. XIV.* A. MDCLXVII. d. VI. April. maximo Terræ motu gravissime concussa ac tota diruta fuit, de quo vid. Literas Secretarii Belgici *Diar. Eur. Contin. XVI. f. 285. & seqq.* *Croatiæ* Urbs primaria *Bigihon*, quæ forte *Fumium* Antiquorum. *Slavoniæ* à Borea Dravum, ab Austro Savum, ab Occidente Urbem Garignizam s. Gabronizam, ab ortu Hungariæ partem habet.

XIIX.

Restant Orientaliores Europæ partes, quæ Imperium Turcicum nunc suscipiunt, suntque illæ:

I. *Romania*, olim Thracia, ipsa Sede Imperiali, Constantinopoli, celebris, quæ uti nova Roma vocari solita fuit, ita hunc etiam tractum *Romaniam* vocari oportuit; Quanquam non Thraciam modo, sed & Græciam eo nomine appellari videas, & in Asiâ magnam partem Asiæ mino-

minoris seu Anatoliæ: Græcis sibi hoc nomen ambitiosissimè vindicantibus, quibus ea propter & à Turcis *Rümilorum* & Romaniæ *Rumiliæ* appellatio tribuitur. Reliquæ urbes extantiores sunt *Callipolis* seu Gallipoli & *Cordia*, nunc Caridia, in Chersoneso Thracica sitæ, quomodo appellant istam Romaniæ partem, quæ ad Helespontum exporrigitur. Ibidem & *Sestus* sita, una ex Dardanellis; *Adrianopolis*, hodie Andrinopoli, Urbs mediterranea, ante occupatam Constantinopolim Sedes fuit Imperatorum Turcicorum, eandemq; hodie fere præbet præsenti Imperatori Turcico.

II. *Macedonia* celebrem urbem habet *Thessalonicam*, hodiè Salonichi, unde Sinus Thessalonicensis, *Golfo de Salonichi*, tum *Larissam*, *Pellam*, *Philippos*, *Berrhoen*, Eodemque referimus *Thessaliam*, cum partibus ejus *Thessalia*, *Pelasgia*, *Magnesia* & *Phthiotide*.

III. *Græcia*, in quâ *Attica*, & in ea Athenæ, urbs hodie omnium Græcarum maxime barbara, habitata tamen à XXIIM. fere hominibus XVM. Græcis VIM. Latinis & M. Turcis. V. plura de hujus vicinarumq; Urbium Statu ap. *Tavern. P. I. L III. c. IIX.* Tum *Bœotia*, *Megaris*, *Phocis*, in quâ Delphis, *Ætolia*, *Locris*, *Ozolæa*, in qua Naupactus, hodie Lepanto, quam Veneti A. 1571. Turcis eripuerunt.

IV. *Albania*, qua Epirus pars Macedoniæ comprehenditur, habet *Albanopolin*, *Crojam* patriam Scanderbegi, unde nomen adhuc superstitum Ducum de Croy inde oriundorum. *Leuncl. Pand. n. CXXVI.* *Durazzo* olim Dyrrachium, *Scodra* Gr. Scutarium prope Crojam sita, & *Lodrin*.

V. *Bosena* seu *Bosnia* à Basinakis gente Slavica appellata, Urbes habet *Lapuz & Dubiz* ad Fl. Wanam *Gradisciam* ad Savum, Metropolin *Wartosaine*. In Veterum Regum Hungariæ Titulis vocari solet *Rama & Ramia*. *Leunclav. Pand. n. CLXXIV.* Incolas Slavos esse usitata inter ipsos lingva Slavonica testatur. Nomen Basinakorum pro Bosinis à Græcis ipsis datum, eadem forte originatione, quâ Polonos & Polacken appellamus. *Leunclav. Pand. XLIX.* Duplicem Bosenam Scriptores medii ævi commemorare solent, Superiorem à Duce possessam, cujus Sedem Ducalem ideo corrupta ex Germanico Idiomate voce Herzog / *Orzegam & Herzegovinam* vocant, & Inferiorem, cujus Regem *Laonicus Chalcocondylas*, Regem Illyrij appellat. V. *Leuncl. Pand. XCV.* De interitu R. hujus A. MCCCCLXIII. vid. *Eundem ib. n. CXLI.* De Ducatus interitu *ib. c. CLXII.*

VI. *Ser-*

VI. *Servia*, olim *Mœsia Superior*, pars Veterum Triballorum Ditionis à Serviis celebri Slavorum gente ac veteribus Paludis Mœotis Accolis nomen ferens: Alibi *Sirbij*, *Serbi*, *Zirfi* vocantur; Et Plinius jam tum *Serborum* meminit. Sunt qui *Sorabos* appellent, unde in *Laon. Chalcoc. Sorabri.* Olim per Germaniam longè lateque diffusi erant, ab iisque *Serveſta* Urbs nomen accepit: Poſtea limitibus Mœsiæ Superioris ſe concludi paſſi ſunt. Urbs Principalis hujus Provinciæ eſt *Zenderin* ſeu *Zendrew*, reliquæ ſunt Bodon, Ibar, Novibayar, Camitza, *Leuncl. Pand. c. XXXVII.* Fuit olim Feudum Imperatoris Bulgariæ, qui eam Lazaro ſeu Eleazaro Bulco conceſſit, unde Principibus Serviæ Lazari nomen loco Tituli perpetuò adhæſit, etiam à Turcis ipſis tributum. *Leunclav. Pand: LXVI.* Qui & Deſpotæ Titulo gavisi ſunt, quem alioquin in Imp. Conſtantinopolitano non niſi proximo ab Imperatore tribuerunt. *Id. c. LIV.* Et uxores Deſpinæ, Ipſa Dignitas Deſpotatus.

VII. *Raſcia*, à Raſcis appellata fuit, qui ſine dubio à Roſſis, Roxolanis, eoque Ruſſis prodierunt: Nam Lingva Slavonica pariter ac Ruſſi utuntur. Communiter Serviæ accenſeri ſolet, in tabulis tamen ſeorſim pingitur.

VIII. *Bulgaria* ſeu *Mœsia Inferior* olim etiam peculiare Regnum fuit, ac tanti à Græcis Imperatoribus habitum, ut ſolos Bulgariæ Reges in Europa Nomine *Baſilei*, quo nomine tum temporis Imperatorem indigitabant, dignarentur, cum reliquos tantum Reges dicerent. Vid. *Georg. Logotheten* paſſim. Urbs principalis eſt *Sophia*, à Sophiæ templo nunc in Meskitam converſo appellata, magna quidem & populoſa, ſed muris haut circundata; Hinc à Turcis tantum pro vico, Bazar habetur. Ab aliis depravate vocatur Scopia, cum tamen Scopia ſit Macedoniæ Urbs. *Leunclav. Pand. CIV.* Hodie Sedes eſt Rumili Beglerbegi h. Præfecti Græciæ.

IX. *Wallachia* pars Daciæ, (quo nomine olim Wallachia in ſpecie ſic dicta, Moldavia, Tranſilvania & partes Hungariæ in quibus Warodinum, comprehendebantur, *Wallachiâ* & *Moldaviâ*, nomine Daciæ Alpeſtris, Tranſilvaniâ nomine Daciæ Mediterraneæ, & partibus Hungariæ nomine Daciæ Ripenſis venientibus) duplex hodie habetur, Major & Minor: *Major* eſt illa, quam Moldaviam dicimus, Græcis *Mauroulachia*, Turcis *Carabogdania* vocatur; Minor Danubio adjacet, aliter Wallachia Tranſalpina & Montana, Græcis *Ungroulachia* dicta. Olim Wlachiam & Blachiam appellabant, & nomen ipſi à Germanis im-

positum fert *Leunclav. Pand. n. LXXI.* qui veteres Dacos, *Walos*, & mollius *Wallachos* appellaverint eo modo, quo & Italos Walos & Wälsche vocent. Majoris Wallachiæ s. Moldaviæ Urbs principalis est *Yas* seu *Yaché* Sedes Waiwodæ, Minoris *Targoviſco* seu *Tervis*.

Tatariæ Precopenſis, quæ aliàs Cherſoneſus Taurica, Urbs præcipua *Caffa*, antehac à Genuenſibus, nunc ab Imperatore Turcico occupata præſidioqve munita: Ghamus Tatariæ tamen ad Portas ejus usqꝫ jurisdictionem ſuam profert. Tum *Aſſaca*, *Aſſaque*, extrema Urbium Europæarum, quam itidem Imp. Turcicus tenet. Urbs *Akerman* nomine ſuo ſpecimen reliquiarum Lingvæ Germanicæ in Cherſoneſo Taurica exhibet, de quo pluribus ſeq. *c. IX. S. III. §. IV.*

SECTIO II.

DE REGIONIBUS ASIÆ.

I. *ASia Minor, Levante, de ſeptem Eccleſiis Aſiæ, Imperio Trapezuntino, Syria, Phœnicia.*
II. *Excurſus de veteri Palæſtina.*
III. *De Palæſtina hodierna.*
IV. *De Meſopotamia, Babylonia, Aſſyria, earumq; Urbibus.*
V. *Arabiæ Triplicis deſcriptio; Excurſus de Roſa Hierichtina.*
VI. *Regnum Perſicum ejusq; Partes.*
VII. *Regnum Indiæ, ejusq; Provincia:*
IIX. *Specialia Regna Indiæ Ulterioris; Litus Malabaricum & Coromandelicum*
IX. *Chinæ deſcriptio, Provinciæ, Urbes, ſingularia.*
X. *Tataria multiplex, Regna Laſſa & Baruntolæ, Magnus Lamma, Regnum Cathajæ, Urbs Cambalu.*

I.

ASIÆ anteriores partes juxta ſeriem & ordinem trium ampliſſimorum Imperiorum, Turcici, Perſici & Indici, quibus ſubjacent, conſiderandas ſumemus; Suntque illæ in Imperio Turcico: I. *Natolia* ſeu Anatolia, ab ἀνατολὴ, h. ortus, quod Mari Mediterraneo ejusque accolis Europæis ab Ortum objaceat, plane ac hodienum Italorum *Levante*, h. Oriens, ſe habet, cujus nomine partes Aſiæ Mari Mediterraneo vicinas ipſasque remotiores ab Occidente Inſulas Maris iſtius intelligunt. Terminatur ab Ortu Armenia & parte Syriæ, cætera Pontus Euxinus, Propontis, Archipelagus & Mare Mediterraneum circumdant. Provinciæ ejus olim numeratæ. *I. Pontus & Bithynia. II. Aſia Minor*, in ſpecie ſic dicta, (alicubi enim & totam Natoliam ita vocatam videre eſt,)

est,) eâq; comprehensæ *Phrygia, Mysia, Lydia, Caria, item Æolis, Doris & Ionia* à Græcis olim habitatæ. *III. Lycia. IV. Pamphilia. V. Cilicia*, quam Belsiæ aut Lugunensi Territorio in Gallia assimilat *Bellon. Observ. L. II. cap. 100. VI. Capadocia. VII. Galatia & Paphlagonia.* Quibus fere respondent Provinciæ à Tabulis Geogr. ita dictæ. *I. Chiutale. II. Betsangil, Sarcum & Gremian. III. Alidinelle. IV. Menteseli. V. Carmania. VI. Amasia, Anadole, Suvas & Genech. VII. Roni, Bolli.* Mediis seculis Impp. Græcorum allis divisionibus distracta fuit, tulitqve Imperium Trapezuntinum, à Trapezunte ita dictum, quæ Sedes Regia fuit, hodie *Trebisonde*, Urbs Ponto Euxino adsita, & Portu non ignobili instructa. In Chiutale aut Ponto Urbes sunt *Scutari*, quæ olim *Chalcedon*, Calchedon etiam & Carchedon dicta, & Concilio IV. Universali in ea habito celebris: Tum *Nicomedia* & *Prusia* s. *Bursa*, prima Sedes Imperatorum Turcicorum, expugnata olim ab Urchane Secundo Monarcha Turcico, cujus etiam monumentum hodienum in Moscheâ, olim Templo Christianorum, hic superest. In Asia Minori in specie sic dicta sitæ urbes, quas ipse Spiritus S. Sacro alloquio in Apocalypsi dignatus fuit, septemque Ecclesiarum nomine notæ sunt, de qvarum hodierno statu singulariter actum à Doctiss. Viro *Thoma Smith* Noticiâ septem Ecclesiarum Asiæ, quas ipse A. MDCLXXI. obiit & lustravit. Sunq; *Pergamus, Bergamo*, ruinis quidem in Orientali Regione, more Turcicarum urbium laborans, at alibi ædificiis pulchris è quadrato lapide extructis adhuc ornata. *Pene crediderim Turcas non illic habitare, Pergamumq; ipsis non cessisse, adeo omnia nitebant*, Smith. *p. 114* Interim à Turcis fere tota habitatur, paucissimis Christianorum familiis relictis, qui in una Ecclesia S. Theodori sacris operantur, vitam v. Hortorum cultura exhibent, aliaq; vilia obeunt munera, quibus si pauculos numos Turcis pro capite pendendos corradant, de cæteris vix sunt soliciti, utpote servituti tam deploratæ addicti, ut ad eam longo usu & patientia pene occalluerint. *Thyatira*, à Turcis *Akhisar* h. Album Castrum dicta, Urbs tota sordens, nitidissima tamen futura, nisi à Turcis incoleretur, ob Aquæ per singulas plateas fluentis beneficium. Celebris est ob Gossipii mercaturam, Ecclesiis Christianis v. prorsus caret. *Sardes* in latere Montis Tmoli sitæ sunt, Viculus hodie ignobilis, ædibus angustis & humilibus constans sine splendore & ornatu, nec alios fere incolas habet præter pastores & bubulcos, qui gregum & armentorum in planitie pascentium curam agunt. Turcæ unicam Moscheam habent, Christianorum pauci hic re-

periuntur, ingenti patientia vel potius stupide ac sine sensu miseram Servitutem sustinentes, sed quod longe miserius est absque Ecclesia & Sacerdote. *Philadelphia* quatuor Ecclesias adhuc habet, adeoq; numerum Christianorum non exiguum: Ultima ex Asiæ minoris Urbibus fuit, quæ Turcarum desideriis obstitit elusitq; confidentissime Urchanis & Amurathis I. impetus; At Bajazethi I. demum cessit extrema ab effero Victoris animo passa, cujus indicium adhuc videre est in crasso quodam muro M.D. passibus ab Urbe distante, & ex ossibus humanis cum lapidibus gypso permistis confusim constante, quem Bajazethes tanquam iræ suæ in Cives monumentum erexisse verosimile est. Constat n. facinus adeo horrendum & ab omni humanitate prorsus alienum non nisi à Turcis perpetrari potuisse. *Smith. p. 141.* *Laodicea*, Turcis *Eski Hisar*, Vetus Castrum tota desolata jacet, *Ephesus*, *Ajasetik* itidem plane sordet casulis & gurgustiis deformata, non civitas amplius, sed vicus reddita. *Smyrna*, Turcis *Esmir*, adhuc eminet & celebris est, non ob splendorem & pompam ædium, (diu n. est ex quo hæc Igni, ferro & Terræ motibus conciderunt,) sed ob copiam Civium, opes & commercia: Memoranturqve fere 60000 Turcæ, 15000. Græci, 8000. Armeni, 7000. Judæi: Ex Nationibus Europæis unaquæq; proprium hic Consulem habet. Ecclesias Græci duas, Latini tres, Armeni unam habent, retinetq; Urbs adhuc Dignitatem Metropoleos. V. plur. *Thom. Smith. c. l. & Tavernier. p. I. L. I. c. VII.* De Abydo Dardanellorum una, & *Sesto* altera V. *præc. c. III. S. III. §. V.*

II. *Syria*, nunc *Soria*, divisa fuit in *Antiochenam*, *Comagenam & Cœlesyriam* seu Syriam Cavam. Antiochenæ nomen à principali Urbe Antiochia; Comagenes Metropolis Samosata; In Cœlesyria sunt *Damascus*, Bassæ Sedes, *Aleppo* Urbs mediterranea, sed commerciis florentissima; Provinciæ ejusdem minores olim Decapolis, Palmyrene, quibus & Tetrarchiæ accedebant, quales Trachonitis, Ituræa &c.

III. *Phœnicia*, sed qvæ seorsim nunc designari fere desiit, & communiter Syriæ nomine comprehenditur, Urbes habuit celeberrimas, Ptolemaidem s. *Acco*, *Tyrum*, *Sidonem*, *Barytum*, nunc Baruto, Tripolin, quæ in differentiam à Tripoli Africana, *Tripoli di Soria* dicitur.

De Palæstina, veteri pariter ac hodierna, utpote Regione ab antiquissimis temporibus usqve decantatissima, complurium Scripta Historico-Geographica extant, qvorum vestigiis laborique insistere dum partem olim juvenilium curarum nostrarum fecimus, hæc breviter de *Palæstina Veteri* collegimus.

SCHEMA-

SCHEMATISMUS

HISTORICO-PHILOLOGICUS GEOGRAPHIÆ SACRÆ, *DE VETERIS PALÆSTINÆ SITU, TERMINIS, LOCISQUE PRÆCIPUIS.*

I. *Terra Sancta* ratione Limitum dupliciter considerari potest, uno modo, prout ab iis possessa fuit, qui Ægypto exierunt, altero, qua Reducum fuit è Captivitate Babylonica. Priori respectu Mare Magnum seu Mediterraneum ab occidente habet, quod palam est *Num. XXXIV. VI.*

In Australibus primus est Fluvius Ægypti, i. Sihor. *Jos. XIII. III.* non Nilus, licet & ille hoc nomine venire videatur, *Jerem. II. XIX.* Quæ ab illo Ægyptum versus ad Pelusium videre est, hoc ordine disponimus. I. Pelusium. II. Chabriæ castra. III. Montem Casium. IV. Delubrum Jovis Casij V. Pompeji tumulum. VI. Sirbonis lacum. Ita n. Plinius: *A Pelusio Chabriæ Castra, Casius Mons, Delubrum Jovis Casij, Tumulus Pompeij, Ostracine. Arabia finitur à Pelusio LXV M. Passuum, Mox incipit Idumæa & Palæstina ab emersu Sirbonis lacus. H. N. L. V. c. XII.* Adde *Strabon. Geogr. L. XVI.*

Rhinocoruram cis Sihorem ponimus; Inter ipsam n. & Pelusium torrentem istum intercedere Hieronymus autor est ad *Amos. VI.*

Vallem Salinarum in Idumæam conjicimus ex *II. Reg. IIX. v. 13. 14.* collat. cum *IV. Reg. XIV. 7.* Nam David, qvod Syros ibi profligasset, Idumæam sibi Tributariam reddidit; Et Amazjah XM Idumæorum ibidem prostravit.

Engedi limitaneam urbem facimus, quia in limitibus Australibus ponitur *Ezech. XLVII. 19.* ubi prorsus ijdem, qui *Num. XXXIV. & Jos. XV.* habentur: *Ora Australis versus Austrum à Tamar ad aquas Meribæ in Cadesch &c.* Tamar n. & Engadi idem sunt *II. Paral. XX. 2.*

Zegor, qvæ communiter *Zobar*, fuit aliqua è Pentapoli. In Limite atque extremo Asphaltitis Australi sitam fuisse prob. ex *Joseph. de Bell. L. V. c. V.* Qua Longitudinem Asphaltitis DLXXX. Stadiorum esse, & *Zoaram Arabiæ usque extendi* dicit; Ad Austrum igitur vel saltim Euronorum illa sita fuit. Similiter Hieronymus in locis Hebraicis: *Zochora in Hieremia Civitas Moabitarum: Hæc est quæ nunc vocatur Zoara seu Segor, una de quinque civitatibus Sodomorum.* Confirm. quia in Vaticiniis adversum urbes Moabiticas *Jes. XV. v. 5. Jer. XLVIII. v. 39.*

v. 39. commemoratur. Moabitidis vero medius inter Orientem & Austrum erat positus.

Porrò inter Ammonitas & Moabitas qvod incederent Israelitæ, cum Amorræos invaderent, indubie seqvitur Ammonitidem Moabitis à Borea, Terræ Sanctæ ab Oriente collocandam.

Seqvuntur *Montes Galaad*, in quibus tamen nullam *Idumæam Orientalem* vel montes Seir Orientales agnoscimus. In historiâ Jacobi enim *Gen. XXXII* quæ ansam dedit, ut Tabulæ aliam *Idumæam Australem* & aliam *Orientalem* facerent, cum Jacobus Machanaim transiisse & Jabocum Fl. transfretasse legitur, quî poterat ille metuere Esavum, à qvo jam longius abfuisset, qvam cum circa Machanaim versaretur, siqvidem Esavus in montibus istis hæsisset. Aut qvî poterat obviam mittere munia & ipsum denique fratrem obvium habere, qvem à tergo sequi oportuisset, si aliqua ejus regio Idumæa Orientalis fuisset. Non quidem de nihilo est ablegatos dici ad Esavum in terrâ Seir Jacobi nuncios; Sed Phrasis ista non de re præsenti, verum ea, quæ olim futura esset, accipienda videtur, ut ad fratrem miserit, non qui in terrâ Seir tunc habitarit, sed qui aliqvando habitaturus esset: Ejusmodi loqvendi genus enim in Chorographia Sacra non infreqvens est. Prob. qvia Esavus in Idumæam demum concessit post adventum fratris, qvocum habitarat aliquandiu, habitare autem diutius propter innumeram utriusqve pecudem non poterat, quæ res dilucidè claret *Gen. XXXVI. v. 5. 6. & seq.*

Qva definunt Montes Galaad, *Ituræam & Trachonitidem* ponimus, & utramque quidem extra Israëlitarum fines collocatam: Trachonitidem ex *Joseph. Ant. l. VII.* qvâ Trachonitidem inter Palæstinam & Cœle-Syriam ponit, habitatoremqve ejus Usen facit & *XV. Ant. c. XIII* Gentem latrociniis assvetam esse, nec oppida nec agros habere dicit, qvod de Israëlitis asseri neqvit. *Ituræam*, quia I. *Paral. V. 19.* Ituræi Agaræos adversus Israëlitas Perææ incolas juvisse dicuntur; Et Aristobulus Judæorum Rex Ituræos bello illato Judaicos ritus assumere coegit *Joseph XIII. Ant. c. XIV.* Distinctæ quoq; sunt à se invicem, nam *Luc. III. 1.* Philippus distinctim commemoratur Tetrarcha Iturææ & Trachonitidis; Et accesserunt qvidem aliqvando Palæstinæ, sed serius & adulto Templo secundo, nec ut partium instar haberentur, verum ut essent Provinciæ Subditæ, qvemadmodum & Idumæa aliqvando accessit apud *Jos. Ant. XII, XVII.* nec unqvam tamen pro parte Palæstinæ habita fuit. De Ituræa con-

conſulatur iterum Joſeph. Ant. XIII. XIX. *De Trachonitide Idem Bell. III. II.*

In Extremo Septentrione *Geſſuri* regio fuit *Deut. III. 14. Joſ. XII. 4. 5. XIII. 11.* Eadem pars Syriæ *II. Reg. XV. 8.* Atqve eodem Auranitis & Damaſcena Regio referendæ. Damaſcus enim in extremo limite Borealis erat. *Ezech. XLVII. 17.* Et Auranitis, qvæ Auran *c. l.* Ezech. Damaſco prope aberat *ib.* Poſt *Machati* (vel ſi neminis affinitate nitendum, Maacha ſeu *Syria Maacha. II. Reg. X 6, 8. I. Paral. XIX. 6.*) cit. *Deut. III. 14. Joſ. XII. 5. & XIII. 11.*

Syria Soba videtur ea pars Syriæ fuiſſe, qvæ Manaſſitas trans Jordanem contiguos habuit ad Auſtrum, ad Septentrionem vero Damaſcenos: Quia Rege David proficiſcente, ut dilataret Imperium ſuum usqve ad Euphratem, primus qui ab eo percutitur, eſt Rex Soba *I. Reg. IIX. 3. & I. Bar. XIIX. 3.* Erat igitur in primo Syriæ ex Judæa aditu. Eadem Soba extendi videtur ad Radices Antilibani cis Jordanem in Emath usqve, qvandoquidem Emath Sobæ annumeratur *II. Par. IIX. 3.* & Soba. Regioni Emath. *I. Paral. XIIX. 3.*

Succedit *Mont Amanah*, qui Hermon eſt & Sanir. Vid. *Cant. IV. 8.* collat. cum *Deut. III. 9.* Item Mons Nivis: Interpres Samar. in *Deuter. IV. 48.* Situs rationem damus: Quia *Targum Hieroſol. in Num. XXXV.* eum vocat Montem Nivis Cæſareæ (Philippi;) Et rurſum: Limes duarum Tribuum & dimidiæ eſt à Valle Maris Salſi ad Cinneroth & Montem Nivis.

A Mari Mediterraneo verſus Ortum producimus gemina Montium Juga; Ac Auſtralia qvidem *Antilibani*, Borealia *Libani* nomine. Prob. I. quia quotiescunqve de Terminis Borealibus Terræ Promiſſæ ſermo eſt, LXX. conſtanter Antilibanum ponunt. II. *Ptolemæus* diſerte ponit Libanum Borealiorem, Antilibanum Auſtraliorem tum in Tabulis tum *Geogr. c. 15.* ubi Libanum in extremis magis Orientalibus aſſerit eſſe 33. gr. $\frac{1}{2}$. Antilibanum vero in extremo Limite magis Orientali 32. gr. & $\frac{1}{2}$. III. Idipſum *Strabo* indicat *L. XVI.* Duo ſunt, inquit, Montes, qui eum faciunt, qui concavus Angulus dicitur, quaſi inter ſe pares Libanus & Antilibanus paulo ultra mare incipientes; Libanus ultra Tripolitanum Mare circa Dei faciem, Antilibanus ultra mare Sidonium: Deſinunt vero ad Arabiæ Montes, qvi ſunt ultra Damaſcum & eos, qui ibi Trachonitæ dicuntur. Et paulo poſt: *Mediterranea ultra hanc* (Phœniciam) usqve in Arabes inter Gazam & Antilibanum Judæa nomina-

minatur. Interim in Sacris nomine Libani utraqve juga promiscue vocantur.

Eleutherum Fl. ex Antilibano versus Boream derivamus, qvia Ptolemæus ejus Ostia supra Tripolim ad Aqvilonem statuit. Atque extra Terram Sanctam fuisse Liber Macc. XII. 30. etiam haut obscure innuit collat. cum v. 25.

II. Post solutam captivitatem Babylonicam sub Templo secundo partibus aliquot imminuta fuit; Samaria enim & Asseritarum non parva portio execta, & præterea Limites Australes positi Cadesh Barnea & Ascalon. *Schebiyth Hieros. fol. 36. 3.* atque adeo excluſum, quod extra eas in Parallelo quasi sitas erat.

III. Limitum noticiam seqvitur consideratio eorum, qvæ Natura in Palæstina formavit, Maria, Fluvii, Montes, Valles. Maria, sed comprehensis lacubus, Thalmudici numerant VII. *Mare Magnum*, *M. Tiberiadis*, *M. Sodomiticum*, *Lacus Samochonitis*, de quibus res clara est; Cæteris quid velint, haut perinde notum, suntqve *Mare decholta*, *M. de Apamia & M. de Schalijith*; Primum tamen reddi possit Mare Arenosum, quod Lacui Sirbonis quadrat, quia Locis arenosis cinctus dicitur à Diod. Siculo; Secundum, ab Apamia dictum, parte Syriæ propinqua, Phialam, Jordanis primam originem, aliquis exposuerit, hanc enim Josephus æqve Λίμνην vocat, ac Mare Tiberiadis & Lacum Asphaltiten. Tertius forte lacus erit, qvem Jeremias *Mare Jazer nuncupat c. XLIX. 32.* Fluvij sunt *Jordanes*, de qvo prolixe actum *c. II. p. IV. §. XIV.* Deinde Cison, Nehel Escol, Jaboc seu Jaboch, Arnon.

IV. Montes: I. *Carmelus* & ille geminus, alter ad mare. *Plin. Hist. Nat. L. V. c. XIX. Promontorium Carmelum* & in monte *oppidum, quondam dictum Ecbatana.* Hieros. Berach. fol. 2. 1. *Dixit R. Samuel Bar Chajah, siquis insideat monti Carmelo, cum jam orbis Solis Occidentis demergi incipit, si descendat & lavet se in mari magno ascendat, & comedat Trumam suam, præsumendum est, quod interdiu laverit.* Alter in Judæa, in quo olim Nabalus habitavit *I. Reg.* XXV. 2. *& seqq.* Hieron. in Loc. Hebr. *Carmelus, ubi quondam Nabal Carmelius fuit, & nunc villa est Carmelia nomine decimo lapide oppidi Chebron vergens ad Orientalem Plagam, ubi & Romanum præsidium est.* II. *Thabor*, quem LXX. sæpenumero Itabyrium, Josephus τὸ Ἰτάβυριον ὄρος vocat. Medius est inter Campum Magnum & Scythopolin. *Jos. Bell. II. 11.* III. *Hermon*, alius ab eo, de qvo supe-

superius dictum, quique non procul Thabore ortus ad egressum Jordanis è Mari Galilææ desinit, describente *Hieron. in Epit. Paulæ.* In Scriptura ejus mentio forsan *Ps.* LXXXIX. 13. *Thabor & Hermon in nomine tuo exultant.* Quidni n. montes vicini conjungantur? IV. *Hermonium*, jugum humile Montis Hermon versus montem Thabor procurrens, qvod vulgata intelligit *Ps XLII. 7. Hermonium mons modicus*: Versio Germanica tamen, Belgica, Anglica, Gallica, Lutheri etiam מִצְעָר *Hermonium & mons Mitzar seu Misar*: Montem modicum a. præter vulgatam Paraphrasis Chaldaica, Syriaca, Æthiopica, LXX. Græca, Arabica reddunt; Sed litem hanc in præsens non facimus nostram. Meminit Hermonis cis Jordanem & Hermonij *Hieron. Epitaph. Paulæ*, ubi satis indicat haut procul monte Thabor extare: *Scandebat M. Thabor, in quo transfiguratus est Dominus. Aspiciebat procul montes Hermon & Hermonium & Campos Galilææ latissimos, quibus videl. adjacebant hi montes. V. Montes Gilboa* è regione ejus collocati: Qua in re sola fide referentium Itinerariorum nitimur Brocardi, Breidenbachij, Vitriaci: Nam Naturæ opus cum sint, immutati esse haut facile dicentur. VI. *Abarim*, Mons seu potius Montium plurium continuatio in confinibus Amorræorum & Moabitarum. Plures Montes vel ejusdem Montis plura juga significat etiam ipsa vox Abarim & confirmat *Deut. XXXII. 4.* Pars ejus Mons *Nebo* cit. Deut. XXXII. 41. Et hujus vertex Pisga seu Phasga. *Deut. XXXIV. 1.* De Montibus Ebal & Garizim agetur infra in Ephraimitide. Plerique, si non omnes, videntur comprehendi à *Josepho B. IV. 27. seu Paraphrasi Rufini V. 4. Hierichunti in planitie sita nudus mons ac sterilis imminet, idemque longissimus, à septentrionali enim Regione usque ad Scythopolitanos agros, à meridiana vero usque ad Terram Sodomiticam & Asphaltitis Lacus Terminos extenditur. Totus autem asper est, & quod nihil gignat, non habitatur. Huic objacet circa Jordanem mons alius incipiens à Juliade ac Septentrionali Regione, prolixus autem in meridiem usque ad Bacra, quæ Petram disterminat, Arabiæ Civitatem. In hoc est etiam Ferreus Mons appellatus ad Moabitidem usque longus. Inter duos autem Montes Regio, quæ* Magnus Campus *vocatur, à Gennabara vico ad lacum Asphaltitem usque patens habet ducentorum & triginta stadiorum longitudinem, Latitudinem vero centum & viginti, mediusque ab Jordane dividitur.*

V. Ipso nomine illustris est ita dicta *Vallis Illustris*, seu Aulon, Montibus, quos modo ex Josepho descripsimus inclusa, & à Patriarcha Abra-

Abrahamo olim habitata. Sic enim sedem ipsius, *Elon Moreh*, *Gen. XII. 6. & Deut. XI. 30.* vulgata nuncupat, *Vallem Illustrem*, *& Vallem longe lateque tendentem* Interpres Samarit. *Vallem Visionis.* Describitur ab Euseb. L. de Loc. Hebr. Αὐλὼν, πεδιὰς μεγάλη ἐπίμηκες, ὁ Αὐλὼν εἰς ἔτι καὶ νῦν καλεῖται. Αὕτη δὲ περιέχεται ὄρεσιν ἑκατέρωθεν, ἀνατείνουσιν ἐκ τῆς Διδάνης καὶ ἔτι ἑνωθεν ἐπὶ ἐρήμου Φαρᾶν. ἐστὶ δὲ ἐπὶ Αὐλῶνος πόλεις ἐπίσημοι, καὶ ἡ πρὸς αὐτῇ λίμνη Σκυθόπολις, Ἱεριχὼ, καὶ ἡ νεκρὰ θάλασσα, αἵτε περὶ αὐτὰς χώραι, ὧν μέσος Ἰορδάνης ῥέεται. Quæ ita citari oportuit, dum Interpres Hieronymus ad manus non fuit. Vallem Jephthael, Arundineti, Jesreel in seqq. attingemus.

VI. Ea, quæ non natura, sed συνθήκη & Hominum impositio contulit, sunt Distributio in partes, Urbium Structura, & Loca alias illustris facinoris nomine famosa. Quod ad distributionem, ea duplex est, Antiquissima & Recentior. Antiquissima in tribus est, sed res ejusmodi, qua in hoc negocio nulla indagatu est difficilior.

Tribui Simeon extremum Austrum assignamus, sed minus determinatum; Ipse Sacer Codex n. hanc Tribum obscurius determinat. V. *Jos. XIIX. 1. & seqq. Josephus* dicit sortitam esse *Idumæa partem Ægypto & Arabiæ conterminam.* A. *V. I.*

Tribum Judah inter Tribum Simeon & Dan ad Mare producimus Gazam quoque & Ascalonem complexam. Diserte enim *Josephus: In hac sorte Urbes erant Ascalon & Gaza. Ant. V. I.* Debuit igitur aditum habere, quo Satrapias hasce accederet. Et *Jos. XV. XLVII.* legimus Gaza Tribui Judah data; Hæc verò ad Mare sita erat & extrema Philisthæorum Satrapia versus Austrum. E. Tribus Judah ad mare excurrit. Eandem Tribui Ephraim parte inter Tribus Dan & Benjamin intercepta conjungimus, cum è Socho quasi digito ostenderetur Ramatha *1. Reg. XIX. 22.*

Benjamitæ *deinde regionem sortiti sunt, quæ à Jordane amne usque ad mare protenditur; Latitudo vero ejus patet Hierosolyma inter & Bethela; Angustissima a hac sors fuit propter agri bonitatem; Hierosolyma n. & Hierichuntem acceperunt; Jos. ibid.* Ambigimus tamen, an ad mare usque Benjamitis excurrerit? Quia Scriptura cum sedulo Limites ejus designet *Jos. XIIX. 2 & seqq.* hic tacet. II. Quia Tribus Ephraim Tribum Judah ab Occidente attigit. E. Benjamitidem ad Mare extendi impossibile erat.

De Tribu Dan Josephus: Danitæ *adepti sunt, quicquid convallis ad Occi-*

Occidentem Solem vergit, Azoto & Doris terminati. Horum est Jamnia, Gitta & totus ager, qui ab Acarone pertingit usque Montem, à quo Judæ tribui initium fecit.

Quod de *Tribu Ephraim* in Tabulis animadverti possit, haurire est ex Textu Sacro *Jos. XVI. 6. 7.* Et circuit Terminos contra Orientem in Thanat-Selo & pertransit ab Oriente Janoem; Descenditq; de Janoe in Atharoth & Naaratha, & pervenit in Jericho, egrediturque ad Jordanem. Unde hæc colligimus, Funiculum, cum ad Bethoron superiorem pervenit, inflecti, & q. circuire, seu angulum obtusum faciendo, seu absque angulo circumflectendo & oblique Terminos Orientales describere versus Jerichuntem procedendo. Id autem se ita habere plane exigit ea, quæ hic habetur descriptio: Nam hinc deinceps usque ad v. IIX. describit Terminos Orientales; Satis v. liquet non claudi hos Orientales Terminos utrinque Jordane, id n. indicasset Scriptura, uti & indicavit Aquilonares Terminos Jordane finiri; Neqve v. in Orientalibus Terminis describendis necesse fuisset tot loca & urbes recenseri, per quas hi Termini transeant, si unus Jordanes eos designare potuisset. *Bonfrer. in Jos. c. XVI.*

Inde verò jam simul sequitur, *Tribus Manasse* tractum superiorem ampliorem esse, quam vulgo ponitur, quia Ephraimitidi adjacebat. Eandem ad Jordanem pertigisse Urbs Bethsan s. Scythopolis videtur inferre; Hæc n. ejus erat *Jos. XVII II.* nec procul Mari Tiberiadis sita. E. Manassen inter Issacharem & Jordanem insinuari oportuit. Ejusdem Terminus Borealis Fl. Cison diserte pònitur *Jos. XVII 9.* Et dn. Tribum Aser alicubi attingere oportuit, Textu clare dicente: *Possessio Ephraim sit ab Austro, & ab Aquilone Manasse, concludatur Mari, & Aser attingat à Septentrione, Issachar ab Oriente* Jos. XVII. 10. Quod & tmemate seqventi non obscure innuitur, qua Manassensium hereditas dicitur fuisse in Issachar & Aser. Locum a. quo convenerint, non alium suspicabimur esse, quam M. Carmelum, alibi enim Tr. Zabulon & Issachar interceserunt.

De *Issacharitide* Josephus l. c. *Post hos Issacharis Carmelum montem & Fluvium Longitudinis habet Terminum, Latitudinis. v Mons Itabyrius fuit Terminus.* Issacharis igitur Carmelum ab Occidente habuit, non Mare; Nam Scriptura hoc tacet, & Aser Tribum Manasse attingere non potuisset. Fluvium deinde pro Termino Longitudinis habet, quem Tabulæ Cishonem faciunt: *Nam eum depingunt quadam,*

non

non longe à Carmelo seipsum in Mare effundentem, idque non sine ratione petita à l. Reg. XVIII. 40. At necesse est, ut Kishonem supponas ab Austro Carmelum præterlabi, non, ut quidam, ab Aquilone. Lightfoot. Cent. Chor. c. LXIII. Nos Jordanem putamus esse, quia Josephus describit Terminos Longitudinis, Cishon a. non est Terminus Longitudinis, sed totam Longitudinem fluxu suo emetitur. Jordanes v. in Terminis ejus recensetur. *Jos.* XIX. 22.

Zabulonitæ à Genesaritide usque Terram circa Carmelum & Mare descendentem acceperunt. *Joseph. l. c.* Genneſaritis nobis Regio est, χώρα, non λίμνη, Lacus s. Mare Tiberiadis: Regio, inquam, Gennesareth ab Occidente Mari Tiberiadis adjacens, Et Josephus παραλήψει haut inusitata rem priscam recentiori illustrat, ubi paulo post Naphthalitas Galilæam superiorem nactos dicit. Nacti deinde sunt Terram circa Carmelum & Mare descendentem, καθήκουσαν, non contiguam, ut Ruffinus vertit; Obstat n. Asseris & Manassitarum conjunctio.

Naphthali extremum Boream obtinuit. *Quæ v. ad Orientem spectant usque Damascum Urbem, & Superior Galilæa, Nephthalitis obtigit usque Libani Montem & Jordanis fontes.* Iterum Josephus. Addimus & Mare Tiberiadis habuisse. *Babyl. Baba Kama fol. 81. 2. Tradunt Rabbini Mare Tiberiadis spectare ad Tribum Naphthali; Immo plenum funiculum ea recipit pro retibus à parte ejus Australi: Sicut dicitur: Posside Mare & Austrum.* Ubi glossa: *Plenum funiculum habuit ab ora ejus Australi in aridâ, ut extrahere posset retia.* Et Hieros. Bab. Bathra fol. 15. 1. *Dederunt Naphthali plenum funiculum ab ora maris Australi, sicut dicitur: Posside Mare & Austrum.* Verba sunt R. Jose Galilæi. R. Hakibah dixit: *Mare esse Mare Samochonæum; Austrum Mare Tiberiadis.* Et fidem tanto majorem hæc facient, quia Thalmud istud Tiberiade conscriptum, ac R. Jose, qui allegatur, Galilæus fuit. V. plur. *Cl. Lightfoot. Cent. c.* LXXI.

In Trans Jordaninâ *Rubenitarum* Funiculum ducimus ab Aroër &c. ex *Jos.* XIII. *16. & seqq.* Gad extendimus ad Mare Tiberiadis ex *Jos.* XIII. *27.* Manassi reliqua cesserunt: Dimidia Gilead *Jos.* XIII. *31.* Nam alteram Gaditæ habebant, *ib. 25.* Regnum Basan *ib. 31.* Hoc est maxima pars ejus. Gaditis n. & hujus aliquid fuit *1. Paral. V. 11. & 6.* Et Terminum Basanis fuisse Jabocum non obscure indigitat Josephus *Ant. IV. V. Moses v. Fl. Jabocum* transiens Regnum Ogi ingressus fuit.

VII. Re-

VII. Recentius, aut si mavis, usitatius tempore secundi Templi erat, Terram Sanctam distribui in *Judæam*, *Samariam*, *Galilæam*, *Peræam*. Samariam nobis curatio non erit, quippe exectam Terræ Sanctæ, ac deteriori non Israëlitico sangvine cretis possessam. JUDÆÆ nomine veniunt Tribuum Judæ, Benjamin, Dan tota, & Ephraimitidos ac Manassitarum Occidentalis portio. Sic *Josephus Bell. III. 11. Harum Samariæ Provinciarum confinium est Anauth vicus, qui etiam Borecos appellatur, Judææ limes à Septentrione, Meridiana vero pars ejus, si in longitudinem metiare, adjacenti vico Arabum finibus terminatur, cui nomen est Jordan. Latitudo à Jordane Flumine usque ad Joppen explicatur. Media v. ejus est Hierosolyma, unde quidam non sine ratione umbilicum ejus Terræ eam urbem vocaverunt. Sed nec marinis quidem Judæa deliciis caret, ad Ptolemaidem usque locis extenta maritimis.* Namque Tribus Simeon ab Idumæis rapta erat, prout diximus. De Juda & Dan nihil controversum. Benjamitidem totam complexam esse prob. 1. Quia Hierichuntem habuit ap. *Jos. loc. proxime cit.* Bethelam deinde *Jos. B. V. 8.* de Vespasiano: *In montana Regione Toparchias duas subegit & e. deinde post has Bethel & Ephraim municipia.* Tum Bethoronem inferiorem: Quoniam eò Azazelem ablegabant, qvem Samaritæ finibus suis intrudi sine dubio non permisissent: Quæ civitates omnes in Limitaneis Benjamitidis fuerunt. Partem Occidentalem Ephraimitidis & Manassitarum tenuisse prob. 1. Verbis Josephi ante citatis: *Sed nec marinis quidem Judæa deliciis caret, ad Ptolemaidem usque locis extenta maritimis* 2. Seorsim, qua Cæsaream, Quia Josephus eam Judææ maximam civitatem vocat. *Bell. III. 14. 3.* Quia Galilæa dependit à Judæis, oportuit igitur aditum habere, qui ipsorum fuerit. In Toparchijs Judææ etiam Acrabatena fuit ap. *Jos. B. III. 2. & V. 8.* A Tabulis igitur male in Extremis Borealibus Samariæ constituitur.

De GALILÆA iterum Josephus sapius cit. L. de Bell. Jud. III. 2. Duæ sunt autem Galilææ, quæ superior & inferior appellantur, easque Phœnice & Syria cingunt. Discernit verò ab occidente Ptolemais territorij sui finibus, & quondam Galilæorum, nunc autem Tyriorum Mons Carmelus: Cui conjuncta est Gabaa Civitas equitum, quæ sic appellatur, eo quod equites ab Herode Rege dimissi, coloni eò deducebantur. A meridie autem Samaritis & Scythopolis, usque ad flumen Jordanem; Ab Oriente verò Hippene & Gadaris, sed & Gaulanitis desinit, qui etiam Regni Agrippæ fines sunt. Septentrionales autem ejus tractus Tyro, itemque Tyriorum finibus

terminantur. Inferioris quidem Galilææ longitudo à Tiberiade Zabulon, cui vicina est in locis maritimis Ptolemais, protenditur. Latitudine autem patet à vico Chaloth, qui in magno Campo situs est, usque ad Baca vicum, qui terram dirimit Tyriorum. Longitudo verò ejus à Thella vico Jordani proximo usque ad Meroth extenditur. Sed mera in his obscuritas: Quæ enim illæ Chalo, Baca, Thella est? Et dictu quidem facile eas post Samariam sitas; Sed qui sint fines Samariæ perinde obscurum. Nec certiora sunt, quæ Eusebius & Hieronymus hac de re scribunt. De Limitibus Meridionalibus solum dici potest, eos à Scythopoli incipere, & Isacharitidem complecti; Latitudinem ejus enim Mons Thabor exæquabat, qui Galilææ accensetur: Dn. juxta Ptolemaidem & Carmemelum desinere. *Schebjith f. 35. 3. R. Jose amplexatus est fornicem Acco, ac dixit, hucusque est Terra Jischrael.*

Peræa restat, i. tota Trans Jordanina Regio, si vim vocis sequamur; Strictior, si vocis usum. *Et longitudo quidem ejus est à Macherunte in Pellam, latitudo vero à Philadelphia usque ad Jordanem. Et Pella quidem quam supra diximus, septentrionalis ejus est tractus; Occiduus verò Jordanis: Meridianum autem Moabitis regio terminat, ab Oriente autem Arabia & Silbonitide, nec non & Philadelphia, itemque Geratis clauditur. Joseph. c. l.* Reliquas Perææ partes simul accessoria Trachonitide habes ib. *Et præter hæc Gamalitica, & Batanæa, & Trachonitis, quæ etiam regni Agrippæ partes sunt. Eadem verò terra incipiens à monte Libano & fontibus Jordanis usque ad Tiberiadi proximum lacum latitudine panditur, à vico autem, qui appellatur Arphas, ad Juliada oppidum longitudine tendit*: Hasq; Josephus videtur Judææ accensere, cum n. τὰς ἔνδεκα τοπαρχίας ejus enarrasset, καὶ ταύτας, ait, ἥτε Γαμαλαλίτις &c. Præter has & Gamalitica Regio &c. Malimus tamen non τοπαρχίας s. Toparchias, sed χώρας, integras Provincias intelligi, i. Galilæam, Samariam, Peræam, Judæam, præter quas etiam hæ sint, Agrippæ nempe Regnum. Gamalitica Regio fine dubio Gaulanitis Inferior. *Joseph. B. IV. I. Gamala civitas, contra Tarichæas posita supra lacum, quæ ad fines pertinebat Agrippæ, itemque Sogana & Seleucia; Et hæ quidem Gaulanitidis regionis erant ambæ: Sogana superioris partis, cui nomen est Gaulana, & inferioris Gamala.*

IIX. Venimus ad Urbes & loca illustriora: *Desertum Engaddi* ad Limites Australes Tribus Judah collocamus, quia ipsi Engaddi Urbs limitanea. *Desertum Maon* infra istud, quia David, cum in Deserto Paran exularet, curam habuit gregis Nabali, qui in Maon & Carmelo rem fami-

familiarem suam gerebat *I. Reg. XXV. 2. & seqq.* Paran autem extra Limites Terræ Sanctæ in Austro erat. *Desertum Ziph* interius juxta Maon, quia ex eo in Maonem David profugit. *I. Reg.* XXIII. *19. 24. 25.* Quam ut remotiora ita exteriora Regni petere status ipsius urgebat.

Jerusalem à Tribu Judah & Benjamin participata, *Babyl. Joma fol. 12. 1. E Tanaim nonnullus autumavit, Jerusalem non esse divisam in tribus, R. Juda v. divisam esse ratus fuit; Et penes hunc stetit Traditio. Quidnam fuit in Portione Judæ? Mons Templi, Conclavia, Atria. At quidnam in Portione Benjamin? Pronaon, Templum, Sanctissimum. Prodijtque Linea à Portione Judah & ingressa est portionem Benjamin atque in ea conditum Altare.* V. *Lightfoot. Cent. Chor. C. XXI.* Josephus mediam statuit in Judæa. Num rectè, alius viderit: Nobis quomodocunque aspiciatur, media dici posse non videtur.

Juxta eam Occidentem versus sita *Vallis Rephaim.* Eusebio Κοιλὰς Τιτάνων & Cœlas Titanorum Hieronymo. Id n. *Jos. XV. 8. & XIIX. 6.* non obscure innuitur. Inde versus Austrum extensa Bethlehemum usque pertigit. *Jos. Ant. VII. 10. in illa valle castrametatus est, quæ XX. stadiorum spacio usque Bethlemam pertingit.* Et post hanc *Clauthmon i.* Locus flentium, *Clauthomon* Adrichomio. Clauthmon est silva illa è qua David Hierosolymis egressus Palæstinos in valle Rephaim castrametantes à tergo invasit. V. *Jos. Ant. VII. 4.* Confer Paraphrasin LXX. *II. Reg. V. 23. Bethlehem* in extremo Vallis Rephaim sita, & stadiis quidem XX. à Jerusalem *Jos. ante cit. Ant. VII. 10.* Ad Austrum; Occidentem enim Vallis Clauthmon habet, Orientem Hierosolyma, Boream Benjamitis.

Bethsura gemina est: Altera cujus toties in Libris Machabæorum mentio, Hierosolymis V. tantum stadijs distans. *II. Maccab. XI. 5.* Et versus Austrum. *I. Macc. IV. 61.* Adde *I. Macc. VI. 31.* Contra Idumæam enim munita fuerat, quæ Judææ Australis erat. Altera est prope Chebronem. *Hieron. in Locc.* Hebr. *Est hodie Bethsorum vicus euntibus nobis ab Ælia Chebron in vigesimo Lapide, juxta quem fons ad radices Montis ebulliens ab eadem, in qua gignitur, sorbetur humo. Et Apostolorum Acta referunt Evnuchum Candacis Reginæ in hoc fuisse baptizatum à Philippo.* In Sacris, quæcunque harum sit, transcribitur Tribui Judah *Jos. XV. 58. II. Chron. XI. 7.*

Chebronem in Plaga Australi, sed ad Orientem inclinantem, ponimus *Jom. C. III. hal. 1. Dixit ipsis præfectus Liturgiæ in Templo: Ite*

ac videte num tempus instet mactandi? si instaret, dicebat ille, qui spectatum mittebatur, Lucescit. Matthia Ben Samuel dixit: Lucida est tota facies Chebronem usque. Ad quæ Maimonides: *Locus sublimis erat in Sanctuario, quem conscendebat ille, qui visum mittebatur: Cumque videret faciem Orientis splendore imbui dicebat; Lux incipit fulgere. Respondebant, an Chebronem usque, i.* Pervenitne *Lux eo usque, ut oculi Chebronem videre queant: Et ille, ita.*

Eleutheropolis est in Tribu Judah. Hieronymus enim Urbes, quarum situm ex Eleutheropoli describit, omnes fere petit è Tribu Judah. Sic Urbes Chasbi, Lebnam, Maspham, Zanoam, Ziph ponit in regione vel finibus Eleutheropolitanis, easque in Tribu Judah. Item Bethsur in tribu Judæ ponit mille tantum passibus distantem Eleutheropoli. Eadem Australior Hierosolyma, atque adeo etiam Tribui Judah interior; Hieronymus enim extremas aliquot urbes Palæstinæ describit comparatas cum Eleutheropoli, quales Thalca in tribu Simeon, quam in extremo Palæstinæ ad Austrum sortem suam habuisse jam supra traditum: Item Gerara juxta Desertum adhuc Australior. Nec tamen Chebron est, sed Chebrone occidentalior. Hieron. *Ceila in Tribu Judah, ubi quondam sedit David; Et nunc villula Ceila ad Orientalem plagam Eleutheropoleos pergentibus Chebron.*

Maspha s. Mizpa in Tribu Judah erat; Summùm in utriusque Benjamitidos ac Tribus Judah confinio. Utrique enim in Sacris annumerarur. V. *Jos. XV. 38. & XIIX. 26.* Sed à Judæis habitatam colligimus ex *Judic.* XX. quoniam convenerunt ibi Israelitæ, quando Bellum in Benjamitas decrevere: Probabile autem non est Benjamitas ipsis suo sibi malo propriam Urbem concessuros fuisse.

In Tribu DAN *Modin*, in monte collocata *1. Macc. II. 1.* Nec procul Mari, quia monumentum Maccabæorum è Mari videri poterat, *1. Macc. XIII. 29.* Eidem Tribui transcribimus tres Satrapias Philistæorum *Accaron, Geth, Asdod*, seu *Azotum.* Quia Gaza & Ascalon penes Tribum Judah erant, eædemque istis Australiores. Situs rationem reddimus ex *I. Reg. V.* ubi Arca Fœderis Azotho Getham, Getha Accaronem translata legitur. Accaron v. extrema Borealis erat. *Jos. XIII. 3,* Restat adhuc Terra dividenda, ait Deus &c. *à Fluvio turbido, qui irrigat Ægyptum usque ad Terminos Accaron contra Aquilonem Terra Canaan, quæ in quinque Regulos Philistæorum dividitur, Gazæos, Azotios, Ascalonitas, Gethæos & Accaronitas.* Confer *Strabon. XVI. Geogr.*

Eadem

Eadem *Accaron* à Mari paulum remotior. *Jos. XV. 11. Jamnia* sine dubio eadem cum Jebneel *Jos. XV. 11.* Nam Portum habuisse patet ex *II. Macc. XII. 9.* Quà situm, Hieronymus eam inter Diospolim & Azotum ponit, & Strabo vicinam Joppæ facit *Geogr. L. XVI.* dum litora Phœniciæ tractat.

Gador juxta *Tribum Simeon* collocamus; Simeonitæ enim eam occupasse leguntur *I. Chron. XV. 39.* Nec procul Jamnia & Philistæorum Satrapiis aberat *I. Macc. XV. 38. 39. 40.* Confer *Strabon. c. l.* & *Joseph. I. Bell. I.* Simon a. *Gadaram, Joppen & Jamniam cepit:* Quæ viciniam horum oppidorum clare indigitant. Etiam Fluvium s. *Nehel Escol* in exteriora hæc transferimus. Nam Chebronem, juxta quam communiter collocatur, quis credat venisse Exploratores cum Botro è vecti pendulo, ac potuisse Cananæos latere. Scriptura autem *Num. XIII. 23. 24.* ubi de Exploratoribus à Borea in Austrum profectis: *Ascenderunt ad meridiem & venerunt Chebronem, pergentes ad torrentem Botri, i. Nehol Escol.* Probabile ergo occurrisse circumeuntibus paulum ante Desertum Australe.

In *Benjamitide* est *Hiericho* Hierosolyma CL. & à Jordane LX. Stadijs distans. De quibus aliisque Dona naturalia ejus concernentibus *Jos. B. V. 10.* In veteri divisione ad Tribum Ephraim sita erat. *Jos.* XVI. *7. A Justino L.* XXXVI. *3.* corrupte *Arcus* vocatur ad eum modum, quo Patriarchas Salam *Azelum*, Thaëam *Adorem* vocat *ibidem. Gargara* ante Hierichuntem est *Joseph. A. V. I. Exercitus autem quinquaginta Stadia progressus ad decimum ab Hierichunte Stadium castra metatus est.* Orientem versus *Jos. IV. 19. Vallem Achor* juxta Galgalam locamus: Neque enim probabile est, Achorem aliquot milliaribus abductum pœnas dedisse, nam ambages tales temporis ratio Israelitis non permittebat. *Desertum Hiericho* inter Hierichuntem & Hierosolymam. *Joseph. B. V. 4.* Et ad Desertum Hiericho Vallis Zeboim *I. Reg. XIII. 18.*

In *Ephraimitide Sichem* collocata, juxta Vallem Illustrem. Abraham enim *Gen. XII 5. 6.* cum in Terra Canaan peregrinaretur juxta Sichemam ad Vallem Illustrem subsitit. Prope fines Manassen versus fuisse colligitur ex *Jos. XVII. 7.* Quà Machmetha Limitanea Manassitarum è regione Sichemæ sita esse dicitur. Montes *Garizim* & *Hebal* non longe à se invicem dissiti; Quia Tenor Benedictionis & Maledictionis inde audiendus erat. *Deut.* XI. *30.* audiebatur. *Jos.* IIX. *33.* & *seqq.* Prope Sichemam: Quia Jotham ex Monte Garizim ad Sichemitas

mitas verba fecit *Jud. IX. 7.* Ad latus ejus Orientale: Quia juxta Vallem Illustrem. *Deut. XI. 30. Sunt trans Jordanem, via ad Occasum in Chananæorum Regione planitiem juxta Galgalam habitantium ad Vallem Illustrem.* *Hebal* forte Australior, ut Galgalæ propior esset eoque cultui Sacro peragendo commodior ex *Deut.* XXVII. *5. collat. cum Jos. IIX. 30.*

Schilo in Tribu Ephraim est. *Ps.* LXXIIX. *60.* Rejecit Tabernaculum Schilo collat. cum ej. 67. 68. Rejecit Tabernaculum Joseph & Tribum Joseph non elegit; Elegit autem Tribum Judah. *Jud.* XX. *19.* statim allegando. Nam si Bethelæ ad Septentrionem erat, in Ephraimitide fuisse oportet. Sita inter Bethelam & Sichemam. *Jud.* XXI. *19. Ecce Solennitas Domini est in Silo anniversaria, quæ sita est ad Septentrionem Urbis Bethel & ad Orientalem Plagam viæ, quæ de Bethel tendit Sichemam.*

Bethaven juxta Hai *Jos. VII. 2.* Orientem versus: Inde enim Bethelam ducebatur funiculus Limitaneus Borealis Benjamitidos *Jos.* XIIX. *12.* *Hai* ab Oriente Bethelæ *Jos VII. 2.* Et Abraham cum Sichema migraret, tentoria sua fixit ad Montem, quo Bethelam ab Occidente, Hai ab Oriente habebat. *Gen.* XII. *8.* Urbs Limitanea ex eod. quod Bethel Limitanea esset. *Bethelam* modo dicta illustrant. Limitanea Urbs fuit. *Jos.* XIIX. 13. *Jos. A. V. 1.* Τὸ δὲ πλάτος (Benjamitidos) ἱεροσολύμοις ὁριζόμενον καὶ Βηθήλοις. Quod ipsum Linea recta Hierosolymæ fuisse oppositam arguit.

Bethoronem utramque ad Ephraimitidem spectasse patet ex *I. Paral. VII. 24.* Cum enim Ephraimitis Sara, Neptis Ephraim eas condiderit, dubium non est, quin in Tribus suæ fundo ac proprio solo eas condiderit. Sed de Bethorone Inferiori potissimum ambigitur. *Jos.* XIIX. *13.* Funiculus Borealis Benjamitidos ad montem ducitur, qui ad meridiem Bethoroni inferiori. Ipsa ergò Borealis ratione montis hujus: Atque adeo etiam in Ephraimitide, quæ ad Boream Benjamitidos; Alioqui funiculus in Australi ejus Latere duci non potuisset. Confer *Jos. XVI. 3.* Situs Ratio: Inferioris ex *Jos.* XIIX. *14.* Quia prope Limites Occidentales constituitur, Superioris *Jos. XVI. 5. 6.*

Bethoronem Inferiorem Judææ transcribimus, quia Hazazelem eo abduxerunt & præcipitem dedere. Neque aliena ab hoc Josephi Historia *B. II. 37.*

Rama, qua Ephraimitis Tribui Judah alligata: Quia Socco prope aberat, *I. Reg.* XIX. *22.* *Najoth* Locus ipsi proximus, ac si mavis Suburbium

urbium ejus; David enim cum Ramam veniret in Najoth egisse legitur *1. Reg.* XIX. *18.* Et toties audit Najoth in Rama *c. l. v. 19. 22. 23. 24.* & XX. *1.* Quæ sane locum Ramæ proximum liquido demonstrant. Josephus quidem aliter habet A. VI. XIV. Sed eum Sacro Codici merito postponimus.

Joppe extra Limites Dan *Jos.* XIX. 47. Litoralis, Vid. passim Autores Situs Ratio est apud *Strabonem ante cit. XVI. Caphar Tebi* ab Oriente Lyddæ *Babyl. Rosch Haschan. fol. 12. 2.* Ab Oriente Lyddæ juxta Caphar Tebi. *Lydda* vicina Joppæ *Act. IX. 38. Lyddâ in vicinia Joppæ constituta. Vallis Arundineti*, Nahal Kana in Paraphrasi Lutheri, situs ad Mare *Jos. XVI.* 8. *De Taphua pertransit contra Mare in Vallem Arundineti, juntque egressus ejus ad Mare Salsissimum.* Ubi Maris Salsi significatu Mare, non mortuum, sed Mediterraneum intelligi inde certum est, quia de Manassensium & Ephraimitidis communibus Terminis agitur; Hæ tribus enim ad Mare Mortuum non pertigerunt.

Cæsarea Palæstina Litoralis, V. *Joseph.* passim. Alias dicta Turris, Stratonis *Jos. A.* XX. VII. & XV. XI. Distantia Hierosolymis DC. Stadiorum *Jos. A. XIII. XI.* Distantia Joppa unius cum dimidia diei itinere. V. Historiam Cornelij in *Actis Apostolorum c.* X. *7. 8. Mageddo* ad fluv. Cisonem *Jud. V. 21. collat. cum 19.* Qua Cison vocatur Aqua Mageddo. Ad Orientalem ejus Alveum: Quod Naphthali in partem belli veniret. *Jud. V.* 18. Aser autem se domi contineret *ib. V. 17.* Et v. ejus plus interfuisset, quam Naphthalitidi in partes venire, siquidem in Occidentalibus hostes castrametati fuissent: Haut procul Monte Thabor *Jud. IV. 14.* statim enim ac Barak è Thabore descenderet pugna inita fuit. Ex ipsis hisce de Thanuah judicandum. Pugnatum est Thanuæ ad Aquas Mageddo cit. *Jud. V. 19. Endor* prope Mageddo, *Psal.* XXXIII. *10. 11. Fac illis, quod Sisseræ, quod Jabin, qui juxta Endoram excidebantur.* In Manassitide *Jos.* XVII. *11.* Ab aliquibus quarto Milliario ab Itabyrio versus Austrum ponitur; Vicina *Endoræ Nain* Teste Euseb. Loc. Hebr.

Bethsan, quæ postea *Scythopolis*, Manassitidos *Jos.* XVII. *11.* Terminus Galilææ, Vid. Galilæam. Ad Jordanem, quia cum Ptolemaide Longitudinem Galilææ terminabat.

Tiberias est Rakkath Thalmudicorum, *Megill. Babyl. fol. 5. 2. Constat*

ſtat nobis Rakkath eſſe Tiberiadem. Ad Jordanis è Mari Geneſareth effluxum collata. Quia Gadaræ & Hippo vicina. *Joſ. Vit. Tua v. Juſte, Patria ſita ad Lacum Geneſareticum, & diſtans ab Hippo* XXX *ſtadiis, ſexaginta à Gadaris, à Scythopoli* CXX. Non potuit igitur ad influxum Maris poni, cum ipſum mare ſit CXL. ſtadiorum longitud.

Capernaum, Joſepho in Vit. Cepharnoma, in Geneſaritide Regione *Matth.* XIV. *34. & Marc. VI. 53.* collat. cum *Joh VI. 22. 24.* Matthæus enim & Marcus ubi dicunt Chriſtum Bethſaida euntem in Regionem Geneſareth veniſſe, Johannes Capernaum veniſſe autor eſt. Confirm. *Joſ. B. III. XIIX.* Geneſaritidem dicit fonte Capernaum irrigari: Namque vel fontem Urbi, vel Urbem fonti nomen dediſſe verosimile eſt. *Tarichææ* diſtantia Tiberiade xxx. Stadiis *Joſeph. de vita ſua: Me Tiberiade digreſſo Tarichæas triginta ſtadiis inde diſſitas.* In Galilæa ſita: *Joſ. ib. Munivi enim & Galilææ Civitates Tarichæas &c.* Ad lacum *Joſ. B. III. XIIX. Cana* diſtantiam Tiberiade Joſephus ſpacio nocturni itineris emenſus fuit. *L. de Vita ſua.* Azor, Madon, Simron conterminæ Urbes ad Lacum Samochonitidem *V. Joſ. XI. & Jud. IV. item Joſeph. A V. 6.* Simronem ad Lacum ſitam arguit, quia, qui Rex Simron vocatur *Joſ. XI. 1.* Rex Simron Meron audit *Joſ. XII. 20.* Lacus Samochonitis autem eſt Aqua Meron.

Reſtat Peræa perluſtranda, in qua *Cæſarea Philippi*, quæ Paneas, & Dan, & Leſa, de qua in Hiſtoria Jordanis. *Julias, ſ. Betharamphtha*, ad influxum Jordanis in Mare Geneſareth *Joſ. B III. XIIX. Jordanes &c. Poſt oppidum Juliadem Geneſar lacum medium tranſit.* Et trans eum quidem. V. iterum *Joſ. B. III. II.* in deſcriptione Limitum Regni Agrippæ *Gamala* in Gaulanitide Inferiori è regione Tarichææ. *Joſ. B. IV. I. Gamala Civitas contra Tarichæas poſita ſupra lacum &c. Pella* Limes Borealis Perææ, mediaque inter Juliadem & Philadelphiam. V. *Joſ. B. III. II. Philadelphia* ad Limites Orientales Perææ: Iterum *Joſ. B. III. II.* Alia ab ea, cujus mentio *Apoc. I. & III.* Quæ in Lydia fuiſſe videtur. Reliquæ Urbes enim ad quarum Epiſcopos Johannes ſcribit in eodem tractu ad Mare Ægæum erant. Aroer ad torrentem Arnon *Joſ.* XIII. *16.* Limitanea Gaditarum. *ib. & II Reg. XXIV. 5. & Num. XXXII. 34.* Et Moabitarum, quia trans Arnonem ab Auſtro Moabitis, ab Oriente Ammonitis erat. V. *Deut. II. 24.*

Machanaim cis Jabocum; Hac n. ivit Jacob, cum à montibus Galaad ad Parentem pergeret, cujus domicilium juxta Sichemam erat. Et

Sed satis hac de re: Legenda pluribus, *Christiani Adrichomii* Theatrum Terræ Sanctæ, *Henr. Buntingi* Itinerarium Terræ Sanctæ, *Christian. Heidmanni* Palæstina, *Jac. Ziegleri* Palæstina, *Mich. Aitsingeri* Terra Promissionis, *Thom. Fulleri* the Pisga sight of the Land of Promise, *Ariæ Montani Chaleb.* Qvos omnes tamen non unius παραγράφου accusarunt, qvi recenter curam suam huic negotio impenderunt, *Jac. Bonfrerius Gallus* & *Joh. Lightfoot Anglus*, Vir in rebus Hebraicis, si qvisqvam alius versatissimus: Qvorum scripta hac de re sunt: *Jac. Bonfrerii Notæ ad Tabulas Adrichomii* in Prolegomenis ad Biblia Polyglotta Anglicana: *Ejusdem Onomasticon*, s. Hieronymus de Locis Hebraicis Notis illustratus, editus cum Commentar. in Josuam, Libros Judicum & Ruthæ; Item *cæteri Commentarii* in Libros Biblicos, qvibus hujusmodi observationes passim inserit. *Johannis Lightfoot Animadversiones in Chorographiam Sacram*, itidem in Prolegomenis Bibliorum Polyglottorum; Ejusdem Centuria Chorographica præfixa Horis Hebraicis ipsius in Matthæum *Cantabrig. 1658.* Item Decas Chorographica præfixa Horis Hebraicis in Marcum *Cant. 1663.*

III.

Venimus ad hodiernam Palæstinam non minori numero Scriptorum delineatam, licet, qui mores Scribentium sunt, non eadem accuratione. Tales sunt *Rupertus Abbas Bergensis* de Expeditione Godofridi Bulionei in Terram Sanctam, Itinerarium *Alexandri Comitis Palatini ad Rhenum* A. 1495. & 1496. *Bogulai X.* Pomeraniæ Ducis Itinerarium Terræ Sanctæ, A. 1496. *Bernhardus Breitenbach* de Itinere Johannis Comitis Solmensis in Terram Sanctam A. 1483. *Felix Faber Ulmensis* de Itinere Johannis Werli von Zimbern / Henrici von Stöffel &c. A. 1484. *Alberti Comitis de Löwenstein* Peregrinatio ad S. Sepulchrum 1561. & 1562. *Jacobi Wormseri* Itinerarium Terræ Sanctæ & Ægypti. 1561. & 1562. *Stephani von Grumpenberg* Itinerarium Terræ Sanctæ 1449. *Melchioris von Seydlitz* Peregrinatio ab A. 1556. ad A. 1559. *Johannis von Ehrenberg* Peregrinatio ad S. Sepulchrum. *Leonhard. Rauchwolfii* Itinerarium Terræ S. aliarumve Regionum Orientalium 1573. *Joh. Tucheri Noribergensis* Peregrinatio ad S. Sepulchrum, *Joh. Helfrici Lipsiensis* Itinerarium Terræ Sanctæ, *Danielis Ecklin Arovienſis* Peregrinatio ad S. Sepulchrum 1552. *Joh. de Monte villa* Itinerarium T. S. aliarumq; Regionum Orientalium, *Rudolphi Pastoris Suchensis* in Westphalia Itinerarium T. S. ab A. 1336. ad

A. 1350. *Fr. Burchardi* Itinerarium Terræ S. Qui omnes uno volumine Germanice prostant editi à *Sigism. Feierabend. Franc. ad M. 1584. fol.* cum Titulo: Reisebuch des H. Landes &c. Pleriq; etiam seorsim, aliis item voluminibus inserti extant, quemadmodum Fratr. Burchardum etiam videre est *T. VI. Antiq. Canis. f. 295.* Seorsim item Magdeburgi, Wittebergæ & alibi editum. Extant insuper, qui nobis innotuere *Rudolphus Miles de Emmeynsperg cit. T. VI. Antiq. Canis. fol. 324. Bellonius Observationum Libro II. c. LXXIX. & seqq. Jac. de Vitriaco, Joh. Jac.* Breunings Orientalische Reise / *Joh. Wilden* Reisebeschr. in Türckeyen und das gelobte Land / *Hieronymi* Scheid Reise von Erfurt nach dem gelobten Lande. Nobis v. inprimis arriserunt *Ill. Princ. Christophori Radzivilii* Hierosolymitana Peregrinatio Latine edita Antw. A. 1614. fol. & Germanice Int. *Laur. à Borckau Mog. 1603. 4o. Johan. Jac. Ammanni* Reise ins gelobte Land / *Christophori Fureri ab* Haimendorff Itinerarium Ægypti, Arabiæ, Palæstinæ, Syriæ &c. Et qui recentissime inter Germanos se huic labori impenderunt, Nobilissimorum Virorum *Neitschützii & Troilovii* Itineraria: *Neitschützius* tamen minori rerum usu ad hanc laborem videtur accessisse. Extat etiam *Zwinneri* Blumenbuch des Gelobten Landes / qui circa An. MDCLIIX. in Palæstina fuit. Alii, si non omnes eandem scribendi accurationem tenuerunt, scribendo tamen insigne laborum suorum monumentum posteris reliquisse existimandum est: Et nos etiam prolixiuscule hucusque in hac materia versati fuimus, lineisque aliquot adhuc versabimur; Sed qvid vetuerit, Hominem Christianum ita modeste & procul superstitione testari amorem erga Terram, qvam ipsi Sanctissimi primi Patriarchæ, cum vivi non possent, mortui contingere toties totiesq; gestierunt.

Ad Situm Palæstinæ repetimus qvæ supra de Situ Hierosolymæ in media Judæa monuimus; At vel Hierosolymam vel ipsam Palæstinam in medio orbis sitam dici, non plane de nihilo esse videtur: Si ἐν πλάτει loquamur. 2. De Orbe Veteri; Deusque ideo præcipue videtur hanc Regionem Ecclesiæ suæ selegisse, ut verbum ejus inde quaqua versus æque diffunderetur. Interim alias quoque Urbes hujusmodi characterem auferre ex Historicis notum est: Chinenses patriam suam & in ea Pekinum in medio Orbis situm esse prædicant, ideo Chinam *Chungoa & Chunque* vocant, h. medium Hortum, & medium Regnum, quia in medio mundi se esse dicunt. Vid. *seq. §. penult. hujus Sect.* Toletum centrum & quasi umbi-

umbilicum Hiſpaniæ celebrat *Merula P. II. Lib. II. c. XX.* Isphahanam, Centrum Perſiæ *Tavern. P. I. Lib. III. cap. V.* Neque aliena hinc forte erunt, quæ de Belgio & Antwerpia nonnemo poſuit: *Belgium* orbis Anulum, Anulique hujus gemma eſſe *Antverpiam*: *Belgium* orbis oculum, oculique hujus pupillam *Antverpiam*: *Belgium* Orbis Nemus, Nemorisq; hujus Laurum *Antverpiam*: *Belgium* Orbis Paradiſum, Paradiſiq; hujus delicias *Antverpiam*: *Belgium* Orbis cœlum, cœliq; hujus Solem *Antverpiam*. V. *Gölnit. Itin. f. 88.* Quæ tamen medium quoddam non loci, ſed virtutis innuere dixerit aliquis Philoſophiæ Rationalis peritus. Itineraria porro & fertilitatem hodiernæ Palæſtinæ prædicant: Veluti *Pr. Radzivilius Ep. II. f. 46. Etſi in omnibus Divinis Promiſſionibus firma & ſtabilis certitudo, cui nulla dubitatio ſubeſſe poteſt, manifeſtè appareat; id tamen evidentiùs in hac terra videre licuit, quam omni fertilitate & bonorum copia abundantem, populo Iſraëlitico ſe daturum Deus promiſerat. Galilæa frumentorum & omnium fructuum ferax eſt, & elegantem planiciem habet, quam tamen montes interſecant. Samaria rupes, quamvis non adeò altas, habet; Hortis tamen conſitis abundat & convalles valde frugiferas continet: Vineis præterea frequentioribus, quæ à bonitate commendantur, humum latificat: Cumq; tria hæc ſimul juncta poſſideat, ideò majorem incolarum frequentiam habet, qui pagos propter fructuum copiam inhabitant, quibus tantum laboris, quantum in arando & ſerendo inſumi conſuevit, impendere neceſſe non eſt. Cæterùm Judæa non adeo quidem frumentis abundat, cùm ſit petroſa, & rupibus immenſæ magnitudinis ſcateat; ſed olei, fructuum, vini præſertim ingentem copiam præbet. Nam à primis Judææ confiniis inchoando, usq; dum Ieroſolymam veniatur, quo ſpatium ſeptem milliaribus comprehenditur, ab ipſis radicibus usq; ad ſummitatem montium muri, quibus vineæ cingebantur, ita ſubſtructi conſpiciuntur, ut graduum theatri ſpeciem quandam repræſentent, unde facilè apparet, incredibilem illic vinearum multitudinem, & vini copiam fuiſſe. Circa Jerichuntem itidem omnis annonæ, fructuum (dactylorum præſertim & ſimilium; Medicinalium quoque rerum, quibus calida cœli temperies amica eſt) & vini maxima ubertas provenit. Non immeritò itaq; Deus ipſe terram hanc, lacte & melle manantem, appellare conſuevit.* Furerus deinde: *Sive collium fertiliſſimorum multitudinem ſpectes, ſive fructuum præſtantiſſimorum abundantiam, vix aliam illi præferes. Segetes*

tunc temporis (d XXX. Januar.) *tantæ altitudinis agri ferebant, quanta Terra noſtra vix menſibus Majo Junioq;. Negari tamen non poteſt, addit, antiquæ fœcunditatis hodie vix decimam partem ſupereſſe.* Immo nec negabitur, ſterilitatem multis locis nimis manifeſto ſe prodere; Sed illam non vitio ſoli, verum vitio aut defectu incolarum natam, nec magis culpandam, quam omnium Regionum, quæ jugum Turcicum ferunt: Quas incultas teneri Ratio Status Turcici exigit, ne quo loco hoſtis pedem ponere Imperioq; incommodo eſſe poſſit.

Hieroſolyma hodierna longe minor eſt veteri, quam ingentis fuiſſe magnitudinis ex ruderibo adhuc ſuperſtitibo collectu facile eſt. At viginti quatuor fora habuiſſe, & in ſingula viginti quatuor plateas exiviſſe, quamlibet inſuper plateam viginti quatuor angiportus interſecuiſſe, Synagogas inſuper quadringentas octoginta habuiſſe jactantiæ Rabbinis, quando de ſuis loqvuntur, ſolitæ aſcribimus, nec magis vera eſſe autumamus, quam ea qvæ alii de magnitudine Urbis Quinſai, Cambalu &ſ. prodiderunt. *De S. Sepulcro & Monumentis veterum Regum Judaicorum*, quæ duo memorabilia hodierna Hieroſolymitana ſunt dicendum *c. IIX. Sect. I.* Bethlehemum deinde Itineraria commemorant, ſed præter memoriam quandam geſtorum ibi Sacrorum nulla re, quam Templo eleganti quod *Baſilica S. Præſepis* vocant conſpicuum. Vid. *Neitſchutz p. 320.* Pr. Radzivil. *f. 83. & ſeqq.* Hiericho vix exiguus pagus amplius eſt ſex milliaribus Hieroſolyma diſitus, ſed maxima cœli diverſitate; Suntq; hic adeo immenſi calores, ut hinc petentibus Hieroſolymam cœlum longe frigidius videatur, fructus quoque & ſegetes hic duabus ante hebdomadis, quam Hieroſolymis matureſcunt. *Pr. Radzivil. f. 98.* De Roſa Hierichuntina *ſeq. §. V.* dicetur. *Hebron* itidem adhuc ſupereſt, ſed à Judæis habitata. *Samaria* reliquias ſuas adhuc in in exiguo pago ſervat; At *Sichem, ſeu Sichar*, nunc *Neapolis, & Napoloſſa* adhuc ſupereſt, & primaria Samaritanæ provinciæ Urbs eſt: Cujus ſingulare, quod nullus Judæorum iſtic habitat, nec ſubſiſtere in tranſitu poſſit; Non tamen ex Lege aut interdicto aliquo: Sed ob graviſſimum diſſidium, qvod Judæi hodienum Religionis cauſa cum Samaritanis exercent. *Nazareth* quoq; non niſi pagus eſt, ac Templum deſolatum in memoriam Salutationis Angelicæ olim erectum adhuc oſtendit. Similiter Cana & Capernaum pagi ſunt; Tiberias urbis nomen retinet, ſed vix in duodecim ædificiis.

IV.

Sed pergimus & *Mesopammiam* commemoramus. Diceres Latine *Interamnem*, qvia Euphrati ac Tigri Fluviis includitur: Qvomodo & partem Portugalliæ Fluviis Minio & Durio interceptam *Interamnem* vocant, & *Furnerius* ipsam Portugalliam *Europæam Mesopotamiam Lib. VII. Geogr. c. X.* In tabulis nunc vocatur Diarbech, & urbem principalem habet *Edessam* nunc *Oufram* dictam, veterem Abgari Regis sedem, cujusve Aream non plane dirutam, sed integro atrio nonnullisq; non inelegantibus conclavibus constantem adhuc ostendunt. Ibidem Abrahamum Patriarcham sedem fixisse putant, in cujus honorem & Mosqvea à Turcis erecta, & vivarium è Fontibus sub Mosqvea natis collectum, qvo pisces copiosi aluntur, sancti à Turcis habiti, & *Pisces Abrahæ* dici soliti. In præsens una è tribus urbibus Imperii Turcici est, qvibus ita dicta Coria Turcica melioris notæ, *les Maroquins*, præparantur; Cœrulea *Tocati*, Rubra *Diarbeqviræ*, & Lutea hic *Ourfa*; Nec usqvam extra has Urbes simili bonitate confecta inveniuntur: Cujus causam beneficio Aqvarum transscribunt, qvarũ singularis vis in mixtis hujusmodi partim naturæ, partim artis operibus passim nota est. Conf. qvæ *seq. §. VI.* de confectione *Porcellanarum* allegabuntur. Cæteræ sunt *Merdin*, *Camsem*, *Nesbin*, qvæ veterum Nisibis, sed non Urbis amplius, verum pagi nomine digna. Vid. *Tavern. P. I, Lib. II. c. IV.* De situ Veteris Paradisi in hoc tractu quærendo, Vid *prec. c. III. S. III. §. XVI.*

Babyloniam nunc *Caldar* vocant, cujus partes *Chaldæa*, *Mardocæa*, & *Audanitis* seu *Auranitis*. Ad nomen pertinet, *Babylonem* dici 1. *Provinciam*, de qva hic agimus. 2. Urbem *Babylonem veterem*, de cujus ruderibus V. *seq. c. IIX. Sect. I.* 3. *Babylonem Novam*, qvæ hodierna *Bagaded*. 4. *Babylonem Ægyptiam*, qvæ *Cairo*. Urbs *Bagaded* seu *Bagdat* ad ripam Tigris versus Persiam sita, variasqve mutationes Regiminis passa ac ultimo A. MDCXXXIIX. ab Amurathe IV. Imperio Turcico vindicata est. V. *P. II. c. X. §.* Condita dicitur à Calipha qvodam *Almansour* circa A. C. DCCLXII. ac sedem commorandi olim Heremitæ cuidam præbuisse, indeq; vocem Bagdat abstulisse, qvæ Persice significat *Hortum Donatum*. *Tavern. Lib. II. c. VII.* De Ruderibus *Veteris Babylonis*, *Turris* item *Babylonica*. V. *seq. c. IIX. Sect. I. §. III.*

Assyriæ nomine *Curdistan* nunc notæ Urbs primaria olim *Ninive* ad Tigrim, sed in ruderibus suis nunc jacens; Dimidio milliari abhinc monumen-

numentum Prophetæ Jonæ ostendunt, in maxima adhuc veneratione apud Turcis habitum, insigniq; Moschea tectum, sed Christianis haut facile adirī permissum. Vid *Tavern. L. II. cap. IV.* Tale tamen etiam in pago prope Nazarecham indicari solet. V. *Neitschützp. III. L. VII. c. X. Mouſſul* hodierna, quæ in locum veteris Ninives successisse dicitur, & à Scriptoribus *Nova Ninive* appellari solet, mœnibus quidem adhuc superbit, sed intus itidem tota fere desolata est, nec nisi ædiculas quasdam & exiguum castellum, cui Bassa cum præsidio Turcico præest. Commerciis tamen Arabum & Assyriorum assidue frequentatur, inter quæ commercium Gallorum præcipuum est, *Tavern. cit. c. IV.*

Arabia triplex est *Deserta, Petræa, Felix. Deserta*, hodie *Arden*, Babyloniæ ad occasum adjacet, in qva Desertum *Benahali s. Benasçali*, Mare Arenosū communiter dictum. V. *c. II. §. XIII.* Eodem Itineraria referunt *Mediam & Meccam*, locaP eregrinationibus Religiosis Turcarum celebria. De qvibus V. *c. IIX. S. II.* De Pensili Muhammedis Sepulcro. *ib.* Inter naturalia ipsius est *Rosa* vulgo dicta *Hierichuntina*, qvæ hic ad litora maris crescit, non autem *Hierichunte*, licet nomen inde ferat. Quanquam & Hierichuntem translatam provenire potuisse verosimile sit: Non quidem argumento *Sirac. XXIV. v. 15. Sicut plantatio Rosæ in Jericho*, qui locus de Rosis Rubris aut Punicis capiendus. Sed quia planta nec patrii soli sui immo ne calidarum Regionum quidem adeo tenax est: Nam ante quadriennium etiam in Silesia seminata læte viruit, cujus exemplar Ill. Dn. de Röteln, Consiliarius Cæsareus gravissimus adhuc servat, nobisq; ante triennium inter alia Naturæ & artis insignia opera è museo suo benigne communicare non dedignatus fuit. Neq; Rosæ nomen meretur, sed *Thlaspios* genus est: V. *Dn. Ammann. Manud. ad Mater. Medic. in Append. ad Catal. Plantar. Lipsiens. cap. V. §. II.* Neque vires ejus singulare quid habent, vel verum est, ipsam in vigilia Nativitatis Dominicæ, vel cum mulieres Partus difficultate laborant, tantum aperiri; Aperitur n. in aquam demersa non tantum modo dicta vigilia, sed etiam extra eam, etiam extra tempus partus: Immo interdum se aperuit, fœtu nihilominus in utero extincto. V. iterum *Dn. Ammann.* Conf. *Bellon. Obs. L. II, c. LXXXVI.* Et ex eo *Worm. Mus. Lib. II. c. IIX. Petræa* ab urbe Petra nomen tulit, Veterumq; Nabathæa fuit, nunc *Herac & Arach* appellata. In hac sunt Montes Sinai & Horeb, item Deserta

ſerta Sin, Zur, Kedar, Cadez, de quibus c. VII. In eadem fuerunt Nationes Amalekitarum, Edomitarum & Midianitarum. De Peregrinationibus Iſraelitarum hic inſtitutis *c. IIX. S. I. Arabia* felix proventu thuris & Aromatum aliquorum gaudet, ejusq; portus *Ziden*, *Sibit*, *Aden* non incelebres ſunt: Ex Urbibus mediterraneis inſignis eſt *Almacaruma ſ. Samaraca*, de qua vide *Le Blanc. p. I. c. II. III. IV.* Portugalli hic tenuêre *Maſcateam*, ſed quam Princeps *Norenuæ*, Provinciæ exiguæ, ſed unius è melioribus in Arabia Felici, ipſis noſtro tempore ademit.

V.

PERSIÆ Regnum fide recentium Itinerariorum tale eſt: Longitudinem habet à Derbent, loco Mari Caſpio adjacente, usque ad Ardavat, ad Fl. Indum, Latitudinem à Freto Ormuz usque ad influxum Oxi in Mare Caſpium. Circumſcribitur Mari Caſpio, Oceano Perſico, Provinciis Magni Mogolis, & Imperio Turcico, à quo Euphrate & Tigri diſcernitur. Provincias celebriores continet *Caramaniam*, nunc *Chirman* ad Sinum Perſicum & Fretum Baſora: Quo & Provincia Ormus, ſimul Inſula hujus nominis referetur, de qva *cap. V. §. VI. n. I. Perſiam* in ſpecie ſic dictam, nunc *Farſiſtan*, cui juncta Provincia *Lariſtan* cum Urbe *Lar* usque ad Portum *Gamron*; *Parthiam ſ. Anac*, ſeu *Hieruck-Agemi*, *Hircaniam ſ. Corcam* ad Mare Caſpium, Regionem fertiliſsimam, *Mediam ſeu Schirvan* itidem Mari Caſpio adſitam. A Fluviis minus inſtructam eſſe dictum *c. III. §. VI.* Sylvarum etiam eoque Lignorum apparatus in ea nullus eſt. At ſolum ſale abundat, licet minus acri. In Montanis Ærifodinæ ante paucos Annos detectæ fuerunt; Auri quoque & Argenti nonnihil inventum, ſed precio laborі non reſpondente. Unde laborem ſine fructu *Argentum ex Fodinis Kervenſibus* ſolent appellare. Vinorum tria genera celebrant, *Schiraſſenſe*, *Resdenſe & Ispahanenſe*. Originem nominis Perſici ſe expiſcari non potuiſſe *Texeira* queritur, ſed illa deprehenſu facilis eſt in Equitatu ſeu Equis, quod Perſæ ſemper fuerint Boni Equites, & rei Equeſtris præ aliis nationibus peritiſsimi; Nam *Peres* & Hebraice & Arabice Eqvum ſignificat. Diſcrimen *Perſiæ & Parthiæ* ſeu Incolarum potius Perſarum & Parthorum non niſi nominis agnoſcimus, T enim & S ſunt elementa ἐναλλάξιμα, quod ipſum inter veteres confirmant *Plinius*, qui *L. VI. cap. XIII.* Perſarum Regno Parthicum intelligi ſcibit, inter duo maria ſitum Perſicum ſc. & Hir-

& Hircaniam; Et *Solinus c. LXIIX.* ait Persidis nomen in Parthiam translatum: *Quia v. locorum intervalla distant nonbiliter, ideo à Scmbone sub fin. L. XV. & Ptolemæo VI. IV. non immerito fuerunt distincta, perinde ut & alias Geogmphi unam Germaniam in duas nempe Superiorem & Inferiorem, vel unam Galliam in Cis-Alpinam & Trans-Alpinam, aut unam Hispaniam in citeriorem & ulteriorem dispescunt.* Schick. Tarich. p.102. De Lingvæ Persicæ cum Germanica affinitate V. *seq. c. IX. S. III. §. IIX.* Ad defectus naturales referetur morbus ex vermibus, qui Ormusii vicinorumq; tractum incolas habet: Nascuntur illi in cruribus, forma Chordarum testudinis, duarum aut trium Ulnarum longitudine, paulatim vero educuntur rotali pennula sive stramine, dum sponte seqvuntur: Verum ubi resistunt, non est allaborandum, sed religatur educta portio, ungiturq; tumor sub foramine recenti & nondum salito Butyro, ita intra duodecim aut decem dies absq; majori offensa crus liberatur; Quod è contrario turget, magnisq; doloribus uritur si imperitiâ educentis vermiculus abrumpatur. *Linschot. c. VI. fol. 11.* Urbium Persiæ generalem Characterem Vid. *seq. c. IX. S. IV. §. V.* In iisq; prima eademq; Regia est *Ispahan, Spahan, s. Sphaon* ut Persæ pronunciant, Urbs in medio Regni fere sita & aere saluberrimo donata, iisq, de causis à Schach Aba magno relictis Casbino & Sultania, selecta, cum antea duobus pagis constaret, quorum nomina & partes Urbis adhuc servant. Magnitudine maximis Europæ urbibus Londino, Parisiis &c. non cedit, sed minus populosa est; Et sordibus pessime defœdatur, sine infectione tamen, ob aeris puritatem; Plateis stratis quoque caret, cum maximo euntium incommodo hieme ob lutum, æstate ob pulverem; Sed hoc ipsis cum plerisque Turcicis & Persicis Urbibus commune est. Muros habet terreos, & Portas quidem aliquas, sed interdiu noctuq; apertas. De Arce Regia *Meidan* V. *c IIX S II.* Ipsi adjacet *Zulfa* Colonia Armenorum à Schach Aba ex Zulfa Armeniæ urbe huc ducta, & diligentia Incolarum in egregiæ urbis statum erecta, connectiturq; Ispahanæ per ammœnum quoddam ambulacrum arboribus consitum. V. plur. *Tavern.* P. I. L. IV. c. V. & VI. Veterum Regum Persiæ sedes fuit *Persepolis*, nunc *Chilminar* in Persia in specie sic dicta, seu *Farsistan* sita, de qva *c. IIX. S. I. §. II.* Et *Susa* nunc *Suster* in Susiana, nunc Cusistan, vetus sedes Ahasveri aliorumq; antiquorum Regum. Proximam à Regia Dignitatem nunc obtinet *Schiras* veterum Cyropolis itidem in Farsistan sita, Urbs *Caswin*

seq

seu *Arsacia* & *Rages* veterum in Media jacet: Ibidem est Tauris seu Ecbatana & Derbent, ubi portæ Caucasææ veterum.

Referendæ huc etiam *Armenia Major*, *Georgia item & Mengrelia*, Regiones inter Mare Caspium & Pontum Euxinum fere sitæ. Armenia inter Turcas & Persas divisa est. Inter Turcica loca eminet Tocatum, *Tocat*, Urbs XII. Ecclesiis Christianis & Sede Archiepiscopali ornata, proventu item generosi Vini celebris, & Dotalitium Matrum Sultanarum seu Valediarum: *Erzerom*, Urbs Limitanea est & Clavis Imperii Turcici. Inter Persicas sunt *Erivan*, seu *Irvan* crebra materies Bellorum Turcico-Persicorum, qvamq; Persiæ Rex Schach-Sefi Turcis circa An. MDCXXXVII. eripuit, interfectis XXIIM. Turcis deditionem respuentibus. *Nackschivan* Urbs antiquissima totius Orbis juxta communem Orientalium opinionem. *Zulfa* mater novæ Zulfæ Isphahanæ adjacentis.

Georgia, aliis *Gurgia* & *Gurgistan* dicta ab oriente Mare Caspium, ab occidente Mengreliam habet; Sed Regio non sui Juris, verum Persici Regni provincia est, ita tamen ut Gubernatores perpetuos hereditarios habeat, qui ideo etiam nomen Principum ac Regum assumunt. Primaria Urbs adeoque sedes Principum *Teflis* est. Tota antehac Christiana fuit, nunc Muhammedanis mixta, ipseque hodiernus Princeps Muhammedismum suscepit, cujus causa procul dubio, quod plerique Christiani Georgiani summe ignari Sacræ Religionis suæ sint, & in meris externis iisque paucissimis acquiescant. V. *Tavern. P. I. L. III. c. IX.*

Mengrelia à Montanis inter ipsam & Georgiam ad Pontum Euxinum extenditur in tres minores Provincias dividitur, *Imerète* s. *Bassachiouc*, *Mengrelia* in specie sic dictam seu *Dadian*, & *Guriel*, totidemq; Principibus seu Regulis gubernat, iisq; Christianis; Sed incolæ rerum fere ignari sunt, ac simplicitate ab Americanis proximi: Exemplum Legati ex his locis ad Portam Ottomannicam V. ap. *Tavern. P. I. L. III. c. X.* Vicinum ipsi Imperium Turcicum, qvocum & Mengreliæ Princeps divisam habet Urbem *Guni*, Turcæq; ideo Regulos hosce colunt, qvod ex Regione hac ipsis ferro & chalybe prospiciatur. Vid. iterum *Tavern. P. I. Lib. III. c. VI.*

VII.

Imperium INDICUM continet amplissimas Ditiones *Indiæ* seu *Indostan*, veluti à Persis & Arabibus appellatur. Nomen accepit ab Indo Fluvio: Limites ejus haut facile assignare est, cum qvæ omnium in extremo Oriente Principum conditio est, pro vicini potentia modo angustius coerceantur,

modo longius extendantur. Recentia Itineraria tamen assignant ipsi ab Occidente Persiam, à Borea Tatariam, ab ortu Regnum qvoddam Many, ab Austro R. Decan. Veteribus vero amplior erat India, claudebaturq; intra Indum ab Occasu, à Septentrione Tauri jugis, ab Ortu Eoo pelago, ab Austro suo, h. Indico. A Gange Fluvio in duas Regiones dirimitur, qvarum altera qvæ Occidentalis est, intra *Gangem* dicitur, altera ad Orientem *India extra Gangem*. Provincias Principales numeramus: *Candabor* qvæ dubia belli fortuna, modo à Persâ, modo à Mogore tenetur, qvippe in limitibus utriusque ad Mare Arabicum jacens: *Guzarata*, qvæ itidem Mari Persico adjacet, qvamqve Portugalli Regnum Cambajæ vocare solent, ipsorumq; pariter ac reliqvorum Europæorum navigationibus freqventatur; *Delli*, ubi origo Fluvii Jemini. Urbs regia *Agra* sita est in Provincia Agrâ; Sed à plerisqve Itinerariis antiqvioribus ignoratur. In Boreali Indiæ Prov. *Pangab* est Urbs Lahor, in qvam Rex æstu Agræ durante divertere solet, vel in Kisimer itidem Urbem Borealis Indiæ. Prov. Guzaratæ Urbes extantiores sunt *Amadabad*, celebre istorum locorum Emporium ad Indum jacens, *Sumra*, Urbs litoralis, *Cambaja*, de qvibus omnibus Vid. *Mandelslo Iriner.* Prov. Guzaratæ peculiarem descriptionem edidit *Joh. Twist P.* III. *Navig. Belgic. num.* XVII.

VIII.

Cæteri tractus Indiæ seu accensiti, seu propinqvi saltem, hi sunt: I. Regnum *Golcondæ*, cujus primaria Urbs *Bagnagar*, eiq; adsitum Castellum *Golconda* Sedes Regis: Est Tributarium magni Mogoris præstatqve annuam pensionem 200000. Pagodarum. Describitur à *Tavern. part.* II. *L.* I. *c.* X.

II. Regnum *Decam* seu *Cuncam* Gusaratæ ad Austrum adjacens, cujus Regia est *Visiapour*. Nostro tempore itidem tributarium Magno Mogori factum est, pensio 3000000. Pagodarum Annuo tributo. Describitur à *Joh. Twist* simul R. Guzarata *l. c. p. 69 & seqq.*

III. *Litus Malabaricum* seu *Malabar*, ab aliis R. Calicut vocatum, extensum à XIV. circiter gradu Lat. Bor. & Baticare usqve ad C. Comery, quomodo extremum Promontorii istorum tractuum appellant, à Ptolemæo Cory, Strabone Conomancina, Plinio Calasca vocatum. Urbes sunt *Calicut*, *Ptolemæo Canthapis*, *Cragnanor*, *Cananor*, *Cochin*, *Coulan*; Qvarum plerasqve Portugalli, partem Belgæ sibi submiserunt. *Goa* in eodem sita, Sedes Vice-Regis Portugallici ac Archi-Episcopi seu Patriarchæ Indici, Stapu-

Stapula item Commerciorum Portugallicorum per Indiam. V. *Herbert. p. 148. & seqq. Le Blanc. p. I. c. VII. & seqq.* De *Oeomegalis*, Incolis horum Tractuum, Vid. *cap. IX. S. II. §. IIX.*

IV. Litus *Coromandelicum* seu *Cormandel*, à C. Comery usq; ad influxum Gangis in Sinum de Bengala se extendit & Litori Malabarico ad ortum objacet, Ptolemæo *Catigardamna* vocatur. Celebris est hic tractus *Braminum*, seu, uti veteres vocabant, *Brachmanum* freqventia: Item Christianorum S. Thomæ, cujus Sepulchrum in Vico Meliapour ostenditur. Aliæ Urbes sunt *Negapatan*, *Armagun &c.* Vid. *Herbert. pag. 153. & seqq.* Fortalitia Europæorum in his partibus sunt, *Palicatta*, qvæ Belgarum est, ubi & Præses Commerciorũ Belgic. per Regnum Golcondæ habitat: *Madrespatan*, s. *Formlitium S. Georgii*, qvod Anglorum est: *Tranqvebare* Castellum Danorum est: Urbs *S. Thomée* Sedes Portugallorum fuit, qvi hodieque in ea habitant, sed sub Rege Golcondæ. A. MDCLXXIII. à Gallis sub ductu *Jacobi de la Haye* occupata fuit, sed rursum à Rege Golcondæ Terrâ, & à Belgis Mari obsessa, A. MDCLXXIV. d. VI. Sept. in manus Regis rediit, Galliq; qvi Classe XIII. Navium instructi in tractus hosce venerant, disjectis amissisque Navibus his omnibus, cum superstite exigua manu militari An. MDCLXXV. in Patriam reversi fuere. V. Verwirr. Eur. *part. V. f. 284. & seqq.* Eodem pertinet *R. Narsinga* cum Urbibus suis nobilioribus *Narsinga & Bisnagar*, cujus Rex olim totius litoris Coromandelici Dominus fuit, nunc ad XII. circiter gradum El. Bor. extenditur; Vid. pluribus Itin. *Paul.* van Caerden *p. II. Nav. Belg. n. XIV. p. 34. & seqq. Ib. num. XVI. p. 77. & seqq.* De *Sciapodibus* Hominibus harum partium uno crasso crure laborantibus, V. *c. IX. Sect. II. §. VII.*

V. *Bengala* Regnum modo sui juris, modo Mogoris Tributarium, versatur circa Gangem Fl. & immensis spaciis in Continentem versus Ortum ac Boream porrigitur. Vid. *Le Blanc. Part. I. c. XIII. & seqq.* Urbs ejus *Ongli* Europæ innotuit, utpote Sedes commerciorum Anglicorum & Belgicorum in hoc Regno. Vid. Gesandschafft. nach Japan *f. 440.*

VI. *Pegu* Regnum potentissimum, nunc à vicinis Regibus Ava & Siam ferè oppressum. Ejus Regia est *Siren. Tavern. P. II. Lib. II. c. XIX.* Solum in Oriente præter Zeilanam Gemmarum Coloratarum ferax esse indicatum *cap. X. §. XIIX.* Describitur à *C. Balby P. II. Nav. Belg. n. XII. p. 11. & seqq. Le Blanc P. I. c. XIIX. & seqq.*

VII. *Siam* R. veterum Sinam putat *Vosſ. Comm. in P. Mel.* Ejus Regia *Judia.* Peculiari deſcriptione illuſtratum eſt à *Jacobo Schouten* annexa Deſcriptioni Japaniæ Varenii. Item *Part. II. Nav. Belg. n. XXI. pag. 203. & ſeqq.* Adde *Le Blanc. c. XVII.* Huic adjacent amplisſimi Tractus *Cauchin-China, Cambodiæ, Avæ* nondum ſatis explorati. Regnum *Tonchini, Tunqvin* hic itidem, cujus Regia *Checho.* Deſcribitur ſingulariter à *Tavernier Part. III.*

VIII. *Cherſoneſus Aurea*, nunc *Malacca*, ab Emporio celeberrimo Malacca nomen fert, unde & Lingva Malaica ortum ducit. Urbem deſcribit *Itinerarium Cornelii Matelief P. II. Navig. Belg. n.* XIII. *pag. 41.* Belgæq; eam Portugallis ademerunt. Tractus Qveda haut procul hinc ſitus, ſed ad Regnum Achin in Sumatra relatus, cui tamen & *Qveda* nomen aliqvando prævalet. Ejus Regina ante paucos annos Juveni Belgico nubere inſtituit, ſed Senatus Indo-Belgicus id haut conſultum judicavit. Vid. Geſandſ. nach Japan. *f. 443.* Videantur pro pleniori horum Tractuum & Inſularum eircumjacentium cognitione T. V. Indiæ Orientalis *Theodori de Bry Tom. II. Navig. Belg. ſeu t' beginn en Voortgang van de Oſtindiſche Compagnie, L' Aſia del S. Giovanni di Barros, Joh. Petr. Maffei* Hiſtor. Indicarum Libri XVI. *Ferdinandi Lopez de Caſtanella* Hiſtoria Indiæ Orientalis inveſtigatæ & acqviſitæ à Luſitanis. *Joh. Hug. Linſchotani* Deſcriptio varii generis Fructuum, Animalium, Aromatum &c. in India Orientali naſcentium in *Tom. IV. Ind. Or. de Bry &c.*

IX.

CHINA multorum deſcriptiones meruit, ſed Fabulis involutas & tantum non obrutas. Nos fide P. M. Martinii qui totis XXX. Annis ibi vixit, pauca hæc de ea annotamus. Nomen ipſi datum à *Cin* Imperiali familia; Alii *Sinam, Sericam,* Tatari *Mangin,* appellant, quo nomine Barbarum ſignificant, ipſi Chinenſes *Chunghoa & Chunque,* vocant, quorum hoc *Medium Regnum* (nam in medio mundi ſe eſſe dicunt) illud *Medium hortum* notat. *Hippophagorum* Regio eſſe inde colligi poteſt, quia Chinenſes equina perinde ac bubula veſcuntur, quanquam Tataris illud frequentius ſit. Limites ſunt: Ab oriente Oceanus ita dictus Chinenſis; A Borea Murus ille famoſus, quo ſeparatur à Tataria, Regnisque Niuche, Niulhan, & parte Tanyu, quatuorque Provincias cingit. Initia ejus in ipſo mari jacta, exurgitque ultimis provinciæ Leaotung finibus, qua in Septen-

Septentrionem vergit Corea, inde longissimo tractu continuata fere Lapidum serie per CCC milliaria Germanica inter montium Crepidines excurrit occasum versus, ubi ad ripas Crocei seu Lutei fluminis terminatur. Quodque tanta longitudine sit, facile comprobabitur, spacium illud, quod inter Gedanum Borussiæ & Caletum Galliæ est, vel si juxta Meridiani gradus negocium ordiamur spacium inter Gedanum & Messinam Siciliæ murus ille comprehensurus esse: Quæ res prorsus paradoxa & omnium opinione incredibilis videtur; Unde mirum non est, quod de ejus structura Sinæ memorant, integros lapideos montes in fabricam excisos consumptosque, in Cementum desertum arenosum evacuatum fuisse. *Kircher. Chin. Illustr. p.* V. *c. 1. f. 371.* Nusquam interrupta ejus continua series, præterquam ad Boreales partes urbis Simen Provinciæ Pequing, ubi exiguum spacium tenent horridi & inaccessi Montes, qui firmissimum murum nectunt, & ubi Croceus Fluvius admittit reliqua flumina minora, ab exteris subingredientia Regionibus, arcubus hinc inde fornicibusq; superextructis ad instar Pontis admittit, cætera totus sibi constans ac fere uniformis, non per planitiem modo, quæ in hisce partibus rarior est, nec per montium crepidines tantum, sed & qua ipsos montes transscendit: *Martin in Atl. Sin.* Altitudine est XXX. Cubitorum Chinensium, Latitudine XII. vel XV. Constat ex mero silice, tantæque soliditatis est, ut ne clavus quidem inter commissuras infigi possit. Certis intervallis altiores habet Turres, Portas etiam quasdam ad exeundum, ubi necessitas postulat, & illis Castella vicina munitissima tum ad muri custodiam, tum ad militum habitationem apte disposita. Conditor ejus Xius Imperator, qui Annis CCXV. admodum ante Christum vixit & ipsum quinquennio absolvit. Fuitque non dissimilis, quem Romani olim loco Prætenturæ adversus ulteriores Britannos excitarunt, quamvis non murus adeo, quam Vallum esset. Et Hexamitus, murus V. milliarium in Isthmo Corinthiaco excitatus, debuit Moream ab invasione securam præstare, qvem & Amurathes Turca destruxit, sed Veneti spacio XV. dierum & opera XXXM. hominum A. MCCCCLIII. instaurarunt, seqventi tempore tamen à Turcis denuo occupatus & dejectus fuit. China vero deinde magis ad Boream deflectens Regno Tanyu & arenoso Deserto (Solitudine clauditur, per qvam & à Regno Samahan & Cascar separatur; Reliqva quæ ad Austrum vergunt, ambiunt Regna Preste Joan, Geo seu Cangingu, Tibet, Laos, Mieu, Pegu, Tunking demum & Cochinchina. Triginta circi-

ter gradibus in Longitudinem porrigitur à Capite seu Promontorio Ningpo seu Liampo Urbis ad Araſæos seu Damaſios usqvè Montes. Latitudo est à XIIX. gr. usqve ad gr. XLII. Provinciis constat XV. qvarum Nomina: *Peking, Xanſi, Xenſi, Xantung, Honan, Suchuen, Huqvang, Kiangſi, Kiangnan seu Nanking, Chekiang, Fokien, Quangtung, Quangſi, Queicheu, Junnan.* His accedit *Leaotung* Regio Tatarorum Regnis Niuche & Niulhan vicina, atqve Sinu maris Cang dicto & magno muro intercepta; Deinde *Corea* seu Chaoſien, ambæ qvidem Sinenſium Imperio, ſed non Provinciis accenſitæ. Provinciarum ſex priores Boreales ſunt, novem poſteriores Auſtrales, qvas Fluvius *Kiang* ſeparat. Regia Borealium eſt *Peking*, Auſtralium *Nanking*. Hæc enim Veneti temporibus Regia Chinenſium fuit, qvam decimus Imperator Familiæ Sunga Kaoçungus Kin Tataros fugiens hic ſtatuit; Atq; idcirco Veneti tempore *Kingſu*, corrupte Qvinſai vocata fuit. Nec abſcedit Pontium numerus, qvorum duodecim millia refert Venetus in Urbe Quinſai reperiri; Hæc vero itidem innumeros pontes intra & extra mœnia habet, nec numerus Veneti à vero multum aberit, ſi Pontibus Arcus Triumphales annumerentur, qvos ob fornicis ſimilitudinem Venetus in Pontium loco habere potuit, ad eum modum, qvo Tigrides Leones dixit, cum tamen Leones in Tractibus iſtis haut reperiantur; Potuit etiam numero ſuo non tantum eos qui in & juxta Urbem ſunt, ſed Pontes totius Territorii comprehendiſſe, qva ratione numerus facile etiam augeri potuiſſet. Vid. plur. *Martin. p. 110. 111.* Cæterum Urbes extantiores fere ſunt CL. & inferioris ordinis MCCXXII. Regio abundat carnis & piſcium copia, fluviorum commodis, fodinis, populo. Provinciæ Kiangſi Urbem Inocheu commendat *elaboratio ac copia Scutellarum Chinenſium, qvas Porcellanas, incertum unde petito nomine, vulgo vocant; Qvæ nullibi in toto Regno fiunt præſtantiores, quam in Pago Feuleang Civitatis, licet enim alibi Terram, ex qva forte confici poſſint, habeant, nullo modo tamen ad eas accedunt, qvæ in hoc pago fiunt, imo quod admiratione dignum, Terram ex qva eas efformant, non ex hujus Provinciæ ſolo hauriunt, ſed ex Kiagnan Provinciæ Urbe Hoeicheu advectam accipiunt, neque ibi, licet tanta illis adſit Terræ Copia, ullo modo effingere illas qveunt, ut proinde ſint, qui Aquarum temperaturæ id adſcribant. Coloris varii ſunt, licet omnes ex ſubtiliſſima illa argilla ac aliqvantulum Diaphana conſtent. Qvæ colore illinuntur Croceo, variisq; Draconum figuris inſignitæ ſunt, Regio deſtinantur Palatio;*

latio; Pro vulgo fiunt rubræ, luteæ ac cæruleo colore, ad quem effingendum glastum à Sinis adhiberi solet, quod ibi magna reperitur copia, præcipue in Australibus Provinciis, quo etiam ad tingendas vestes utuntur. Mox pergit *Martinius*: Miror unde hic increbuerit rumor ex ovorum testis aut contusis Conchyliis marinis præparari hanc materiam, & ex relatione quorundam centum annorum spacio repositam ab avis pro successuris nepotibus. Plane rerum gnaris ridicula sunt hæc & mere commenticia, namque omnia ex terra, quæ ad hunc pagum ex urbe vicina Hoeicheu advehitur, figlina arte fiunt; Terra autem illa non pingvis ut creta est, sed veluti arenula pellucida, quam macerant & aspersa aqua in Massam cogunt, quin & ex fracti vasculis denuo frusta committunt, atque iterum nova vasa efformant, sed hæc ad priorem vix accedunt nitorem aut pulchritudinem: Quod præterea hæc vascula commendat, est, quod eduliorum etiam ferventium vim innoxia patiantur, immo quod magis mirandum, frusta inter se Claviculis æneis filoque consuta liquorem continent, nec transmittunt: Hujus Sutoriæ artis periti totam passim Chinam obambulant & ad foraminula efformanda subtilissimum adhibent terrebellum, cujus cuspis ex adamante est, &c. In Provincia Peking hoc compendium Aurigationis habent, ut plaustrum una rota instructum, unoque illius medium occupante, atque eidem aliis duobus ab utroque latere assidentibus, vir mediocris roboris ligneis vectibus non minus secure quam velociter promovere possit: Unde Fabulas curruum in China à ventis agitatorum, Chinensesque illos velis per terram dirigere, ortas suspicatur idem Martinius: Qui pluribus consulendus in *Atlante Sinico*, *in T. VI. Atlantis Blaeui*, idemque juxta Librum suum commendat *Sacrum Expeditionem Nicolai Trigaultii & P. Alvari Semedo Relationem de Monarchia Chinensi. Aliorum de his scriptæ*, addit, *non ita probo, quod plurimi audita tantum & ex aliorum sæpe Relatione referunt, quæ & mendis & subinde mendaciis haut carent. Præf. in Atl. Sin. p. 12.* Post eum conscripti extant, *Kircheri China &* Johann Neuhoffs Gesandtschafft der Ostindischen Gesellschafft an den Tartarischen Cham.

X.

De TATARIA vix aliquid præter mera nomina commemorare licet, cum Tractus ejus propter Barbariem gentis, nimiam distantiam, eoque gravissima incommoda exercendorum commerciorum, necdum explora-

196

tos habeamus. Nomen *Tatarorum* malumus, quam *Tartarorum*, seu à Flavio *Tataro*, quem accolere feruntur, cum *Leunclavio*, seu à Provincia *Tatar* cum Haithono, seu à Syrorum *Tataroje*, redundantes, quod populosissima sit natio, cum Fullero derives. Vid. *Hotting. H. Eccl. S. XIII. p.* 481. Chinensibus etiam Tata vocari monet *Martinius de Bell. Tatar. p. 1.* sed id fieri scribit ab defectum Literæ R. Omnes Boreales Asiæ Tractus ea nunc communiter indigitantur; Mediosq; hosce secare fertur Mons Imaus, unde & Scytharum olim cis & ultra Imaum montem distinctio, in quorum locum appellatio Tatarorum fere successit: Proprio tamen τῷ *Tatar* nomine venit potior Mogolorum pars, Scythæ nempe extra Imaum montem degentes. *Tataros* Przecopenses litora Paludis Mœotis & Chersonesus Taurica in Europa habent, qui Tractus ideo nomen Minoris Tatariæ acceperunt; Nagayni Tatari ab Orientali parte Volchdæ collocati dubium, utrum Asiæ an Europæ accensendi sint. Longius versus Orientem siti Tatari, qui Regna Samahaniam, Tanyu, Niuche, Niulhan, &c. à Minori Tataria & Regno Cascar ad Mare Orientale supra Japaniam obtinent, de quibus itidem *Martin. cit. loc. p. 1.* Regnum *Tanguth*, Magni Mogoris Provincias propius tangit, in qvo nostro seculo minus aliud innotuit Regnum *Lassæ* seu *Barantola* non tantum seculari Rege, sed alio qvodam Sacro instructum prorsus similia cum Pontifice M. Christianorum faciente. Vocant *Magnum Lammam*, *& Lammam Lammarum*, h. Sacerdotem Sacerdotum, Patrem item æternum, qvod nunqvam mori credant, coliturqve Numinis instar non solum ab indigenis, sed etiam omnibus Tatariæ Regibus, susceptа ad eum voluntaria peregrinatione. V. plur. *Kircher. Chin. P. II. cap. IV.* Regnum Catayum harum Regionum pars aliqua habita fuit; Sed quod apud *Martinium* non aliud est, qvam Chinæ pars Borealis, seu sex provinciæ ab Australibus novem Fluvio Kiang separatæ, quas veluti Venetus *Mangin* vocavit, ita istas *Catayum*: Easque hodienum Tataris atque Turcis ita vocari idem perhibet: Quam ejus sententiam *Golius* confirmat scripto Nosirodini Persæ, qui dum recenset Cathæorum duodecim horas & XXIV partes in quas annum Tropicum à Cathæis dividi prodit, omnino cum Chinensium partitione congruere animadversus est. *Additam. ad Atlant. Sin.* Cæterùm nomen Cathæorum ab antiquissimo tempore notum fuit, ipsis etiam, qui de rebus Alexandri scripserunt; Hunc enim perhibent in Cathæorum ditiones protulisse arma: Qvos quidem

qu'dem Q. Curtius non ita appellat L. X. sed Sophitis Regnum, quod prorsus cum illis idem esse ex L. XV. Strab. haut dubie apparet, ita dictum à nomine Regis, ut idem inquit, qui tum temporis Καθέα, Cathayo, imperabat. Optimis Legibus fuisse adornatum *Q. Curt. c. loc. & Diod. Sicul. L.* XVII. tradunt. Quod v. ad situm spectat, eum Autores omnes referunt ad Indiæ fines, atque extrema cogniti eo tempore Orientis. *Ptolem. Geogr. L. VI. c. XV.* Χαίτας, Chætas, Seris proximos Scythas esse scribit, prout hoc Scytharum nomen ad illas usque ultimas mundi plagas protendi solet. Si v. non ita exacte rem definiverint, longinquitati id tribui debere censendum est. *Idem ibidem.* De *Cambalu* quæ Regia Cathayi sit, Martinius sentit esse *Peking* Regiam Chinæ Borealis; Animadvertit namque ipsum Venetum tradere eam à Tataris & Mauris tantum intuitu Regiæ præsentiæ ita dici, *Urbem Domini. Atl. Sin. p. 29. 30.* Golius vocem corruptam esse scribit ex Cân *Baleck*, quia enim urbem Domini s. Κυριόπολιν significet, *Cambalu* dici non posse, sed *C'ân Baleck*, quod item sonet. Qvorum omnium sententias collegit peculiariq; Scripto *de Chataja* edidit Doctissimus *Mullerus* noster, Præpositus Berolinensis, ipse tamen paulum aliter de hisce talibus sentiens: Gentem qvandam Tataricam fuisse *Chata* vocatam, veluti *Mogul*, *Tebet &c.* Hincq; *Chataja* nomen, Regionis ad Orientem Veterum Mogolum sitæ, Partisq; Tatariæ Rubræ hodie *Niuche & Niulhan* dictæ: Chinenses Tatariam istam *Kin* vocasse, h. *auream*, hincq; *Altunchanorum* nomen: Qvibus devictis Gingischanidas Cathajæ titulum usurpasse, Magnosq; Cathajæ Chanos dictos esse, cumq; hi Chinam quoq; occupassent, hanc qvoq; Cathajam dici cœptam, demumqve Cathajæ nomen adeo late sumptum fuisse, ut immensas terras comprehenderit supra infraq; murum Chinensem & ad latus illius: *Cambalu* vero Cathajæ nove dictæ Metropolin esse aut fuisse, attamen extra desertum Xamo & Peqvino aliqvot gradibus Borealiorem; Ad Obium v. nullam Combalich esse vel Karakitay, errorisque occasionem Lacum *Kitaiko* extitisse. Cit. *Disqv. de Chataja fol. 98.*

SECT. III.
DE
REGIONIBUS AFRICÆ ET AMERICÆ.

I. Ægypti nomen ac divisio : Mare Igneum Ægypti; Soli in Tractibus Nilo vicinis pingvedo; Defectus pluviæ in Ægypto: Clibanorum pullos Gallinaceos producentium descriptio : Cairi & Matareæ descriptio : Spectaculi Resurrectionis juxta Cairum fabula.

II. Barbariæ Tractus, Marmarica, Regnum Tripolitanum, Tunitanum, Algerienſe, Tremiſenum, Feſſæ, Marocci : Oran, Ceuta, Tanger loca ad Europæos pertinentia in his tractibus.

III. Regiones maritimæ Africæ ad utrumq; Oceanum : Guinea, Caſtellum Mina, Regnum Monomotapæ, Caffaria, Mozambiqva, Melinda, &c.

IV. Mediterraneæ Regiones Africæ, Regnum Æthiopiæ, Tafilettæ Regum; Fertilitas horum locorum, hominumq; freqventia.

V. Americanarum Rerum Scriptores : An America primum à Columbo detecta ſit ? An expediat Europæ Americæ Inventio ?

VI. Americæ Meridionalis Provinciæ: Panamæ deſcriptio.

VII. Partes Americæ Septentrionalis : Luſus Diaboli in ducendis Mexicanis, ad modum migrationis Iſraelitarum in Deſerto.

IIX. Terræ Polaris Arcticæ, item Novæ Zemblæ, Grönlandiæ, Spitsbergæ deſcriptio : Cur Animalia hic albeſcant ? De Orbe Antarctico & Auſtrialiâ Incognitâ.

DE AFRICA in genere extant *J. Bapt. Gramaye* Africæ illuſtratæ Libri X. *M. Livii Sanuti* Africæ Geographia *diſtincta in XII. Libros* Italice edita. *Joh. Leonis Africani* Deſcriptio Africæ Int. *Joh. Floriano* &c. Prima Regionum ejus eſt ÆGYPTUS, ita dicta à Rege hujus nominis, ſive à Nilo, quod ὑπὸ τῆς αἰγὸς ὑπτίᾳ, *quod ſub Capri ſigno ſupinus jaceat*, uti Gorop. Becano placet. Eam à Septentrione diſtendunt Mediterraneum pelagus atque Nili oſtia, ab Oriente Erythræi Maris cingulum concatenatis veluti montibus in Æthiopiam usqve extenſum, à Meridie horridâ Catarrhactarum præcipitia, ab occaſu deinde

eum

eum fabulosus Libyæ Oceanus, tum continuata montium series, Erythræis montibus fere parallela, in explicatæ fasciæ formam juxta Strabonem, aut melius in extensi brachii figuram, cujus manum seu palmam Delta Niloticum refert, & varia fluminis divaricatione veluti manum in digitos dispescit. Antiqua Ægypti divisio fuit in XXX Nomos s. Præfecturas; Nomus enim est locus juri dicendo, causisque tractandis opportunus: Quorum loco tripertita alia successit, *Ægypti Inferioris*, quam Geographi *Deltæ* appellant, à figura literæ, quam exprimit, *Mediterraneæ* deinde *& Superioris*. In Mediterraneis ejus Solum totum arenosum est, cujusmodi & Arbores Dactyliferæ plurimum amant, idemq; quod maximum calorem concipiat, *Mari Igneo* comminiscendo occasionem præbuit: De quo *præc. c. III. Sect. I. §. II.* At in vicinis Nilo partibus Terra fœcundissima est, de cujus pingvedine narrat *de la Chambre in Diss. de Caus. Inund. Nili*, eam plantas nutrire tanta copia, ut Incolæ luxuriam arena solo mixta temperare cogantur, atque adeo Ægyptiis non minorem operam ponendam in imminuenda agrorum suorum pingvedine, quam aliis nationibus in impinguando solo suo. Confer. *Pr. Radzivil. Itin. f.* 159. & 169. ubi in specie de *Terra Gosen*; Et in argumentum fertilitatis allegat, quod *Incolæ Tributo persoluto & annona pro victu reposita magnam insuper partem extra Ægyptum divendant, Tritici, Oryzæ, Sacchari, Dactylorum, Casiæ & reliquarum frugum, quarum precium duobus millionibus æstimatur. Ea nobis ipsimet Christiani Negociatores Europæi retulerunt, qui certam rei noticiam habent, quandoquidem non solum merces diversas, sed res etiam ad victum pertinentes assidue tractant.* Inter singularia Ægypti qvoq; est, quod nullæ hic sint pluviæ, *nisi mense Decembri, quo tempore ter quaterve una vel altera hora modice pluit, nullo tamen terræ beneficio.* Iterum *Pr. Radzivil. f. 158.* De famosis Ægypti Clibanis Pullos Gallinaceos producentibus idem ita disserit: *Sunt ex stramine forma rotunda contexti, & argilla undiq; oblíti, in superiore parte fenestram parvam rotundam habentes, ne Solis radii per directum, ova intus posita offendere possint, quæ facilè cocta redderentur: Quandoquidem à Sole tantum caloris terra concipit, ut in meridie vix aliquis, unius Orationis Dominicæ recitatæ intervallo, calceis licet indutus, terræ ardorem sustinere, illi insistendo, valeat. Incolæ tamen nudis pedibus incedunt, & à teneris assveti, ita plantas callo obductas habent, ut, quod experti sumus,*

ictum mallei non magis sentiant, quàm equi, cùm illis soleæ applicantur: Adeo, vi Solis plantam habent induratam. Fornaces istæ ostiolum habent à Meridie, à Septemtrione foramen, per quod fimo boum vel bubalorum, fornax pro nocte calefit, ne ova lædantur à frigore. Interdiu Sol per limum temperatum calorem Clibano suppeditat, in cujus pavimento ova distinctè collocantur, ne unum aliud attingat: atque ita facili negotio, absq; gallinarum incubatione, pulli celeriùs excluduntur. In omnibus oppidis & pagis, ejusmodi fornaces colonorum ædibus sunt adjunctæ, quarum nonnullæ ea sunt magnitudine, ut tria millia ovorum commodè capere possint. De *Nilo* Celeberrimo non Ægypti modo, sed totius Africæ Fluvio Vid. *præc. cap. III. Sect. III. §. XIIX.* De *Pyramidibus* & *Mumiis Ægyptiacis seq. cap. IIX. S. I.* Primaria Urbs Ægypti, ac inter primas totius Orbis Cairus est, *Nova Memphis, & Babylon Ægyptia* nonnullibi vocata: *Quam ampla sit, ille tantum poterit judicare, qvi suis eam oculis inspexerit. Meo sane judicio, triplo magnitudinem Lutetiæ Parisiorum in Gallia excedit, non eam tamen elegantiam in ordine ædificiis habet: Nam nova tantum Cairus muro præcingitur, Urbs autem vetus & Bulach ambitu murorum caret. Nova civitas habet multa & magnis sumptibus erecta antiqua Palatia, recentiora vero moderni quoq; Mercatores Æthiopes non minore sumptu & elegantia ædificant. Multi Europæi Negotiatores Itali & Galli, qui à viginti & ampliùs annis hanc urbem incolunt, pro certo affirmant, quod nos numerare non potuimus, novæ Civitatis ambitu triginta privatarum ædium millia contineri. Adjunctis verò suburbiis, veteri Civitate & Bullach, minoribus etiam ædiculis, quarum magnus est numerus, ad summam ducentorum millium ascendere. Platearum sunt millia sedecim. Fana, seu elegantiores Moschææ, quæ turres habent adjunctas, (absq; iis quæ turribus & tectis carent, quarum non parvus etiam est numerus) sunt sex millia octingentæ. In uno Suburbio, quod sub Arce ad Orientem positum est, sunt Moschææ mille & ducentæ. In alio Meridiem versus, septingentæ. Inter eas major earum numerus recensetur, quas in usum sepulturæ Principes ejus Regionis viri fabricaverant: Quarum tamen præcipuæ à Christianis constructæ memorantur, antequam Regnum hoc in impias Saracenorum manus deveniisset. Pr. Radz. f. 150.* Regitur à Bassa, qui Imperatoris Turcici nomine in editâ Arce ibi residet: Primumq; occupata fuit An. MDXVII. à Selimo I. Imper. Turcico, in cujus memoriam hodienum

præaltum

præaltum qvoddam scamnum haut procul ingressu Arcis ostendunt, in qvo sub pœna capitis nemini sedere licitum, eo quod Selinus occupata urbe Arcem cum triumpho ingressus, equo desiliens in hoc ipso scamno primum sederit. E Regione Arcis putant adhuc Palatium prisci Patriarchæ Josephi extare, quod columnis magnis ex uno lapide integro formatis sustentatur, structuramq; habet mirabilem varia sculptura exornatam, atque omni ex parte adhuc integram. Vid. *Princ. Radzivil. c. l. f.* 183. De *Puteo Josephi* V. eundem ibidem. Homines vitio oculorum hic laborare, Peste insuper qvovis septennio affligi expositum *c. IX. S. II. §. IV. Mazurea* Civitas parvo milliari Cairo distat, ubi B. Virginem cum Jesulo suo commoratam tradunt, ostenduntq; adhuc in antiqvissima domo receptaculum quoddam in muro, in quo filiolum recondiderit.

In eodem tractu Spectaculum Resurrectionis homines superstitiosi ad nostra usque tempora videre voluerunt, de qva *Camerarius Hor. Succisiv. Lib. I. cap. 73.* scribit: Virum fide dignum, qui diu in Ægypto fuerit, dicere solitum fuisse: Vidisse videlicet non semel haut procul Pyramidibus Ægypti in quodam loco, (ubi mense Martio certo die convenire soleat magna multitudo hominum ad videndam Resurrectionem carnis, ut ipsi vocant,) ex sepulchris apparentia & velut paulatim emergentia cadavera defunctorum, non quidem integra, sed interdum manus, interdum pedes, nonnunquam majorem partem corporis conspicuam & rursus sub terram abscondere. Idem ait, se id scisciatum fuisse ab insigni viro, qui cum *Alexandro Schulenburgio* isthic peregrinatus fuerit, (is est Christophorus Furerus, cujus Itinerarium adhuc prostat) & relatum accepisse, se quidem ea non vidisse, sed à multis audivisse, ita sese rem habere, adeò ut in Urbe Cairo & aliis Ægypti locis neutiquam pro vanis, sed pro tritis & solennibus haberent; Monstrâsse etiam volumen Itinerariorum Italicum, eoque comprehensum aliquod, in cujus fine id haberetur: D. xxv. Martii A. MDXL. Christianos Cairo profectos fuisse ad montem quendam duobus milliaribus inde distantem, ibiq; numerosam hominum multitudinem convenire spectatum cadavera velut emergentia de sepulcris: Id incipere vesperi die Jovis & durare usq; ad diem Sabbathi &c. Refert deinde, idem narrari à Felice Ulmensi s. Felice Fabro: Qui etiam in Itinerario A. MCCCCLXXXIII. adornato id commemorat, sed paulo aliis cum circumstantiis. Vid. *pag. 178. in collecto volumine*, Reisebuch des H. Landes *edito Francof. ad Mœn.*

A. 1584. Sed ut fabulam hic subesse liberè suspicemur, faciunt contradictiones Itinerariorum (1.) respectu temporis. Camerarius enim & quos ille citat d. XXV. Mart. allegant, alii v. Itinerariorum Scriptores d. 4. Aug. Vid. *Itinerarium Jac. Wormseri in cit. coll. Volum. pag. 228. & Itiner. Alberti Comitis de Löwenstein ibid. p. 198.* Alii indefinitum tempus allegant, illudque Encæniis templi vicini tantum alligatum. Vid. *Itiner. Bernhardi von Breitenbach ibid. p. 108.* (2.) respectu personarum. Christianos enim fuisse indicat Camerarius cum suis; Reliqui quos allegavimus, Ethnicos vel Muhammedanos, veluti & actū hunc fieri juxta Moscheam s. templum Muhammed cum perhibent. Plenissimam Rerum Ægyptiacarum veterum Descriptionem dedit Kircherus in *Prodromo Lingvæ Coptica*, *Oedipo* item *Ægyptiaco* ac *Obelisco Pamphilio*, stupendis operibus, sed ut Anglorum nonnemo judicat, doctarum ineptiarum.

II.

Seqvitur BARBARIA, qvo nomine pleræque litorales ad Mare Mediterraneum partes post Ægyptum veniunt, hisce nominibus distinctæ:

I. *Marmarica*, seu *Barcha* pars Africæ usqve ad Syrtim Majorem. II. Regnum *Tripolitanum* à Syrte Majori ad Syrtim Minorem, in qvo *Tripoli* celebre Emporium. III. Regnum *Tunitanum*, ubi Tunis & celebris ipsi adjacens Portus *Goletta*, Expeditione Caroli V. superiori seculo celebre. IV. Tractus *Algerienſis* nomen habens à nobili Urbe *Algiers*, itidem Caroli V. Expeditione, sed infeliciori, notus. Ibidem *Gigery*, locus notus expeditione hodierni Regis Galliæ An. MDCLXIV. sed itidem infeliciter finita. V. Regnum *Tremesenum*, sed qvod olim ipsos Algerienses & Tunitanos complexum fuit, ac Mauritaniæ Cæsarienſis nomine venit. VI. Regnum *Fez*, pars olim Mauritaniæ Tingitanæ, in qva *Tanger*, olim Tingis, Castellum Anglicæ Jurisdictionis, & Fez Urbs Regia. VII. *Marocco* pars altera Mauritaniæ Tingitanæ, in qva Urbs ejusdem nominis *Marocco*, sedes olim Regis Bocchi putata. Addenda his loca Europæorum Imperium adhuc accipientia, cujusmodi *Oranum* Regis Hispaniæ, à Mauris A. MDCLXXIIX. oppugnatum, nullo tamen cum successu. Ferdinandus Catholicus id olim expugnavit, sed *Franc. Ximenii ArchiEpiscopi Toletani sumptibus, qui ad immensarum opum levandam invidiam exercitum jussu Ferdinandi conduxerat.* Thuan. *Lib. I. Ceuta* seu *Septa*, ad Fretum Gibraltar Hispanis cessa Pacificatione Hispano à Portugallica A. MDCLXIIX. Tingis seu *Tanger* Anglis

Anglis à Portugallis tradita pactis Dotalibus hodierni Regis Angliæ cum Infanta Portugalliæ.

III.

Porro Oceano Atlantico adjacent Regiones *Zanhaga*, *Gualata*, *Arguyn*, *Genchoa*, quo referendum Promontorium Viride & spacia ista, qvæ maximus Fluvius Niger mare petiturus interluit; Deinde *Melli*, qvi Tractus à Belgis vocatur de Graen-Kuste / qvos excipit *Litus Aureum*, Belgis, de Gout-Kuste / complexum Regna Guineæ, Benin, Loango, Congo, Angolæ: Qvanqvam alii hoc nomine solam Guineam, isto Regionem Melli & loca Guineæ proxima complectantur. *Castellum S. Georgii* seu *Mina* fortissimum totius Guineæ propugnaculum Belgæ An. MDCXXXVII. sub ductu *Joh. Mauritii* Principis Nassovii Portugallis ademerunt. V. *Diar. Eur. Cont. VII. fol. 302. 303.* Cætera usq; ad Promont. Bonæ Spei Æthiopiæ Inferiori & Regno Monomatapæ annumerantur à Portugallis *Caffarie & Costa de Caffres* appellatione insignita. Post Prom. B. S. & alias Caffariæ aut Monomotapæ partes (Regio *Monomatapa* enim amplissima est, & utroq; Oceano Æthiopico ac Indico non solum alluitur, sed etiam in Africæ Meditullio à Prom. B. S. usqve ad Montes Lunæ exporrigitur) succedit Regio *Zanguebar*, qva continentur Regna seu Provinciæ *Zefala*, *Mozambique*, *Zibit*, *Qviloa*: Tum *R. Melinde* itidem Portum ac urbem ejusdem nominis habens, deniq; *Magadoxo* & prope Mare Rubrum Regio *Adel*. *Mozambiqvæ* Portugallorum nomine Gubernator peculiaris residet, cui alii duo Zefalæ & Chepon-Gouræ subsunt.

IV.

In *Africa* Mediterranea apud veteres audiebantur nomina Numidiæ, Libyæ, Æthiopiæ, Garamantum, ac hodienum describuntur Biledulgerid, Nigritarum Regio, Regio Abyssinorum & siquem specialiora nomina capiunt *Borno*, *Barnagasso*, *Medra*, *Ambiancantiva*, *Tigemahon*, *Vangue*, *Belegnanze*, *Agag*, *Xoa*, *Goyam*. Sed mera in hisce adhuc obscuritas; Neque plenius instructus erit, qui Abyssinorum Regis inscriptionem inspexerit: *Dilectus à Deo &c. Imperator Magnæ Æthiopiæ, magnorum Regnorum & Ditionum, Dominus Rex de Xoa, de Caffate, de Fatigar, de Angote, de Baru, de Belegvanze, de Aden, de Vangue, de Gojame, de Damara, de Vanguemedri, de Ambeda, de Vagne, de Tigrimahon, de Sabaym, de Bernagaes & Dominus usq; ad Nobiam finem Ægypti;*

Neqve

Neque enim Tabulæ hos tractus vel designant, vel interstingvunt omnes: Cujus causa, quia plerique à mari, eoque commerciorum usu remotiores sunt, ac proinde à nostris minus frequentati fuerunt. Accedunt incommoda peregrinantibus isthic objecta, desertorum maximorum, præcipitum jugorum, Solis fervidissimi, dn. animalium noxiorum gravissimæ copiæ, quæ omnia sedulum etiam exploratorem facile fatigare possunt: Ne dicamus ipsos Incolas aliquot Africæ partium impedimento esse, quo minus peregrinantes iter faciant: Sie verstatten auch keinem Außländer/ daß er in ihr Land reise/in dem sie sich schämen/das ihre elende condition offenbahr werden möchte bey den Leuten / die in Wolluſt und Uberfluß aufferzogen/oder auch weil sie sich besorgen und jalous seyn/daß die Städte ihrer Lande/so meist in der Situation beruhet/ den Frembdlingen offenbahr werden/und sich mit der zeit bedienen möchten der Landschafft / die sie allda erlanget zum Schaden der Einwohner. Quæ Anglici Ministri de Africanis sententia est in warhafftiger Relation vom Tafiletta. Ut proinde satius duxerimus solorum nominum conspectu Lectorem dimittere. Ipsum *Tafilettæ Regnum* ante paucos annos demum innotuit, occasione felicium expeditionum Principis ejusdem nominis; Atque fertur pars Veteris Numidiæ seu hodiernæ Biledulgerid existere, Urbique *Fez* versus Austrum objacere. Vid. cit. Warhafftige Relation &c. in *Append. ad Continuat. XIX. Diar. Europ. pag. 317.* E rebus naturalibus observatum producimus huc pertinens, quod Sole Septentrionalia signa transeunte Æthiopiæ, qvanqvam non huic solum, sed aliis etiam Zonæ Torridæ partibus, quotidiana totorum ferè quinque mensium pluvia incumbat. *Causa in Montibus Æthiopicis sita videtur, quos & maxime eos, qui inter Æquatorem & Tropicum hibernum collocati Austrem Æthiopiam triplici veluti catenâ in Orientem, Meridiem, & Occidentem deductâ distendunt, sagax natura in circuitum connexos eâ ratione disposuit & coordinavit, ut veluti cava specula Soli borealia signa subeunti objecta radios aptè exciperent. Quibus receptis, cum horum radiorum unione vis Solis vaporum ac nubium vis, illa quidem ex subjectis partibus elevata; hæc verò Septentrionalibus Ventis Etesiisq; aspirantibus, in vastissima illa montium amphitheatra impulsa congregetur, fit ut simul ac Sol Meridiano vicinus circulo cava montium radiis suis dicto modo percusserit, nubes jam aquis fœtæ calore reflexo eleventur, ac quaqva*

versum

versum dissipatæ, tandem frigore altissimorum montium jugis insidente, ex pugna illa caloris inferius, frigoris superius urgentis, in imbres copiosissimos, vel potius ob nubium gravidarum ad terram vicinitatem, in nimborum quasi rivos ad præfixum naturæ finem consequendum resolvantur. Kirch. Oed. Æg. Synt. 1. Cap. VII. De fertilitate hujus aliarumqve Africæ Regionem addendum, eam tantum abesse, ut nulla sit, ut frugum pariter ac hominum numero abundent, maxime quæ Solem Verticalem habent: Cui argumento est, quod vel unum Angolæ Regnum quotannis ultra quindecim millia Nigritarum in pistrina Hispanorum emittat: Cujus causam credunt in Fluviorum late vagantium nitrosis eoq; frigidis & fœcundis auris recumbere; Vid. plur. *Doctiss. Pechlin. de Color. Æth. c. X.* De Æthiopum Colore ex eodem disseruimus *c. IX. S. II. §. XVII.*

V.

AMERICA restat, de qua Autores indicamus: *Indiæ Occidentalis Tomos IX. Ed. Theodor. de Bry Francof.* Alios deinde adjungente *Meriano.* Speciales sunt: Descriptio Novi Orbis per *Anton. de Herrera*, Metaphraste *C. Barlæo* cum aliis ad Americam pertinentibus Amstel 1622. fol. *Josephus Acosta* seu rectius *à Costa* de Natura Novi Orbis. *Hieron. Benzoni* Historia Novi Orbis Libri III, *Petri Martyris* De Novo Orbe Decades III, Indiæ Occidentalis Historia collecta à *Casp. Ens, Francisc. Lopez de Gomara* Historia Generalis Indiæ Occidentalis, *Consalvi Ferdinandi di Oviedo* Historia Naturalis & Generalis Indiæ Occidentalis in *T. III. Navigat. Ramusii p. 74. & seqq. Joh. de Laet* Novus Orbis seu Descriptiones Indiæ Occidentalis Libris XIIX. *Indiæ Occidentalis* nomen à Columbo accepit, qui in veram Indiam, h. Orientalem, se delatum, cum primum hic appelleret, suspicatus fuit. Utrum Veteres cognitam habuerint, necne varie disputatur. Pro ajenti parte communiter allegatur Insula Atlantis à Platone descripta; Sed hujus reliquias nos in Canariis Insulis quæsivimus *præc. cap. V. §. II.* Anglorum nonnulli *Madoccum Filium Guyneth* Fratrem Principis Walliæ laudant, qui circa A. MCLXX. colonias in Floridam & Canadam eduxerit. Vid. *Append. ad Itinerar. Herberti p. 188.* Alii qui Columbo aliquid detractum eunt, referunt ipsum à Navarcho, quem *Alphonsum Sanchez de Huelva*, item *Aldretem Hispanum* & *Garcilam Vegam* nuncupant, primam hujus rei cognitionem hausisse, qui

cum in tractandis commerciis Africæ occupatus esset, tempestate ad incognitas hasce Terras abactus fuerit, notisque deinde Europæ ac Africæ tractibus redditus apud Columbum in Inſ. Madera degentem diverterit, ac paulo post morte abreptus ipsi, quos confecerat, navigationis suæ Commentarios reliqverit; Sicqve Columbum, utpote Geographiæ & Astronomiæ peritum in cogitationes de quærenda America incidisse. Historiam hujus rei habes ap. *Acostam*. Nomina allegata apud *Grotium & Comtæum Diss. de Orig. Gent. American.* Alii tamen relationem hanc suspectam habent, & ex æmulatione Hispanorum gloriam tantæ Inventionis Extraneo (Columbus enim Genuensis fuit) invidentium ortam putant. Et si etiam vera esset, Columbum tamen non eo minus Inventionis gloria maneret. Inventores enim non illi proprie sunt, qui primi rem vident, sed qui primi eandem in publicum usum transferunt: Columbus igitur, etiamsi alii ante eum Americam adierunt, nihilo secius primus fuit, qui viam eò aperuit, eandemque alios docuit. Confirm. Nam extra dubium est Franciscum & Nicolaum, fratres Zenos ante Columbum in *A*merica fuisse; Et tamen nulla ejus Inventio his tribuitur; Nescierunt enim Americam esse, nec iter ad eam aliis monstrarunt. Exempla similia V. *Pol. Par. Diss. III. §. II.* An expediat Europæis ista Inventio, à Politicis aliquibus disputari cœptum. Negat *Boccalinus*, eoque fine Marium Molzam introducit, Poetam turpi lue totum corruptum, ex vivoque cadavere suo contra Columbum disserentem *Centur. II. Relat. XC.* Begehre nichts unehrliches vorzubringen/sondern eitel Elend und Hertzenleyd/ so diese Leute aus ihrer newen Welt mit sich gebracht / davon die vorigen Medici und Chirurgi gantz nichts gewust haben? Und wundert mich / wie ihr doch sagen möcht / es habe GOTT der Allmächtige eweren Königen / zur Belohnung ihrer treuen Dienste / diese newe Welt verehret? Da doch viel vermuthlicher ist / es habe die Göttliche Majestät / vermittelst ewrer Vermessenheit / endlich die abscheuliche Schwachheit der Frantzosen in Europam kommen lassen wollen/die unzüchtige geile Menschen durch solche Ruthe zu züchtigen; Mit was Vermessenheit könt ihr doch vorgeben / daß ihr die Welt mit allerhand Gewürtz bereichert habt/da doch der Pfeffer/ Zimmet/ Nägelen / dreymahl theurer sind als sie vorhin gewesen/ehe ihr daß Spißglas/und andere Artzneyen vor das Haarauffallen in Europam herüber gebracht habt; Könt ihr euch auch wol einbilden / daß wir glück-

glückseeliger zu schätzen sind/demnach ihr eine solche Menge Silber und Gold aus der newen Welt zu uns geführet habt/da wir im Gegentheil viel bessere Sach hätten/wann wir von diesen schädlichen Metallen/welche eine rechte Ursach alles unsers Jammers und Elends sind/gar und gantz nichts wüsten? Aber ihr seyd mit allen ewern Gefährten duppelter Ehren werth/dieweil ihr durch die grosse Menge Silbers und Golds die alle Welt in eine schreckliche confusion, die newe aber durch Einführung des Eysens in eusserstes Verderben gestürtzet habt: Und worzu nutzet dem gantzen Europæ alles Gold und Silber/wann nichts destoweniger alle zu der menschlichen Nothdurfft gehörige Sachen von Tag zu Tag theurer/und die Menschen immer ärmer werden? Summa est: Fœdos morbos per *Americæ* inventionem Europæ invectos, & precia rerum aucta esse; Adeoq; satius futurum fuisse *Americam* ignorari. Sed morborum vis hominum libidini imputanda; Precium rerum vero crevisse falsum est; Res eadem æstimatione, qua olim, manserunt, nec illæ precio, sed Metalla numero crevere, majorique proinde copia rebus æquiparari oportuit. Conf. Georg. Agricolam qui themati huic pro defendenda Re Metallica itidem insistit *L. I. de Re Metall. c. I.* De *Origine Gentium Americanarum* Vid. *c. IX. S. I. §. III.*

VI.

Loca specialia Americæ qvod attinet, ejus duæ partes communiter recensentur, *Meridionalis & Septentrionalis*, Isthmo *Panama* connexæ. In Meridionali numerant I. *Castiliam del Oro*, qvæ comprehendit Provincias *Popayan, N. Granadam, Carthagenam, Venezuelam, N. Andaluziam, Pariam.* II. *Gvianam*, Regionem Belgicæ Jurisdictionis, cujus partem etiam inter Fluvium de Paria s. Orinoqve & Rio de las Amazonas Comiti Hanoviæ A. MDCLXIX. in Feudum concesserunt. Ejus Descriptio Autore *Waltero Raleigh extat in T. IIX. Scr. Amer. de Bry.* III. *Brasiliam*, Regionem Portugallis subjectam, de cujus causa Vid. *c. I. §. XIII.* Suntque in ea magni nominis Urbes *S. Salvator* & Olinda, seu *Phernambuco.* Ejus Descriptio extat *T. XIII. Rer. Americ. Meriani.* IV. Regionem Patagonum seu *Chicam.* V. *Chili.* VI. Peruviam, *Peru*, ditissimam omnium Americanarum Provinciarum, in qva & Vice-Rex Hispanicus per Americam Meridionalem residet Limæ Urbe principali ejus. De *Andibus* Peruviæ ad-

fitis Vid. *c. VII. §. VII.* De maximo Auri proventu iisdem in Tractibus *ibidem* §. *ult.* De Deserto *Pampas.* ib. §. *XII.*

Panama est Isthmus, qvo America Septentrionalis ac Meridionalis cohærent, adjacentibus ab Austro Terra Firma, à Borea Veragua Provinciis; Viamqve præbet deferendis Americæ Meridionalis in Hispaniam opibus, supellectile Argentea Limâ primum in Portum Isthmi hujus itidem Panama dictum abducta, indeq; terrestri itinere in Portum M. Atlantici transmissa, & sic demum in Hispaniam tendente.

VII.

In *America Septentrionali* sunt I. Regiones *Nicaragua*, *Guatimala*, *Honduras*, Chersonesus in Sinum Mexicanum procurrens dicta *Yucatan*, *Mexico*, nunc N. Hispania: De lusu Diaboli, qvo migrationem Israelitarum in Deserto totis Lxxx. Annis cum Mexicanis imitatus fuit, institutis Sacerdotibus, Arca Fœderis, punitis sæpe etiam, edita strage aliqvot millium, immorigeris Vid. *Horn. Diss. Historico-Pol. XXXII.* II. Florida. III Virginia, qvam Angli habent. IV. Novum Belgium Niew Nederland / qvod accurata descriptione Adriani van Donck illustratum est, ac structurâ *Novi Amstelodami*, *T'Fort Orangie &ſs.* inclaruit. V. *Nova Anglia*, Provincia Anglorum Coloniis freqventata: Qvibus eam curæ esse indicio est, qvod Novam Cantabrigiam, Urbem istius Tractus Typographeo instruxerint, qvo præter Scripta Eristica Schismaticorum, qvæ aliqvando liberius ibi divulgant, ipsa Biblia Lingva Barbarorum conscripta ante paucos annos prodierunt. VI. *Canada*, *Nova Francia*, *Terra Cortereälis*, *Terra de Labrador*, *Nova Britannia*, Borealiores sunt & ad Fretum Hudsoni usqve excurrunt: In qvarum aliqvibus *Franciscum & Nicol. Zenum* ante Columbi navigationes fuisse ex Tabulis ab ipsis relictis patet.

IIX.

TERRÆ POLARIS ARCTICÆ descriptionem initio hujus Seculi tentavit *Megiserus L. de Septentrione Nov-antiqvo* s. Beschreibung der Neuen Nordwelt / sed multis nominibus suspectam. Ea comprehendi *Novam Zemblam*, *Spitsbergam & Grönlandiam*, supra indicatum *cap. IV. §. ult.* *Novæ Zemblæ* Noticiam haurire est ex Itinerariis trium Navigationum Belgicarum fine præcedentis seculi eò susceptarum, qvæ passim prostant. *Spitsbergam*

bergam recentisſime deſcripſit *Fridericus Martens* Hiſtoria Itineris A. MDCLXXI. eo ſuſcepti, Spitsbergiſche Reiſebeſchreibung *ed. A. MDCLXXV.* Grönlandiæ Deſcriptio præter alios exhibita ab *Olear.* Perſian Reiſebeſchr. *Lib. II. c. IV.* Omnium communis character eſt, qvod continuis rupibus & jugis montanis horreant, ipsâ glacie sæpe æmulam in molem se erigente. Herbarum nullo proventus notabilis; Arbores plane deſunt, ob continuam frigoris inclementiam: Qva de cauſa & incolis deſtituuntur; Vid. Hiſtoria commorationis hibernæ Belgarum qvorundam in *N. Zembla circa A. MDXCV.* qvæ prope intolerabilis fuit. Alii ex eadem Natione in Spitsberga idem tentarunt, ſed frigore enecati perierunt: Cujus rei memoriam adhuc ſervant relictæ in loco Schmerenburg ædiculæ nonnullæ manſionis ipſorum teſtes: Stehen noch Häuſer von den Holländern erbauet / wo Sie vor dieſem Thran gebrennet / und hier haben etliche Holländer verſucht einen Winter über zu bleiben / iſt aber keiner lebendig geblieben. *Martens Part. II. c. I. pag. 22.* In Grönlandia aliqvos videre eſt, ſed citerioribus ejus partibus Americæ contiguis, talesque morum omnium ignari Hafniam adducti, inſtituta iſthuc An. MDCLIV. è Dania profectione Vid *Olear. loc. cit.* At qvæ *Megiſerus* & ante ipſum alii de Monaſterio S. Thomæ in Grönlandia Thermisque ei adjacentibus perhibuere, nimis fabuloſa videntur eſſe: Nec tamen in tanta frigoris ſævitie Dona Naturalia his locis deſunt, eſtq; Captura Balænarum eorum veluti propria. De cauſa V. *c. X. §. VII. n. I.* Dani olim eam ſoli exercuere. Vid. *Pontan. Hiſtor. Dan. Lib. IX.* ubi docet, privatos qvosdam Mercatores accuſatos fuiſſe, ſuſceptæ in Grönlandiam Navigationis, qvam Solis Navibus Regiis peragi moris fuiſſet; Sed hos oſtendiſſe ſe nullo ſtudio, ſed ſola neceſſitate compulſos id feciſſe, eoq; indemnes pronunciatos fuiſſe. Idem poſtea ab *A*nglis prætenſum, qvorum Diſceptationes cum Belgis & Biscayenſibus eo nomine Vid. *T. XII. Ind. Merian. f. 402.* Singulare præterea, Animalia qvædam hic albere, qvæ nigro, fuſco aliisve alibi coloribus ſunt, qvalia Corvi, Urſi &ſ. Alia colorem ſolitum cum albo per hiemem commutare, ut Vulpes, Lepores: Qvod tamen in Svedia, Norwegia, Ruſſia etiam uſu venit. Cauſa adhuc in abdito eſt, inprimis cur his locis id accidat, aliis vicinis vero neutiqvam. Sic in Scania caneſcunt Lepores, at in Selandia & Cherſoneſo Cimbrica nihil ejusmodi patiuntur; Rurſus in Livonia, at neutiqvam in Curlandia, Solo Divina virtutem hanc velut ſeqveſtrante, *T. Olearius.* Non carent tamen & nigris Animalibus, qvemadmodum

dum Cetos videre est nigerrimos, AVES item nigras plurimas. Vid. plur. *Peschlin. de Color. Æthiop. cap. XIII.* Conf. *Martens P. IV. tota.*

De *Terra Australi Incognita*, seu *Australia Incognita*, nihil aliud fere dicendum restat, qvam qvam qvod supra *cap. IV. §. IX.* traditum. *Ferdinandus Mendez de Quiro* circa *A. MDCXV.* eam adiit ac postea AULÆ Hispanicæ commendavit; Sed AULA nullam ejus rationem habuit, sine dubio qvod crederet, Sibi Bello Belgico adhuc implicitæ Regiones utriusqve Indiæ satis negocii facessere, Novisque proinde ac simul iis novis molestiis non egere.

CAPUT VII.

HISTORIA NATURALIUM PARTIUM MINORUM CONTINENTIS.

I. *Ratio Ordinis.*
II. *Montium existentia ante Diluvium, & usus.*
III. *Eorundem per universum Orbem concatenatio.*
IV. *Montium Pyrenæorum & in iis Roncevallis descriptio.*
V. *Alpium descriptio & singularia.*
VI. *Sudetorum Silesiæ vicinorumq; Descriptio. Excursus de Monte Giganteo Silesiæ, memorandisque ejus.*
VII. *De Jugo Hercinio, Monte Bructero; Montibus item Carpathiis.*
IIX. *De Monte Grampio Scotiæ & Riphæis Montibus.*
IX. *Jugorum Asiaticorum series: Taurus, Imaus, Caucasus, Mons Ararat: Juga Arabica, Montes Sinai, Horeb, S. Catharinæ, de Libano, item Anti-Libano & Cedris Libani,*
X. *Juga Africæ; Atlas & Montes Lunæ: Item de Andibus Americæ.*
XI. *Montes in specie sic dicti, Pico de Teide, Pico de Adam, Apenninus, Pausilypus &c.*
XII. *Montium Ignivomorum series: Ubi de Ætna, Vesuvio, Strongylo, Hecla &c.*
XIII. *Aperturæ Montium: Thermopylæ, Portæ Caspiæ, Porta Ferrea &c.*
XIV. *Promontoriorum series.*
XV. *Recensio Vallium.*
XVI. *Planitierum & Desertorum Index, Desertum Pampas &c.*
XVII. *Speluncæ notabiliores; Specus Baumanni, Ukiensis,, Antrum Sibyllæ, Canum, Serpentum; Spelunca mirabilis Waldensium.*
XIIX. *Fodinarum Index.*
XIX. *Prata, Silvæ aliaq; Submarinæ Terrestrium æmulæ.*

I. Rerum

I.

RErum ordo jam porro exigit, ut duûm generum partes alias in Continente noſtra luſtremus, viſisque Provinciis, utpote Majoribus, Minores, & illas quas ipſa Natura formavit, & iſtas, qvas hominum induſtria addidit, contemplemur. Prioris generis ſunt *Montes*, *Promontoria*, *Valles*, *Planities*, *Deſerta*, *Specus*, *Fodinæ*, harumq; cognata; Poſterioris *Antiquitates*, *Urbes*, *Arces &ſſ.*

II.

MONTES ante Diluvium extitiſſe argumento eſt, quod *Aquæ* ejus *omnes Montes ſub univerſo cœlo operuiſſe* legantur *Gen. VII. 19.* Accedit rebus coæva ipſorum neceſsitas, quæ in eo ſita, 1. Ut aquam intra ſinus & alveos ſuos veluti comprehendant. *Circumdedi mare Terminis meis, & poſui vectem & Oſtia, & dixi, usq; huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Job. XXXIIX. 10. 11.* II. Ut Mammarum inſtar irrigando Geocoſmo inſerviant; Et dum ſuperius terra eminent, inferius atque interius ſpacioſisſima aquarum penuaria *contineant*, *quem Naturæ* conatum Kircherus convenientisſime *Hydrophylacia* nuncupat: Nequid de penuariis Metallorum, quæ gerunt, loquamur. III. Denique ut Oſſium loco Geocoſmum ſuſtineant.

III.

Etenim memorabilis eſt, quam in ſtructura eorum animadvertit ſagaciſſ. *Kircherus*, iſta Oſſatura Geocoſmi, qua dum Oſſium loco illum quaſi ſtringunt ac continent, *Annularem* Catenam à Polo ad Polum ducere, nodisqve veluti ſecari ac ſtringi obſervantur. Ducitque hanc in Circulum ordinatam Oſſaturam Montium primum à Polo *Arctico* per Islandiam, Scotiam, *Angliam*, Germaniam continuata Montium ſerie, rectoque tramite usq; ad *Alpes*, quæ veluti nodum quendam Catenæ Magnæ referunt, quo diſcontinuo ordine extenſi montes ſicubi nonnullam connexionis labem incurrerint, vincirentur, & ad firmiorem conſiſtentiam conſtringerentur; *Ab Alpibus* autem novo velut annulari ordine implexi montes *Apennino* junguntur, quo totius Italiæ meditullium haut ſecus ac ſpina qvædam dorſi continuata ſerie per Siciliam Montibus *Africæ*, quosque Lunæ vocant, connectitur. *Alter Catenæ magnæ nodus, usque ad ultimum Auſtri promontorium, Bonæ ſpei nuncupatum, extenditur, quem ordinem haud dubiè usq; ad oppoſitum* Mundi *Polum continuari, ipſa ratio dictat.*

Ex

Ex hoc vero Austrino Polo per incognitos Australis Terræ tractus, usq; ad Fretum Magellanicum distenditur, & hinc per Andium Americæ Australis Boreaque immensos tractus, Polo Boreo jungitur ei, à quo dimanarat. Altera catena ad Angulos rectos primam intersecans, abiensque ex Polo & distensionis suæ propaginem per Tartariam derivans Imaum sibi conjungit, qui per mediam Scythiam, Magni Mogoris Imperium, & tandem per medium Indiæ dorsum in Promontorium Comorinum excurrit, ubi mediante Mari fundo montibus Zeilani Insulæ, & hinc subter Oceanum in Polum Australinum distenditur; Atq; hinc tandem per incognitos terrarum Oceaniq; tractus principio, à quo discesserit, connectitur. Quoniam vero perpetuus Oceani æstus, fluxusq; ex Oriente in Occidentem, continua suæ allisione non nullum detrimentum afferre poterat, hinc provida Naturæ transversas Montium catenas disposuit, quibus totius Terrenæ molis Machina firmiorem consistentiam adipisceretur. Unde videre est ex Oriente in Occidentem ab ultima Sinarum Regione Montes Montibus ita annexos, ut quos China per transversum propagat, Imaus extra Chinam continuet in Occidentem Scythiæ, Indiæ, Caspii Maris, Armeniæ, Asiæ Minoris, Macedoniæ, usque ad Alpes Cottias & Rhetias continuatis Montibus conjungat, quas Alpes per Delphinatum totamq; Narbonensem Galliam continuo committit Alpibus Pyrenæis, quæ hinc tandem in ultimum Occidentis terminum, usquedum suo restituantur principio, ordine mirifico propagantur. Mund. Subterr. p. 1. L. 11, c. IIX.

IV.

Montes ab intervallo, quod occupant, vel Juga vocantur, si longo tractu progrediantur, vel Montes in specie, si intervallo circumscribantur minori. Juga celebriora Europæ sunt: I. *Montes Pyrenæi, Los Pireneos*, qui Hispaniam à Gallia dividunt. *Pyrenen* Græci vocant, nomenq; ablgne creditur derivatum fuisse. Nostro tempore Pax inter Hispanos & Gallos A MDCLIX. Titulum Pacis *Pyrenææ*, Articuli nomen *Articulorum Pyrenæorum* abstulerunt, qvippe ad Radices horum Montium conditi. Partes eorum pro locorum ratione varia sortiuntur nomina. Ad Navarræ Regnum est *Mons S. Adriani*, adeo excelsus, *ut necesse fuerit priscis Hispaniæ habitatoribus summitatem perforare, nisi natura factum credere malis, quo in Verticem pervenire posset: In quo ubi constiterit, sæpe infra Te Nubes admi-*

ruri licebit. Leod. *de Vit. Frider. II. L. II.* Editissimus omnium est *Roncivallis*, à nive tamen liberior, qvam vicini montes, ob maris viciniam: Man sagte Uns/ Er wäre der allerhöheste von den Pyrenäischen Bergen: Gleichwol hatte er keinen Schnee auff seinem Gipffel / ob schon die andern schier alle / so wir auff der rechten Hand liessen / den Kopff davon weiß hatten. Aber man versieherte uns / daß dieses Ihn nicht hindere näher an den Himmel zu reichen / dann welche die Hoff Farbe davon tragen: Und daß dieser gar bald und in dem Anfange des Sommers seinen Schnee verliere / wegen der Nachbarschafft des Meeres / welches durch die Schärffe seiner Dünste ihn viel eher zu verschmeltzen und zu zergehen befordert / denn andere die davon abgelegen sind. *Autor* Span Reisebeschr. *c. XXXVII.* Iidem ab Ortu in occasum producti *Idubedam*, nunc *Monte d' Occa*, *Orospedam*, Idubedæ prolem, *Montes Marianos* &c. efficiunt: De qvibus V. pluribus *Merul. Part. II. Lib. II. cap. IV.* & ante eum *Hieron. Paul. Barcinonensem de Montibus Fluminibus, Hispaniarum.* T. II. Scr. Hispan. *fol. 834. & seqq.*

V.

Alpes vero inprimis commemorandæ, qvippe qvibus pleraq; Juga Europæ originem debent, qvarumqve veluti brachia sunt, non tantum Montes Pyrenæi, sed etiam Bohemiæ, Silesiæ, Germaniæ Juga, de qvibus *in seqq.* Cæterum Italiam à Gallia, Germaniaq; separant. *Maritimæ Alpes* à Ligustico litore prope Varum incipiunt, ac desinunt in monte Vesulo, seu uti nunc vocatur *Monte Viso*, unde oritur Padus; Hinc incipiunt *Alpes Cottiæ* desinuntque in Monte *Cenisio*: Inde *Grajæ* seqvuntur, quarum pars *Monte Giove* seu *Montemaggior di S. Bernhardo*; Hæ excurrunt usque ad Montem Adulam s. *Monte di S. Gottardo*, ubi fontes Rhodani ac Rheni; Tum Rhæticæ seu Tridentinæ Alpes sequuntur usque ad fontes Dravi; Denique Noricæ, Carniæ ac postremum Juliæ seu Pannonicæ Alpes succedunt. Hannibal olim pervias creditur feciſſe, de quo Vid. disputantem *Polybium L. III.* In *Tirolensibus* adhuc supereſt memoria rarisſimi casus Maximiliani I. quo desiderio venandi Rupicapras in præruptisſimam rupem evasit, sed pedem referre non potuit, beneficio agricolæ v. demum reductus: Locum *Antrum Maximiliani* vocare solent, isque in eodem imaginem Crucifixi conſpicuam è via poni curavit, ut peregrinantes Divini auxilii gratiam ubique piis esse paratam in periculis inde cognoscerent. Imago altitudinis XL

pedum

pedum est, quæ ab imo cernentibus vix bipedalis apparet. Describitur singulari Icone à *Georg. Braun. Th. Urb. T. V. f. 59.*

VI.

Montes *Sudeti* seu *Sudetes*, Alpina Brachia sunt inter Bohemiam & Silesiam extensa. Apud Strabonem & Ptolemæum vocantur *Cerconosii*, & hodienum à Bohemis non dissimili appellatione *Krkonoské Hory*. Balbin. *Histor. Bohem. Lib. III. cap.* XXI. *not.* Editissimus eorum *Mons Giganteus*, idemq; per Silesiam, Germaniam, aliasqve Terræ partes famosissimus, de qvo cum singulari apud Nos Oratione non ita pridem actum sit, eandem loco Descriptionis in præsens nobis incumbentis producere Benignoqve Lectori commendare voluimus:

ORATIO
DE
MONTE GIGANTEO,
Habita
à
FRIDERICO BECMANO,
Francof. Marchico, Medic. Stud.
FRANCOFURTI AD ODERAM
In Collegio Philos. Majori
A. D. X. FEBRUAR. ANNO MDCLXXIX.

MAGNIFICE DOMINE RECTOR,
Per Illustres atq; Generosissimi Domini,
Dn. COMITES & Dn. BARONES,
Viri admodum Reverendi, Amplissimi, Consultissimi, Excellentissimi, Clarissimi: Præceptores, Patroni ac Promotores æternùm venerandi: Nobilissimi ac Doctissimi Domini Studiosi,

IN prima Rerum creatione DEUS Creator omnium rerum Sapientissimus, veluti Microcosmum ossibus concatenavit, ita Globum Terrenum Montibus tanqvam Catenis qvibusdã circumdedit: Non alio fine, qvã ad Consistentiam firmiorem, & ne ab externis Injuriis, aut interna Humiditate flacceſceret vel dissolveretur; Operæq; eo magis stupendo, qvo propius non partem Orbis, sed ipsam ejus substantiam tangit: Qvodq; proinde *Geocosmi Ossaturam* recentiores Rerum Naturalium amantes non incongrue vocare amarunt.

Eqvidem partem Ossaturæ hujus meam facere, eandemqve in SUDETIS Silesiæ, & qvidem eorum editissimo MONTE GIGANTEO conspiciendam exhibere constitui; Tum qvod nondum immemor sim laboriosæ voluptatis, qva simul svavissimo Sodalitio ex Almâ Universitate hâc, ductu Patrui nunc præsentis MAGNIFICI RECTORIS ante biennium jugum hoc conscendi, & ita veterem illum Silesiæ Doctorum Morem, licet è loco longius dissito reduci vidi, qvibus solenne erat cum studiosis, aut discentibus suis qvotannis locum istum ascendere, atq; ita ex editissimis Patriæ partibus, Summi Rerum Patris Sapientissimam Providentiam

tiam in tot subjectis Creaturarum generibus spectare; Tum verò etiam, qvod Laudatissimæ Silesiæ Gentis Hospitalitati me pignus adhuc debere autumem, qvæ benignissime illo tempore venientes passim excepit, blandissime fovit, amicissime dimisit: Maximè autem, qvod incomparabili Viro è Nobilissima Silesiorum Gente, Beato Thomæ Werlieno, Evergetæ Universitatis hujus Maximo opimam fortunæ accessionem debeam per Stipendium ex dispositione ejus, manu Gratiosissimæ Facultatis Medicæ mihi collatum; Cui veluti æternas eô nomine grates ago, ita indignissimus forem, cui tantum beneficium obtigisset, nisi præconio hoc qvalicunq; publicè id declararem, ac simul non prorsus inutiliter in me collatum esse testatum facerem. Interim qvia Materia de qva dicere institui amplissima, & Ingenium meum idoneum non est ad talem Montis hujus Descriptionem, qva Confessui tanto satisfacere possim, Montem Salutis nostræ summis precibus adoro, ut lumine suo obscuritatem ingenii mei illuminet & qvæ dicenda mihi erunt in sanctissimi Sui Nominis gloriam dirigat: Vos autem, *Auditores omnium Ordinum Honoratissimi*, ut differentem me benevole audiatis, nec humile sermonis mei Genus de re tam sublimi aspernemini, reverenter & obnixe, qvâq; possum animi submissione rogo.

De Nomine initio paucissimis: Vocatur à sublimitate suâ Mons Giganteus; Omnes enim Montes Silesiæ altitudine superat, idemqve accolarum Germanicum nomen est, der Riesenberg; Subinde etiam nominatur *Calendarium Silesiacum*, der Schlesier Wetterzeiger: sed ab effectu; Ex eo enim, si serenus appareat, præsagiunt gratam, si nubilus sit, tempestatem pluvialem.

Situs est in Ducatu Jaurensi sub ditione Illustrissimi Domini, Dn. Comitis de Schafgotsch, aliisq; cum Mon-

tibus Sudetis Sileſiam à Bohemiâ, tanqvam muro nativo dividit, à Septentrione Sileſiam à Meridie vero Bohemiam ſpectans; Ab Oriente & Occidente cum iisdem Montibus Sudetis tanqvam Os aliqvod principale cum aliis Oſſibus connectitur; minimumq; triginta ſtadia in altum aſſurgit, caput inter nubila condens atqve inferiorem aëris Regionem longe excedens. In ſummo Cacumine ejus planicies eſt, antehac Spectrorum ſedes credita, nunc vero Sacello conſpicua, cura ILLUSTRISSIMI COMITIS de SCHAFGOTSCH excitato: Qvod qvidem nondum ad juſtam perfectionem perduci potuit, ſed non ob Spectrorum impedientium rabiem, ut vulgo creditur, ſed ob creberrimas tempeſtates ipſi tantum non continuò incumbentes. Ego vero interim non ſine voluptate recordor, me iſthæc altitudini Montis convenientisſima Diſticha in eo annotaſſe:

Qvi propiora putas ſuperato culmine Montis
Numina terricolis, terricolasq; DEO,
Et precibus Jovæ gaudes ſervire ſacellis
Hic ut idem faciat, lingvaq; Corq; licet.
Ut liceat, fecit Pietas veneranda Dynaſtæ,
Jura loci Dominus cui dedit ipſe Poli.

Sub radicibus MONTIS noſtri verſus Sileſiam, Urbes, Pagi, Villæ multæ ſitæ, quarum prima eſt *Hirſchberga*, à Cervis olim ita vocata: A qua prope abſunt *Thermæ Hirſchbergenſes* dictæ, ac ſine dubio ex concurſu Spirituum Metallicorum, Ferri imprimis & nitroſorum vel potius vitriolatorum natæ: Thermarum naturam enim hinc pendere non ignobili experimento conſtat: Nam ſi ſumatur Aqua Fortis, aut ſi fieri poteſt, & ad maturandum inſtitutum, Aqua Regia, ejusque pauxillum affundatur Limaturæ Chalybis, è veſtigio ſe prodet non tantum efferveſcentia quædam violenta, & cum ſtrepitu conjuncta, ſed etiam fumi prodibunt ipſumque

que vas notabili calore instructum deprehendetur; Idem calor longe vehementior erit & vasculum vix manu teneri poterit, si loco Limaturæ Chalybis particulæ Jovis seu Stanni adhibeantur: Adjecerimq; plenioris confirmationis causa Aquam Regiam, si etiam sine mixtura cochleari ferreo indatur, nihilominus fervidissimam evadere; Unde & colligere licet, internis aquis ne opus quidem esse, ut misceantur Spiritibus Metallicis, sed satis esse, si corpora Metallica alluant: Sic Aqua Regia etiam in Cochleari ferreo mundior manet ad eundem modum, quo & aquæ Thermarum aquam suam sine notabili immundicie ostendunt; Thermæ igitur eoque *Hirschbergenses* etiam ex concursu Spirituum talium nascuntur; Vitriolatorum verò in specie; Nam Spiritus vitrioli affusus Limaturæ Chalybis odorem spargit proximum ab ipissimo illo quem Thermæ istæ habent. Altera est *Schmiedeberga* ob ferramentorum, quæ ibi cuduntur copiam nomen & laudem habens; Sed incommodis strumosorum gutturum æque ac vicinus ipsi pagus Steinseiffen aliive ante hac laboravit, vitio non minus hic ac in Alpium Accolis dominante: Cui tamen prudenter nostro tempore obviatum est, postquam certos fontes mali hujus causam deprehenderunt, aquave eorum abstinuerunt.

Sed ad Montem ipsum propius accedendum est, & sicut ossa hominis, cute, pingvedine, venis, nervis aliisq; ob venustatem & usum circumcincta sunt: Ita Os hoc Geocosmi in media sui parte cinctum dicemus loco Cutis aere saluberrimo, loco Pingvedinis & Carnis amæniissimis pratis & sylvis, Venarum ac Nervorum loco ditissimis Metallis, quæ Nervos ideo confidentius appellabimus, qvod pecunia non ignotus sit Nervus rerum gerendarum.

Aeris Salubritatem tot incolæ Montis ad provectissimam

mam ætatem perducti teſtantur, meminiq; Senes fere nonagenarios nos vidiſſe, radicibus & lacticiniis tantum viventes, & valetudine ſatis integra uſos, ſed id unice querentes, ſe Juga Montis ob debilitatos Muſculos in aſcenſu & deſcenſu non amplius uti antea aſcendere poſſe.

Prata deinde & Sylvæ loco pingvedinis & carnis ſunt. Prata ſelectiſſimis Herbis non tantum ſuperbiunt, ſed iisdem incolas iſtos Montanos ditant, quippe quarum Radices, Folia, Flores, Semina per totam Sileſiam, Bohemiam, Poloniam, & Germaniam, diſtribuunt: Doctiſſimus Vir *Caſparus Schwenckfeldius*, (non ille qui ante ſesquiſeculum Theologiam puriorem tunc renaſcentem fanaticis opinionibus aſperſit, ſed Medicus per Sileſiam Celeberrimus) integram ſeriem earum ſingulari Libro Rerum Naturalium amantibus communicavit, quas omnes recenſere velle, quid aliud erit, quam rem actam agere? Aliquas earum tamen â nobis ibi collectas & ejus loci veluti proprias indicari vobis haut grave futurum arbitror. Sunt illa, *Adiantum* Furcatum, *Angelica* Alpina Maxima, *Angelica* Alpina tertia, *Aconitum* Racemoſum, *Anemone* Alpina nivea, *Acetoſa* Alpina, *Bellis* Montana maxima, *Biſtorta* Alpina major, *Caryophyllata* Alpina, *Cirſium* Montanum, *Chamædrys*, *Gentiana* major, *Helleborus* albus, *Hieracium* Draconites ſeu *Polycephalum*, *Muſcus* Alpinus, ab incolis die Miernau dictus, & à ſingulari vi purgandi commendatus, *Napellus* major, *Petaſites* flore *albo*, *Polygonatum* ſ. *Sigillum Salomonis* Racemoſum, item *Tenuifolium* ſeu *Polygonatum* fœmina, *Ranunculus* Alpinus candidus, *Sanicula* Alpina minima *flore albo*, item *flore purpureo*, *Tuſſilago* Alpina minor *flore purpureo*, item *flore albo*, eademque ſæpe *Ramoſa*, quæ plane ſingularis eſſe videtur: *Trachelium* Alpinum maximum, *Tormentilla* Alpina maxima, *Victorialis*

Mas

Mas & *Fœmina*, *Viola Martia fl. Luteo.* Plura si indicavero, vereor ne patientia vestra abutar.

Sed & Sylvas dixi velut instar carnis Ossaturam hanc circumdare; Arboresque in his sylvis etsi varii sint generis, Abietibus tamen in media Regione plurimum gaudet. Superius autem ubi planicies quædam est, vestitur *Pino Humili Alpina*, ab Accolis das Knieholtz vocata, quòd quasi in genua humi procumbat, quippe cum rami virgæq; adhuc recentes sunt, tum ventorum flatu & vi tempestatum, tum etiam nivium copiâ, cui tribus partibus anni subjacent, deprimuntur, ne altius magnitudine viri fere surgere queant. Hoc fruticetum (revera enim nihil aliud est) labyrinthum quasi natura constituit, ambulantemque facile à rectâ viâ deducit.

De *Graminibus Cerealibus* adeoque frumenti proventu verbo tantum: Illud ultra Radicem Montis raro provenire: Tum ob petrosum solum; Terra enim in superficie tantum hærens arari non est apta; Tum etiam propter exiguum, calorem, summùm ad tres menses tantum durantem, unde segetes ad perfectionem suam non perveniunt; Et Radicibus ac Lacticiniis ideo plerosq; superiorum Montis partis partium incolas vivere paulum ante innui.

Venas Nervosq; quod attinet, illi in insignibus Metallorũ & Mineralium Fodinis relucent, quibus Mons Giganteus noster refertissimus est: Auri venæ in valle Gigantea; Auri puri ramenta tenuiora ibidem, etiam in Fonte Albo (de qvo postea) & in aliis locis reperiuntur. Argentum in Monte hinc inde præsertim autem in Iseræ prato & Valle Gigantea inveniunt: Ferro, Ære, Stanno, Vitriolo, aliisque variis in locis ibidem scatet. Neq; minor Gemmarum & Lapidum precioforum hic proventus est; Granados certe meliores ipse Oriens non habet: Adamantes, Rubinos, Amethystos,

inferiores quidem Orientalibus, at nihilominus singulari gratia nitentes: Topasii ipsa magnitudine se commendant, quibus & sagaciores sæpe maximum precium addunt, quippe immemores illos prodire ex vicinia suâ: Cristallũ, Achatem similesve utpote visu frequentissimos non opus erit allegari. Unius Iolithi tamen, seu Lapidis Violacei licet aliàs Lapidibus vulgaribus annumerandi, mentio prætereunda non est; Legitur ille copiosissime in Vertice Montis nostri & odore Violas Martias svavissime imitatur: Quanquam non ille adeo, quam Rubellus Muscus ipsi adhærens Violaceum hunc odorem spargere videatur, quod pluribus in præsens non examinabo.

Sed injurius ego in naturam naturæq; Sacerdotes fuero, si solùm Ossaturam in Monte nostro spectavero. Natura alium insuper finem editissimis hisce Jugis addidit, ut Hydrophylaciorum vices explerent: Disseruit de hujusmodi Hydrophylaciis aliorum Montium, uti solet, elegantissime, diligentissimus *Kircherus in Mundo Subterraneo* suo. Nostri Sudeti & in iis Mons Giganteus eodem modo *Boberam*, *Uvapam*, *Nissum*, *Iseram*, *Zacbum*, *Cattum*, & cujus primo meminisse debebam *Albim* fundunt; Hujus fontem unum, in specie Fontis Albi nomen habentem, der weisse Brunnen/ juxta verticem Montis Gigantei videre est, aquâ limpidissimâ, quæq; post aliquot menses incorrupta mansit, constantem, arena item auri ramentis prægnanti gaudentem, qvam proinde inter cimelia sua studiose asservasse, Summum Theologum Palatinum *Davidem Pareum* legimus in vita ejus, Operibus ab ipso conscriptis præmissa. Quis crederet tam exiguum rivulum, qualem Fons ille Albus fundit, tantum flumen editurum, qui non saltu, non divaricatis cruribus, sed ordinario pedum progressu transiri potest: Diceres non Flumen maximum hic oriri, sed rivulum exiguum,

um ad finem ſuum decurrere. Sed tantus, tamque Mirabilis DEUS eſt in operibus ſuis, ut ex minimis etiam naturæ conaminibus opera efformet maxima.

Sed novum adhuc naturæ miraculum in hac Hydrophylaciorum materia nobis ſpectandum venit. Non ignota eſt *Oculorũ ſ. Phialarum Jordanis* Hiſtoria in Palæſtinæ Scriptoribus, quamque ſuo tempore jam attigit accuratiſſimus Rerum Judaicarum Scriptor *Flavius Joſephus*; *Phialæ hæ ſeu Oculi* lacus ſunt, ipſi Jordanis Fonti aquam adeoq; originem ſubminiſtrantes. Sic *Nili* quoque *Oculos ſ. Phialas* tanquam Hydrophylacia Fontium Nili deſcribunt, qui poſt annum milleſimum ſexcenteſimum decimum octavum, Fontes Nili detectos deſcripſere; Nam & hoc nomine Seculum noſtrum felix eſt, quod Fontes hoſce detectos acceperit, qui nullis retro Seculis, ne Alexandro Magno quidem & Julio Cæſari conſtare potuerunt. Ego itaq; ſi ſimili ratione Phialas ſ. Oculos Fluviorum & in ſpecie *Albis Lacus* iſtos *duos* in editiori Montis Gigantei parte conſpicuos, dixero, nihil abſurdi me prolaturum confido: Inprimis dum *Lacus Major* æque ac *Phiala Jordanis & Phiala Nili* fundo caret, in ſignum Hydrophylacii ex intimis terræ viſceribus ibi ebullientis, unde nec piſces in eo videre eſt, nec cymba tentari poteſt, & Perilluſtris Dominus horum tractuum, cum cymba aliquando eum tranſire tentaret, à ſubmerſionis periculo prope abfuit.

Dixi aliqua de celeberrimo Monte, ſed pauciſſima illa, & ſine dubio juſto parcius, quam dignitas ejus requirit. At quis digniſſimam iſtam materiem juſto ambitu emetiretur, cujus theſauros detectis indies novis augmentis natura inexhauſtos docet. Unum adjiciendum habeo de famoſo Montis Gigantei Spectro, dem Rieben-Zahl vulgo dicto, ſed prope invitus, nulla enim indignior materia mihi vide-

tur, quam Historiæ Spectrorum tractatio; Larvæ enim Diabolicæ sunt,& quid indignius, quam in tanta rerum necessariarum & Christiano dignarum copia illusionibus Diabolicis ejusmodi animum fatigari, quarum nullus finis, nullave connexio, quippe ab autore omnis turbatæ connexionis natarum: Nullus metus quoque; Quid enim Christianus metueret Larvam Diabolicam, cui constat, se sine Voluntate Divinâ ne capillo quidem minui posse: Et *Beati Lutheri* iu hisce talibus consilium sane prudentissimum est, quod passim in scriptis suis prodit: Diaboli tales Larvas non melius quam contemptu pelli posse: De nomine *RIEBENZALII* breviter moneo, id non ex *Roncevalle* Hispanorum, nec ex Gallico *Roy du Val*, quasi Rex vallis diceretur; sed ex corrupto nomine *Roberti* von der Sahne derivari, unde à Doctis aliquibus Silesiæ simpliciter *Robertus* dici solet, de quo pluribus videndus *Rev. Autor Chronici Suidnicensis*, non ita pridem editi. Qua rem ipsam, pleraque ejus figmenta sunt; Testati nobis fuerunt superiorum Montis partium Incolæ, qui ultra quadraginta annos isthic commorati fuerunt, imò illi ipsi qui prope verticem Montis habitant, se crebro quidem tempestates, at nunquam singularem Spectri talis operationem sensisse. Sic Fabulæ è longinquo fides fit, æque ac rebus mediocribus alias è longinquo accedit reverentia: Si etiam Spectra ibi nonnunquam apparuerunt, soli-

solitudini id transcribendū erit, in qua volupe est Dæmoni se hominib9 terribilē exhibere, quippe à Solamine sociali destitutis; Sed ideo peculiarem unius Dæmonis Sedem esse non sequitur. Non opinor DEum tantum Satanæ permittere, ut certam in terris possessionem sibi vendicare audeat. Una Insula Dæmoniorum est, in America Septentrionali, sed ne illa quidem à figmenti suspicione vacua: DEus Opt. Max. hominibus non Diabolo Terram possidendam tradidit: Illeque Princeps hujus Mundi quidem audit, sed 1. in aëre vagans & in tenebris dominans: 2. Nec pulcherrimum hoc Systema Corporum Mundi nomine intelligitur, sed animi hominum externis & sensualibus alligati.

Dixi quæ pro tenuitate mea de maximo isto Naturæ opere potui. Vobis autem, *MAGNIFICE DOMINE RECTOR*, Perillustres Domini, Domini Comites & Domini Barones; Professores Excellentissimi, Nobilissimi Domini Studiosi, qui benevolas aures mihi dare voluistis, gratias ago maximas, firmâ spe nisus, Vos ea, quæ minus accurate tractavi, bonam in partem interpretaturos, & ex voluntate mea facultatem æstimaturos esse.

Hæc de *Monte GIGANTEO*. Eum Scriptores Rerum Silesiacarum quoque attigerunt, *Henelius & Schwenckfeldius*, sed parcius. Paulò pluribus de eodem actum ab Autore Vitæ *Dav. Parei* Theologi Palatini, cujus cum in Oratione mentio facta sit, verba huc facientia ad-

huc adjicimus: Extant cit. *Descr. Vit. Parei* præmissa Operibus *Ejusdem fol. 3. Non procul absunt montes Sudetes, à Silesia Bohemiam dividentes: quorum unus ab excelsitate Gigantëus dictus, Germanis* der Riesenberg/ *ex qvo cumprimis cœlo sereno longe lateq; patet in Silesiam & Bohemiã amœnissimus prospectus. Minimum XXX. stadia assurgit in altum, caput inter nubila condens, atq; inferiorem aeris regionem longe excedens, ut quidem Mathematico Instrumento observatum fuerat à Præceptore Schillingo, quo cum discipuli complures circa solstitium æstivum bis conscendere insveverant, quando primum quidem, Sole satis propitio & amœno, in cacumine discumbentes cibo cantuq; sese recreabant, & foco excitato ibidem pernoctare animus erat; Sed non multo post serenitate pulsa, Euronotus rapidissimus ita cacumen perflabat, ut alij post moles pyramidales, lapidum congestione isthic crebro erectas, receptum quærere, alij in cavernas exinde factas sese abdere, alij humi procumbere cogerentur, ob nimiam Æoli intemperiem. Vix impetu ventorum sedato, tanta eos, sive nubis, sive nebulæ frigidissimæ caligo circumsepserat, ut omnes ad fugam conclamantes manibus concatenatis descensum præcipitare cogerentur. Juga autem inferiora serenissima deprehenderunt, cum Caput Montis crassissima obvolutum nube cerneretur. Tot ac tantis tempestatum turbinibus vicibusq; mons ille obnoxius esse solet. Vulgus Cacodæmoni adscribit, in valle subjecta vaganti, atq; viatores non raro vexanti. Accolæ vocant* Riebenzal, *quem cum quidam ex comitibus tunc curiose & voce alta inclamarent, mugitus quasi bovis ex valle audiebatur: tanquam si responsum Dæmonis foret.*

Cacumen, quod minimum sex stadia montes alios excedit, in planitie diametrum semistadij habet: non terra, vel sabulo, sed meris saxis majoribus, quasi humano opere totum congestum, quorum quæ foris solaribus radiis sunt expositæ, muscoso cortice ita apparent variegata & picturata coloribus eleganter, ut naturam an artem mireris, incertum sit. Hæc Juga, qua Silesiam & Septentriones spectant, arboribus sunt consita frequentibus, etiam cubitalibus, sed humi tantum χαμαὶ ἢ λως *repentibus: quippe cum recentes essent, ventorum flatu, & vi tempestatum depressis: quarum rami virgaque non multum supra genua humana assurgunt, ut non sylvam, sed frutetum videas: unde vulgo* das Knieholtz *vocatur. Meridiem atq; Occidentem versus, qua Bohemiam & Misniam spectant, gramine muscoso calva sunt, & media æstate nivibus desuper pulverulentis adeo, ut nihil minus putes, quam nives, passim rigentia. Vix mille passibus à Cacuminis radice Upavæ fluminis*

origo

origo conspicitur: totidemq; fere passibus Occasum versus, Albis, qui unus est ex nobilissimis Germaniæ fluviis, fontes, quasi lacunas undecim (unde Albis, Elb, quasi Elf, undecim, dictus putatur) quæ paulatim confluentes alveolum conficiunt mire limpidum, ex cujus prima, quæ remotissima est, scaturigine, arenas quasi aureolas vi venarum dodrantotenus enatantes manu sua extraxit PAREUS, diuq; pro κειμηλίῳ asservavit: quem rivum etiam, jussu præceptorum, omnes pariter discipuli pedibus suis transilierunt, scilicet memoriæ ergo, ut Witteberga affirmare possent, se Albim pedibus transiliisse. Uterq; rivus in subjectam Upavæ vallem (quam vocant den Aupengrund) *parallelo descensu per diversas montium oppositorum anguſtias Bohemiam ingressi, & paulatim aucti ad Jaromirum oppidum in Albim, ponte ligneo ibi jam strutum, coalescunt.*

Zabothus seu Zotensis mons, der Zotenberg/ nodi instar, quemadmodum *Kircherum præc. §. III.* locutum vidimus, Sudetis objacet. Situs est duobus à Svidnicio milliaribus, vertice altissimo & in summo nonnihil lato, Castellumq; olim habuit impositum, cujus quod latronibus receptaculum præberet A. MCCCCXXIIX. diruti soloq; æqvati vestigia quædam etiamnum supersunt. *Henel. Silesiogr. C. I.*

VII.

In medio Germaniæ nostræ est *Jugum Hercinium*, quod flexuosis ambagibus varias ejus Provincias permeat, communem tamen cum Sudetis originem ab Alpibus accipiens. *Hoc scire refert, Germaniæ Montes ac Silvas, licet diversis appellentur nominibus, ab Alpibus tamen omnes incipere, ac postea semper continuo quasi tractu hinc inde discurrere, rursusq; in seipsos reflecti ac magna ex parte ad Montana Bohemiæ & Sylvam illam concurrere.* Bilib. Pirckheimer. *Explic. Germ. in Opp. f. 108.* Pars ejus Principatui Anhaltino ac Halberstadiensi & Ducatui Brunsvicensi adsita tenax prisci nominis der Hartz / salutatur, cujus iterum pars eminentior *Mons Bructerus*, der Blocksers & Brocksersberg / à Bructeris ita dictus & conventibus Sagarum famosus: Quam rem tamen, siquid veri habet, nec semper veram, sed imaginationi dormientium transcribendam, nec soli huic loco propriam esse in Actis Sagarum passim claret: Exemplum conventus Africani V. ap. *Baissard. de Divin. c. IX.* Conventus in Svedia in Relatione de Maleficiis in Pago Morea *Diar. Europ. ad An. MDCLXX.* Mons Pinifer, der Fichtelberg / itidem Jugi Hercinii pars est, cujus Hydrophy-

phylacia Carmine congruo exhibita *præc. c. III. S. III. §. II.* Eademq; jam olim Conrad. Celtes non minus lepido Carmine plane similis inventionis illustravit:

Herciniumq; Jugum medio Germania tractu
Erigit & multis dispergit cornua terris:
Ex quibus ingenti dorso stans Pinifer, *atrum*
Tollit in astra caput, liquidoq; à vertice stillans
Quatuor ad Mundi fundit vaga flumina partes:
Mœnus *in occiduum festinat currere Rhenum,*
Et Sala, *qui Drusi gestat præclara Trophæa,*
Algentes petit Albis aquas, it Nabus *in Austrum:*
Egra *sed Eoos flectit sua cornua in ortus,*
Et secum Herciniam trahit alto vertice sylvam.

Extat *L. de Sit. & Mor. Germ. §. de Tribus Jugis & Montibus Germaniæ.*

Montes Carpathÿ vocantur universa Juga Sarmaticorum Montium, Eos itidem Alpibus annecti Geographiæ gnaris non ignotum est: Dividere Hungariam & Poloniam dictum *c. VI. S. I. §. IX.* Iisdem deberi *Etesias* Græcorum *c. II. §. V.* Partes sunt: *Carpathus* in specie vocatus, Hurgaris *Tarczal*, quod nomen Lingva eorum à nudo seu Raso vertice dictum esse videtur, ac propagatur per Comitatus Turoczensem, Sepusiensem, Sarosiensem, Liptoviensem, cujus nomina Germanorum locorum incolæ aliis atque aliis nominibus indigitant, der Vater / der Münch / der Wurtzgarten / der Schneeberg. Secundus est *Matran*, vinetis prope Agriam consitus. Tertius omnium augustissimus Mons Transsilvaniæ, qui silvis undique & Montium jugis clauditur, unde nomen Germanicum, Siebenbürgen. Plura vid. ap. *Bernegger. de Stat. Hungar. §. CCXXXIX.* & Scriptores Rerum Hungaricarum.

IIX.

In Scotia Montanum ejusmodi Jugum est *Mons Grampius*, Incolis Gransbain, qui suo ab ortu in occasum progressu Scotiam in duas partes dividit. *Montes Riphæi* Veterum à *Pirckheimero* in dubium vocati, nec forsan, si Regiones spectemus, de quibus loqitur, abs ratione: *Riphæi & Hyperborei Montes, de quibus prisci tam multa scripsere, nusquam hodie comparent, licet tota Europæa & Asiatica Sarmatia undiq; à Germanis, Polonis*

lonis & Moscovitis sit peragrata ac cognita; Sed omnia sunt plana, nisi juxta Mare Glaciale, ubi Colles quidam eminent admodum mediocres: Amnes vero maximi veluti Rha, qui & Volga, Tanais & Duna, qui & Duina, ex Sylvis, Terra plana ac palustri & nequaquam ex Montibus aliquibus oriuntur. Germ. Explic. *in Opp. f. 108.* Kircherus tamen eosdem de novo producit, sed loco magis congruo, dicitq; à Russis vocari *Weliki Kamenypoyas*, Magnum Lapidum Cingulum, quod totum orbem ipsis cingi autument. *Aliud hic jugum est, quod Russi vocant Joegoria. Incipit à termino Australi Tartariæ & usq; ad Oceanum Septentrionalem se extendit; atq; ex hoc plurimi Fluvii oriuntur, nempe Witsagda, Neem, Wissera, & maximus Petsiora. Mappæ hæc omnia malè exprimunt vel potius omittunt. Præterea triplex Jugum decurrit inter Siberiam & Russiam à Septentrione versus Austrum. Unum ex iis Russi appellant Coosvinscoy Camen, cujus latitudo vel transitus est duorum dierum iter. Huic intercedentibus quibusdam vallibus, proximum est secundū dictum Cirginscoy Camen, itidem duorū dierū itinere; tertium Podvinscoy Camen altissimū ex tribus hisce Jugis, quod in plurimis partibus per totum annum tegitur nivibus & nubibus, ideoq; molestum præbet transitum, qui est quatuor dierum. Urbs Vergateria Siberiæ ei vicina est.*

IX.

Juga Asiatica sunt: 1. *Tauri* Montis Jugum, cujus ortus in Asia Minori a Pamphylio Mari, progrediturqve ab occasu in ortum usqve ad Indiam, ac dividit Asiam universam in duas partes, Septentrionalem, qvæ Asia intra Taurum, & Meridionalem, Asiam extra Taurum. Stipatur à latere Antitauro majore ac minori, qui Armeniam majorem ac minorem intersecant. De periculosissimo ejus transitu V. *Herbert. Itin. p. 94, 95.* II. *Imaus Mons*, qui crucis forma progreditur tam versus Orientem & Occidentem, quam versus Austrum & Boream. Septentrionalis pars nunc Alkai dicitur: Dividit Scythiam Asiaticam in duas partes, quarum illa, quæ Occasum spectat, dicitur Scythia intra Imaum Montem, quæ Orientem, Scythia extra Imaum Montem. III. *Caucasus*, qui à Ponto Euxino ad Mare Caspium extenditur, intermedio Colchidos, Albaniæ & Iberiæ districtu, cujusve hodiernū nomen *Caxes* à prisco Caucasi haut procul abludit. Qvamqvam alias veteris Geographiæ commentatores controversentur, quid Caucasi nomine proprie veniat? De stupenda ejus altitudine veterum Commentum extitit,

eum summa sui parte ipsa nocte radiis Solis illustrari: Quod fieri non posse prolixe demonstrarunt jam sæpe citati *Kircher. M. S. L. II. c. XIV. & Varen. L. II. c. XXX. Prop. XIII.* Contiguus ei Armeniæ Mons *Aramt*, qui Persis *Agri*, Arabibus, *Subalahn*, Armenis *Mesesousar*, h. Mons Arcæ vocatur: In qvo Arcam Noæ olim consedisse Scriptura, ejusque reliquias ibi etiamnum videri lapideam fere duritiem indutas Armeni communiter testantur, & Scammachiæ in Templo Armenico Crucem spadiceam ex hisce reliquijs confectam ostendunt; Sed hodie Terræ motibus fere inaccessus redditus fuit. V. *Olear. Part. I. p. 90.* Eminet Montibus cæteris quam maxime, tertiaq; sui parte nive tectus, sæpe qvoq; nubibus circumdatus aspicientiū visui se subducit; At sereno cœlo in quinqve dierum iter se conspiciendum præbet: Eoq; viso Armeni proni terram osculantur sublatisq; in cœlum oculis, signum Crucis formant, ac preces aliquas recitant. *Tavern. P. I. L. I. c. IV.* Confer. qvæ de Urbe *Nackshivan* traduntur *seq. c. IIX. S. II. §. penult.*

IV. Juga Arabica Montibus *Sinai*, *Horeb* & *Sanctæ Catharinæ* celebrantur. *Mons Sinai* depressior reliquis; Editior Mons *Horeb*: Altiss. *Mons Catharinæ*; ita ut illi hujus respectu non Montes, sed Colles esse appareant. Icones V. apud *Furer. Itiner. f. 37.* Habitantur adhuc à Calogeris seu Monachis Græcæ Religionis, qui Viatoribus ad videnda vestigia rerum hic olim gestarum se Duces præbent. Omnium communis character est, qvod rupibus atrorubentibus constent: Præterea singulari Marmoris genere donati sunt, quod ideo *Marmor de Monte Sinai*, & *Pietra Emboscata* h. lapidem silvis pictum vocare solent; Passim n. in Marmore hoc accuratissimæ Arborum imagines colore nigricante subtiliter a Natura depictæ apparent: V. *Worm. Mus. L. I. S. II. c. IV.* Majus est quod *Neitschützius* refert. In ascensu Montis Sinai ingentem Rupem occurrere, quæ integram Arborem ramis, foliis & radicibus exhibeat, quasi tota esset petrefacta. Als wir auß dem Kloster der 40. Märtyrer gegangen / und schon ziemlich hoch auf den Berg hinauff gewesen / haben wir zur rechten Hand im gehen einen sehr hohen sich weit außbreitenden Felsen gesehen / der hatte über und über rechte natürliche Aeste / Zweige und Blätter / einen langen Stamm und viel Wurtzeln / und konte man alles so vollkommen sehen / als wanns ein warhafftiger Baum gewesen / und zum Stein verwandelt worden wäre. War ein rechtes Wunder / daß man sich nicht satt sehen konte / daher ich auch bewogen worden / daß ich etliche zweige davon mit herauß gebracht. *Itiner. L. V. c. III. p. 217.* In eodem Monte figuram homi-

nis

nis devote veluti sursum spectantis ostendunt, traduntq; Mosen hoc in loco orare solitum.

V. His *Libani Montis* Juga subjicienda, qvæ nemo præter Christianos Maronitas habitat, qui Imperatori Turcico tributum pendunt, ab aliis periculis & oneribus tuti & immunes, peculiare etiam jure Campanas sonandi in Monasterio quodam suo gaudent, quo alias Christiani in Imperio Turcico fere carent. Cacumen Montis totum nivibus coopertum est, inferius v. calore ardet. Tacitus eum præcipuum Montium Judææ vocat, miraturqve idipsum, tantos inter ardores opacum fidumq; nivibus esse. In eodem Cedri adhuc supersunt numero circiter XXV. *Qvarum trunci quia plures interdum surculi insiti sunt, ex quo numerantibus arbores ipsæ nunc plures nunc pauciores videntur, vulgo obtinuit, Cedros Libani numerari non posse.* Furer. *f. 102.* Conf. *Joh. Jac.* Breuning *p. IV. c. VII.* qvi pluribus circumstantiis hanc ipsam rem exponit: Ob nun wol von diesen Cederbäumen außgegeben und gesagt wird/ daß sie nicht mögen gezehlet werden/ oder so offt sie gezehlet werden/ jedesmals entweder mehr oder minder erfunden: So haben wir doch deren/ nicht ein/ sondern offtermalen sechs und zwanzig befunden/ sein den Dannenbäumen/ belangend die Blätlin und Zapffen/ nicht ungleich/ allein/ daß die Blätlin und Zapffen über sich gegen Himmel wachsen. Es ist auch an ihrer Dicke zu sehen/ daß sie sehr alt seyn müssen/ sein doch respectivè, wann man die grosse Dicke betrachtet/ demselbigen nach nicht sonders hoch/ noch den Dannenbäumen in der Höhe gemäß. Von diesen sechs und zwanzigen/ sein noch drey und zwanzig frisch und grün/ der vier und zwanzigste hatte nur noch einen grünen Ast/ die übrigen zween/ waren gantz und gar verdorben. Nicht weit von hinnen/ seyn noch viel andere Schößling/ oder junge Cederbäumlein. Und ob wol vor Jahren diß gantze Gebürge deren voll gestanden/ ist es doch so weit darvon kommen/ daß über die specificirte geringe Anzahl/ zu unserer Zeit nicht mehr gefunden.

X.

Juga Africæ sunt I. *Atlas*, qui oritur à litore Africæ Occidentalis Oceani & per totam Africam se extendit versus orientem usqve ad Confinia Ægypti loca. II. *Montes Lunæ*, seu *Cafates* qui totam Monomotapæ Regionem fere cingunt. Ab his inundationem Nili pendere traditum *C. III. S. III. §. XIIX.* Pluviam item quatuor Mensium in Æthiopia *c. VI. S. III. §. IV.* *Andes*, quo & juga *Cordilleræ* referimus, altitudine & longitudine omnes in toto Terrarum Orbe Montium Catenas longe superant, totamve Americam Australem usque ad Fretum Magella-

nicum pervadunt. Eorum pars nobilisima Montana *Potosi* Provincia in Regno Peru, qua nulla in toto Orbe Auri Argentiq; feracior est. V. *Kircher. M.S. L. X. S. IV. c. IIX.* Nonnullos ipsorum concidisse compertum est post maximum illum Terræ motum, A. MDCXLVI. quo totum fere Regnum Chiles in vastitatem abiit V. *Kircher. M. S. L. II. c. XII. §. I.*

XI.

Montes in specie sic dictos nominamus *M. Picum* Teneriffæ Insulæ, alias *Pico de Termin* & *Pico de Teide* dictum, cujus insignem altitudinem arguit, quod totorum LX. milliarium intervallo in Mari videatur, quodq; ex eo circumjacentes Canarias omnes videre liceat. De usu ejus Geographico V. *prac. c. I. §. XIII.* In Asoribus est *Pico de S. Georgio.* In Insula Ceylan est *Pico de Adam*, de quo V. *c. V. §. XVI.* Japaniæ Mons, *Figenojamma* nubes excedere dicitur; Sed an omnes, aut aliter quam nostri, qui aliquibus quidem superiores sunt, at alias se superiores ferunt, in medio relinquimus; Similes fuerint Olympus & Athos M. Asiæ Minoris. *Parnassus* M. Græciæ &c. Ex Italia ad hanc classem referendus *Mons Apenninus*, & post eum Mons *Pausilypus*, *Posilipo*, medius inter Neapolin & Puteolos, celebrisq; viâ per imas radices sumptu artificioq; mirabili excisa, quam Strabo *Speluncam*, Seneca *Cryptam Neapolitanam* vocat, totumqve Athletarum fatum sibi transeunti perpetiendum fuisse queritur. *Ep. ad Lucil. LVII.* Alta est XII. pedes, lata totidem, adeo ut duo contraria plaustra simul commeare ac transire possint; Tota v. tenebricosa & in ostijs tantùm lumen ingressu refulgens, tanquam Stella procul apparet. Iconem simul descriptione V. ap. *Braun. Theatr. Urb. T. V. n. 65.* In Gallia haut procul Aquis Sextijs celebris est præalta Rupes, S. Mar. Magdalenæ dicta, quia Sanctâ hanc vitâ hic exegisse tardunt: *Assurgit media planitie Alpiũ æmula, patentibus qua Boream spectat in latum agris: Ea parte Provincia, & quicquid est Gallici ad Alpes Soli porrigitur, ab Oriente in Italiam prospectus est, ab Austro & Meridie in Africam, in Gaditanos, in Hispaniam, & Narbonensem Galliam. Abrupta est via, per quam in mediam Rupem ascenditur, quod supereminet, avium est. In eo Montis meditullio Speluncam natura fortuitam posuit, quam aquæ guttatim decidua lente irrigant, Unde Magdalena potus & omne in vitam solatium &c. Summo apici barbarum est nomen* Pilo, &c. Gramond. *L. XIII.* In Polonia notus idemqve unus totius Regionis est *Mons S. Crucis*, de quo *prac. c. VI. S. I. §. X.* Ex Orientalioribus Russiæ Provinciis

cüis Olearius prædicat Volgæ adjacentem *Montem Virgineum*, Diwizn Gora, M. Smiowa seu *Serpentarium*, M. *Columnarem* &c. V. *L.IV.c.IIX.* Inter Chinæ admiranda est Mons in Provincia *Kiamsi*, in duos vertices divaricatus, *quorum superior Draconem exprimens, in Inferiorem, quem Tigridem dicunt, veluti impetu quodam se præcipitare videtur, unde à Dracone & Tigride nomen habet.* Kircher. *Chin. Ill. p. IV. c. IV.* Alius septem apicibus suis Ursæ Majoris figuram exprimit; Alius Idolum *Fé* Chinensium decussatum sedens pedibus, manusque sibi invicem superimpositas in Sinu complicans. *Kircher. ib.* Plures hujus Regionis recenset Neuhoff Beschr. von *Chin. c. XIII.*

XII.

Montes Ignivomos, seu *Vulcanos*, prout alias dici solent, Natura videtur constituisse, ut essent veluti spiracula Pyrophylaciorum Subterraneorum, per quos aër attractus Ignem Subterraneum foveret, & Ignis superflua fumi feciumque *mole* exoneraretur. In Europa sunt I. *Ætna* in Sicilia, *Monte Gibello* communiter appellatus. Interiora ejus Caminum quendam profundissimum sistunt: In ascensu adhuc locum ostendunt, ex quo priscus Empedocles se in cortinam ejus projecit; quem locum hodienum *Saltum Philosophi*, *Salto di Filosofo*, dicunt. Horrendum ejus incendium An. MDCLXIX. M. Martio & Aprili simul Geographica locorum circumjacentium descriptione exhibet *Diar. Europ. Contin. XIX. f. 398. & 450.* Ignis Cataneam usque, utut XIIX. milliaribus Italicis inde distantem, grassatus fuit, adeo ut plerosque inde migrare oportuerit. Ist an sieben Orten auffgeborsten / welche Auffbrüche gleichsam sieben Rachen von der Höllen bezeichneten / und gantze Ströme von Feuer-Wellen von sich gaben: Am 2/ 12. diß/ gegen der Nacht/ hat die Erde erschröcklich zu beben angefangen / und aus einem gleichsam auffgesperrtem Rachen längst den Berg herab/ grosse erschreckende Klumpen Feuers mit Aschen außgespeyet / von welchen auch alsofort ein nahe gelegenes Ampt-Hauß ist verzehrt worden. Dese Flammen haben sich darauff gleichsam in zwey Feuer-Seen getheilet / derer jeder sich auff 2. Italiänische Meilen erstrecket / und damit dem Lande den eussersten Untergang angedrohet hat. Einer ergriff das Castell St. Petri, nach dem die Einwohner sich zuvor daraus begeben hatten / und stürmete es gleichsam mit Feuer / legte es auch alsofort zu Grunde / welcher Ruin auch das gantze Mompleranische Land vernichtete. Es ging auch dieser Feuer-See durch einen starcken Wind angestrenget in viel andere/ als die Moscalucianische und St.

Gio Galerni Plätze/ und verbrennete alles was er belangte / wodurch an Dörfern/ Weinbergen und Gütern unglaublicher Schade geschehen ist / wie dann unter andern 400. Dörffer / in welchen jährlich über 300. Ballen Seide gemacht / ruinirt worden / daß also daselbst in vielen Jahren / sonderlich weiln auch die Bäume grossen Schaden gelitten/ wenig Seide wiedergezeuget werden können. Der ander Feuer-See ergoß sich gerade nach der Stadt Catanea/ daß auch die Einwohner nichts als ihren Untergang vor Augen sahen/ daher sie sich alle auff die Flucht begaben. Endlich trieb ein unvermuhteter Wind solches ungeheuere üm sich fressende Feuer von der Stat wieder ab / und wendete selbiges nach den Longulanischen Feldern/ woselbst es bey Mangel seines Futters / oder anzündender Materie/ sich allgemach verminderte. *Diar. Eur. l. c.* II. *Vesuvius* in Campania, *Monte di Somma* nunc dictus, cujus Iconem & incendium A. MDCXXXIIX. vid. ap. *Kircher. M. S. T. I. præf.* Extra incendium tamen optimi Vini Falerni ferax est. III. *Strongylus* aliique in Liparitanis Insulis, quorum unus in specie *Vulcani* nomen gerit. Vid. iterum *Kircher. l. modo cit.* IV. *Hecla* in Islandia, in quo infernum esse mediis ac rudioribus seculis suspicati fuerunt, quod ignium libero exitu destitutorum sonos lamentis similes boatus cruciatorum hominum esse putarent. Vulcani Asiæ sunt: *Chimæra* mons Lyciæ in Asia minori; M. *Balaluanus* in J. Sumatra; Mons Javæ non procul urbe Panacura; M. Gounapi sive Gourapi in una Bandanarum insularum; Vulcanus *Ternatensis*, *Gammacorura* dictus, An. MDCLXXIII. d. XX. Mart. totus prope disjectus tantas ex discussis cineribus Insulæ tenebras offudit, ut alter vix alterum dignoscendo fuerit. Ist des folgenden Tages am Pfingstage so tunckel worden / daß man fast keinen Menschen erkennen kunte / auch, spürete man keine kleine Erdbebung: Ja das Erdreich/ so wol an hiesigem Orte/ als auch auf Monado, Chiauw, Sausy und Mindanauw, fast 100. Meil Weges von hier / und wer weiß / wie viel noch tieffer / ist mit einem Fuß hoch Asche bedecket. In die See ist unglaublich viel geflogen / so daß auch ein kleines Flunt-Schiff / der Sandläuffer geheissen / in dem hin- und wieder kehren von Monado / verschiedene mahlen durch die Asche zurück gehalten / und nicht hat fortkommen können. Literæ *Cornel. Franx*, Directoris Rerum Ternatensium in Verw. *Europ. p. V. f. 292. 293.* *Similis est Mons Tola* in Mauricis insulis, quæ LX. mill. à Moluccis distant; In Japania IIX. milliaribus ab Urbe Meaco celebris Vulcanus est *Sinepa-*

rama,

rama, aliusque in Regno *Jetchu*, in cujus flamma horribilem speciem dæmonis cõparere solitam testatur *Petrus Davidis Histor. Asiæ*, aliiq; supersunt in Japania, & iterum alii in Tandaja una ex Philippinis Insulis juxta Promontoriũ S. Spiritus. Nulla tamen Mundi pars celebriores Vulcani Officinas exhibet, quam America; In solo quippe Chilensi Regno ordine quatuordecim numerarunt: In Peruano non pauciores, quos omnes Andium continuati Jugorum vertices exhibent; In N. Hispania tres numerantur ignium eructatione formidabiles: E quibus indicamus M. *Arequipam* & in Mexicano Regno Montem ad Pagum *de los Anglos*, hincque duobus milliaribus dissitum jugum *Tlaxkala*, item M. Guatimala, qui cæteros omnes antecellit. V. *Jos. à Costa Histor. Nat. Amer.* Neque ultimus Septentrionis tractus suis ignium penuariis destituitur, quorum quatuor Autores in Tingoesorum regione numerant, ut interim taceamus Groenlandiæ Vulcanos aliosque in vicinis sive Insulis, sive Continenti Polo circumsita, quos & in Terrâ Ignea, vulgo *del Fuego*, incognitos sinus continuant, ita ut multi Antarcticæ Plagæ Polum ob ignivomorum montium multitudinem inaccessum putẽt. *Kircher. M. S. II. c. XI. Varen. c. l. Prop. V.* De Montibus in Congo & Angola, aliisque qui jam ardere desierint V. *eund. Varen. ibidem*.

XIII.

Aperturæ vel transitus Montium vocantur *Portæ*. Quales sunt I. *Thermopylæ*, celebres olim Leonidæ Spartanorum Regis Morte, cum Xerxis exercitum transitu prohibere conaretur; Ac prolixe describuntur *ab Herodoto L. VII.* inter Tarchinem & Alpenos duci, Montium altissimorum præcipiti tractu interea usque ad Oetam Montem porrecto. II. *Portæ Caspiæ*, quarum unam juxta Derbent ad Mare Caspium inter nobilissimas toto Oriente Antiquitates numerat *Mandelslo Itiner. L. I. c. IV.* III. *Portæ Ferreæ*, das Eisenthor / angustissimus in Transilvaniam ex Europa Orientali aditus est, de qua factaque per eam A. MDCLXI. Turcarum in Transilvaniam impressione Vid. *Zeiler. Descr. Hungar. pag. 99. & 417.* Item *Diar. Europ. Cont. VI. p. 370.* IV. *Portam Cordilleræ* transitum per Juga Montium Americanorum nuncupat *Varenius*, eumque totorum horum Jugorum, qui exploratus sit, unicum esse docet *l. sæp. c. Prop. I.* De vario Alpium transitu vide *Riccjolum. Geogr. L. III. c. I.* Portam Waldensium ad Vallem S. Martini, *Le Pont de la Tour*, ejusque difficillimum aditum per Pontem editissimum describit *Leger. Hist. des Vaud. L. I. c. I.* On n'y peut entrer, que par un trou couppé dans le Rocher, qu'on appelle *le Pont de la Tour*,

Tour, où il n'y a point du tout de largeur, que celle qu'occupe la Riviere, ou plûtoſt le rude torrent de *Germanaſque*, ſur lequel eſt un Pont extremement haut, qui aboutit de tous coſtés à des Rochers effroyables, ſur leſquels s'appuyent les Montagnes, qui ferment la Vallée, & dans lequel on a couppé avec beaucoup de peine, ſeulement autant de chemin, qu'il en faut pour y pouvoir paſſer un mulet, ou un cheval par l'attache; de ſorte que le Pont oſté (qui s'oſte auſſi facilement, quand on veut) il eſt impoſſible d'y avoir accés, & l'on n'a qu'à tâcher d'empécher, qu'on ne remette le Pont, ce que les Femmes peuvent tres-bien faire, ſeulement en roulant des caillous du haut de ces Rochers, qui fondent ſur tous ceux, qui s'en voudroient approcher. Ad Remp. Genuenſem *aditus è Gallia eſt per Clauſtra Apennini Montis* (Alpes Penninæ intelligendæ) *è Sabaudia anguſta Roſſiglioni fauces*. Gramond. L. XIV. ubi de Bello Genuenſi.

XIV.

Promontoria, Exteris *Capo* & *Cabo*, in Orbe extantiora ſunt: I. In Africa celeberrima iſta tria: *Capo Gvvardafuy*, ad ingreſſum Maris Rubri; *Capo de Buena Eſperanza*, Caput Bonæ Spei, extrema pars Africæ inter Oceanum Æthiopicum & Indicum: In qvo flectendo cum Portugalli variis tempeſtatibus jacerentur, ut ſæpe numero omnem ſpem ſalutis abjicerent, factum eſt, ut *Tormentoſum* illud appellarint; Tormenta enim apud eos idem eſt, quod Tempeſtas adverſa. Cum autem Johanni Regi ejus ſitum & longitudinem demonſtrarent, tanta lætitia affectus eſt, ut exiſtimaret, eſſe ſibi jam aditum in Indiam patefactum, & quaſi felicis eventus augurio commotus *Promontorium* illud *Bonæ Spei* nominare juſſit. *Hier. Oſor. de R. G. Eman. R. L. I. f. 16.* Deniq; *Capo Verde ſ.* Promontorium Viride è regione *Inſularum* ab eo dictarum, *de Capo Verde* ſeu *Promontorij Viridis*, quaque litus Africanum ab Occidente in Orientem flectitur. Præter quæ minora ſunt, cis C. Verde, *Capo de Canti*, *C. de Guer*, Promont. Atlantis, ſeu communiter dictum, *C. de Non*, quod ſuperioribus ſeculis crederetur ſuperari non poſſe, eoque pro termino navigationum Africanarum haberetur. *Capo Bajador*, C. *de Olaredo*, C. *de Blanco*; Et trans C. Verde, *Capo de S. Anna*, C. *de las Palmas*, C. *de tres Puntas*, C. *de Lopo Gonzalves*, C. *Negro*. II. In Aſia duo notiſſima ſunt, Promontorium Coridanum ſ. C. *Ras Algate* ad ingreſſum Sinus Perſici, & *Capo Comori* in concurſu Litorum Malabarici & Coromandelici. III. Ex America jndicamus C. *de la Vittoria* ad egreſſum Freti Magel-

Magellanici in Mare Pacificum; Capo de S. Augustino ad Mare del Nort, & *C. de Passano* & C. *de S. Francisco* ad M. Pacificum, quippe haut procul Puerto Veyo sita, latitudinem Americæ Australis fere designant. IV. In Europa in extremo Septentrione est Promontorium Rutubas seu Norteaep / ex quo & Promontorio Peloponesi Tænaro seu *C. Metapan.* máxima latitudo Europæ æstimatur. Cætera singularum Regionum indicari possent: Hispaniæ in Oceano Atlantico, *Capo de las Penas de Guzan*, olim Promont. Scythicum, *Capo d' Ortegal*, *Capo de Finis-Terræ*, olim Artabrum, Celticum, Nerium: Cujus nominis sui originem à Veterum opinione accepit, qui in litoribus hisce Terræ extrema esse crediderunt, quam ob causam quoqve in Canariis primam Meridianum collocavere, quia ultra eas nihil terrarum esse autumarunt. Idem ultima Pacificatione Anglo-Belgicâ A. MDCLXXIV. termini loco positum est, intra quod & Terram von Staten in Norvegia Belgæ coram Navibus Regiis Anglicanis in posterum vela demissuri essent. In Mari Mediterraneo *Cabo de Gades* in R. Granadæ, olim Charidemum Promont. *Cabo de Palos* olim Scombraria in R. Murciæ, *Ferraria*, s. *C. Martin* in Valentia, *C. de Palafugel* in Catalonia, olim Pr. Lunarium, *C. de Creuz* s. Aphrodisium ad Mare Gallicum. In Portugallia sunt *C. de Cascais* olim Promont. Magnum ad dextram Tagi Fl. situm, *C. de Spichel*, olim Prom. Barbarum ad Sinistram Tagi, *C. de S. Vincent*, s. Promontorium Sacrum in R. Algarbiæ, Terminus summæ Longitudinis Europæ. V. *præc. c. IV. §. V.* Cætera simili Ordine ex Tabulis hauriri possunt.

XV.

Montibus subjicienda Noticia *Vallium*, Partium Terræ Montibus inclusarum, è quibus præcipue indicandæ, quæ integris populis nomina dederunt. Tales Christianorum *Waldensium* Sedes in Pedimontio, non à Waldo, sed *à Vallibus* appellatorum, de quibus V. *præc. c. VI. S I. §. III. n. 4.* II. *Vallisia*, Wallíser Land / Lucernensi & Bernensi Cantonibus, Alpibus it: & Lacu Lemano circumscripta Regio, latitudine valde angusta, at longitudine V. Dierum itineris: Primariam Urbem habet Sedunum, Sitten. III. *Vallis Telina*, seu *Valtelina*, Clavis Italiæ in Germaniam, quippe utriq; interposita. Nostro Seculo Bello Incolarum adversus Rhætos moto innotuit, in cujus partes & Hispani Galliqve venerunt, illi pro Valtelinis, hi pro Rhætis, reipsa autem, quod *Valle Telina aperta & Rhæticis*

Jugis in plano positis, Italiam, Germaniæ accessuram, eaq; via utriusque Dominam fore Austriacam Gentem metuerent, dum Gallici autoritas nominis vanesceret, ap. *Grammond. ad A. MDCXXIII. Histor. L. XIII.* Conf. *Bruchel. ad A. M D C X X V I. Hist. L. III.* Et de veteri ejus Statu *Sprecher. Chron. Rhæt. L. X.* Aliarum Inalpinarum Vallium nomina & situm V. ap. eund. *ib.* De Vallibus *Sudetorum*, Valle Gigantea, Diabolica, Aurea, Foveis item Nivalibus V. *Schwenckfeld. Geogr. Silef. Vallis Josaphat* in Sacris celebrata Torrente Cidron interluitur, variarumq; rerum sacrarum reliquias adhuc servare creditur. V. *Jtin. Pr. Radzivilij Ep. II. f. 62. & seqq.*

XVI.

Sequitur ut de Orbis planitiebus agamus, quæ varie dividi possunt: *Sunt enim complures culturæ aptæ, & Sylvarum saltuumq; varietate refertæ; Sunt arenosæ, sunt petrosæ & ericosæ; quæ & Desertæ vocantur; quorum nonnulla ad ingentem sese amplitudinem extendunt; Planities feraces, incolarum tamen inertiâ, vel defectu agricolarum destitutas nobis cum primis exhibent Polonia, Moscovia, Russia, ingentibus sylvarum recessibus vestitas. Arenosi & sabuli congerie operis, pro omnibus Mundi regionibus Africa squallet: Petrosis Arabia; Ericosis tum Germania, tum reliquæ Orbis partes. Planities frugiferæ in agros, hortos, sylvas dividuntur. Sylvarum varietas magna est, tum ratione loci tum ratione climatis. Sunt in Germania Sylva Hercinia, Nigra Sylva, Spessartus quercetis, fagetis, pinetis, juniperetis, Abietum quoq;, Laricum, Æsculorum similiumq; fœturâ spectabiles. In Gallia & Italiâ castanearum dominantur Sylvæ. Africa Palmetis abundat, & ad Promontorium Viride integræ Pomorum Citriorum Sylvæ; Ceilanum Cinnamoni Sylvas alit; Bandanas Moluccasq; Insulas Nuces muscatæ, Cedri Libanum exornant.*

Sunt & immensi terrarum tractus, omni hominum cultu & habitatione destituti: Cujusmodi sunt Deserta Tartariæ, quæ Mongul & Lop dicuntur, quorum hoc putatur esse Desertum illud arenosum, quod non procul à Muris Sinensibus, in formam fasciæ inexploratæ adhuc longitudinis ex Austro in Boream extenditur, quodque ex Tartaria in Chinam ultro citroq; commeantibus Mercatoribus transeundum est, locus ad terrorem omnem squalidus. Sunt & in Americâ tum Septentrionali, tum Australi vastissima deserta, quorum quod inter Regnum Paraquaviæ & Chili interjacet, potiorem locum obtinet, à viatoribus Pampas *vocitatum. Et quicunq; ex Regno Chilensi*

Chilenſi in Paraqvaviam commeant, illis primò incredibilis altitudinis Montes, Andes ſive Cordilleira ſuperandi ſunt 40. leucarum itinere. Deſcendentibus deinde ex Monte triduano itinere, occurrit urbs Mendoza dicta, & deinde immenſum hoc deſertum, quod Pampas *vocant, Oceani inſtar, longè lateq; exporrectum, minimè tamen infrugiferum; ſiquidem ſine ullis arenæ veſtigiis totum herbis à natura conſitum eſt, & ab animalibus omnis generis incolitur, nec fluminibus & lacubus deſtituitur; Hoc ingrediuntur haud ſecus ac in Oceanum nauticâ pyxide inſtructi, quam in terminum Deſerti, qui dicitur* los Buenos Ayeres, *eumq; primam Paraqvaviæ urbem, ad flumen Januarium ſitam, conſtanti lege dirigunt. Eſſeda habent lignea, multorum hominum capacia, quæ dum à bobus trahuntur, ſimul herbarum graminumq; conculcatione ſemitam deplanant, iterq; aperiunt, in quo conficiendo raro trimeſtre, ut plurimum quadrimeſtre temporis ſpacium impenditur; Quantum hoc deſertum in auſtrum porrigatur, inexploratum eſt; nonnulli putant usq; ad Fretum Magellanicum id extendi. Kircher. M. S. L. II. c. XII.* Huic ſimile eſt Deſertum Benaſcali in Arabia Deſerta, cujus aliquam deſcriptionem jam dedimus *præc. c. II. §. X.* In Africa famoſum eſt Deſertum Biledulgerid.

XVII.

Pergimus ac Barathra, Specus & Abyſſos, tq. res Montibus oppoſitas ingrediemur. Talis eſt in Gallia prope Viennam *Spelunca perpetuo fumans*, ſeu perpetuis nebulis obducta, in quam Pilatum olim ſe præcipitaſſe tradunt, cujus & alias reliquias, domum, prætorium, turrim in qua captivus detentus fuit, ibi oſtendunt. Vid. *Jod. Sincer. Itiner. Gall. p. 160.* Cui ſimilis eſt, quam deſcribit prope Oppidum Miramont ſitam: Cryptam eſſe, vulgo *le Cluſeau*, ad V aut VI leucas ſub Terra protenſam: Eſſe ibi atria & cubicula pavimento Muſaici Operis ſtrata & picturas, fontes & fluvios, ac in primis unum alvei ad 100 & 120 pedes lati rapide procurrere. Ultra conſpici longe lateque adhuc patentem planitiem, ſed neminem eo progredi auſum: Non niſi magno numero Cryptam intrari plurimis aſſumptis facibus lumen præbentibus obſcuritati cavernæ, cui alias nullum niſi ab introitu lumen. In Germania noſtra talis eſt memorabilis illa *Spelunca Baumanni*, & in Anglia *Spelunca Ukienſis*, ab Uki oppidulo prope Welles ita dicta: Quarum utramque commendat Lapis Stalactites variis Naturæ ludentis figuris ac ſpectaculis nobilis. *Spelunca Baumàniana* meminit *Zeilerus in Ep. 551. pag. 873.* Plenius *Henr. Eck-*

ſtormius Ep. ad Zacb. Brendelinm Med. Jenenſem jam A. MDXCI ſcripta, cujus excerpta, utpote Naturæ amantibus digniſſima hic noſtra facere non dubitavimus: *Fuit hic Specus*, inquit, *ab Avorum noſtrorum memoriâ in Hercyniâ noſtrâ ſemper celebris, adeò ut fama de eo etiam ad vicinas regiones promanarit, & inde vel viſendi ſpecûs, vel oſſiculorum colligendorum cauſâ multi eum ſemper petierint. Atq; inde factum eſt, ut ad eruditos etiam viros de eo non ita dudum ſit relatum, qui de eo cum admiratione audientes facilè judicarunt, rem eſſe ejusmodi, quâ in humanis rebus divina potentia ludat, quâq; ſummus rerũ opifex & arbiter omnipotentiâ & ſapientiã ſuam nobis conſpectiorem eſſe velit; & proinde dignam, de quâ apud plures aliquid conſtaret. Et hinc nuper admodùm, qui remotiores ſunt, plura cœperunt cogitare de ratione & naturâ Antri, quàm illi, qui proxime habitant. Aditus ad Specum eſt in ditione Illuſtrium Reinſteinenſium Comitum, non non procul â limitibus, quibus Reinſteinenſis & Stolbergenſis ditio diſterminatur. Verſus occaſum ab eo diſtat dimidio milliari Germanico Eiligeroda, Comitatus Stolbergenſis oppidum. Os ſpecus rotundum eſt, & per durum & continuum ſaxum naturâ potiùs quàm arte factum, adeoq; anguſtum, ut plures uno in ſpecum ſimul deſcendere vel potiùs irrepere non poſſint. Extendunt autem ſeſe hi ſpecus ſubterrãnei inter vaſtas rupes quam longiſſimè, ut nullus ſit, qui ad finem eorum perveniſſe ſe dicat, tametſi aliqui multos dies in illis commorati affirment, ſe ultra quatuor milliaria Germanica perreptando cuniculos iſtos proceſſiſſe, nec procul abfuiſſe ab iſtis oris, in quibus Goslaria Imperialis civitas ſita eſt. Abeſt autem Goslaria ab Eiligerodâ quatuor circiter milliaribus noſtratibus. Non tamen ſilentio prætereundum eſt, quòd multi hodiè affirment, cuniculos complures ad interiores ſpecus ducentes, vel ab iis, qui oſſiculorum cauſsâ terram effodiunt, intempeſtivè obſtrui; Quo fit ut ad remotiores ſpecus paulatim intercludatur aditus. Cum autem tantæ vaſtitatis ſit antrum hoc, non tamen niſi per os illud, de quo dixi, anguſtum ad id janua patet. Non longè à primo ingreſſu, ubi dixi ſpecum latiſſimè & longiſſimè mox diduci, ex ſaxo ſcaturit fons aquæ limpidiſſimæ, quæ à multis petitur, & calculum ſolvere creditur. De hâc aquâ dignum eſt memoratu, quòd vitro excepta & repoſita vel integrum annum non corrumpatur, & ſine feculentâ materiâ vel ſedimentis ſemper maneat eadem. Deinde in eodem hoc antro ſaxa ſtillant guttas, quæ decidendo lapideſcunt, ſeu in lapidem album & ſubdurum concreſcunt, non ſecus ac videmus hyeme ſtirias ſeu deciduas ex tectis aquæ guttas vi frigoris congeleſcere. Lapidem hunc noſtro idio-*

idiomate vocamus Tropfstein/ *ac si* παγανόλιθον *diceres. Hujus lapidis frustra pendula cum admiratione decutiunt & efferunt ij, qui antrum invisunt. Ruricolæ eum, quòd vim exsiccandi habeat, in pulvisculum redactum saucio-rum jumentorum vulneribus vel ulceribus inspergunt. Reperiuntur præterea passim per omnes antri cuniculos & cavernas omnis generis animalium ossicula, carie & putredine squalentia & propemodum consumpta, quæ ligonibus inquiruntur & ex terrâ eruuntur à quibusdam, qui non parum lucri in ijs sibi repositum esse existimant: Illa enim cujuscunq; sint animalis, vel quascunq; sceleti partes referant, indiscretim pro unicornis cornu imperitis hominibus, non ita magno tamen precio obtrudunt, affingentes ipsis, nescio quas vires. Inter ossicula, seu potius ossa inveniuntur dentes, quorum crassities arguit stupendam magnitudinem animalium, quæ dentibus istis fuerunt instructa. Vidi ego dentem tribus equinis molaribus dentibus crassiorem. Inventa est etiam in hoc specu olim integra compages ossium humani corporis, eâ magnitudine, quæ longè superet, qualia nunc hominum producit corpora tellus, quæq; non dubiè evincat fuisse olim homines Gigantea magnitudine præ reliquis præditos. Inventa etiam sunt sceleta seu cadavera solita magnitudinis, eorum fortè hominum, qui specum ingressi, ob cuniculorum varietatem ex hoc Labyrintho sese expedire rursus non potuerunt.* Hucusque *Eckstormij Epistola ed. cum Ej. Historia Terræmotum.* Speluncam Nebulosam, das Nebel-Loch/ in Svevia, perpetuis fumis spectabilem describit *Zeiler. Ep. 599.* In Marca Anconitana Italiæ haut procul Castello D. Mariæ Gallicanæ ita dictum *Sibyllæ Antrum* est, immane alias & horribile, de quo vulgus fabulatur, hac ad Sibyllam patere aditum, quæ spaciosum Regnum intus possideat, in quo innumeræ gentes versari & lascivis oblectationibus diffluere deprehendantur &c. V. plur. *Merul. Cosmogr. II. IV. c. XIII.* Juxta Lacum Anianum Scrobs quædam mortifera est, quam qui ingrediuntur exanimati repente concidunt: Vernacule *Bucco Velenoso* dicitur, q. d. Antrum Venenosum, & *Grotta delli Cani*, quod Antri Naturam hoc animali sæpius experiantur Peregrini. Idem *Merula l. c.* Conf. *Itiner. March. Christ. Ern. p. 366. & seqq.* Alia est, sed effectu dispar, parva tamen & duorum hominum tantum capax, quam in monte ad Villam Sasso in Territorio Romano videre est, Italis *La Grotta delli Serpi:* In hac Elephantiacos, Leprosos, Paralyticos, Arthriticos, Podagricos, similibusque desperatis membrorum affectionibus laborantes nudos exponere solent, qui mox halituum subterraneorum calore in sudorem resoluti ser-

pentum prorepentium & totum Corpus infirmi implicantium ſuctu linctuque ita omni vitioſo virulentoque humore privantur, ut repetito pertempus aliquod hoc medicamento tandem perfectæ ſanitati reſtituantur. Quam rem variis circumſtantiis & obſervationibus prolixe illuſtrat *Kircher. de A. Magnet. L. III. P. VII. Cap. IV.* Quibus unicam adhuc addimus *Speluncam Valdenſium* in Rupe Wendelini, *La Merveilleuſe Caverne des Vaudois*, à natura & arte aptatam capiendis 300 vel 400 hominibus, omnibusque Caſtello neceſſariis inſtructam, fiſſuris aliquibus rupis pro recipienda luce, conclavibus diſtinctis, fonte, furno aliisve. Inſerviit hæc aliquoties fugientibus perſecutiones duriorum Principum ſuorum Valdenſibus, adituque tam difficilis eſt, ut nulla ratione plures uno ſimul ſe deſuper immittere poſſint, eoque una perſona apta ſit averruncando integro exercitui. Deſcribitur à *Joh. Leger. Hiſt. des Egl. Vaudoiſes L.I.c.I.p.9.*

XIIX.

De *Fodinis* quod adjiciendum eſt è *Varenio* deſumimus, qui talem earum Indicem nectit *L. I. c. XI. Prop. XI.*

Auri fodinæ & argenti celeriores ſunt. I. Peruvianæ, & Caſtellæ aureæ omnium totius Telluris ditiſſimæ. Etenim per omnes Peruviæ Provincias reperiuntur Fodinæ auri atque argenti feraces (non excluſis tamen aliis metallis;) ita ut ipſi Peruviani atque Hiſpani olim gloriati ſint, fundum hujus regni aureum eſſe atque argenteum. Girava ſcriptor Hiſpanus teſtatur, circa urbem Quito Fodinas fuiſſe, quæ plus auri, quam terræ largirentur. Ideo cum Hiſpani primum in Aureum hoc Regnum (quod ideo firmiſſimis muniunt caſtellis & præſidiis) veniſſent, in multis urbibus, inprimis Regiâ, Cuſco dictâ, plurimas ædes conſpexerunt intus & extus obductas laminis aureis. Militum etiam Peruvianorum primarii non tantum loricas argenteas, ſed etiam omnia armorum genera ex auro parata geſtabant. Argentifodina felicitſima eſt in monte Potoſi, in quo viginti millia hominum effodiendæ terræ operam dant deſcendentes per quadringentos gradus & plures. Inde ingens illa auri argentique vis, quam ſingulis annis Rex Hiſpaniæ ex America accipit.

II. Argentifodinæ præſtantiſſimæ in Japaniæ Inſulis, unde Hiſpanis dictæ Argentariæ Inſulæ. Auri quoque fodinæ reperiuntur, ſed hodie minoribus divitiis, ac olim.

III. Arabia olim Aurifodinas uberiores habuit, quam hodie.

IV. In Montanis Perſiæ, item in China quædam Argenti fodinæ ſunt.

V. In-

V. In Guinea multi Montes Auriferi, sed à littore remoti, quod Nautæ Belgici vocant de Goudtkuste: non tamen omne Aurum effoditur, quod inde petitur, sed & aliis modis colligitur. Reges vero singuli singulas fodinas possidere dicuntur & effossum aurum Mercatoribus vendere, hi aliis, donec ad littora pervenitur, ubi Europæi commutant,

VI. In Monomotapa divites Auri atque Argenti fodinæ reperiuntur, ut etiam in Angola, quarum regionum fodinæ unius partes esse censentur, & continuæ.

VII. Ex Europæ provinciis Germania superat reliquas copia Fodinarum, quarum quædam auri aliquantum largiuntur, multæ argentum egregiæ naturæ liberalitate, plurimæ cuprum, ferrum, plumbum, vitriolum, antimonium, &c. De hisce consulantur Germaniæ Descriptiones.

VIII. Cupri fodinam omnium hactenus cognitarum feracissimam habet Svecia in vasto Monte unius circiter milliaris, quem vocat den Kopperberg. Tanta Cupri inde copia effoditur, ut tertiam redituum regiorum partem largiatur. Sunt quoq; Ferrifodinæ in Svecia, & Argentifodinæ, sed hæ vix tantum præbent, ut operæ pretium refundant.

IX. Gemmeæ fodinæ reperiuntur in Ceilano Insula, in Regno Congi (ubi etiam Argentifodinæ & ingens marmorea fodina, imo tota terra marmorea subtus esse creditur,) in Peruvia, (Smaragdinæ circa Portovejo,) in Guinea. Huic adjacens parva insula nomine S. Mariæ magnam auri copiam præbet, nempe ad centum libras (si Belgis credendum) singulis fere annis. In Regno Golconda Gemmifera fodina (plurimos adamantes largiebatur) jam defiit fodi.

X. In Chili regione Auri, Argenti, atque Gemmarum feraces Fodinæ sunt, sed incolæ bellicosi fugatis partim, partim trucidatis Hispanis inceptas fodinas demoliti sunt, pluris facientes ferrea arma, quam Aurum atque Argentum.

XI. In Insula Madagascar Ferrum & Stannum abundat, Argenti mediocris copia, Auri parum, Plumbi nihil. Unde fit, ut incolæ plumbea Cochlearia pluris æstiment, quam argentea.

XII. In insula Sumatra largas fodinas Auri, Argenti, æris ferrique esse scribitur, ita ut Regem anno 1620. regnantem ferant in terra defossas habuisse mille libras auri.

XIII. In Insulis Philippinis, Java, Hispaniola, Cuba aliisque reperiri Auri, Argentique, ut etiam cupri & Ferri fodinas testantur historia. In Siam nsi-

amenſibus etiam Montibus perhibent inveniri Aurum, Argentum atq; Stannum.

XIV. Salis fodinæ reperiuntur in Polonia, ad Bochniam quatuor milliaribus à Cracovia, ubi pellucidi & candidi Salis ingentia fruſtra exſcinduntur è terra, in Transſilvania, Tirolenſi Comitatu, in Hiſpania, in Aſia minori in Perſia Monte Kiliſſim, in locis prope Mare Caſpium, non procul à Wolga Fluvio, ubi Inſula Koſtowata; Hinc effodiunt Sal Ruſſi & ad puriorem ſubſtantiam coquunt, atque per totam Ruſſiam devehunt. In Cuba Mons Salinus eſt. Inſulæ Ormus in Sinus Perſici initio Montes omnes Sale cryſtallino conſtant, imo tota Inſula nil fere niſi Sal eſt, ex quo etiam parietes ædium fiunt. In Africa non aliud Sal, niſi quod ex ſpecuum ſalinis velut marmor, candidi, rubei, & cinericii coloris effoditur. In Peru octodecim milliaribus à Lima verſus Septentrionem in valle quadam magna copia Salis reperitur, unde cuivis licet petere, quantum placuerit, quoniam continue accreſcit, neque unquam exhauriendæ videtur Fodinæ hæc. In regno Muſilipatan India Coromandelicæ ad Urbem Baganaga maxima Salis copia effoditur, quam omnes Incolæ inde petunt.

In quibus quidem plurima ſunt, quæ pleniori luce egent; Sed quoniam ea juſtius volumen requirunt, quam præſens labos noſter eſt, in verbis Autoris acquieſcendum duximus.

XIX.

Denîq; & *Submarina* hujus generis Prata, Silvas, Fontes tanquam cognata Capitis noſtri hic recenſeri operæ precium erit. Talia ſunt *Prata Submarina* ad litus *Novi Regni* ſeu Peruviæ ſvaviſſimis Floribus luxuriantia, qui in fundo Maris decerpti mox atq; aëri exponuntur, veluti Criſtallini Lapidis naturam induunt, forma Floris perfectiſſime manente, quibus etiam in adornandis Altaribus ſuis Patres Soc. JESU ibidem uti ſolent. Similiter haut procul Malta eſt tractus Maris, quem *Prateras* vocant, ubi amplum ſatis Pratum virore & amœnitate ſe commendat, ſed infra aquam 20. fere palmis abditum, in quo & innumeri Piſces deliciantur non ſine ingenti Piſcatorum lucro. In Mari Rubro totas *Silvas Comllinas* videre eſt, de quibus *prac. t. III. S. I. §. IX. n. 3.* *Kircherus* cuncta pluribus expoſuit *M. Subt. L. II. c. XIV. f. 97.*

CAP. IIX.

CAPUT IIX.

DE PARTIBUS ORBIS HUMANA Induſtria formatis.

SECTIO I.

HISTORIA ANTIQVITATUM.

I. TUrcarum ſiniſtrum judicium de Antiquitatis apud Europæos ſtudio.
II. Chilminar ſeu Priſca Perſepolis.
III. Rudera Turris Babylonicæ: An vere ſint? Rudera veteris Babylonis.
IV. Rudera Trojana.
V. Antiquitates Terræ Sanctæ: S. Sepulcri hodierni deſcriptio? An vere illud ſit, in quo Servator decubuit? Monumenta veterum Regum Judaicorum.
VI. Memoria Peregrinationis Iſraelitarum in Deſerto.
VII. Pyramides Ægyptiacæ.
IIX. Cryptæ Mumiarum Ægyptiacarum: Item Kiovienſes.
IX. Rudera Memphis, Carthaginis.
X. Series Antiqvitatum Italiæ & Galliæ, Domus Britannica in Belgio.
XI. Monumenta Lapidea veterum Septentrionalium Heroum per Daniam, Germaniam, Angliam; Danorum Monumenta Runica; Monumenta Marchica; Anglorum Stonehengs & Rolrichſtones; Duni Pacis in Scotia: De Urnis Majorum noſtrorum additamenta.

I.

VIdimus Naturales partes Continentis noſtræ; Has, quas Conſpectui ex parte propoſuimus, humana induſtria adjecit, easq; duûm generum reddimus: Unum earum, quæ olim fuerunt atque in reliquiis ſuis tantum conſervatæ reſtant; Alterum, quæ integro adhuc vigore ſunt. Illas Antiquitatum, has Urbium, Arcium &ſſ. Titulo

tractabimus. Utrumq; humano Ingenio dignum, præsentem Orbis Politici faciem nosse, & priorem ejusque memoranda non ignorare: Quanquam Turcæ Europæos nostros eo nomine ridere soleant. Ideo cum *Thomas Smithus* cum Sociis A. MDCLXXI. Antiquitates septem Ecclesiarum Asiæ indagatum iret, ipsos vix sani capitis esse censebant, qui iter susceperint, Saxum vetus, ut irrisorie dixere, intuendi causa. V. *Smith. Not. Sept. Eccl. As. p. 126.*

II.

Inter Antiquitates selectiores Asiæ primo numeramus reliquias veteris Persepolis, hodie nomine *Chilminar* notas, quas plenissime descripsit Herbert. *Itiner. p. 61. & seqq.* & ex eo Commentator Mandelsloi, quorum summa est: Fundamentum totum marmoreum esse ac XXII. circiter pedes Geometricos surgere: Cætera Jaspide ac Marmore nitere quam splendidissime. Columnas plures XL. videri, unde & nomen *Chilminar*, seu *Chil-manor* seu *Chehel Manor* q. d. XL. Turres: Mandelslo tamen XIX. majores & XI. minores tantum numerare potuit. Ingressum Palatii, parietesque inferius variis & artificiosissimis Regum, Triumphorum, Præliorum, Animalium imaginibus refertos, videri etiam incognitos figurarum Triangularium ac Pyramidalium &c. Characteres; Nec defuturum Pictori quantumvis industrio laborem, etiamsi toto trimestri designandis rebus omnibus se impenderet. Ipsius Germanicæ Herberti Paraphrasis tenor hic est: Er berichtet / daß die Höhe des Fundaments 22. Geometrische Fuß sey / die 95. Stuffen zu denselben wären so breit / daß 12. Pferde neben einander darauff gehen könten. Es wären auch zu seiner Zeit / eben am Eintritt des Pallastes / gegen der Stiegen / auff der einen Seiten ein Elephant / und auf der andern gestanden ein Rhinocer, von hell-glantzendem Marmel / deren jeglich 10. Ellen hoch: durch das geflügelte Pferd aber wäre der Pegasus angedeutet. Die Höhe der Seulen wäre zwischen 15. und 20. Ellen / und steige auf in 40. qvadraturen oder concavis parallelis, auf jede qvadratur hat drey Daumen oder Zoll breit. Wäre also die circumferentz oder Umfang der Seulen 10. Fuß oder 5. Ellen. Von der fremden unbekannten Schrifft an der Seulen spricht er; daß es 12. Zeilen gewesen von Obeliscischen / Tirangularischen und Pyramidalischen Figuren / welche weder den Griechischen / Hebreischen / Arabischen / noch andern Orientalischen Characteren ehnlich / aber in solcher Ordnung und Zierde / daß es nicht könte Barbarisch genant werden. Vermeinet / daß wol grosse Geheimniß darinnen verborgen

legen.

legen. Er schreibet ferner von diesem Platze also: Es ist noch ein ander viereckter Raum auf dem Fundament / der hat von Winckel zu Winckel 90. und im Umkreiß 360. Schrit/ Ist gezieret mit 8. Pforten/ vier von denen seyn 6. Schritte/ die andern nur drey weit: Alle 8. seynd gebauet von sieben grossen polirten Marmelsteinen/ die immer einer an den andern befestiget / ein jeder von diesen Steinen ist vier Ellen lang/ und fünff Quartier hoch / sehr köstlich gegraben/ mit Löwen/ Greiffen/ Tiger und Ochsen. In einem andern Platze seynd Schlachtungen/ Triumpfen/ Olympische Spiele und dergleichen in sehr rarer sculptur und guter proportion, über jede Pforte ein Bild eines Majestätischen Mannes/ hält in der einen Hand einen Globum, und in der andern Hand einen Scepter. Diese manier und session ist niemahlen gebräuchlich gewesen bey den Persischen Printzen. Die Einwohner nennen ihn Jamschet, auch Aaron/ Samson und Salomon. Etliche Riesen Bilden seynd mit Gold gezieret/ welches noch diesen Tag also zu sehen. Wir gingen etwas weiter über einen Hauffen mit Bilder gezierten Steinen/ und stiegen zu dem höchsten Theil dieses Pallastes / da sahen wir ein Bild eines devoten Königes / anbetend die Sonne / das Feur und eine Schlange/ welche gehauen sind auff einem perpendicularen Berge. Die ander seite von diesem hohen Berge ist ein præcipitium, da man nicht kan hinunter steigen. Ob die Architectur sey Jonica, Dorica oder Corinthica gewesen/ kan ich nicht determiniren / die ruinen verbieten davon zu urtheilen. Es ist noch diesen Tag so viel alldar zu sehen / daß ein fertiger Mahler alle Bilder und Herrligkeiten dieses gewesenen Gebäwes kaum in drey Monat solte abzeichnen können. Es ist zu beklagen / daß es nicht allbereit geschehen / dann das barbarische Volck ruiniret es täglich mehr / reisset es von einander und führen Steine hinweg zu ihren Gebäuden. III.

Chilminaræ jungimus, licet nitore longe dispares, reliquias *Turris Babylonicæ*, in ruderibus, quæ collem veluti referunt, tantum conspicuas. Perhibent viatores eas in planitie quadam sitas & duobus milliaribus Bagadedo seu Nova Babylone distare; Circumferentiam habere 3000. passuum & ex terra cementiq; aliquo genere pice admista in tantam duritiem conflatas esse, ut vix frustum aliquod inde auferre liceat. Vid. *Le Blanc. Itiner. L. I. c. V.* At Arabes *Agarcouf* vocant, autumantq; ab Arabico Principe ædificatam in Phari cujusdam aut Indicis loco, e qvotempore Belli subditos congregaverit. Ejusdem meminit *Tavernier*, atq; itidem, in vulgi persvasione tantum hanc de Turri Babylonica opinionem recumbere existimat, nec mereri videri scribit *P. I. L. II. c. VII.*

IV.

Rudera Trojana Bellonius obſervavit ita comparata: Navigantibus è mari jam eſſe conſpicua; diſtare Abydo dimidiæ tantum diei itinere, atque in acclivi collis parte ſita eſſe, Incolas regionem adhuc Troada nuncupare, admiranda ædificiorum rudera teſtari veterem Urbis magnificentiam, amplitudinem murorum ambitum, quem dicit quatuor horis ſe emenſum fuiſſe, conſtareque muros ex ſaxis nigris ac duris, ſpongioſis tamen, forma autem qvadrangulari exciſis; Ipſarum etiam quæ in muris fuerint turrium rudera videri. Extra murorum ambitum juxta vias regias videri magna marmorea ſepulcra antiqui operis, ex unico lapide inſtar ciſtæ excavata, quorum Opercula adhuc integra ſint; Apparere & arcium duarum rudera ex marmoreis lapidibus conſtantia; Interiora Urbis nil niſi ruderum confuſam molem exhibere, inter quæ ſit turris quædam quadrilatera baſi. Solum primo in circuitu milliari ſterile & arenoſum eſſe, rarasque alere arbores fructiferas &c. *Obſerv. L. II. c. VI.* Sed an autoribus Græcis hęc clades extiterit, jam dudum dubitari cœptum. *Dion Chryſoſtomus* utique teſtatur, ſe audiviſſe quendam ex Sacerdotibus Ægyptiis in Præfectura Onuphili Græcorum multa deridentem, quaſi nihil ſcientium veri de plurimis, idque hoc maxime argumento collegiſſe, quod perſvaſi eſſent, Trojam eſſe captam ab Agamemnone decepti ab uno Homero: Idemque poſtea ſingulari Oratione, quam *de Trojanis* inſcribit pluribus proſequitur.

V.

Et vero ipſa *Terra Sancta* quas antiquitates adhuc numerare non creditur, S. Sepulcri, loci Crucifixionis Chriſti, veſtigiorum Chriſti in cœlum aſcendentis lapidi impreſſorum, Præſepis Chriſti, Turris Ederæ ſeu Templi *Angelus ad Paſtores* nunc dicti, quod Angelus ibidem Paſtoribus nativitatem Chriſti annunciaverit, aliarumque rerum immenſo numero. Sed quas omnes grave hoc dubium manet: An loca & monumenta talia eo in ſtatu adhuc ſupereſſe poſſint, quo tempore Chriſti & Apoſtolorum fuerunt poſt tot, tantasque mutationes Judææ à Romanis, Perſis, Saracenis, Turcis illatas: Quotusquisque enim neſcit ferro & flamma militari ſupera inferis miſceri? V. *Voet. Diſp. Sel. p. III. p. 999. de Peregrin. Hieroſolymitanis.* Ne dicamus DEum nec tempori nec locis Religionem veram alligari unquam paſſum fuiſſe. De qvo in *Polit. Parall. Diſſ. XXII.* Una eſt Excuſatio, quam Ill. Princeps Radzivilius prodit Ep. II. *Multa*

alia,

alia, inquit, *pie creduntur ex antiqua traditione vera & genuina permanere, quæ nihil impediunt, quo minus Christi Salvatoris prædictio locum habeat, qui dixit, Lapidem supra Lapidem hic non remansurum: Neq; tamen omnipotentiæ suæ modum præscripsit, ea integra aliqua ex parte relinquendo, quæ pii homines ex remotissimis Orbis Regionibus venientes, nulla Sumptuum & valetudinis habita ratione singulari cultu & observatione venerentur.* De S. Sepulcro tamen licebit paulo plura verba facere, quippe loco in quem maxima pars Orbis defixos tenet oculos: Peregrini in illud introeunt *per humile & depressum ostiolum, ad cujus partem dextram intrinsecus altitudine unius cubiti cum dimidio est locus in planum extensus ad instar Scamni, in quo Sanctissimum Christi corpus positum fuit.* Ill. Princ. *Radzivil. Ep. II. f. 53.* Et Joh. Jac. Breuning / *L. III. c X.* Auß der Capellen del Angelo, kamen wir ebnes Fusses in das Heil. Grab / durch ein viereckig Loch / ungefehr eines halben Mannes hoch / also daß wir uns tieff bücken / und fast zwyfach hinein kommen müssen. Inwendig ist es hoch in Felsen außgehauen / vergleichet sich einem Gewelb / so nicht in gantzen Bogen geschlossen. Auf der rechten Hand ist das Heil. Grab hoch erhaben / wie ein Altar / darauf ein grosser Marmelstein / da Meß gelesen wird.

Es ist auch hierauf an der Wand eine gemahlte Altar-Tafel / welche doch mit der Zeit / vom Rauch der Ampeln / also schwartz worden / daß man davon nicht urtheilen kan / was es für ein Gemähld oder Historie gewesen / das Heil. Grab ist lang neun Spannen / und vier Spannen breit. Hierinnen brennen drey und viertzig Ampln / die dann in Mangel des einfallenden Lichts / eine grosse Helle geben. Solche Ampeln aber / sollen von unterschiedlichen Christlichen Potentaten und grossen Herren unterhalten werden: Also daß die Münche davon nicht ein gering Einkommen / wiewol es damit / an vielen Orten (wie wir vernoñen) auch hincken / und fehlen wil. Man hat neben dem Grab oder Altarstein / eben so viel Platz / daß vier Personen zumal / neben einander geräumlich dariñen stehen köñen. Iconem simul Templo S. Sepulcri idem habet *ibid.* Ingredientes Sacro quodam horrore perfundi docent passim Itineraria. Veluti Reitschüz p. 333. Wann man hinein kommt / und weil man drinnen ist / ist einem Angst und Bange / und hat nichts als Grauen und Schrecken / wie ich nicht allein an mir selber erfahren / sondern auch von allen gehöret / die drinnen gewesen / daß ihnen dergleichen begegnet / und weiß niemand / wo es herkommet. *Et Joh. Jac.* Breuning. *c. l.* Müssen alle die jenige / so persönlich allhier gewesen / frey bekennen / daß einem jeden / so das H. Grab besucht / wol eine sonderliche /

innerliche Freude und Begierde/ den Orth zu sehen / auch eine grosse Forcht und Entsetzen ankommt / anders nicht / als wann einem alle Haar zu Berge stünden: Welches / so viel die Forcht anlanget / auch die Türcken und Ungläubige / wider ihren Willen nicht können verneinen / etc. Immassen ich dann an mich selbsten erfahren / und daß ihm also sey / ohne Aberglauben und einige Superstition die rechte gründliche Warheit anzeigen thue. An verè illud fit, in quo Servator decubuit, Ammannus suppeditabit, simul pleniori descriptione ejus. Dixerat primo de Templo S. Sepulcri, & fenestra desuper immissa, pergitque tunc: Unter dem weiten und grossen runden Loch deß gedachten Gewelbs/ in mitten des Gebeudes/ stehet eine gewelbte und bedeckte Capelle/ umher gantz ledig und nicht anderst/ als wann sie unter dem freyen Himmel stünde / sintemal es durch das vermeldte Loch (durch welches allein auch das Gebäude das Tagelicht bekomt) darauf schneyen und regnen kan / welches auch gerad zu der Zeit / da wir zugegen waren / unter andern geschehen ist.

Es hat aber diese einige Capell inwendig drey unterschiedliche Theil nach einander. Nach Niedergang gehöret der eine Theil (welcher an die anderen zween geflickt ist) den Nestorianern/ die ihren Gottesdienst absonderlich darinn verrichten. Nach Aufgang ist der ander Theil/ durch den man kommt zu dem dritten und mittelsten Theil / welcher Taglichtes halben gantz finster / und oben auf für die zween anderen in die Höhe auf Säulen mit einem runden Gewelb bedeckt ist. Und eben in diesem Theil oder Gemächlein / hat es eine gevierte Thüre (sonst allenthalben gantz beschlossen) nicht gar eines halben Mannes hoch/ und so man hinein kommt / ist gerad darinnen zur rechten Hand das jetztgezeigte H. Grab wie ein Kasten/ oder vielmehr wie ein Altar geformirt/ eines halben Mans hoch/ fast also breit/ und eines Manns lang/ stoßt oben und unten / wie auch an der einen Seiten an die Mauren deß Gemächleins oder Gewelbs / vorhalb und darauf ist das heilige Grab mit zweyen Marmelsteinernen Taffeln überzogen oder bedeckt. Und hat das H. Grab des Gemächleins (welches schier gevierd mit einem Gewelb sich in die Höhe bey anderthalben Manns hoch gar eng zusammen zeucht) Weite halb innen/ daran hangen etliche gläserne brennende Ampeln/ von welchem Dunst das Gemächlein sehr schwartz wird. Gerad oberhalb dem H. Grab / ist zwischen zwey anderen Bildern die Auferstehung Christi abgemahlet. Auf jetztbeschriebne Weiß wird das H. Grab gezeigt / und sieht/ der dahin reiset/ von dem Ort des Felses/ da Christus begraben/ eben so viel/ als der / so gar nicht dahin komt. Ob gleich viel Christen von allen Orten grosse

Kosten/

Kosten / Gefahr / Müh und Arbeit / das H. Grab zu sehen / anwenden / ist doch solches umbsonst / weil das rechte in Felsen gehauene H. Grab / durch die vielfältige Zerstörungen der Stadt Jerusalem / von den ungläubigen Heiden auch offtermalen auß Neid und Haß / den Christen zu Leid / zerbrochen / in Grund zerschleifft und verwüstet worden / wie es die Historien bezeugen. Es haben aber folgender Zeit die Christen an statt des rechten H. Grabes / das jetzige H. Grab wiederumb erbauen lassen / wie das noch heutiges Tages zu sehen / geformiert wie ein Kasten oder Altar: Deßgleichen auch die Capellen oder Gemächlein / alles gemauret / und mit Marmelsteinernen Tafeln überzogen / wie oben gemeldet worden / und derhalben allda gar kein Felsen zu sehen / da Christus gelegen / wie aber in H. Schrifft dessen weiter gedacht wird: Ob man schon die Leut also bereden wil / es sey das rechte in Felsen gehauene Grab: So habe ich doch das Wiederspiel augenscheinlich befunden: Dann ich mit einem Messer den Kalck zwischen den Fugen / da die Marmelsteinerne Tafeln zusammen gestossen / herauß gestochen / und keinen Felsen / sondern nur Mauren gefunden habe. Negat itaque Ammanus præsens S. Sepulcrum vere tale esse, quia Commissuras habeat, cum verum illud rupi incisum dicatur *Matth XXVII. 60. Marc. XV. 46.* At Nobilis. Neitschutz. videtur conciliationem aliquam suppeditare, agnoscitq; Marmoris commissuras, sed Marmor rupi adeoq; S. Sepulcro obductũ esse dicit. Der Felß ist inwendig mit Steinen gewelbet und außgemauret / ohne den Ort zur rechten Hand im hinein gehen in den Felsen / wo das Grab ist / ist der Felß gelassen worden / wie er von Natur ist / allwo man dann auch sehen kan / daß es ein natürlicher Felß ist. *f. 332.*

Sed mittimus hæcce talia, & ex antiquitatibus Hierosolymitanis adhuc indicamus Monumenta veterum Regum Judaicorum, iterum verbis *Principis Radzivilii* sequentibus: *Mirum est quanto sumptu & artificio monumenta hæc fuêre constructa. Sunt enim in ipso saxo vivo, quasi quædam cameræ arcuatæ, in quadrangulum excisæ: quarum pars quælibet duas habet portas; portæ verò singulæ aditum præbent ad unicum Sacellum, in quo duo corpora reponebantur. Ad Sacellæ sive Capellas prædictas, valvæ sunt ex eadem petra excisæ: qui in angulis prominentes rotundas extremitates utrig; postii ita insertas habent, ut quasi cardinibus suspensæ, commodè claudi & reserari valeant. Mirum profectò, qvomodo ex uno eodemq; saxo id exsculpi potuerit. In Cathedrali Torcellensi Ecclesia, non procul à Venetiis, sunt etiam magnæ lapideæ tabulæ; quibus fenestræ clauduntur, sed in postes alterius lapidis inseruntur. Hîc autem ex*

uno

uno eodemq; vivo saxo parata sunt omnia, & postes qui valvas excipiunt, & valvæ quæ postibus insertæ, facili ductu circumferuntur. Illud etiam cum primis est admirandum, quòd in ejusmodi Capellis sunt tumbæ lapideæ multò majores, quàm ut per portas introduci potuerint. Apparet omnino, non eas arte humana aliqua importatas; sed intus ex eadem rupe excisas, & sculptorum opera ibidem formatas esse. Operis quoq; elegantia, tam in portis quàm in sarcophagis prædictis, mira florum & foliorum varietate distincta & elaborata admiratione non caret. Poterant iis in locis quadraginta & aliquot personæ recondi. Nam quælibet concameratio Sacella octo, Sacellum verò quodlibet duo corporum repositoria continebat: in quorum nonnullis ossa etiam visuntur; sed ad quos pertinent, nescitur. Loca hæc, ut in specubus, sunt obscura, quæ non nisi luminibus illatis visitari possunt. Hæc Princeps de Monumentis istis: Quibus æquiparaveris è Gallia *Amphitheatrum Dovæum, manu quidem & arte humana factum, Sed ita ut videri possit, à natura: Totum enim excisum & cavatum est in Monte, sine ulla externa materiatura Calcis, Lapidis, Ligni.* Merul. *Cosmogr. P.II.L.III.c.XXVII.* Et è Germania veterem Arcem Anhalt in Bructeri jugo, cujus conclavia, stabula aliaque talibus locis necessaria itidem ex vivo saxo excisa; Deniq; & in Armenia inter Tocatam & Erzerom conclave cum mensa & lecto Rupi incisum cernitur, qvod S. Hieronymi fuisse opinantur V. *Tavern. P.I. L.I.c. II.*

IV.

In Arabiâ Petræâ memoria antiquissimæ peregrinationis Israëlitarum in Deserto hodienum conservatur, variis inscriptionibus rupibus Deserti Sin incisis, quas ante annos aliquot collegit *Thom. Novariensis* Ord. S. Francisci, Kircherus deinde publicavit *Oed. Æg. T. II. Cl. II. c. II. §. V.* Censenturque Charactere Assyrio antiquissimo constare, eoque ab ipsis Israelitis in memoriam beneficiorum divinitus ibi acceptorum positæ fuisse. Potissimam earum atque interpretatu difficillimam, quæ ad radices montis Horeb reperitur, *Kircherus* eruit hoc sensu constare: *Adonai Halmatha Jebten: Deus Virginem concipere faciet*; Aliarum interpretamentum est: *Locus in quo LXX. Palmæ: Locus Doctrinæ, incisionis arcanorum: Novem Tituli: Nonaginta nomina (eorum) quos excidit Moses: Locus ubi orabat.* De quibus V. plenius eundem *Kircherum l. c.*

VII. Ad

VII.

Ad Obeliſcos & Pyramides ferimur, quibus Ægyptus olim claruit, tanqvam monumentis & Tabulis priſcæ ſuorum Sapientiæ. Hos n. & priſcos Cæſares maximi feciſſe, teſtimonio ſunt immenſi ſumptus, quos impenderunt, ut Romam ſuam iis ornarent; Nosque obliquis oculis ipſos perluſtrabimus ductore eodem Kirchero, cujus ſtupenda opera Oedipi Ægyptiaci & Obeliſci Pamphilii paſſim nota ſunt; Hucqꝫ potiſſimum pertinebit Theatrum Hieroglyphicum, quod *Tomo III.* dicti Oedipi adornavit. Nobiliſſimum ipſe Kircherus judicat *Obeliſcum Rameſſæum ſ. Lateranenſem*, Thebis olim à Rameſſe Sothis Ægypti Regis filio MCCXCVII. annis ante natum Chriſtum excitatum, à Conſtantino M. poſtea Alexandriam, & à Conſtantino Romam translatum, tandem ſuperiori ſeculo à Sixto V. è Circo maximo erutum & in Campo Lateranenſi erectum: Poſt hunc eſt *Obeliſcus Flaminius ſ. olim Senneſertæus*, à Pſammirtaõ circa Olympiadum initium erectus, ab Auguſto Romam translatus & ab eod. Sixto V. itidem terra erutus & in Campo Flaminio erectus. Cæteri ſunt *Obeliſcus Saluſtius ſ. Kirchero dictus Ludoviſius*, Obeliſcus *Veranus ſeu Barberinus*, Obeliſcus *Conſtantinopolitanus*; Et minores *Monticælius*, *Mediceus*, *Mahutæus*; quique hodienum in Ægypto conſpicitur *Obeliſcus Heliopolitanus*, Obeliſcus *Alexandrinus*, *Florentinus* & raſi duo, quos vocat, *Exquilinum & Vaticanum ſ. Moncorium.* Itineraria teſtantur ſeptendecim eorum adhuc eo loco, qvo Memphis antiqua ſtetit, ſupereſſe, Miranturqve tum altitudinem, tum ſtructuram ipſorum unanimiter. Præibit hac in re iterum ſæpius à nobis laudatus *Jll. Princeps Radziviliuss Ep. III. fol. 161. &* ſeqq. *Pyramides ſeptendecim adhuc integræ conſpiciuntur: quarum duæ ſunt majores, & tertia à Rhodope meretrice conſtructa. Plinius lib. 36. cap. 12. formam & architecturam ejus deſcribit. Eſt inprimis elegans, vix tamen ſexaginta vel ſeptuaginta cubitorum habet altitudinem. Hæ tres Pyramides ſunt planè integræ, & inter miracula mundi connumerantur. Duæ majores ſtupenda & incredibili ſunt magnitudine; Altera tamen excellit, quæ tam in altitudine quàm in latitudine & longitudine, trecentos habere cubitos dicitur. Intrinſecus habet artificioſos & peramplos gradus; quibus æquè ut extrinſecus, ad ipſam usq; ſummitatem aſcenditur. Habet & concamerationes, quarum duæ majores, una ſuper alteram erecta, quæ ſepulchra Regum Ægypti continebant. In inferiore extat etiam hodie ſepul-*

chrum satis magnum, in quo corpus aliquod fuit repositum. Porro à quibus Regibus, quanto sumptu, quóve modo vel artificio, & num à Judæis in Ægyptiaca servitute constitutis, (quod omnibus ferè auctoribus placet) Pyramidum hæ moles fuerint excitatæ; vel num ijdem Hebræi aggeres & fossas, quibus Nilus deducitur (apparet enim non natura, sed arte facta esse omnia) perfecerint, Historicis, qui plenius hæc pertractant, judicandum relinquo. Illud mirari magnopere convenit, cùm dictæ Pyramides, in sublimi monte, qui totus è vivo saxo constat, sint erectæ, quantum tamen è lapidum genere colligitur, apparet eas non ex ejusdem rupis lapidibus esse concinnatas: nec facilè vestigari potest, unde aut qua ratione tanta lapidum congeries eò comportari potuerit; quandoquidem etiam Nilus exundans, tribus milliaris partibus, à fabrica remotus procurrit. Sed nec illud penetrari potest, cùm quilibet lapidum tres cubitos longus & latus, altus verò plus quàm uno sit & semisse, quo labore & artificio, in tam altum montem pertrahi, & in summitate collocari potuerit. Maxima omnium Pyramis ex lapidibus, ejusmodi sectis & quadratis, in formam montis cujusdam naturalis, singulari quodam artificio est fabricata: & licet quadrangulari figura ab ima parte sensim in cacumen consurgat, tamen lapides isti quadrati, ita inæquali ordine compositi arte mirabili videntur, ut moles tota montis à natura formati speciem repræsentet. Ascensus propter lapidum crassitiem gravis & laboriosus, securus tamen est: & licet passu convenienti usus fuerim, vix tamen intra unam & dimidiam horam, Pyramidis summitatem ascendi, ubi planities est quadrata, spatium decem cubitorum in qualibet parte complectens. Ab hac maxima Pyramide ad sequentem procedendo, in dextra parte sunt habitationes in saxo vivo eleganter excisæ, quarum superior pars transversim appositis sustentatur, est formata; nisi quod trabes prædictæ non quadratæ, sed semicirculari forma effinguntur. Parietes eadem quoque similitudine exsculpti. Volunt nonnulli, Regum hæc conclavia fuisse, aut Sacerdotum Ægyptiorum: quandoquidem, ut dicetur inferiùs, Pyramides istæ vel familiarum vel Parochiarum receptacula fuisse existimantur.

Secunda Pyramis paulò priore minor, ad geminum sagittæ jactum, ab ab illa distat. Ingressus interior in illam non patet, quem tamen occultum esse volunt. Exteriùs ad medium usque potest ad illam conscendi, cùm ad eundem modum, ut prior illa, lapides habeat compositos; nisi quòd paulò planiores & minores sunt. A mèdio verò lapides ita complanati sursum ascen-

ascendunt, ut ultrà progredi fit impossibile: quod eo consilio maximè factum apparet.

Inde verò tertia ejusdem Pyramidis pars, usque ad summitatem lapides habet, quasi neglectim & inordinatè collocatos, ut in parte inferiori; ita ut nisi series illa saxorum plana, quæ ad aliquot denos cubitos elevatur, impediret, conscendi ejus summitas, quemadmodum prioris, facilè posset.

Tertia Pyramis, ad latus secundæ versus civitatem, est Rhodopes illius, cujus jam meminimus, tota ex lapide dolato, ut conscendi non possit, fabricata: à qua ad ternum arcus jactum magis etiam versus civitatem, est caput collo & brachiis prominens, ejusdem meritricis, septem cubitorum altitudine, habitu mirabili ex uno vivoque saxo exsculptum. Volunt nonnulli, quòd ex illa majore Pyramide, quam introgressi sumus, per cavernam subterraneam in rupe excisam, quam lapidibus obrutam vidimus, angustus & occultus in caput hoc pateat aditus: atque ita inde oracula edita, vulgo gentilium existimante, per ipsum capitis os illa proferri. Circa caput lapides aliquot sunt erecti, in quibus sacrificia quædam apponebantur. Nunc quid fuerit, discerni non potest.

Palatij *Josephi Patriarchæ* Cairi adhuc superstitis jam mentio facta *C. VI. S. III. §. I.*

IIX.

Aliud profundæ antiquitatis apud Ægyptios monumentum est in *Cryptis* locisque subterraneis, quibus priscæ Mumiæ seu medicata corpora condi solebant. Suntque Cryptæ hæ subterraneæ è vivo Alabastro excisæ ac variis concamerationibus, veluti ingentibus aulis distinctæ, ut Labyrinthus videri possent. Inveniuntur juxta Pyramides, tantaq; in iis Cadaverum est multitudo, ut qui ea perlustrare vult, pronum perrepere necesse habeat, qua de causa pauci sunt, qui fastidium hoc perferre valeant. *Pr. Radzivil. c. l. f. 180.* Earum nobilissimam unam juxta Memphim hodiernam seu Cairo describit Petr. à Valle in Itinerario suo p. 372. & ex eo *Kircher. c. T. III Synt. XIII. c. IV.* Aliam ejusmodi Ichnographiam delineavit, qui coram Cryptas tales lustravit, *Tit. Livius Burratinus*, Regis Poloniæ Architectus ap. eund. *Kircher. cit. Synt. XIII. de Mumijs:* Possentque aliquam lucem huic Themati addere non minus æstimanda monumenta Urbis Romæ, *Romæ Subterraneæ* Titulo non incognita, quave Antiqua Christianorum & præcipue Martyrum Cœmeteria continentur, V. recentem Editionem *Romæ* hujus

Subterranea Tomis II. à Paulo Aringho comprehensam A. 1651. In primis vero Cryptæ Kiovienses in ulteriori Polonia non tantum ductibus Subterraneis, sed itidem emortuis à sexcentis annis nec dum corruptis corporibus conspicuæ. Meatuum in iis magna varietas, nec exitus facilis, nisi Dux viæ adhibeatur, unde & Labyrinthum dici mori est: Quousqve se extendat incertum, cum ante sexaginta circiter annos propter tremorem terræ in aliquibus locis collapsæ sint; Ad LXXX. milliaria tamen extendi & metallo vario subductas esse falsum est. Corpora non omnia quidem, multa tamen incorrupta in iis perstant, quod Græci Sanctitati Defunctorum, alii Condituræ cadaverum transscribunt; Aliorum corruptorum Crania aliave Ossa supersunt, in quibus iterum singulare, esse quædam Crania suis quæqve cellulis disposita, quæ Oleum sanandis ægrotantium morbis conveniens perpetuo stillare feruntur. *Feria prima Paschæ Presbyter Kijovienſis Sacris antelucanis peractis, cum aliquot fratribus in Cryptam descendere, defunctorum Patrum corpora invisere, eaque sacro thure suffumigando preculas aliquot ex more recitare: Quo facto mortuos alloquitur exultabundus hisce verbis:* Sancti Patres & Fratres, hodie CHRISTUS facto Mortis jaculo à Mortuis resurrexit! *Cui comites fratres respondent:* Verè surrexit CHRISTUS DOMINUS. *quibus dictis, corpora denuò insumantes abeunt.* V. Pluribus *Joh. Herbinium de Religiosis Kijovienſium Cryptis*, Jen. *MDCLXXV.*

IX.

Rudera priscæ *Memphis* inter dictas hactenus Pyramides adhuc conservari præc. §. VII. traditum est. Hic de *Carthagine veteri* addendum, ejus itidem tenuia quædam vestigia superesse, aliquas nempe muri reliqvias & Partem Aquæductus. *Visuntur in hunc diem aliquot tantum muri reliquiæ, idq; usq; ad quandam Cisternam latissimam atq; altissimam: Remansit quoq; quidam Aquæductus, qui Aquam è monte quodam triginta inde distante milliaribus in Urbem ducebat.* Joh. Leo *African. L. V. cap. LVII.* addit civitatem nunc ad extremum miseriarum & calamitatum redactam esse. *Viginti tantum aut viginti quinq; in ea reperiuntur Mercatorum officinæ, domus autem vilissimæ numerum vix attingunt quingentesimum.* Ibid.

X. Inter

X.

Inter innumeras Antiquitates Italiæ magnam partem prodit Directorium *Jan. Jac. Boissardi, de Antiquæ Urbis Romanæ Statu præcipuisq; ejus Ruinis & Reliquiis, quæ in hodiernam usq; diem supersunt* in T. III. *Antiq. ipsius pag. 1. & seqq.* Iisdemqve cognoscendis passim inserviet *Andr. Schotti Itinerarium.* Galliæ palmarias Antiquitates ducit *Jod. Sincerus*, Amphitheatrum Nemausense, Pontem Gardium, Arcum Marij Arausionensem, Templum Dianæ Nemausi, Basilicam Plotinæ, vulgò *la Maison carrée* ibidem, Statuas & Lapidem Vivisum in Basilica Burdigalensi, Palatium Tutelæ ibidem, Turrim in ponte Carantoni &c. *præf. in Itiner. Gall.* De *Amphitheatro Dovæo* V. præc. §. *III. fin.* Apud Batavos haut procul Leida in Litore Oceani Germanici occurrunt rudera Armamentarij Romani, quod *Arcem Britannicam* vocant, seu *Britteburgum*, t' *huys* van Britten/ à vicina opositaqve Britannia, tunc Pop. Rom. vectigale, unde frumentum Classibus ad præsidiaria Romanorum horrea Rheni superciliis imposita importatum subvehebatur. Latent tamen sepulta, mariq; adobruta, nisi Cauro constantius flante; Tunc namq; nudatum arenis litus retectas à fundamentis reliquias recedente Maris æstu spectandas præbet, quamvis eæ tenues ac perexiguæ relictæ sunt, qvando studium & improbitas hominum ad inusitatum spectaculum affluentium quicquid residui fuerat toties repetitis vulneribus omne exhausit. *Hadr. Jun. Batav. Illustr. c. X.* Conf. *Ortel. Theatr. ad Tab. Holland.*

XI.

E Borealis Europæ Antiqvitatibus indicamus Monumenta Lapidea, vetrum nostrorum Heroum, qvæ passim per Germaniam, Angliam, Daniam conspicua sunt, non pomposo qvidem luxuriantis artis conatu, sed nudâ simplicitate veteri constantia, ab interitu tamen securissima. Intelligimus Lapides majores ordinata serie in circulum dispositos, qvos ut non fortuito confluxisse unusqvisqve facile agnoscit, ita antiqvissimarum rerum argumentum continere ipse simplex ordo indigitat. Cum namqve, splendido literarum indicio antiqvi carerent, rudem hanc formam in facinorum, rerum à se editarum, ipsius mortis memoriam perennem amplexi fuerunt. Sic Jacob Patriarcha in memoriam divinæ visionis erexit *Lapidem in Titulum. Gen. XXIIX. 18.* Idem qvando cum Labano paciscebatur

batur in montibus Galaad, ambo *Tumulum Testem, s. Acervum Testimonii* ex Lapidibus struxerunt. *Gen. XXXI. 47.* Josua in memoriam transitus Israelitarum per Jordanem duodecim lapides ex alveo Jordanis posuit Galgalis. *Jos. IV. 20.* Similis jam priscorum Heroum nostrorum intentio, recensetqve ingentem Monumentorum ejusmodi numerum doctissimus Danicarum Antiqvitatum vindex *Wormius in Monum. Danic.* In Germania nostra Saxonia, Marchia vicinæqve Provinciæ eadem non uno in loco habent, nec ignobilem eorum varietatem in Agro nostro Francofurtano, ac præprimis secundo adhinc milliari ad Pagum Matschdorff videre est, qvæ nobis simillima monumento Hiarni Regis Daniæ in Insula Hiarnæ semper visa fuit, de qvo vid. cit. *Worm. Additam. ad Monum. Dan. p. 4.* In Anglia hujus notæ aliqvod est ad vicum Long. Compton in Comitatu Oxonienſi *Rollrichstones* dictum, de quibus *Camdenus Britann. p. 265. Vasta Saxa in orbem disposita* Rollerichstones *vulgus appellitat, homines q; olim fuisse, qui in saxa stupenda metamorphosi riguerunt, somniat. Informia sunt, inæqualia, longique temporis vetustate multum immutata & exesa* &c. Tunc: *Hæc victoriæ alicujus monumentum ego crediderim & forte à Rollone Dano, qvi postea rerum in Normannia potitus est.* Omnium dn. nobilissimum est, qvod prope Salisburiam nomine *Choreæ Gigantum* & *The Stonehengs* prostat, à Camdeno ob vastissimam amplitudinem *insanæ substructionis* nomen meritum, qvod etiam non unum è Scriptoribus Anglicanis in admirationem rapuit, quî tantæ molis lapides in loco alias minus petroso ibi congesti, vel in altum elevati fuerint, aliis insuper adjicientibus, certum horum lapidum numerum iniri non posse: Qvam in rem & ingeniosissimus *Sydnejus* ita cecinit *in Mine. Angliæ:*

Near Wilton sweet hug heaps of Stone are found,
But so confus'd that neither any eye
Can count them just, nor reason reason try,
What force brought them to so unlikely ground.

Extant de opere hoc peculiaria Scripta *Jnici Jones of the Stonehengs on Salisbury plain*, & Johannis Webb *à vindication of Stonehengs. &c.* Eodem referenda singularia Saxa in Europa Septentrionali obvia & Monumentorum vices explentia; Wormius apud Danos suos *Saxa Runica* vocat, & Runarum, veterum Sapientum istorum locorum Doctrinam ex iis eruit, quibus è nostris forsan assimilare licebit Saxa duo insolitæ magnitudi-

nis

nis in editiori parte Collium Furſtenwaldiæ adſitorum poſita, nomine certe convenientisſima: Nam univerſi tractus iſtius Incolæ Saxa Runica, die Rauniſche Steine/qvemadmodum ipſos Colles die Rauniſche Berge vocant. Alia hujus generis Agris Francofuntanis noſtris indicata in Nott. ad *Juſti Chronicon Francofurt.* E rebus Gallicis huc pertinebit Saxum, medio ab Urbe Pictavia milliari in via Regia, quæ Avaricum Biturigum ducit, occurrens, *La Pierre levée* vulgo dictum, quod qvinqve lapidibus, quos circumire licet, fulciatur, cæterum amplitudine maxima, non plane qvadratum, ſed pene ovali figura, longitudine pedum XXV. latitudine XVII. unde hoc de eo Diſtichon formatum:

Hic lapis ingentem ſuperat gravitate Coloſſum,
Ponderis & grandi Sidera mole petit.

Viatores plerumq; inſculpunt nomina, & *Giphanii, Mercatoris, Ortelii, Georg. Braun.* in eo nomina jam præterito ſeculo legit *Merula Coſm. P. II. L. III. c. XXVII.* Quomodo huc deportatũ ſit ignoratur: Fabula eſt, D. Rhadegundam quandam id capiti impoſitũ huc deportaſſe. V. plur. *Merul.* loco modo citato, & *Gölnitz. Itin. Gallic. p. 293. 294.* In Scoticis Antiqvitatibus duos Terrenos tumulos numerant ad levam Carrontis Fl. ſitos & hominũ opera, ut res indicat, excitatos, qui vulgo *Duni Pacis* appellantur. Inferius ad eundem Amnem ad duo fere millia paſſuum eſt ædificium rotundum ſine calce, ſed ſaxis ita conformatis, ut ſuperioris Lapidis pars in inferiorem ſe inſerat, ita ut totum opus mutuo complexu & ſaxorum pondere ſe ſuſtineat, paulatim ab imo ad ſummum in arctum ſe colligens; *Buchananus* opinatur Templum Termini fuiſſe. V. *Atl. Mercat. ad Tab. II. Scotiæ.* Deniq; & de Oſſuariis adeoq; Urnis noſtris aliqvid adjici non ab re fuerit: ſed in tranſcurſu, nam egerunt jam de iis doctiſſime eximii Viri *Thomas Browne Anglus*, & è Germanis *Cl. Balduinus & Mellenius*: Non in terra creſcere, qvod *Cromerus* & ex eo alii crediderunt, ſed Cinerum & Oſſium receptacula eſſe nemo amplius ignorat: Noſtræ omnes fictiles ſunt, eoqve antiqviſſimæ Germanicæ ſimplicitati, non Romanorum faſtui, reſpondent: At figuris non minus variant qvam Romanæ, alio tamen ut opinamur, fine: Qvas Nimiſchæ, pago milliari Gubena diſtante, eruimus, univerſum apparatum Culinarium, cacabos, Ollas, catinos, phialas, patinas, Urceolos, lagenulas nobis præbuerunt, ſola Sartagine excepta, quæ tamen itidem in manu Rev. V. Dn. *Goth. Treueri* Eccleſiaſtæ hujus loci eſt: Semper qvoqve vacuas invenimus & ordinarias Urnas circumjacentes, quæ

ſolæ

solæ curatius tectæ & ossibus ac cineribus repletæ occurrerunt, una, duæ, tres, sine dubio prout Funerum Curatoribus olim placuit, pro qvarum numero & circumjacentes majori minorive multitudine constiterunt, decem, viginti & amplius, raro pauciores. Commenti itaqve sumus, solas Urnas medias reliqviarum Conditoria fuisse, cæteras tot figuris dispares adjectas, qvod ex veteri Theologia plerorumq; Septentrionalium & Orientalium Populorum Europæ crediderint, Animas post obitum hominis cibo adhuc egere, eoqve esculenta & potulenta non nulla hisce tanquam congruis vasculis indiderint, in qualemcunq; Animarum refectionem.

SECTIO

SECTIO. II.

CATALOGUS URBIUM.

I.
Directorium Autorum.
II. Urbium Regiarum series.
III. Arcium Regiarum series earundemq; singularia: Escuriale Hispanorum, Lupara, Fonsbellaqueus, &c. Gallorum, Alba Aula Anglorum, &c. Seraglio Turcarum, Meidan Persarum, &c.
IV. Sedes Principum.
V. Urbes primariæ in Provinciis aliunde dependentibus.
VI. Rerumpublicarum & Civitatum Liberarum series.
VII. Loca Electionibus & Inaugurationibus Regiis Custodia item Clinodiorum Regiorum celebria.
IIX. Loca Sepulcris Regum ac Principum celebria.
IX. Loca Charactere Sacro Regum, Peregrinationibus item Religiosis eorundem celebria.
X. Urbes Peregrinationibus Religiosis celebres apud Christianos, Turcas, Gentiles: Ædes Lauretana: De monumento Muhammedis ejusdemq; Tumba Pensili: De Peregrinatione Gentilium ad Monumenta primorum hominum, Dentem Simiæ, Gangem etſs.
XI. Metropoles Regnorum ac Rerumpubl.
XII. Urbes Commerciis florentes: Civitates Hanseaticæ.
XIII. Clavium Rerumpp. series.
XIV. Urbes Antiquitate Celebres.
XV. Pagi Urbibus æquales, Liberi, immediati Imperii.

I.

HIstoriam & Icones Urbium extantiorum præcedenti seculo ediderunt *Georg. Braun & Franc. Hochberg*, qvas denuo recudit *A. MDCLIIX. Joh. Janſonius*, qvi & aliud Theatrum Urbium IV. Voluminibus emisit, eorumqve primo præcipuas urbes ad Septentrionalem Europæ plagam: IIdo celebriores Galliæ & Helvetiæ Urbes, III. Italicas & Maris Mediterranei, IV. Hiſpanicas aliasve ad Auſtrum & Orientem ſitas comprehendit. Prodiit etiam *Abr. Saurij* Stätebuch / vermehret durch *Herm. Adolph. Anthes. Francof. 1658.* Pro Italia ſeorſim extat *Theatrum Civitatum & admirandorum Italiæ ad ævi veteteris & præſentis temporis faciem à Joh. Blaeu 1663.* Pro Belgio Regio

Novum ac magnum Theatrum Urbium Belgicæ Regiæ ad præsentem temporis faciem expressum ab eod. *Joh. Blaeu.* Pro Belgio Fœderato *Ej. Novum ac magnum Theatrum Urbium Belgicæ Fœderatæ.* Theatrum Urbium Hollandiæ edidit *Boxhornius.* Germanicas *Zeilerus & Merianus* illustrarunt.

II.

In selectu Urbium primo commemoramus sedes Regum ac Principum: Quales in Portugallia *Lisbona*; In Hispania *Madritum*; In Gallia *Lutetia Parisiorum*; In Imperio Germanico *Vienna Austriorum*; In Anglia *Londinum*; In Scotia olim *Edenburgum*; In Dania *Hafnia*; In Svedia *Stockholmia*; In Russia *Moscovia*; In Polonia *Cracovia*; In Bohemia *Praga*; In Hungaria olim *Buda*; nunc *Posonium*, Preßburg; Sedes Imperatorum Constantinopolitanorum olim, atque nunc Impp. Turcicorum est *Constantinopolis*, qvam hi ante hac *Adrianopoli*, & *Prusiæ s. Bursæ* in Asia Minori habuerunt. Persarum Regis sedes est *Ispahn* s. *Spahwn*; Magni Mogoris seu Indiarum Regis *Agra*, sed qvam, dum æstu-graviori premitur, cum *Lahor* & *Kisemim* urbibus Borealioribus Indiæ commutare solet. Siamensium Regis Sedes est *Judia*, Peguanorum *Siren*, Tonchinensium *Checho*, Chinensium ac Tataricorum *PeKing*, Japoniorum *Jedo.* In Africa Abyssinorum Rex in castris agere illaque pro lubitu transferre dicitur, solis Liberis in monte Amara sub Æqvatore sito educationi relictis. Magni Tabaqvi seu Regis Monomotapæ Sedem *Le Blanc* vocat *Zangebar* aut *Monomotapam Itin. P. II. c.* IV. Descriptiones Speciales è citatis ante Scriptoribus, Itinerariis, aliisq; Libris petendæ; Nec defuerunt, qvi aliqvas earum seorsim descripserunt: Ut Madritum *Qvintana*, Lutetiam Parisiorum *Corrozelius & Belleforestius*, Londinum *Edwardus Stow* &c.

III.

Sedibus Regiis jungimus qualemcunq; Arcium Regiarum Indicem: Quales in Hispania I. Famosissimum *Escuriale*, quo Reges ter quotannis secedere amant ab adjacenti pago *Escurial* ita dictum, alias Religiosis S. Hieronymi destinatum. Philippus II. id impensis VI. Millionibus auri intra XXI. annos extrui curavit vi voti, quod post Prælium ad Fanum S. Qvintini conceperat: Se 1. Nunquam in prælium amplius itutum. 2. Monasterium hoc in locum combusti ante ibidem Monasterium S. Hieronymi justo ornatu excitaturum. Scriptores priorum tem-

temporum id summopere extollunt, & certare posse cum Ægyptiorum Pyramidibus, Veterumqve Græcorum ac Romanorum Templis, Theatris, Amphitheatris &c. contendit *Merula P. II. L. II. c. XX.* At qui nuperius id spectarunt, *Bibliothecam, Altare Magnum & Pantheon* h. locum Sepulcrorum Regiorum admirantur quidem, cætera vero infra famam, qua pollet, posita esse autumant, inter quos Autor *des Voyages d'Espagne c. XVI.* quod descriptioni ejus impendit. Man kan nicht läugnen / daß es ein überauß schönes Kloster vor die Mönche sey / aber man kan auch nicht bejahen / daß es ein gnug herrlicher Pallast / vor einem Monarchen sey / wie Philippus der Zweyte einer gewesen; Welcher / nach dem er es in ein und zwantzig Jahren aufrichten lassen / und es zwölff oder dreyzehen Jahr genossen / sich berühmete / daß von dem Fuß eines Berges uñ von seiner Kamer / er in einer und der andern Welt / mit einem Stücklein Pappier / 2. oder 3. Finger breit / einen unterthänigen Gehorsam habe. Des Königes und der Königin Zimmer hat nichts Königliches. Man siehet da kein Geräthe / uñ sagt man / es wäre hier die Gewohnheit / daß / wañ der König / in eines von seinen Lusthäusern gehet / man alles dahin trage / biß auf die Betladen. Die Kamern sind da klein und niedrig / und das Getäfel darinnen ist nicht von einer solchen Wünder Schönheit / daß man solte die Augen aufheben / umb es anzuschauen. Man machet ein groß Geschrey von der Menge derer Schildereyen / von denen besten Meistern / und besonders von Titian, welcher da der vortrefflichste war in seiner Kunst. Man findet da viel von seinen Stücken / doch nicht so viel / wie man es außgeruffen: Die Spanier verstehen sich so wol auf die Gemählde / daß die geringsten ihnen wie Meisterstück scheinen. Und der Marggraf Serra von Genua / welcher da bey uns war / konte eines Castilianers Narrheit nicht gnugsam lachen; dann in dem er wolte machen / daß wir uns über alles verwundern solten / ja auch über die kleineste und geringste Ländereyen auf dem Gang / da wir waren / sagte er uns / daß dergleichen keine in der Welt wären / weil sie an einem Ort wären / allwo der König spatzirete. II. *Aranjuez* itidem ejusdem cum vicino pago nominis à singulari gratia commendatur & ab eodem Autore describitur *c. XIV.* Sita est in amænissimo loco eoq; verno tempore commorandi Sedem Regi præbet. Ist sonder Zweiffel ein lustiger Ort / und die Spanier / welche keinen solchen gesehen / vergleichen ihn den Eliseischen Feldern. Die Dichter ziehen in ihren Schauspielen davon ein die Gärten / und die Blumen / wie von einer Gegend / da die Flora selbsten regieret / in Begleitung aller ihrer Schätze.

III. *Aragonici Molendini*, tq. unius è jucundioribus feceſſibus Philippi IV. ſæpe meminit *Ferdin. Pallavicino* in Deſcriptione Caſus Comitis de Olivarez. IV. *Buen-Retiro* Madrito adjacet, Arx itidem Regia, ampla quidem, ſed humilis, & opus Comitis de *Olivarez*, qui aliquot millionum impenſis id excitavit. Iterum *Voy. d' Eſp. c. V.*

In Gallia Lupara in ipſa urbe Pariſienſi primaria Arx eſt, incendio ex parte tacta A. MDCLXI. at ſplendori ſuo ſeqventi tempore mox reddita. Ingenioſi in eam ſcripti Luſus Poëtici paſſim noti ſunt:

Non Orbis gentem, non Urbem Gens habet ullam,
Urbsve Domum, Dominum nec Domus ulla parem.

Quod alius invertit præmiumque CM. Florenorum abſtuliſſe dicitur:

Par Urbi Domus hæc, Urbs Orbi, neutra Triumphis,
Et Belli & Pacis par, Ludouice, Tuis.

Cui iterum alii oppoſiti, ſed luſus nimis ſerij, ſi non deterioris notæ, qvosq; proinde apponere religioni ducimus, quibus nihil antiquius priusve, qvam Sanctum Axioma *de non abutendo Nomine Principum.* Arx *Fontisbellaquei*, *Fontainebleau*, à limpida Fontium ibi manantium aqua appellata à Franciſco I. ad inſtantiam conjugis Claudiæ extructa fuit. Idem locus famoſus eſt Spectri in vicinis ſilvis diſcurſu, quod Magnum Venatorem vocant, *le grand Veneur*, crebroque exclamare auditur: M' attendez vous; vel, m' entendez vous; vel, Amandez vous. V. *Pereſixe Hiſtor. de Henry IV. ad A. MDXCIX. p. 293. 294.* Conf. *Petr. Matth. ad eund. A.* Deinde ſunt *Verſailles*, *S. Germain en Laye*, item *Bois de Vincennes*, hodierni Regis frequentatione claræ. Arcem *Madritum* Franciſcus in memoriam captivitatis ſuæ Hiſpanicæ condidiſſe fertur.

Arces Angliæ celebriores ſunt *Aula Alba*, Arx *Windſorenſis*, *Hamptoncourt*, *Greenwich*, *Noneſuch.* Aulæ Albæ, *Whitehall*, perfectionem deberi Cardinali Wolſæo vulgo ferunt. In *Windſorienſis* Caſtelli Eccleſia Henricus IIX. cum Conjuge Jana Seimora, Henricus item VI. & ab altero latere Edvardus IV. cum Conjuge & liberis ſepultus eſt, ſed tam profunde, ut Parliamentarii ſuperiorum Annorum, cum hiſce decollatum Regem Carolum I. jungere decreviſſent, nec Cineres invenire potuerint: Unde cum intentione hac exciderent, eum Henrico IIX. addidere. Arx *Hampton Court* ab adjacenti pago nomen habet, ſicut *Eſcuriale*

&

& Aranjuez Hiſpanorum. In Arce *Greenwich* Regina Eliſabetha nata, eoq; hac præcipue delectata fuit.

In Dania ſunt *Croneburg & Friederichsburg.* Arx Czarij Ruſſici *Kremelini* nomine innotuit, magnificam variis in partibus ſtructuram, Turresque omnes inauratas oſtentans. Iſt ſo groß und weit als eine zeimliche Stat umbfangen / mit dreyfachen dicken ſteinern Mauren und einem tieffen Graben umbgeben / und mit ſtatlichem Geſchütze und Soldaten wol verſehen. Es ſeynd viel köſtliche von Steinen auffgeführte Gebäude / Palatien und Kirchen darinnen zu finden / welche vom Großfürſten / Patriarchen / fürnembſten Reichs Rähten und Herrn bewonet und beſuchet werden. Es hatte zwar der vorige Großfürſt Michael Fedorowitz / ſo zu unſer Zeit lebete / gute ſteinerne Gemächer / und ließ für ſeinen Herrn Sohn dem itzigen Großfürſten ein ſehr prächtiges Gebäu und Pallaſt auff Italiäniſche Art auffbauen / er aber hielt ſich ſelbſt Geſundheit halber / wie ſie ſageten / in einem höltzern Gemach auff. Der itzige Patriarche ſol itzund auch ein ſehr prächtig Gebäu / welches nicht viel ſchlechter als des Großfürſten / ihm zu ſeiner Wohnung haben auffbauen laſſen ꝛc. Die Thürne ſeyn mit ſtarck vergüldeten Bleche überzogen / welche bey hellen Sonnenſchein einen ſchönen Glantz und daher der gantzen Stadt von auſſen ein trefflich Anſehen giebt / daß etliche der unſern / als ſie in die Stadt kamen / ſageten: Von auſſen ſcheinet die Stat wie Jeruſalem / innen aber iſt ſie Bethlehem. Olear. *Itin. L. III. c. I.*

Arx Turcici Imperatoris vocatur *Seraglio, Turcæ* enim quamlibet ædem amplã *Serai* vocant, nomine hoc Perſico ad vulgarẽ uſum traducto, unde ab Occidentalibus id ad Imperatoris Palatium, terminatione addita *Seraglio*, reſtrictum fuit, Turcæ vero cum de eo verba faciunt, diſtincte efferunt *Padishah Serai*, h. Imperatoris Palatium. Viginti ſtadia ambitu ſuo complecti videtur, quod ſpacium nõ continuis ædibus, ſed Hortis Areisq; amplisſimis occupatur. Porta ordinaria, qua itur ad Palatium, cũ cæteræ non niſi rariſſime aperiantur, à Janitoribus in ingentem altitudinẽ effertur. Ad ſecundam Portam, quæ ad atrium ducit, ab Eqvis deſcenditur; Nec qvisqvam, niſi pedeſter, præter Imperatorem illud ingredi poteſt: In ejusque extremitate Divanum eſt; Nec defectus hic aliquis ordinis aut magnificentiæ. Quicquid ultra Portam Tertiam continetur, Chriſtianis minus cognitum: Quod extra apparet, licet id non ſit Architectonicis Regulis proriſus congruum, magnificum videtur, pinnaculis deauratis, turribusque faſtigiatis illuſtre. *Th. Smith. Conſtantinop. Not. f. 88. & ſqq.* Specialiora ejus tamen exhibita apud *Tavern. P. III.* ſingulari Sectione

De l'interieur du Serrail du Grand Seigneur. Græcorum Imperatorum Palatium noluerunt habitare, vel quod in Urbis ſtrage nihil illæſum permanſerit, vel mali ominis vitandi causâ. Idem *Smith. f. 90.* Perſarum Regia *Meidan* vocatur, à Schach Abba Magno condita, ſed minori, quam Regiam decet, magnificentia. Deſcriptionem Vid. apud *Tavernier. P. I. L. IV. c. V.*

IV.

Sedes, ſeu uti nunc dici ſolent, Reſidentiæ Serenisſimorum Principum Germaniæ noſtræ ſunt: Electoris Moguntini ipſa *Moguntia*, Trevirenſis *Auguſta Trevirorum*, qvam Jacobus III. Archiepiſcopus & Elector circa A. MDLXIIX. obtinuit, Colonienſis *Bonna.* Sereniſſimorum Electorum Secularium Sedes ſunt, Bavarici *Monachium*, Saxonis *Dresda*, Brandenburgici, *Colonia ad Spream*, Palatini *Heidelberga.* Auſtriacorum Regentium Sedes eſt *Vienna*, Secundogenitorum *Oenipons* Inſpruck / vel *Linzium*, Lintz. Duces Saxoniæ Vinarienſis Lineæ cum in tres ramos abirent, *Vinariæ*, *Gothæ* & *Altenburgi:* Cumq; Ramus Vinarienſis iterum quadrifariam divideretur, Johannes Frneſtus *Vinariæ*, Adolphus Wilhelmus *Jſenaci*, Joh. Georgius *Marcſulæ*, Bernhardus *Jenæ* reſederunt: Qvæ ſedes iterum numero minutæ, poſtquam Jſenacenſis ac Jenenſis Principes fato ceſſerunt. Marchiones Brandenburgenſes in Culmbach *Bareutum* aliquamdiu pro ſede habuerunt, Anſpacenſes *Onolshacum.* Sereniſſimorum Ducum Brunſvicenſium, Georgii Wilhelmi Sedes eſt *Cella*, Joh. Friderici *Hanovera*, Rudolphi Auguſti *Guelpherbytum.* Holſatiæ Duces agunt *Gottorpiæ.* E Würtenbergicis Ducibus Dn. Eberhardus *Stutgardiæ* agit, Dn. Georgius *Mompelgardi*; Neoburgici Aula eſt *Düſſeldorpii*, Urbe, raro exemplo à Pago denominata, cujusmodi quid tamen etiam *Pfullendorfium*, Urbs Imperialis, & *Jägerndorfium*, Ducatus ante Brandenburgici juris in Sileſia, ferunt. Sereniſſimorum Anhaltinatus Principum hodiernorum ſedes ſunt, Joh. Georgii *Deſſavia*, Victoris Amedei *Bernburgum*, Wilhelmi *Hertzkeroda*, Caroli Wilhelmi *Serveſta*, Emanuelis Lebr. Cothenæ. Cæterorum Sedes nominibus diſcretivis ipſorum ferè involvuntur. Boruſſiæ Ducalis ſedes eſt *Regius Mons*; Curlandiæ *Mitavia.* Lotharingiæ Ducum Sedes *Nancy* ſ. *Nancejum.* Sabaudus *Turini* in Pedimontio agit. In Italia Magnus Dux Hetruriæ ſedem habet Florentiam; *Mantuæ*, *Parmæ*, *Modenæ* Duces in ipſis locis habitant, unde nomen gerunt. Sedes

Prin-

Principum Wallachiæ est *Targoviſco*, Moldaviæ *Yas*, Transſilvanorum *Alba Julia*.

V.

Urbes primariæ Regionum & Provinciarum aliunde jus accipientiũ ſunt: In Sardinia *Calagris*, in Sicilia *Palermo*, in R. Neapolitano ipſa *Neapolis*, Sedes Vice Regũ Hiſpanicorũ; Montisferratenſis Marchionatus primaria urbs *Caſal*; Ducatus Mediolanenſis, *Mediolanum*; Comitatus Burgundici *Dola*; Belgij Regij *Bruxella*; In Hibernia Metropolis eſt *Dublinum*. *Goa* in India Orientali reſidet Vice-Rex Portugalliæ, *Manillæ*, Philippinarum, *Limæ* Peruvianus, *Mexici* Mexicanus; Aragoniæ Regni primaria urbs eſt *Sarageſſa*; Belgarum ſupremus in India Or. Præfectus reſidet Bataviæ, urbe Javæ Majoris. In Lithuania talis eſt *Vilna*, in Ruſſia Rubra *Leopolis*; In Sileſia *Vratislavia*, in Moravia *Olmuz*. Huc reducimus Urbes Parliamentarias Galliæ, *Lutetiam Pariſiorum*, *Rotomagum ſ. Roan*, *Redonum*, *Burdigalam*, *Toloſam*, *Aquas*, *Gratianopolin*, *Divionem*, *Caſtrum Palum* ſeu *Pau*, *Metim*, *Enſisheimium*, de quibus jam alibi dictum.

VI.

Inter Reſpublicas Liberas Venetorum Reſp. ipſas *Venetias* habet tq. primam ac præcipuam Urbium ſuarum. Genuenſium eſt *Genua*; Similisque Reſp. *Lucenſis* eſt; Et dn. Italis *Republicheta*, ob tenuem Conditionem ſuam dicta *Reſp. S. Martini*, Ducatui Urbinenſi incluſa, qvæ tamen libertatem ſuam magni æſtimat, ipſamqe Venetorum Remp. cariſſimam Sororem appellare gaudet. Helvetij præter XIII. Urbes, quæ Cantones denominant, *Aquas*, Baden habent, ubi Comitia ſua celebrant. Belgij Fœderati conventus excipit notiſſima *Haga Comitum*.

Geneva urbs Libera eſt ſuique juris ad Lacum Lemanum ſita, *Raguſa*, Civitas Turcæ Tributaria jure ſuo utitur in Dalmatia. Et ſi Liberas Civitates Imperij noſtri, tq. ſimiles fere totidem Rebuspublicis, huc agere licet, earum Catalogus à Juris Publici Scriptoribus hic exhiberi ſolet: *Aquisgranum*, *Argentoratum*, *Auguſta Vindelicorum*, Aken / *Biſontium*, *Brema*, *Biberacum*, *Buchavia*, *Buchornia*, *Colonia Agrippina*, *Campidunum*, *Colmaria*, *Donawerda*, *Dunckelspüla*, *Dortmund*, *Eſſinga*, *Francofurtum ad Mœnum*, *Friedberga*, *Gemünda*, *Goslaria*, *Gelnhuſa*, *Gengenbachium*, *Giengen*, *Hagenoa*, *Hamburgum*, *Halla Svevorum*, *Hailbrunna*, *Herfor-*

Herfordia, *Jſena*, Kauffbairen/ Kaiſerberg/ *Landavium*, *Lindavia*, *Lubeca*, Leutkirchen/ *Memminga*, *Mülhuſium*, *Münſter in S. Gregorienthal*, *Noriberga*, *Nordlinga*, *Northuſa*, *Offenburgum*, *Oberehenheim*, Popſingen/ Pfullendorff/ *Ratisbona*, *Rotvila*, *Ravensburgum*, *Reutlinga*, *Rotenburgum*, Roßheim/ *Seleſtadium*, *Spira*, *Svinfurtum*, *Türckheim*, *Uberlinga*, *Ulma*, *Wangena*, *Weiſſenburgum* Weiſſenburg in Nordgau/ Wezlar/ *Wila*, *Wimpina*, *Winshemium*, *Wormatia*, Zell am Hamersbach. De ſingulis V. prolixius Scriptores J. P. & in iis *Autorem Limnæi Enucleati Libr. IV.*

VII.

Veniendum porro eſt ad Urbes locaque ſpeciali Charactere in rebus Hominum donatas: Taliaque primo Loca Electioni atque Inaugurationi Regum deſtinata. De Imperio Germanico ſancit A.B. c. XXIIX. §. V. *Invenimus ex Clariſſimis relationibus & traditionibus antiquorum, illud à tempore, cujus contrarii non habetur memoria, per eos qui nos præceſſerunt feliciter eſſe jugiter obſervatum, ut Regis Romanorum futuri Imperatoris in Civitate* Franckford *celebraretur Electio, & prima Coronatio* Aqvisgrani, *& in oppido* Nurenbergenſi *prima ſua Regalis Curia haberetur.* Ante illa tempora locus indifferens fuit. Vid. Comment. in A. B. paſſim Neq; nũc etiã immutabilis creditur ejus neceſſitas eſſe: *Quanquã enim Carolus IV. Imperator Bulla Aurea ſtatuerit Regum Romanorum deſignationẽ Francofordiæ ad Moganũ celebrari debere, idem tamen* Carolus *A. B. Conditor ea quæ de Electionis loco ſtatuta contraria ſanctione ad prætextum, quod tantam Electionem loco reſtringi per abſurdum foret, Anno à Nativitate Domini* MCCCLXIII. *palam reſcidit, ſummaratione. Non enim è Majeſtate tanti Imperij eſt, ut Principes ſemper circum Rheni margines hæreant immobiles, fieriq; poteſt, ut Imperator cum Electoribus procul in Hoſtili Solo degat adeo diſſito, ut intra præfinita Bullæ tempora nullo pacto Francofordiam attingere poſſint ad eligendum, ſi Imperator forte occumbat, aut in fata concedat. Hæc non ſcribo, quod putem temere majorum morem mutandum. Magni enim Provinciales faciunt, T. JCto, ſervari ipſis antiquas conſvetudines;* Sed quod non ſit Principibus neceſſitas impoſita, *ſolùm Franckfordiæ Electionem celebrare: Non me tamen latet, diu extra Romanum Agrum, qui Italiâ terminabatur, nõ potuiſſe dici Dictatorem.* Ita doctiſſimè *Hartm. Maurus de Coron. Caroli V. in T. II. Scr. Germ. Schard. f. 853-854.*

In Polonia locus Electionis olim fuit *Petricovia*, *Matth. à Michov. Chron. L. IV. c. LXXX.* Poſtea vero Unione Regni Poloniæ cum Magno Ducatu Lithua-

thuaniæ factâ, Rex eligirur prope *Varſaviam* & Pagum *Wola*, in patente Campo, cum ipſa Urbs Warſavia tantã Electorũ multitudinem non capiat. Vid. *Cl. Hartkn. Diſs. de Pol. I. §. IX.* At Coronatio olim *Gneſnæ* peracta, ubi etiam Inſignia Regni antehac aſſervari ſolita, quæ demum in Coronatione Vladislai Loctici An. M CCC XX. *Cracoviam* translata ſunt. Neugebaur. *L. III. Hiſt. P. I.* Incidit poſtea Controverſia tempore Ludovici Regis, utrum Coronatio more majorum deberet Gneſnæ fieri; Sed Ludovicus proximorum Regum Vladislai Avi & Caſimiri Avunculi ſecutus exemplum *Cracoviæ* Coronam accepit Cromer. L. XIII. Rer. Pol. & ex eo *Cl. Hartkn. c. l. §. XV.* In Dania cum Regnum adhuc electivum eſſet; ritus eligendi & coronandi *Londini Scanorum* peracti, cujus loco ab hodierno Rege aſſumptum *Fridrichsburgum* in Selandia. At cum Margarita tria Regna Septentrionalia conjunxiſſet, ſanxit, ut *Halmſtadium* locus eſſet, quo Ordines convenirent pro Novo Rege eligendo. Verba *Pontani* hanc in rem ſupra citata *c. VI. §. IIX.* Apud Svedos Regem *Upſaliæ* coronari moris eſt, tanquam veteri ſede Regia Svedicorum Regum. Ibidem Electio etiam peracta ad Lapidem hodienũ ſuperſtitem *Moraſteen*, Saxum majus, aliis minoribus circumdatum, in quibus Regis & Procerum conſeſſus erat, ſitum in Prato *Moraeng* dicto, quod ſpecioſa porrectum planitie capax erat multitudinis. Conf. *C. VI. §. IIV.* Sed hujus hic pariter ac in Dania non amplius habetur ratio, poſtquam Regna hæc ex Electivis in Hereditaria tranſierunt. In Gallia *Remis* ſeu *Durocortori Remorum* Solennia Coronationis Reges ſuſcipiunt: *Ubi inaugurari Reges invaluit:* Gramond. *L. I.* Non tamen lege aliqua, ſed unice ex Conſvetudine. Ideo cum Guiſiani Comitiis Bleſenſibus An. MDLXXXIX Legem veluti Publicam poſuiſſent: *Ut nemo Rex legitimus in poſterum haberetur, priusquam Durocortori Remorum Sacro Oleo, quod in B. Remigii cœnobio religioſe aſſervatur, more ſolenni inunctus eſſet;* Henricus IV. vero interea Remis arceretur, Prudentiores Decretum illud ut inſolens & aſtu Guiſianorum, qui urbem & Inſignia Regia in poteſtate habebant, ab Emiſſariis ſuis propoſitum arguerunt, & iniqvum eſſe dixerunt, Legitimam Regni ſucceſſionem, quæ proximo agnato Lege Regni deferatur loco certo includi. *Thuan. L.* CIIX. *ad* A. MDXCIV. Itaque, pergit, tum magno conſenſu decretum fuit, nihil cauſæ eſſe, cur minus ſolennis Inauguratio dici deberet, etſi minime Durocortori facta eſſet; *Nam exemplis conſtare in Imperatorum & Regum conſecrationibus ſecundum tempora ſemper variaſſe; Pipi-*

num & ejus filios Carolũ & Carolomanũ minime Remis inunctos; dein Ludovicũ Ludovici Senioris F. apud Ferrarias in Senonensi pago, & uxorẽ ejus nullo præsente Metropolitano à quibusdam Episcopis ab Hugone Abbate, & cæteris primatibus missis consecratos & coronatos: cũ denig; duo filij Roberti Andiũ Comitis è Saxonia oriundi supereſſent, Odo videlicet & Robertus, Burgundiones Aquitanos g; proceres in unũ congregatos, Odonem grandiorẽ natu licet reluctantem Caroli tutorem constituisse, à Valtero Archiepiscopo Senonensi inunctum: Rodulfum postea Burgundionem à Carolo Simplice tunc captivo Regno præpositum, & III. Eid. Vtil. Io ccccxxv *Augustæ Suessionum consecratum fuisse; eo autem mortuo Ludovicum Caroli Simplicis F. à Wilelmo Archiepiscopo ex Anglia reductum, & IV. Kal. Vtil. quarto post anno apud Laodunum inunctum: Regno demum in familiam Hugonis Magni Ducis translato Robertũ ejus nepotem Aureliani in Regem consecratum ac coronatum: Hujus rursus filium Hugonem juvenem Compendii insignia Regni cepisse: His exemplis manifestum fieri, Francorum Reges non omneis in Remensi Ecclesia vel à Remensi Archiepiscopo Regno inauguratos; Atg; adeo constare, Remensem Præsulem extra Belgicam nunquam Regem Francorum consecrasse: quippe eandem cujusg; Metropolitani potestatem in Metropoli sua esse, nec esse, cur unus tanquam proprium jus ambiat vindicare, quod multorum esse commune constat, alioqui ex eo quosdam inferre ausuros, majorem vim Sacramentorum esse apud illos, quam apud alios; quod Ecclesiæ unionem divideret, neg; vero in eo contra legem peccatum; nam nullam de ea re legem conditam, quæ præcipiat Regem præcipue Remis, aut alibi prohibeat consecrari: nec privilegiis Remensem Ecclesiam niti posse; nam si quæ sunt, nulla illa esse, utpote nec in Conciliis Generalibus coram aliis Episcopis recitata, nec ad alias Ecclesias transmissa; ac denig; nulla illis familiari vel publica relatione propalata.* Quem locum integrum utut prolixiusculum allegandum duximus, quod non tantum Remensem istam controversiam plene exhibeat, sed superius citato Textui A.B. non exiguam lucẽ addat. In Anglia *West-Monasterij* in Templo Cathedrali eundem actum peragi moris est; In Bohemia *Pragæ*, in Hungaria *Posonij*: Ubi & Clinodia Regia custodiuntur, curam eorum gerentibus duabus personis Illustribus, quas *Conservatores Coronæ* appellant: Sicque *Coronam Regni Poloniæ* moris est asservari Cracoviæ in Thesauro Regni per Thesaurarium Regni Supremum; Claves servantibus Castellano Cracovienſi, & Cracovienſi, Posnanienſi, Vilnenſi, Sendomirienſi, Caliſſienſi & Trocenſi Palatinis, qui tamen

Theſau-

Thesaurum recludere non possunt, nisi cum Consensu omnium Ordinum. *Cl. Hartknoch, c. I. §. XV.* Clinodia Anglia in *Turri Londinensi*, The Tower of London/tanquam loco, in quo & ex quo Principalis Jurisdictio auspicia legitima accipit & incipit: Imperii Germanici *Noribergæ*, unde & instante Coronatione Imperatoriâ solenniter peti solent. Vid. præter alios *Matenes. de Coron. Ferdin. III. f. 88.*

IIX.

Sequitur, ut Loca nonnulla Sepulcris Regum ac Principum celebria commemoremus. Qualia: *Escurialis* illa pars *Pantheon* dicta, de qua *præc. §. III. Fanum S. Dionysii, S. Denis*, pro Regibus Galliæ: *West-Monasterij* Templum Cathedrale pro Regibus Angliæ: *Roschildia* pro Regibus Daniæ. V. *præc. c. V. §. IX. Nidrosia* pro priscis Regibus Norvegiæ V. *c. VI. §. VII.* In Regno Sveciæ *Upsaliæ* tres editiores colles aut tumulos ostendunt, in quibus Regum Sveciæ cineres & ossa servantur. *Loccen. Antiq. Sveo Goth. L. II. c. II.* Apud Russos conduntur in templo *S. Michaelis* in Arce Moscovitica sito. V. *Olear. L. III. c. I.* Apud Persas *Ardebilæ* condi moris est T. eod. *Olear. L. IV. c. XXII.*

IX.

Addendum porrò de Locis Charactere Sacro Regum notis: Quemadmodum Imperatores Germanici sunt *Canonici Aquisgranenses & Romæ S. Petri*, Reges Hispaniæ *Canonici Burgenses*, Reges Galliæ *Abbates S. Hilarij Pictavienses.* Iidem postridie Coronationis proficiscuntur *ad S. Marculphum*; Reges Poloniæ *ad locum Martyrij S. Stanislai* in adsita Cracoviæ Urbe seu parte Casimiria; Imperatores Turcici *ad S. Hiobum.* De quibus plur. *Not. Dign. Diss. V. c. I. §. V.*

X.

Aliæ deinde Urbes locave communiorem qvendam Characterem à Peregrinationibus Religionis ergo habent, quo advenis omnibus seqve impertiunt. Talis apud Judæos olim erat *Hierosolyma*; Qvæ & Christianos mediis seculis magno numero excepit, quod Sanctitate Oeconomicæ V. T. novam ex conversatione Christi & Apostolorum successe fisse putarent: Quæ res quam debili fundamento nitatur V. ap. *Voet. T. III. Diss. de Peregr. Hierosol. p. 1002.* Interim inter quatuor primarias Peregrinationes Religiosas Christianorum Catholicorum hæc *Hierosolymitana* locum accepit, præter quam deinde sunt II. *Romana* ad Limina Apostolorum Petri & Pauli. III. *Compostellana*, ad S. Jacobum: Quam tamen

è Catholicis ipse *Baronius* in dubium vocat *Martyrolog. ad D XXV. Jul.* IV. Deniq; *Lauretana*, ad Ædem B. Virginis Loreti, quam Divitias Thesauris Regiis majores possidere dicunt. *Turcarum Peregrinationibus* notissimæ sunt *Medina & Mecca;* Hæc ob Tumbam Muhammedis, illa ob ejusdem nativitatem, initiaq; Religionis hic liberius facta, postquam Mecca excesserat. Sed I. Corpus Muhammedis nusquam videtur, quod ipsum Muhammedanorum Antistitem jam ante duo secula fassum legimus apud *Ludov. di Barthema*, seu uti alias vocant, *Vartomanũ*, & *Romanum Patriciũ*. Rogaverat Dux Caravanæ Antistitẽ Medinensem, permitteret sibi videre Corpus Muhammedis, precium fore IV M. Seriphorum; At ille quasi lymphatus: *Audesne his luminibus, quibus tot patrasti scelera eum velle conspicari, cujus intuitu Deus Maximus Cœlum ac Terram creavit?* Cui iterum Dux: *Domine verum dicis, sed abs Te unum liceat impetrasse, ut videam Prophetam, quo viso in ejus gratiam effodiam mihi mox lumina.* Antistes vero respondit: Cuncta Tibi aperiam, Princeps: *Nemo it inficias, quin hic Propheta noster vitam exuerit, qui si voluisset, potuisset quidem apud Meccam decedere: Verum ut inopiæ speciem præ se ferret, eoq; nos instrueret exemplo, hic quam alibi maluit rebus humanis exui; illicoq; in Deorum sedes relatus est ab Angelis, adeoq; in cœlum veluti compar receptus est.* Tum delubro egressus Dux ad Ludovicum cæterosve: *Respicite pro quare quaterna millia Seriphorum prodigere volebam.* Itin. *L. I. c. XIII.* II. Nec Tumba ejus pensilis usquam est: Quod passim ex Itinerariis constat. *Id etiam exploratum vobis sit, adjuratissimeque vobis astruimus, inibi ferrum, chalybemve haut esse, minusve Magnetem.* Item *Ludov. di Barthema ib.* III. Occasio vero, cur pensilis esse credi cœperit, ex eo nata, quod Mausoleum altius elevatum, columnis non adeo crassis sustentetur: *Cumq; conclave illud angustum & obscurum sit, nec aliud lumen, quam lampadum admittat, ijs qui è longinquo prospectant, Pensilis Tumba videtur; Sed qui propius accesserit, facile animadvertet, illam, columnis impositam.* Princ. Radzivil. *Ep. II. f. 40.* De Peregrinationibus Saracenorum & Gentilium ad *Monumenta primorum hominum* in Insula *Zeilan* aliqua tetigimus *c. V. §. XVI.* Ad Dentem Simiæ in eadem Insula sumptuosissimis itineribus itum fuisse ex Itinerariis prolixe tradit *Carolin. Hedendaegsch Heydendom L. I. c. VI. P. II.* Quas nugas pluribus hic exponere non vacat. *Fluvium Gangem* singularis Sanctimoniæ causa à Gentilibus Asiaticis visitari dictum *C. III. S. III. §. XVII.*

XI. *Pri-*

XI.

Primæ Sedes Archiepiscopales sunt, *Toletum* in Hispania, de cujus Archiepiscopi Dignitate V. *P. II. c. I. §. XVI.* *Bracara* in Portugallia, Vid. *præc. C. IV. S. I. §. I. n. 3.* *Durocortorum Remorum* in Gallia: *Salisburgum* nunc in Germania, olim *Magdeburgum:* In Anglia *Cantuaria:* In Scotiâ *S. Andreæ:* In Hibernia *Armacum, Armagh:* In Dania antehac *Londinum Scanorum:* In Svediâ *Upsalia:* In Polonia *Gnesna:* In Bohemia *Praga:* In Hungaria *Strigonium.* Patriarchæ Indici Sedes *Goa* est: Patriarchæ Venetorum *Gradus:* Patriarcharum Orientalium Ecclesiarum Sedes Græca voce KAPAI, *Capita*, comprehenduntur. K. est *Constantinopolis*, A. *Alexandria*, R. *Roma*, nunc *Russia*, A. *Antiochia*, I. *Jerusalem.*

XII.

De Emporiis, adeoq; Urbibus commerciis claris eodem ordine agendum esset, sed harum plenior noticia in aliam occasionem rejicienda est. Hic satis ducimus *Civitates Hanseaticas* allegari, qvas in Borelioribus Europæ partibus, inprimis Germania communis causa servandorum commerciorum libertatisq; eorũ olim junxit, non quidem Fœdere aliquo, id n. condere solorum est Summum Imperium habentium, sed liberiori consociatione Mercatoria; Habenturqve hoc fere numero: *Lubeca, Brema, Rostochium, Wismaria, Thorunium, Elbinga, Dantiscum, Regiusmons, Brunsberga, Riga, Dorpatum, Revalia, Stetinum, Stada, Ulzenia, Buxtehuda, Stargardia, Anclamum, Golnovia, Hamburgum, Luneburgum, Gryphiswaldia, Colberga, Colonia, Osnabruga, Susatum, Minda, Hervordia, Paderborna, Lemgovia, Tremonia, Monasterium, Neomagum, Daventria, Zutphania, Swolla, Hardervicum, Gröninga, Wesalia, Duisburgum, Elburga, Sauria, Ruremunda, Arnhemium, Campa, Bolsverda, Lippia, Unna, Hamma, Emerica, Bilefelda, Venloa, Brunsviga, Magdeburgum, Hildesia, Goslaria, Göttinga, Hannovera, Eimbeca, Hamelia, Cosfeld, Stolpa, Rugenwalda, Berga in Norwegia.* Alias, quas autem dubij juriseſſe putant, referunt, *Halam, Stendaliam, Soltquellam, Berlinum, Brandenburgum, Francofurtum, Halberstadium, Quedlinburgum, Aschersiebiam, Northeimium, Helmstadium, Vratislaviam, Cracoviam.* Sed fieri potuit, ut jure hoc sponte sua hæ Civitates cesserint, vel saltim id amplius curare neglexerint. Ita n. Marchicæ Civitates nostræ à tempore Joachimi I. Electoris Hansâ abstinuerunt, nequam finistre suspicandi Occasionem moverent Principi suo, cum alias non infimo loco in Fœ-

dere Hanſeatico eſſent; Geritque hodienum Francofurtum noſtrum ſignum Hanſæ, ferrum, quod in modum anchoræ ductum eſt, ſupra ingreſſum Auſtralem Curiæ videndum. Ac veluti in qvatuor Claſſes diſtinctæ fuerunt, ita totidem Metropoles, die Vier Quartierſtäte/ poſuerunt: I. *Lubecam* pro Civitatibus Pomeranicis & ſex Vandalicis. II. *Dantiſcum* pro Civitatibus Boruſſiæ & Livoniæ. III. *Coloniam.* IV. *Brunſvigam.* Habuerunt & totidem Emporia ac Stapulas mercium. I. *Brugis*, qvod poſtmodo Antwerpiam translatum fuit. II. *Londini.* III. *Novogardiæ* in Ruſſia. IV. *Bergæ* in Norwegia. *Lubecæ* Conventus ſuos inſtituere ſolent, qui tamen, quod rariores ſint, factum fuit, ut communes cauſæ pleræque Lubecæ, Bremæ & Hamburgo nunc committantur. Ibidem Archivum ſuum habent, ipſiusque Civitatis Sigillo in cauſis Fœderis ſui utuntur. Peculiare nomen *Civitatum Vandalicarum* inter eas gerunt *Lubeca, Hamburgum, Roſtochium, Stralesunda, Wiſmaria, Luneburgum.* Qvarum & Conventus præliminares, quos inſtituere ſolent, antequam Comitia univerſæ Hanſæ celebrentur, à ſuo nomine Conventus Vandalici dici ſolent. V. plurib. de Civit. hiſce *Joh. Angel. Werdenhagen* & poſt eum *Joach. Hagemeier de Fœdere Hanſeatico.*

XIII.

Sequitur ut *Claves Rerumpublicarum* attingamus, h. Urbes locave, per quas ad Regna & Regiones ampliores liberior patet aditus. Tales ſunt *Claves Galliæ*, quas Regi ſuo ſe procuraſſe Cardinalis Richelius gloriatus fuit, *Perpinianum* ad Hiſpaniam, *Briſacum* ad Germaniam, *Pinarolum* ad Italiam V. *P. II. c. III. §. II.* Eodemqve in loco & *Caſalim* in Montisferrato habuit, cum adverſus Hiſpanum defendendam A. MDC. XXIX. conſuleret. V. *prac. c. VI. S. I. §. III. n. 6.* Tres *Claves* Imperii Hiſpanici Carolus V. olim commendavit Philippo II. Filio, *Vliſſingam* in Selandia pro Dominio Oceani Germanici, *Gades ſ. Cadix* pro Oceano Atlantico & aditu Maris Mediterranei, & Golettam in Africa pro ipſo Mari Mediterraneo. *Oreſunda* Clavis Maris Balthici *ſupr. c. III. P. II. §. X.* In eodem *Memelia*, Clavis ad Sinum Curonenſem, & *Pillavia* Clavis ad Sinum Dulcem, das friſche Haf. *Barvicum ad Twedam*, vetus Clavis Anglorum ad Scotiam. *Caletum* Clavis eorundem ad Galliam *Supr. c. III. P. III. §. V. Rocroium*, Clavis Hiſpano-Belgica ad eandem, *Tanti momenti locus, ut incubanti illic præſidio Lutetiam usq; pateat aditus, & Campania in immenſum patentis fuſa planities excurſionibus Rocroacis obnoxia*

noxia sit. V. *Priol. C. II. c. II.* Corcyra seu *Corfu*, Clavis Maris Adriatici, *Supr. c. V. §. XII. n. 7.* Dardanelli, *Sestus & Abydus*, Claves ad ipsam Regiam Turcarum Constantinopolin, *Supr. c. III. P. III. §. V.* Insula *Formosa* Clavis est commerciorum in China & Japania exercendorum, *supr. c. V. §. XIIX. Insula Ormus* Clavis Sinus Persici. *Cit. c. V. §. XVI. Noteburgum* Clavis Svedorum ad Russiam Moscoviticam: *Caminecia Podolica* nunc Clavis Turcarum ad totam Russiam Rubram, aliosve Tractus Poloniæ. *Erzerom* Clavis eorundem ad Regnum Persiæ. *Tavern. L. I. c. II. Varadinum* Clavis inter Hungariam & Transilvaniam: *Ferrum* Clavis Status Ecclesiastici, *Supr. c. VI. S. I. §. III. n. Vallis Telina* Clavis Italorum ad Germaniam V. *c. VII. §. XV.*

XIV.

Deniq; & Urbium antiquitate celebrium mentio injicienda: Urbs *Nackschvan*, in Armenia creditur omnium antiquissima & à Noacho Arca egresso condita esse; *Nack* apud Armenos Navim, *Siran* mansionem significat. *Upsalia* Svedorum non tantum Svediæ, sed plerarumq; Europæ Urbium antiquissima & Abrahæ coæva esse perhibetur: Cui tamen aliam in ipsa Svedia æquiparant, *Birckam* bidui itinere Upsaliâ distantem. In Germania antiquissima dicitur *Treviris*; In Helvetia *Solodorum*, Urbs Treviri coæva, quam ideo & Treviris Sororem vocant. In Gallia est *Nemausus*, *Nismes*, V. *c. VI, S. I. §. II. n. 10.* In Polonia *Gnesna*, à Lecho Reip. Polonicæ conditore extructa. De Seburgi & Londini Scanorum profunda antiqvitate, qvamqve tempore Nativitatis Christi floruerint V. *Pontan. Chorogr. Dan. f. 723.*

XV.

De Pagis tanquam Cognatis Urbium tria verba adjicimus: Esse nimirum, qui æque Libertatis Titulo gaudeant ac Civitates, *Pagos Liberos*, Talemq; in Helvetia prope Lachon esse, nomine *Gerissaw*, qui nulli Cantoni subjectus sit & Liberam faciat Remp. scribit *Sprenger. J. P. L. I. c. II.* In Svediâ jus vota ferendi etiam Pagis competere notum est, licet votum tantummodo Consultivum habeant, vocanturque Delegati eorum Heretagebauren. *Immediatorum* in Imperio nostro *Pagorum* meminit Instr. Pac. *Art. V. §. II.* & Goldast. *Epist. Dedic.* der Reichshändel. Es seynd freye Reichsdörffer/ Schuffelheim / Godarmstein / Gamb und andere so mit Hoch- und Niedergerichten begabet / und allein Keiserl. Majest. ohne mittel unterworf-

terworffen ap. *Butgold P. I. Disc. XXIII.* Specialia de Pagis adduci possent: Ut in Lotharingia prope Nancejum ad Montium Radices esse pagum *Marche-Ville*, cujus Incolas perfidia aliquando in suum Ducem (quem Historiæ *Fridericum II.* appellant) notatos ferunt, atque ea de causa, quotiescunq; cum reliquis Principibus domesticis epulari contingit, Panem eis inversum apponi consveviſſe. *Merul. Cosmogr. P. II. L. III. P. 487.* Et infinita alia. In Hollandia *Haga Comitum* pro Pago haberi solet, sed tali, de qvo pauca tantum & infra dignitatem ejus ferè adhuc sunt, quæ Ortelius dicit *Theatr. ad Tab.* XLIV. *Guicciardinus* agnoscit hūc Pagum amplitudine, opulentia, venustate, & amœnitate cæteros Europæ pagos antecellere. Habet enim duo millia domorum, inter cæteras Regiam ædem, in qva Principis summum tribunal. Prope est nemus opacum, avium cantu, & ferarum aspectu & oculis & auribus jucundum. *Comopolim* potius appellaverim, & cum Ctesiphone Pago in Assyria ad Tigrim fluvium ab omnibus Scriptoribus celebrato comparare ausim. De qvo Strabo scribit, eum pagum urbis potentia & magnitudine esse, ibiq; Parthorum Reges hiemare solere, Seleuciæ urbi parcentes. Videntur & in Imperio nostro Pagorum nomen olim habuisse *Bamberga, Schletstadium, Hagenoa, Ulma*, sed in nota ista in Qvaterniones Imperii divisione, quam examinari hujus loci non est. Pagi certe si sunt *Societates Rurales*, hæc loca Pagos non esse nemo facile diffitebitur.

CAP. IX.

CAPUT IX.

DE INCOLIS ORBIS.

SECTIO I.

DE ORIGINE ET MIGRATIONIBUS GENTIUM.

I. Quo sensu verum sit omnia propter hominem esse?
II. Noachica Orbis Divisio.
III. De Origine Gentium Americanarum.
IV. Cur Bellicosarum Gentium origines obscuræ sint? Cur Septentrionales tractus hodie tam populosi non sint, quam olim fuere?
V. Gothorum nomina, solum natale, invasiones in Provincias Romanas.
VI. Quadorum nomen ac gesta.
VII. Vandalorum nomen, Sedes, Tituli Principum à Vandalis sumpti.
VIII. Venedorum ac Slavorum origo & res gestæ.
IX. Franci.
X. Longobardi.
XI. Hunni, Siculi, Ugri, Hungari.
XII. Turcæ, Tatari.

I.

JAmque homines qui colant Geocosmum, introducendi veniunt, quippe quos Divina Majestas constituit super opera Manuum suarum, quorumq; pedibus omnia subjecit *Ps. IIX.* Quapropter & vulgo in ore est: *Omnia propter hominem, Hominem propter Deum esse.* Quod tamen dubiis non caret, si extra Geocosmum nostrum evagemur, aut oculos intendamus in immensam illam corporum cœlestium vastitatem, ac latentem in nostra usq; tempora cognitionem Viæ Lacteæ, Plejadum, Stellarum Nebulosarum, Planetarum Circum-Jovialium, & in universum in maximam disproportionem inter Terram nostram & cœlos iisque inserta Corpora. Hominem enim eorum finem esse, quorum pleraq; vix nostro seculo animadvertere cœpit, maximam partem forte nunquam animadvertet, & cu-

jus ipsum amplissimum habitaculum vix punctum dici meret, si cum iis in comparationem veniat, res extra dubium posita non est, aut certe ab Intellectu nostro satis concipi non potest. Sed hæc alius loci sunt. Homines, tanquam Incolas Orbis in origine sua, externis Characteribus, Lingvis, Moribus &ſs. in præsens nobis curatio erit.

II.

Originem indigitamus eam, qua in amplissimas Societates Gentesq; & quibus conditoribus abierunt: Ita enim occasionem præbuerunt Geocosmo in Regiones & provincias dividendo. Quorum quidem fontes Interpretes Sacri jamdudum ex *Gen. X. 11. & sqq.* petivere, doctis conjecturis tamen potius, quam solida veritate nisi. V. *Joſ. Ant. L. 1. c. XVII. Jun. not. in cit. Cap. Gen. Cluver. Germ. Ant. L. I. c. IV. V. &c. Voſſ de Idolol. Gent. Bochart. Geog. Sacr. & alios* passim. Ad generalem noticiam facit vetus traditio de tripartita Orbis divisione κτ' ἴσον χερσμόν, uti ferunt, à Noacho filiis suis facta, quam & testamento firmasse ac Semo tradidisse apud Eusebium & Cedrenum legitur: Sed hæc nimis incerta sunt. Tripartita interim Orbis divisio non improbabilis est, sub aliis tamen quam Europæ, Asiæ, Africæ nominibus, quæ Homeri ævo adhuc ignorata, ut Strabo docet L. XI. Centrum que videtur Euphratem habuisse, atq; ad hunc ejus partes coiisse, quod ex *Gen. X.* 20. liquet jam subijciendo. Semo Oriens cesit; Est n. Pater omnium *Bene Heber*, h. Trans-Euphratensium *Gen. X. 20.* Quod eodē sensu reddimus, quo Abraham ab Heber vocatur Hibri, h. non Hebræus, sed ut LXX. interpretati fuerunt, περάτης, Trans-Euphratensis, qvia ex Trans-Euphratensibus venerat; Et *Bene Kedem* alibi sunt non filii alicujus Kedem, sed Orientales: Semum quoq; Patrem filiorum Heber Patriarchæ, ut vulgo id reddere solent, solúm dici connexio Textus non patitur. Accedit *Josephus Ant. I. VII. Semo tertio Noe filio filii fuerunt quinq;, qui Asiam usq; ad Indicum Oceanum incoluerunt, ab Euphrate propagandæ ditionis initio facto.* Japetum deinde, & prolem ejus Occidens & Septentrio mansit: *A Tauro & Amano montibus incipientes pertingebant in Asia ad amnem usq; Tanaim, in Europa usq; Gades,* Joſ. *c. l. Chami v. filii Syriam & regionem Amano Libanoq; montibus inhærentem obtinuerunt, quicquid ejus ad mare vergit occupando & Oceanum usq. ditionis terminos proferendo.* Id. ib. Unde Ægyptus *Terra Cham* vocatur *Pſ. LXXIIX. 16. LXXXI, 4. &c.* & adhuc Hieron. ævo ita dicebatur, in

Tradi-

Tradit ad Geneſ. χηυία Plut. de Iſid. & Oſir. Chemnis urbs Thebaidis atq; Inſula ap. Herod. in Euterpe, hodieque Chemi a Coptis appellarur; Et ipſo Africanorum communi Numine, Jove Ammone, haut dubie non alius quam Chamus tq. communis omnium conditor intellectus. *Lucan. IX.*

Quamvis Æthiopum populis Arabumq; beatis
Gentibus, atq; Indis unus ſit Juppiter Ammon.

Confer. Comment. in Geneſ. c. 1. *Sulp. Sev. L. I. c. VI. Eutych. Annal. Alex. p. 52. & ſqq.*

III.

Ab his itaq; diviſæ ſunt Gentes in Terra poſt diluvium. *Gen. X. 32. Et quo quemque ſors & Deus tulit, eam Terram cum ſuis occupavit, ut tam maritima, quam mediterranea cultoribus replerentur. Joſ. Ant. I. VI.* Fecit ex uno omne genus hominum inhabitare ſuper univerſam faciem Terræ, definiens ſtatuta tempora & terminos habitationis eorum. *Act. XVIII. 26.* Specialia de unius atque alterius gentis hinc ducta origine dabunt, quos jam citavimus. Nobis vero hoc præcipue hic agendum venit, ut de celebrioribus iſtis Gentibus agamus, quarum origo & Patria in nonnulla eſt incertitudine. Ac primo quidem celebris *de Origine Gentium Americanarum* Quæſtio eſt, quæ nobiliſima ſeculi noſtri Ingenia exercuit, *Grotium, de Laet, Comtæum, Hornium*, qui peculiaribus ſcriptis eam proſecuti fuerunt. Nam quoniam Americam vaſtus Oceanus a Veteri orbe diviſit, juſta diſquirendi cauſa eſt, unde tandem homines ſuos illa acceperit? Deniq; & quando eos acceperit, primane populorum diſperſione, an inſtitutis gentium quarundam migrationibus, aut alia ratione? Autor Præadamitarum Homines ibi conditos aſſerit, non minus ac Adamum in Syria; Sed ille hunc febricitantis Ingenii ſui Paroxyſmum jam pridem ipſe depulit. Neque alio in loco habendum *Marc. Leſcarboti* commentum *Hiſt. Nov. Franc. L. I. c. III.* Noachum alio poſt arcam fabricato navigio à Freto Graditano in Novam Franciam, vel à Prom. Viridi in Braſiliam navigaſſe & ad veterem in America Patriam. *Joh. Lerius Hiſt. Nav. in Braſil. c. XVI. & Gomara Hiſt. Ind. L. V.* autumant Americanos eſſe Chananæorum reliquias, ac Joſuæ metu eo usque concesſiſſe. *Menaſſeh Ben Iſrael* ſtatuit decem Iſraelitarum tribubus prognatos, quam ſententiam peculiari Libro, *Spes Iſraelis*, tractavit, ſed notis & caſtigationibus *Theod. Spizelii* excipi meruit. *Rob. Comtæus* a Carthaginenſibus eos derivat.

Grotius dn. qui primus hanc Quæstionem circa A. M D C X L I movit, arbitratur Americanos Borealiores ex Norvvegia ortos, ac per Grönlandiam in Americam venisse; Jucatanenses & vicinos ex Æthiopia; Peruanos ex China, cæteros usq; ad Fretum Magellanicum ex reliquo Oriente per Terram Australem hæc loca petiisse: Quod vero quidem propius, suis tamen non caret scrupulis, qui vel Æthiopes vel Chinenses eo delati fuerint, cum id sine insigni Rei Nauticæ noticia haut fieri potuerit, quæ tamen posterioribus hisce seculis demum in eam, qua nunc est, sublimitatem evecta fuit. Neque argumentum firmum est pro Æthiopibus à colore ductum: Nam ne in veteri quidem Orbe nostro sine dubio est, quo tandem primo parente aut genitore nigræ hæ Nationes in lucem venerint: Nisi albos aut fuscos parentes ejusmodi prolem aliquando generasse dicamus. Americanorum igitur similis ratio. Cætera de Terra Australi & Grönlandiâ solidiora videntur, quia accessus utrinq; facilis; Et à Terrâ Australi in Americam facili ac brevi trajectu res geri per Grönlandiam a. ipsum terrestre iter sufficere potuit: Idem & de extrema Asia dicendum, quâ vel Americæ adhæret, vel saltim ipsi propior est. Addimus fieri etiam potuisse, ut homines navigiolis in altum abrepti in America appulerint, sed casu illo plus quàm magno. Quo tempore vero aut à quibus nationibus id factum sit, in incerto manet, prout originis rerum omnium circumstantiæ fere in occulto sunt. V. plur. hanc in rem *Horn. cit. L. de Orig. Gent. Americ. & Hoornbeck de Convers. Ind. & Gentil. Diff. IIX. & IX.*

IV.

Gentium plerarumq;, quæ motibus suis illustrem aliquam mutationem orbi attulerunt, origines æque involvunt tenebræ. Causa, quia non artibus adeo, quam rebus intentæ erant, iisq; gerendis potius, quam scribendis studebant. Ideo *Cæl. Rhod. L. IIX. c. I. refert: Gothorum institutum fuisse, ne literis imbuerentur Reges, quod illæ longo à fortitudine intervallo abessent ac magnanimitate, quin ita effœminari potius animos, emollitosq; ad timiditatem delabi.* Id certum, totius Septentrionis communem hanc felicitatem fuisse, ut Gentes & numerosius quam Auster educaverit, & cum progressu temporis in alias regiones eduxerit: Causis id efficientibus, hinc numerosâ ex Polygamia suscepta prole, quam omnem asperi tractus isti alendo non erant; Isthinc famâ melioris culturæ in Terris Australibus.

V. In

V.

In serie singularum primo *Gothi* occurrunt. Qvorum nomen origine Germanicum est, q. d. die Gotten / oder Goden / h. Gute Leute / de quo §. *seq.* pluribus. Idem ut ambiguitates plurimas passum sit, prolixe declaratum ab *Ol. Worm. Lit. Run. c. IV.* Getarum nomen ipsis fere Synonymum, quod probat *Loccenius*, & ex nominis utriusq; Linguæ deinde, ac morum convenientiâ non inconcinnam similitudinem erudite format *Antiqv. Sveo-Goth. L. I. c. I.* Ac Pontanus quidem *Descr. Dan. pag. 607. & seqq.* Cluv. *Germ. Ant. L. III. c. XXXIV* id negant, sed refutat Loccen. eod. loco. Arbitramurq; porro non tantum *Gothos* hosce, *Gotos*, *Gottos*, & *Getas* eosdem esse, sed *Gutos* & molliori pronunciatione G, qvæ hodienum in Provinciis aliqvibus Germaniæ viget, *Jutas & Jutones*, *Vitas* ap. Bedam & alios Scriptores Anglo-Saxonicos, *Dacos* item & *Danos* Romanorum, ac *Cimmerios* Græcorum, pro iisdem haberi posse. Ne dicamus vetus istud *Gothicum* nomen sæpe in asylum ignorantiæ transiisse, omnibusq; Gentibus Septentrionalibus fere attributum, æqve ac Scytharum olim, & nostro tempore nomen Tartaricum. De egressu ipsorum non minora dubia, Scythiæne campis, an Scandinavia exierint? Sed si Gothorum nomen Germanicum fuit, Genti qvoque tali esse licuit, ac proinde è Germania inprimis Septentrionali egressos dicemus, unde hodienum Jutia; Numerum deinde complevit Scandinavia, & in partes suas posthac ipsum Gentis nomen transtulit, ut sunt Westgothia, Gothlandia &c. Ita enim cum veteribus istis migrationibus Gentium comparatum fuit, ut ex multis Nationibus re-ipsa conflatæ fuerint, nomen tamen ab una tulerint vel armis vel consiliis potiori. Gothica e. Germanorum natio nomen ac Titulum, Scandinavia, utpote vagina Gentium, numerum dedit, tandemq; ipsum Gentis nomen sibi attribuit. Interea ex Historiis factarum à Gothis in Romanas Provincias impressionum hoc liqvet, ipsos in Taurica Chersoneso ad Tanaim & Paludem Mœotim consedisse & pro situ locorum in Visi Gothos s. West-Gethos & Ostro-Gothos h. Orientales divisos fuisse. Inde cum Hunnorum impressionem ferundo non esset, ipsi Romanas Provincias invaserunt Ducibus Alarico & Rhadagiso, sed quem cum ducentis, vel ut alii volunt, qvadringentis millibus in Fesulanis Apennini angustiis Stilico circumseptum cepit, tanta captivorum vilitate, ut passim greges hominum singulis aureis venderentur. Mox autem idem Stilico Vandalos, Alanos, Svevos, Go-

thos, Hunnos Imperium invadere jusſit; Atqve ab his Galliæ & Hiſpaniæ direptæ, Alaricus vero ipſam Romam cepit, cujus ſucceſſor Athaulphus ab uxore Placidia Honorii ſorore perſvaſus in Galliam Narbonenſem & triennio exacto in Hiſpaniam Weſt-Gothos duxit poſita Barcinone ſede Regia. Poſtea Honorius pace cum Wallia inita ipſi ſedes in Aqvitania ſecunda à Toloſa usqve ad Oceanum aſſignavit, ut ſcribit Idacius: Unde Gothici Regni caput aliqvandiu Toloſa fuit, eaqve Regio Gallia Gothica dicta, ſicut à Gothis & Alanis Hiſpaniæ pars Gotalania, unde Cataloniæ nomen hodiernum fluxit, & in Gallia Langvegotiæ, qvam recentiores Langvedociam dixerunt. Ex Gallia vero in Hiſpaniam transgreſſi Weſtgothi Alanos & Suevos ex Luſitania, Vandalos ex Bætica pepulerunt ac universâ Hiſpaniâ potiti fuerunt, Regia Toleti poſita; Neque eâ contenti inde Mauritaniam Tingitanam ſubegerunt, quæ Gothia Transmarina. Vid. *Horn. Introd. in Geogr. Ant.*

VI.

Gothis, *Bonis*, ſubjungemus oppoſitos, nomine tamen tantum, *Qvados*, h. malos viros. Horum mentio in Hiſtoriis Romanis paſſim, maxime autem circa tempora Antonini Philoſophi, fueruntq; veteres Sileſii, qvi qvoniam Romanorum jugum ferre recuſabant, ab iis *Qvadi* dicebantur, h. böſe und zornig / als Ehrlichen Soldaten gebühret / æque ac alias etiam Barbaros dicere ſolebant, qui Imperio ipſorum ſe ſubmittere detrectabant. Seyn die jenige geweſen / welche als Soldaten neben den Marckmännern in der Gräntze wohnende / ſich immer mit dem Feinde ſchlagen und jagen müſſen / maſſen Sie bald diß- bald jenſeit der Donau ſich mit den Römern rumb gekratzet / und dannenhero generali nomine *Qvaad* das iſt Böſe Kerrels (nicht ſo wol wegen einiger böſen Laſter / ſondern daß Sie ſich / wenn Sie zu Zorn / und *Qvaad* und Böſe zu ſeyn verurſachet worden / das iſt / wenn man ihnen ihre Marck und Gräntze antaſten wollen / wacker wehreten und rumb ſchlugen) genennet worden / dahergegen die andere Gute Deutſchen / welche damahls mitten in *Germania Magna* ſtille und ruhig geſeſſen / zumahl aber wegen der Juſtitz einen guten Nahmen hatten / die Gotten oder Goden / das iſt / Gode Leute / Gute Fromme Leute tituliret worden Vid. pluribus Generoſiſſ. Dn. *Dav. de Schweinitz in* egregio *Diſc.* von dem Alten und Schleſiſchen Adel *Genealogiæ Familiæ Schweinitziorū* præmiſſa. p. s. 6. 7. *& ſeqq.*

VII. *Van-*

VII.

Vandali, die Wanderer / antiqva Germanorum gens, ad Litora Maris Balthici positi, jam M. Antonini tempore Romanis nosci cœperunt, inclinante autem sub Arcadio, Honorio, Theodosio Juniori Imperio, Galliam atq; Hispaniam, mox Africam ingressi fuerunt, Româ qvoqve à Genserico occupatâ, quam ille everſam cupiebat fundaturus novum in Africa Imperium. Sed subacti sunt, destructumq; sub Gilimere ipsorum & nomen & Regnum in Africa ductu Belisarii. Prisca tamen eorum sedes ad Mare Balthicum nomen retinuit, licet in locum primo Venedi, & post eos Saxones succederent: Unde & in Titulis Regum Daniæ ac Suediæ, Ducum Pomeraniæ item & Mechlenburgicorum, Regum Ducum, Principum *Vandalorum* inscriptio hodiernum servatur; Et in Fœdere Hanseatico Civitates eminentiores istius tractus itidem Nomen *Civitatum Vandalicarum* retinere gestiunt. De quibus plura diximus in *Notic. Dign. Illust. Disc. III, c. II.*

VIII.

Vandalis nomine vicini *Venedi s. Vinidi*, quomodo purioribus seculis appellati, quos a V. Seculo *Slavos ac Slavinos* dixerunt, putatq; *Cromerus* primum eorum meminisse *Procopium Cæsar. de B. Vandalico &c. L. de Orig & Reb. Gest. Polon. I, c. I.* Nomini origo a *Slova*, quod famam seu Gloriam significat, inde n. sibi nomen quæsivisse probabile est, quoniam res magnas & præclaras contra Romanos & finitimos quosque gerebant. *Crom. c. IIX.* Origo obscura, cum more bellicosarum gentium literas diu contemserint. Quanta terrarum spacia occupaverint, indicio est, quod a Tanai & Volchda ad mare Adriaticum omnia multitudine sua impleverint. Slavoniæ in Illyrico Regnum constituêre pulsis Hunnis. Aliam ipsorum manum Venedos seu Wendos speciatim ita dictos in Regiones Vandalorum inter Albim & Mare Balthicum migrasse modo dictum fuit, unde ista Vandalorum ac Venedorum non rara confusio. *V. cit. l. Cromer. c. V. & VI.* Condideruntq; geminam Slaviam Orientalem & Occidentalem, quas observat *Cl. Schurtzfleisch* in ἀποσπασματίοις suis Wittebergensibus *de Rebus Slavicis.* Serviorum, generis ipsorum, vestigia in condita Anhaltinatus urbe Serveſta videre est, quæ non minus testantur circumjacentes pagi Roslovv, Brambog, Rietzmug, Dobriz &c. Confer. *Leuncl. Pand Turc. n. XXXVII.* Similia nomina ostendunt potiores Misniæ urbes *Dresda, Lipsia, Torga*, quæ utpote mera Slavonica memoriam gentis adhuc

adhuc servant. V. *Scriptores Saxonicos* passim. In Illyrico Ostrivoy Regnum Slavoniæ condidit & urbem de suo nomine Ostrivoy ad Danubium, deinde aliam in Carniola Slovingrad, quæ Germanis Windischen Grätz/ struxit. Ejus nepos Selimir expugnata Scodra se Regem Dalmatiæ appellavit. Hujus fratres referunt fuisse Lech, Czech & Russum, qui colonias Slavorum circa A. ML. in Bohemiam, Moraviam, Poloniam & Rusiam duxerint. Fuerunt etiam Croatæ, unde Croatia, & Rascii, unde Rascia, qui tamen priscorum Thracum reliquiæ censentur: Pasinacæ s. Pizingi, à quibus Bosni, ad Istrum habitabant, quos Olga Russorum Regina magnam partem delevit, reliqvis in eam regionem, quæ hodie Bosnia delatis. *Horn. Introd. ad Geog. Ant.*

IX.

Franeorum prima mentio in Probi ætatem incidit. Nam apud Ciceronem *Lib. XIV. ad Attic.* legendum non Francones, sed Frangones. Ipsos à feritate morum Græco vocabulo Francos dictos, quod jussu primi Valentiniani Imper. Alanos in Mœotidas paludes refugientes ejecerint, vult *Wilhelmus Malmerbur. Lib. I. de G. Angl. f. 24.* Sed sine Doctorum calculo. Probabilius, populos Germaniæ à Romanis pressos conspiratione facta in libertatem se vindicasse, & ab eo conatu, cui successus non defuit, Francorum, i. liberorum hominum nomen sibi imposuisse, ac proinde nec unius populi, sed plurium hoc nomen fuit, qvos volunt fuisse Bructeros, Chanavos, Ansibarios, Cattos, Usipios, Tencteros, Frisios, Dulgabinos, Chasuarios, Angrivarios *Id. Horn. Libr. cit.* Idem postea Galliæ Incolis adhæsit; Et in Germania iis, qui superiorem Germaniam habitarunt, qvemadmodum Borealis & ex parte Inferioris Germaniæ habitatoribus nomen Saxonum, der Sassen / Gesessen / quasi Aborigines diceres, tributum: Unde illa Dialectorum Lingvæ Germaniæ distinctio in Franconicam & Saxonicam, de qua *seq. Sect. III. §. IV.* Et ex eadem differentia factum, ut Francofurti ad Mœnum Electionem Imperatoriam peragi voluerint, tanquam loco in confinio utriusq; Nationis sito, quam etiam ipso nomine pro Francis exprimit, quemadmodum urbs adsita Sachsenhausen pro Saxonibus. De quibus omnibus accuratius *Part. II. in Historia Imperii Germanici.* Europæos Christianos omnes in Oriente *Francos* dici indicatum *c. IV. §. V.*

X. *Lon-*

X.

Longobardorum migrationes in Valentiniani tempora inciderunt, quos nomen vel à promiſſis barbis, vel à telo, qvod Alabardam vocant, ſumſiſſe volunt Diaconus, Proſper, Sigebertus & alii. Hi itidem Germania Septentrionali egreſſi patentes ad Danubium campos, qui Germanis Felder / ad ulteriorem Dambii ripam multis annis incoluere : Deinde Kunimundo Gepidarum Rege, qui Dalmatiam & Sirmium tenebat, victo, cum Hunni denuo graves eſſent, relicta ipſis Pannonia, à Narſete, quem Sophia Auguſta muliebribus probris irritaverat, evocati Italiam Oſt-Gothis deletis vacuam occuparunt, ejusq; partem, Ciſalpinam Galliam, *Longobardiam* vocarunt, quod nomen hodieq; retinet. V. iterum *Horn, l. c.*

XI.

Sub Valentiniano etiam *Hunnorum*, der Heunen / h. Hominum Vaſtorum, terribilium, Nomen primum in Europa innotuit : Qvæ Gens Scythica multas alias nationes inprimis Turcas, Tataros, Avares, Alanos complexa fuit. Horum una expeditio Duce Atila in Europam ſuſcepta fuit, qua Pannoniam occuparunt, toti inſuper Occidenti exitium minitati, niſi vim eorum Aëtius in Campis Catalaunicis ac poſtea Aqvilegiæ obſidio fregiſet : Paſſim tamen hujus ſuæ expeditionis veſtigia reliqverunt ; Veluti in Germania noſtra ſunt, *Caſtelbun*, *Hunoltſtein*, *Huntheim*, *Hunenborn*, *Hundsrode*, & ad Vogeſum & Moſellam eſt tractus *Hundsruck*, qvi Auſonio Arva Sauromatum, omnia non à Canibus, ſed ab Hunnis, qvi ibi conſederunt, nomen ferentia. Eorundem reliqviæ feruntur *Szekelyi* ſeu *Siculi* in Hungaria, qvod nomen reliqvias ſignificare communiter putant, ab ipſis in diſſimulandam originem aſſumptum, ne inviſo Hunnorum nomine premerentur: *Nadanyi* tamen notat, Vocabulum iſtud non reliquias, ſed fixum locum ſignificare. *Flor. Hungar. c.* XII. Alia migratio Avarum ſeu nomine ſeu admixtâ virtute ſuſcepta fuit à Chagano Duce ac temporibus Juſtiniani, Juſtini, Tiberii Mauritij: Quos vero ex parte cum Bajoariis coaluiſſe, indeq; nomen Bavarorum emerſiſſe volunt, cæteris etiam partim deletis, partim in aliud nomen tranſeuntibus. Iterum v. nova migratio inſtituta tempore Arnulphi Imperatoris circa A. 888. erumpentibus in Pannoniam ex ultimo ſeptentrione *Juhuris*, ſeu *Juguris*, ſeu *Ugris*, qui ſoli ſui ſterilitate preſſi novas ſedes toto orbe quærebant. Atq; hi in Pannoniam delati hodiernis Hungaris originem præbuerunt, non

quod alia natio fuerit à priſcis iſtis Hunnis & Avaribus: Id enim evidenter redarguit Linguæ Siculæ cum Hungarica affinitas; Sed quia in felicio-ra tempora inciderunt, firmius quam anteceſſores ipſorum radicari potue-runt. Cæterum Hungarorum nomen a prima usq; expeditione notum fuit: Sic *Amm. Marcellinus* recenſet *Ungorios*, Agathias *Onogoros*, *& Egin-hardus in V. Caroli M. Ungros*, *Ugros &c.* commemorat. De Juhria ſeu Jughoria & Juguris in Borealiſimis Sarmatiæ Europæ & Ruſſiæ partibus ſitis, qvam plane iidem ſint cum Hungaris, agunt Sigism. Baro ab Herberſtein, Al. Guagninus, Guilh. de Rubruqvis & Planocarpus in Itin. Tartar. V. *cit. Nadányi El. Hung. c.* XIV.

XII.

Turcarum, qvi etiam *Jyrcæ & Jurchi* olim dicebantur, mentio anti-qviſſima; Herodotus enim jam tum in recenſione Scythicarum nationum Jyrcas Thyſagetis contiguam gentem eſſe ſcribit *Libr. IV. p. 262.* In qvem ſenſum & *P. Mela L. I. c. ult. Juxta Thyſagetæ Turcaqve vaſtas ſilvas oc-cupant, aluntur q; venando. Adde Plin. VI. VII.* Platina in Steph. II. tra-dit eſſe, qvi ſcribant eos fuiſſe Scythas ex his præſertim, qvos Alexander M. intra Hyperboreos ferreis repagulis clauſerit, hoc nim. ſenſu, qvod gentem indomitam in angulum illum, tanqvam in ergaſtulum incluſiſſet: Qvam originem mutatis tamen non nihil circumſtantiis Orientales Scriptores non probare tantum, ſed & hinc *Turcas q. derelictos* dici exiſtimare obſervat *Hottinger. H. E. Lib. I. c. VIII. pag. 513.* Plura de Origine Turcarum V. in *Script. Rer. Turc. à Conr. Clauſero* editis. Progreſſus eorum V. *ſeq. Part. II. cap. X. Tatarorum* ſimilis origo, è Septentrionali nempe Aſia. Proprio tamen ⁊ſ Tartar nomine veniunt, qvi Mogolorum partem conſti-tuunt, Scythæ extra Imaum montem. In univerſum autem omnes Septen-trionales Aſiæ Incolæ ad extremum Orientem usque ita nunc appellari ſo-lent, æque ac Scythas olim dixere, quotquot in Europa & Aſia Septen-trionali certis nominibus exprimere aut locis diſtingvere non potuerunt, ge-nerali nomine ita Aſylum Ignorantiæ Scriptoribus præbente. Plura de ejus-modi migrationibus Gentium vid. apud *Lazium L.* de Migrat. Gentium. *Hor-nium* Introd. ad Geog. Ant &c.

SECTIO

SECTIO II.

CHARACTERES EXTERNI GENTIUM.

I. De Characteribus hisce notatu generalia.
II. Lucomoriorum Character.
III. Tingoesi, aliive strumoso Gutture laborantes.
IV. Morbi certarum Regionum ac Gentium.
V. Capoti in Gallia.
VI. Homines Caudati in Insula Formosa.
VII. Sciapodum expositio: Cædes SS. Thomæ, Matthæi & Bartholomæi in autorum posteris adhuc vindicari credita. Turcarum vetus de Christianorum stata insania persuasio: Execrabiles apud veteres Scythas: Judicium de maledictionibus ejusmodi.
IIX. Otomegali in Litore Malabarico: Pulchritudinis imaginariæ exempla.
IX. Himantopodes.
X. Arimaspi.
XI. Astomi.
XII. Blemmyi.
XIII. Gigantes, quo sensu dentur? Terminus magnitudinis Humanæ; An homines olim proceriores fuerint, quam hodie sunt?
XIV. Pygmæi: Illusiones Samnicæ Pygmæorum specie factæ: Conjugia pumilionum sterilia.
XV. Sirenes, Nereides, Fauni &c.
XVI. De Colore Æthiopum.
XVII. De Hominibus Subterraneis collectanea.

I.

INitio de Characteribus hisce in genere notandum est, discrimen poni oportere inter ea, quæ singulari personæ uni alterive adhærent, & Characterem totius Gentis aut familiæ. Priora parum dubii habent; Neque enim facile dabitur thema hujus Capitis, quin ab individuis nonnullis robur accipiat; Sed illa considerari non magis merentur, quam universi Naturæ lusus aut vitia, quæ tenere velle laboris & infiniti est, ob numerum quotidie crescentem, & minus utilis, cur enim tot Naturæ errorum satagimus, cujus ordinarium cursum necdum satis apprehendimus? Adeo ut locum hic accipiat, quod Philosophi alias scribunt: *Scientia non datur Singularium.* Quæstio igitur potissimum est: *An dentur integræ Nationes, aut Familiæ*

hujusmodi Characteribus instructæ? Seu qvod perinde est: *An personæ tales, ut Tingaſi, Sciapodes, Characteres ſuos propagent in poſteros?* Qvod ſi ita ſe habet, Qvæſtioni ſatisfactum eſt; Si minus, non dari proprie, ſed eſſe tantum lusus Naturæ in individuis, dicendum eſt. Sic in Qvæſtione de Gigantibus fruſtra ſerie magnorum hominum recenſenda fatigamur; Tales enim extitere qvidem etiam noſtro ſeculo, ſed non niſi per vitium & exceſſum Naturæ Rurſus dum de Pygmæis qværitur, Pumiliones hinc inde natos enumeramus; Atqvi enumeramus ita Naturæ in individuis aliqvibus deficientis vitium, non integræ Nationis Characterem, qvi tamen præcipue in Qvæſtionem venit.

II.

Gentes igitur ſpeciali Charactere notas qvod attinet, tales perhibentur *Lucomori*, genus hominum in montibus ac ſilvis Siberiæ diſſipatum, de qvibus *Baro ab Herberſtein* refert *de Reb. Moſcov. p. 82.* Eos circa finem Novembris qvaſi mori, ſeu potius obrigeſcere more ranarum vel hirundinum, circa finem Aprilis autem denuo ſolutis veluti membris reviviſcere: Qvod & Henrico III Galliæ Regi, qvo tempore in *Polonia* regnavit à Viris Principibus, fideq; dignisſimis confirmatum narrat *Sennertus T. I. Pract. Medic. Lib. III.* apud *Fournier. Geogr. Lib. II. c. III.* Sed id non eo magis verum erit, licet à Perſonis Illuſtribus credatur. Vices tales vitæ ac mortis ferre ac frigore obrigeſcere teneritudini humani Corporis adverſatur. Credimus itaque Gentes haſce ob longas noctes & intenſa frigora ſpeluncis ſuis ſe abdere, ac ultra qvam in vita humana alias fieri ſolet, torpere quidem, ſed non mori aut obrigeſcere.

III

Tingaſi ultimi fere, qui in Euro Boreali Europæ plaga noti ſunt, ſtrumoſo gutture laborant. Unde & ſenſa animi non tam lingva, qvam gutture exprimunt. *Vid. Append. ad Belgarum Navigationem Borealem III p. 64. in T. I. Nav. Belg.* Deſe lieden hadden groote Croppen onder de Kinne klockende met Haer Spraecke als de Kalcoetten. Qvod ipſum & Montium Pyrenæorũ Alpiumq; accolis non uno in loco accidit. Unde Juvenalis: *Quis tumidum guttur miretur in Alpibus?* Et Stiriæ Incolis teſte *Ortelio ad Tab.* XCII. Itẽ Sudetum accolis in Sileſia in tractu Schmidebergenſi, pago Steinſeiffen/ alibive. Apud qvos tamen malum hoc fere deſiit, dum Fontibus qvibusdam, qvos cauſam ejus eſſe ſenſerunt, nunc abſtinent, Nec diſſimilem effectum, licet diſpari

dispari causa, vitio naturali tamen ortum in Anglia observant in Comitatus Leicestriæ pago *Carlton*, cujus Incolæ nullos concinnos, sed mere inconditos sonos formare, eoqve ab aliis vix intelligi posse notantur, *T. Fuller. Hist. Eccl. Angl. Lib. II. p. 125.* Cujusmodi qvid etiam de Fœminis in vico *Mundi Thorand* testatur *Aug.* Hauptman von den Wolckensteinischen Bädern *pag. 51.*

IV.

Sed nec soli Strumosi gutturis labores vitio loci debentur, verum alii quoque morbi regionibus locisq; certis tq. arvo genitali suo proveniunt, ibidemq; rem humanam affligunt Sic in *Hibernia* advenas plerumq; Dysenteria laborare supra dictum, *C. V. S. I. §. VII. Advenarum una fere passio & unica vexatio: Ob humida namq; nutrimenta immoderatum ventris fluxum vix inprimis ullus evadit*: Inquit *Silv. Giraldus Topogr. Hibern. L. I. c. XXV.* In *Armenia* circa urbem *Erzerom* laborari oculis notat *Tavernier. P. I. Lib. I. c. III.* Quod vitium tamen plurimis locis Orientis ulterioris familiare est ob Oryzæ esum, annotante *Bontio de Medic. Indor.* Idem Babylonis Ægyptiæ seu Cairi incolis accidit, qui cum numerosissimi sint, vix tamen tertia pars est, quæ visum integrum habeat. *Omnes ex oculis passim laborant propter esum fructuum, quibus vulgus promiscue vivit, aquæ potu super addito. Adhæc cum Regio sit calidissima, cidarim nihilominus in capite deferunt, quod integumentum grave satis est, unde è sudore oculorum inflammatio provenit, quam platearum pulvis, quia lapidibus stratæ non sunt, vehementer adauget.* Princ. Radzivil. *Ep. Itt. f. 113.* In Anglia Phthisis crebrior est ob Lithanthracum usum, cui etiam impingit non nemo Medicorum Anglorum, quod scabies aliæq; exulcerationes Londini alibive in Anglia molestiores sint quam in aliis Regionibus; Quanquam & apud has non desint talium malorum causæ, quemadmodum Halæ Saxorum quoque Scabies apud advenas non rara hospes est, causa in subacribus ob Salis copiam aquis recumbente. In Apulia extrema Italiæ provincia *Tarantismus* est, à Tarantula Araneæ genere nomen habens, ac morbus fere insanabilis, nisi cantu Musico curetur. V. *Kircher A. M. L. III. p. HX. c. IIX.* Americæ Luem Veneream impingunt, è qua etiam in Europam perductam fuisse scribunt, & quia in Bello Gallorum Neapolitano primo deprehensa fuit, Morbum Gallicum dicere cœperunt, æque ac Febris Maligna ista species, quam *Morbum Hungaricum* vocant, non ideo talis

dicitur, quasi Hungariæ soli & primum natales suos debeat, sed quia in Hungarica Maximiliani II. Imp. expeditione contra Turcam vis ejus maxima visa fuit. Apud Turcas Pestis creberrima est, singulari Dei benignitate, qui longe minoribus flagellis Christianos, quam paganos castigare solet, ut inquit *Pr. Radzivilius l. ante cit.* ibidemq; narrat eandem fere septenis quibusq; annis in Ægypto nasci natamq; in tertium plerumq; annum durare. *Primo Anno leviter inchoatur, cum Sol Libram ingreditur, maximè autem sævit Mense Decembri, Januario, Februario, & Martio, quo tempore calores sunt remissiores: Ubi verò invaluerint, cum Sol anno insequenti in Leonem ingreditur, statim cessat Pestis, & quidem ita, ut si qvis apostema pestiferum intus habuerit, & ad horam prædictam ingressus præfati Signi cœlestis supervixerit, omne periculum evadat, quæ res magnam sanè habet admirationem. Quamobrem sub illud ipsum tempus Mercatores nostri è secessu redeunt, & ædes apertas habent. Quemadmodum enim apud nos frigora, ita hîc calores pestem profligant: duobusq; mensibus securè vivitur. Posteaquam verò Sol Libram fuerit ingressus, rursus sensim pestis inchoatur, & durat, prout superiùs dictum est, ad Solis in Leonem ingressum; non tamen adeò violenter sævit. Tertio eandem rationem servat, nisi quòd de acerbitate magis etiam ac magis remittit. Posteà si contagio non fuerit alicunde illata, quatuor anni subsequentes à peste sunt immunes: quandoq; tamen longiores fiunt inducie: sed plerumque septennio malum recurrit.* Sed magna pars hujus mali etiam in perversa Turcarum opinione de Prædestinatione sita est, de qua *P. II. c. X. §. ult.*

V.

Verum in viam revertimur; Et in plerisqve *Vasconiæ* locis præcipue apud Bigerrones & Benearnenses est hominum genus, qvi nunc *Capoti*, nunc variante Dialecto *Gahets* vocantur. Detestandi sunt suis, eorumque commercia fugiuntur, & habentur pro lepra infectis. Qvasi essent, vel qvod sint interdictæ iis civitates & oppida, incolere coguntur suburbia, locaq; semotiora, suntqve & in Templis suæ stationes iis assignatæ, quod alios inficere putentur. Plerique sunt Fabri lignarii & Vietores, aliisque artibus mechanicis dediti, laboris alias patientissimi. In facie & actionibus illorum quiddam paret, quod eos contemptui detestationique reddit obnoxios; Fœmineus sexus tamen liberali satis forma est: Omnium halitus & os grave olet, unde ingrati quid odoris manat in colloquentes.

Quie-

Quicquid sit, maledictionis perhibetur genus, quod à majoribus in posteros manifestissimis indiciis derivatur. Pauperiores semper in diem vivunt diurno labore; Servorum censentur loco, ne ausi quidem mutire, si quid injuriæ inferatur vel à vilissimo. Si quis eorum forte ditior, liberi tamen non fiunt heredes, nisi mobilium, quæ omnes tanquam certam luem aversantur. Ita scribit de iis *Merula Cosm. P. II. L. III. c. XXXIIX. p. 446.*

VI.

Homines Caudatos alicubi extare è Veteribus prodiderunt *Plinius*, *Pausanias*, & recentius de Indiarum incolis aliqvibus *M. P. Venetus & P. Martyr*, qvos citat *Schot. Phys. Cur. Lib.* III. *c.* XI. Cui è recentissimis Itinerariis addimus Albertum *Herport*, qvi in Montanis Insulæ Formosæ Incolis simile qvid observavit. **In den unbekanten Gebürgen dieses Landes giebt es eine Gattung gleichsam gantz wilder Menschen/ welche s. h. über ihren Hinderen einen Stiel haben/ gleich einem unvernünfftigen Thiere/ die gemeiniglich einer Spannen lang seyn. Diese Leute seyn gantz einsam unter ihnen selbst/ wann sie andere Einwohner/ denen sie hefftig feind sind/ bekommen können/ bringen sie dieselben elendiglich umbs Leben. Ost-Ind. Reisebeschr. p. 44.** Nierembergius *Lib.* VIII. *cap.* IV. confidentius videtur rem asserere: *Certius est in Regno Lambri Caudatos esse homines. Scribit M. P. Venetus caudam unius palmi esse.* Addit vero: *Eadem infamia alii homines Europæ laborant.* Sed hæc pura puta affectuum intemperie nata fabula est, & miraculosa Augustini crediti nobilissimæ Nationis Europææ Apostoli maledictio, qvam ille tacite indigitat, à cordatis jam dudum explosa fuit. Ideo *Schottus l. c.* cum nihil aliud pro Sodali suo afferre posset, scribit pœnam illam jam cessasse. Sed res qvæ nunqvam extitit, nec cessasse dici potest; Vitium personæ si qvando fuit, id Nationi ideo objici fas non erat.

VII.

Coromandelici litoris accolæ circa vicum Meliapour *Monopodum* seu *Sciapodum* fabulæ occasionem præbuerunt. Sunt enim in iis familiæ uno crure crassiori (altero tamen etiam, sed æqve gracili ac nostra sunt,) instructæ: Quod maledictionis genus esse putant inde profectum, quia è posteris eorum sint, qvi S. Thomam Apostolum interfecerint: *Commentator Mandelsloi* ita ex Linschotano de iis loqvitur: **Linschot schreibet/ daß in dieser Gegend viele Leute gefunden werden/ welche ein dicke Bein haben/**

ben/auch also auf die Welt gebohren werden/und zwar mit gesunden Fleische/ daß es ihnen nicht beschwerlich. Man hat berichtet/ daß solche die Nachkommen derer wären/ welche den Apostel Thomam getödtet. Man solle von solchen dicken beinichten Leuten gantze Geschlechte finden an Manns- und Weibespersonen, auch etliche unter denen die Christlichen Glaubens seyn. Linschot saget dabey: Ob umb erzehlter Ursachen halber diese Leute also müssen gebohren werden/ oder nicht/ das stelle ich GOtt heim. Ich habe von ihrer vielen die Ursache hiervon erfragen wollen/ aber Sie haben gesaget/ daß sie es nicht wüsten/ haben nur darbey erwehnte Tradition erzehlet. Similis Maledictionis Pœna est, qvam in Incolas pagi *Chamle* in Armenia à persecutione SS. Apostolorum Matthæi & Bartholomæi derivatam credi scribit *Tavernier. P. I. Lib. I. c. IV.* Universos, mares & fœminas, circa Annum Ætatis XIIX. corripi insania, non tamen molesta sed svavi. Quæ etiam Turcarum de Christianis vetus fuit persvasio: *Christianos certis diebus bacchari & furere, donec genere qvodam cineris in Templo respersi redirent ad se & convalescerent:* Cujus autor fuit Legatus Turcicus, qui die Cineralium & ejus professo perversos mores nostros viderat, essq; operæ precium dixerat, spectare, quantum ejus remedii beneficio mutarentur, prorsusque non videri eosdem. Vid. *Busbeq. Ep. Turc. III.* Sed hæ nugæ sunt, nugisque deterior earundem occasio. Herodotus vero etiam de priscis Scythis Fani Veneris Uraniæ Prædonibus scribit, Deam ipsis eorumque posteris morbum immisisse fœmineum, nec ipsos Scythas diffiteri, talesque ab iis qvi in Scythiam veniunt passim conspici, ac reliqvos Scythas eos propterea *Enareas* h. Execrabiles, seu Execrationi obnoxios appellare. Vid. *Herod. Lib. I.* Idem de *Caporis* Galliæ ex *Merula* paulum ante allegatum. Qvæ pluribus examinare, nunc non vacat. Putamus tamen, maledictiones Gentibus aut Familiis impositas non naturam aut corpora, sed statum earum concernere, qvalia exilium, servitus, & ſs. Maledictiones corporibus inflictæ, post primam generi humano per lapsum impositam maledictionem, sicubi visæ sunt, nusqvam tamen familias, sed personas tetigisse autumamus, decernente ita clarissime Divina Sententia: *Persona, qvæ peccavit, morietur.*

IIX.

Otomegalorum, hominum promissas aures habentium, historia quoq; non siue fundamento est, non tamen ut aurigas tam patulis esse credantur, ut in-

ut interdiu vestium, noctu stragulæ, & æstus tempore umbraculi loco ipsis inserviant, quæ Veterum fuit opinio; Sed Incolæ Litoris Malabarici more plurimarum Gentium imaginationem suam in pulchritudinis argumentum vertentes eas in maximam, qua possunt, amplitudinem arte diducunt, & ornatui aliquid deesse existimant, nisi utrinq; humeros non contingant modo, sed etiam late flagellent. Confer. *Is. Voss. in Pomp. Mel. L. III. c. IV.* Sic *Tingæsi*, quos supra diximus, & *Alpium Incolæ* ex tumoris sui incremento pulchritudinem æstimant: *Chinenses* subtilitati pedum student longe infra proportionem harum partium cum corpore: *Brasiliani* venustatem in simitate quærunt, & nares infantum, ut primum lucem aspiciunt, retundunt, & ad placitam formam suam violenter disponunt; *Itali* irresectos ungves in venustatis argumentum rapiunt: Et *Macrocephali* apud Hippocratem leguntur caput in longum & acutum fastigiare conati fuisse, illum pulcherrimum esse rati, qui caput haberet longissimum. Usqve adeo proprium plerisqve est nihil rectum putare, nisi qvod Natura sibi indulsit etiam mancum & inutile, qvasi alterius minus studiosa; Aliis contra grave & molestum, quam acceperunt satis justam aptamq; membrorum seriem intemeratam servare, inqvit *Pechlinius* in doctissimo Scripto de *Hab. & Colore Æthiopum c. II.* qvo materiam hanc pluribus prosequitur.

IX.

Himantopodes itidem dari credimus, sed ad eum modum, qve rem cum populis hactenus enumeratis se habere diximus: Diceres, ἀπὸ τῶν ἱμάντων, à loro, Loripedes, quod q. loro eorum pedes sint impliciti. Homines hi *flexis nisibus crurum repunt potius, quam incedunt, & pergendi usum lapsu magis destinant, quam gressu*, inquit Solin. *c. XLIII.* Cui alii veteres astipulantur, qvos citat *Schottus l. ante cit. c. IX. §. I.* Atqvi inter Gentiles Indos sunt, qvi pœnitentiæ qvodam genere se affligunt, ut erecto corpore & elatis super caput brachiis indesinenter consistant, sæpe etiam humi procumbant: Unde junctura articulorum in brachiis & cruribus ipsorum tandem adeo solidantur, ut facultate flectendi aut movendi tandem exuantur. Descriptionem & Icones eorum Vid. ap. *Tavernier Part. II. L. III. c. VI.* Hos e. cum alii causarum ignari sæpe viderent, integram gentem esse rati sunt, & Himantopodes finxere.

X.

De *Arimaspis seu Unoculis Plinius Lib. VII. Hist.* Nat. c. II. *Sed &*

juxta eos, qui sunt ad Septentrionem versi, haut procul ab ipso Aquilonis exortu, specuq; ejus dicto, quem locum Gesclitron apellant, produntur Arimaspi, quos diximus, uno oculo in fronte media insignes. Adde alios ap. *Schott. l. ante cit.* Figmentum ex eo originem traxit, quod Scythæ optimi fuerint sagittarii, unde & Scytharum appellatio: Nam Septentrionalibus, uti & Germanis Schiefen est sagittam arcu emittere. Hi e. in collimando uno utebantur oculo, clauso altero, quales cum in prælio pugnantes apparerent, præbita est occasio commento, eos unum duntaxat oculum habere. *Gerh. Joh. Voss. de Idol. Gent. L. III. c. XLIX.*

IX.

Astomos, gentem sine ore, quique solo odore nutriantur in Africa mediterranea veteres describunt. Occasio fabulæ ab Africanis gentibus cis Senegam sumta, quæ pudori sibi ducunt os suum ab aliis videri, *T. le Blanc. part II. p. 2. Van de Senega naer de Noortzyde vind men* Scombaya, Musmunda, Zeneta of Haora, Gumea, Guzula, Hea, Sus *en anderen, die men de witten van* Africa *noemt, en niet d Arabische taale spreecken, maar de Spraacke van* Songay *gebruicken &c. d'ese Volcken hebben een schwarte of grauwe Doeck, die van de Tulbant over hun aangezicht hangt, als zy willen eten: want zy vresen dat men als zy eten, hun mond zou zien, t welck een groote Wanschickelyckheit onder hen zou zijn.* Confer. Voss. in Pomp. Mel. L. III. c. IX.

XII.

Blemmyis traduntur capita abesse, ore & oculis pectori affixis. *Plin. H. N. L. V. c. V.* Adde *Augustinum Serm. XXXVII. ad Fratres in Eremo.* Quibuscum res ita se habet: Esse nimirum, qui capita intra humeros qvos attollunt recondere soleant, eoque cum magnum alant capillitium, caput cum pectore quasi confundant, tanquam collo destituti, quod ex peregrinationibus cognati sui tradit *Borell. Observ. Medico-Phys. Cent. III. Obs. III.* Adde *Aldrovandum apud Schottum c. l.*

XIII.

De Gigantibus breviter: Patagones gentem Americæ Meridionalis sua proceritate communiter supra ordinariam aliorum hominum staturam positi esse leguntur: Unde commento de Gigantum, hominum stupendæ proceritatis, natione aliqua species obtendi possit. Alibi hominum ejusmodi inusitatam molem naturam aliqvando molitam fuisse Sa-

se Sacer Codex nos docet in Ogo, filiis Enak & Goliatho, qvem in sex cubitos cum palmo surrexisse tradit. 1. Sam. XVII. Neqvid profana exempla allegemus, qvæ magno numero apud Autores occurrunt. V. *Tr. Hier. Magii de Gigantibus*, qvem inseruit Miscellaneis suis seorsim & cum *Thesauro Critico Gruteri* editis, Item *Chasagnonus* de iisdem. An vero unqvam natura vastissimam molem carneam talem produxerit, qva prædita scribuntur inventa cadavera XXX. XL. LX. C. CC. cubitorum meritò dubitat Kircherus, cum natura certum omnibus animalibus magnitudinis terminum posuerit, qvem dum actiones suas rite obire debent, egredi neqveunt. Jamqve si homo ejusmodi mole constitueretur, membra non possent cohærere, sed gravitate partium & nativa tenacitate disoluta solo pondere divellerentur. Neqve enim pedes isti tantam molem sustinere vel brachia ullam violentam actionem exercere possent sine convulsione totius. *Discimus hoc*, inqvit porro, *ex marmoreis Colossis Romæ, qvorum extiticia membra sine fulcro addito consistere non possunt, qvin pondere tandem divellantur. Quod si verum est in marmoreis statuis, quanto magis in humana statura prodigiosæ magnitudinis verificabitur.* Vid. pluribus quem ille citat *Anton. Terillum de termino magnitudinis & virium in animalibus, & ipsum Kirch. M. S. L. IIX. S. II. c. IV.* Itaq; si moderatus humanæ staturæ excessus facilè concedatur, immodicæ tamen hæ moles meritò in dubium vocantur. An metaphoricè accipi possint, quæ veteres de Gigantibus scripserunt, prolixè disputat *Voet. Vol. I. Disp. de Creat. parte IIX. p. 704.* Majores nostros communiter statura nostra hodierna majores fuisse, vulgò creditur, unde Juvenalis: *Terra malos homines nunc educat atq; pusillos:* Et in Apocrypho Esdræ IV. c. V. 52. Angelus inducitur. *Interroga*, inquit, *eam, quæ parit, ut dicat Tibi, & dicito, quare quos nunc parit, non sunt pares prioribus, sed minores statura? Illa enim dictura est Tibi, alii sunt, qui in Juventutis robore, & alii, qui sub tempus senectutis deficiente matrice sunt nati. Considera tu ipse quoq; minore Statura vos esse, quam ii, qui antecesserunt vos: Et qui post venturi sunt, minores fore vobis jam senescentibus creaturis & robur Juventutis prætereuntibus.* Sed si olim à statura sua recesserunt homines, cur decrementa hæc tandem suspensa fuerunt, cum tot seculorum experimentis eadem semper statura servata sit, atque jam Davidis tempore Goliathi Staturæ VI. cubitorum pro Gigantea habita fuerit, quæ tamen ne hodie quidem

ſtaturæ noſtræ adeò magnus exceſſus eſt. Menſuræ quippe eædem manent ac olim fuere, quas cum decreſcentibus hominibus decreviſſe putare, ἐγεωμέτρητον foret.

XIV.

Pygmæorum, h. homunculorum cubitalium, natio non minus exploſa nunc eſt, ac reliqvæ iſtæ, quarum mentio hactenus facta Scripſerunt eam in extremo Septentrione reperiri, *Geographia Arabica* in Regno Gog & Magog, *Paulus Jovius* ultra Lappones in regione inter Corum & Aquilonem perpetua opprimi caligine *L. de Legat. Moſcovit. Olaus M. Screlingeros* h. Cubitales appellat; Adde è veteribus *Plutarchum, Cteſiam, Plinium.* Mela tamen in Africæ parte in Confinio Troglodyticæ & Æthiopicæ ſitos dicit & *Ariſtot. Lib. IIX. Hiſt. Anim. c. XV.* in locis unde Nilus fluit, non tamen ſine modeſtiæ nota, ὥσπερ λέγεται, ita dici. Prior opinio à Samojedis cæterisq; populis intra Circulum polarem Arcticum viventibus tracta; His inconcinnum ſæpe & tq. in nodum contortum Corpus eſt, qvod legitima ſtatura ſua tres cubitos vix excedat: Unde more vulgò ſolito in cubitalem brevitatem homines hoſce contrahi creditū fuit, Pygmæiq; tandem exierunt. Troglodytas Pygmæos *Voſſius* hac ratione putat credi cœptos, qvod Troglodytarum & Æthiopum multi eſſent κολοβοὶ h. recutiti. Pygmæos vero & κολοβὰς Ariſtoteli & aliis ſæpe eosdem eſſe. Κολοβὰς enim *Lib. II. de Gener. Animal.* & alibi vocat non illos tantum, qvi uno aliquo membro eſſent mutilati, ſed eos etiam, quorum univerſæ corporis partes in utero matris oblæſæ & juſto breviores. Jam vero tales ſunt nani ac pumiliones, quorum corpuſcula, qvamvis partium ad ſe invicem proportio conſtet, non tamen videntur integra, qvia ad debitam non ſurgunt menſuram. *Not. in Pomp. Mel. Lib. III. cap. IIX.* Pars exemplorum etiam illuſionibus ſpectrorum parvula hac ſpecie hominibus ſvaviter imponentium transſcribenda, qualis illa eſt, qvam de Helidoro Presbytero narrat *Silv. Giraldus Itiner. Cambr. Lib.* I. *c.* VIII. Helidorum literis addictum, ut diſciplinam ſubterfugeret in concava Fluvii cujusdam ripa ſe fugitivum occultaſſe: *Cumq; ibidem bis ſole revoluto jejunus continue jam latitaſſet, apparuerunt ei homunculi duo ſtaturæ quaſi pygmeæ dicentes: Si nobiſcum venire volueris, in terram ludis & deliciis plenam te ducemus: Annuens ille ſurgensq; ſecutus eſt prævios per viam primo ſubterraneam & tenebroſam exq; in terram pulcherrimam, fluviis & pratis, ſilvis & planis diſtinctiſſimam,*

simam, obscuram tamen, nec aperto solari lumine illustratam. Erant ibi dies omnes quasi nebulosi, & noctes lunæ stellarumque absentia terrimæ. Adductus est puer ad Regem, eiq; coram Regni curia præsentatus, quem cum diu cum admiratione cunctorum Rex intuitus esset, tandem eum filio suo, quem puerum habebat, tradens assignavit. Erant autem staturæ minimæ, sed pro quantitatis captu valde compositæ: flavi omnes, & luxuriante capillo, muliebriter per humeros coma demissa. Equos habebant suæ competentes modicitati, leporariis in quantitate conformes. Nec carne vescebantur, nec pisce, lacteis plerumq; cibariis utentes, & in pultis modum quasi croco confectis. Juramenta eis nulla; Nihil enim adeo ut mendacia detestabantur. Quoties de superiori hemisphærio revertebantur, ambitiones nostras, infidelitates & inconstantias expuebant. Cultus eis religionis palam nullus: veritatis solum, ut videbatur, amatores præcipui & cultores. Solebat autem puer ille ad nostrum hemisphærium pluries ascendere interdum per viam qua venerat, interdum peraliam, primo cum aliis, & postea per se. Solumq; matri suæ se committebat, patriæ modum, gentisq; naturam & statum ei declarans. Monitus igitur à matre, ut auri, quo abundabat regio, munus ei quandoq; referret, pilam auream, qua Regis filius ludere consueverat, ab ipso rapiens ludo, per viam solitam ad matrem deproperans, cursim asportavit: & cum ad ostium domus paternæ, populi tamen illius non absq; sequela, jam perveniisset, & intrare festinaret, pes hæsit in limine, & sic intra tectum cadenti, matre ibidem sedente, pilam è manu elapsam duo pygmæi è vestigio sequentes arripuere, exeundo in puerum spuæ, contemptus & derisiones emittentes. Ipse verò resurgens ad seque reversus, mira facti confunditur erubescentia, & matris plurimum consilia devovens ac detestans, cum via redire pararet, quam assueverat, ad aquæ descensum hypogeumq; meatum cum perveniisset, aditus ei jam nullus apparuit, cum tamen per anni fere spatium inter aquæ prædictæ ripas viam inutilis explorator inquireret. Sed quoniam ea, quæ ratio non mitigat, temporis interdum mora mitescunt: & diuturnitas sola laxatos hebetat plerumq; dolores: siquidem malis multis finis de tempore venit: demum tamen ab amicis & matre præcipue vix revocatus, sibiq; restitutus, & literis denuò datus, tandem processu dierum in sacerdotii gradum est promotus. At circumstantiæ hic illusionem Diabolicam nimis evidenter indicant;

dicant; Et tamen Helidorus etiam senio confectus nunqvam negocii hujus seriem sine lacrimis explicare potuisse dicitur, indigno sacra persona opere, qvo non mundum tantum, sed ipsa Satanæ opera respexit. Similem narrat *Hamelmannus Chron. Oldenburg. P.* I. *c. X. p. 21.* ubi Historiam famosi in Germania nostra *Corum Oldenburgici* prosequitur: Sey einem Graffen von Hoya ein kleines Männlein in der Nacht erschienen / und wie sich der Graff entsetzt / hat es zu ihm gesagt / er solte sich nicht entsetzen / dann er hätte ein Wort an ihm zu werben / und zu bitten / Er wolte ihm das nicht abschlagen. Darauff der Graff geantwortet / wann es zu thun möglich wäre / und Ihme und den Seinen unbeschwerlich / so wolte ers gerne thun. Da hat das Männlein gesagt: Es wollen die folgende Nacht etliche zu dir auff dein Hauß kommen / und Abläger halten / denen wollest du deine Küchen und Saal so lange leihen / und deinen Dienern gebieten / daß sie sich schlaffen legen / und keiner nach ihrem thun sehe / auch keiner darumb wisse / ohn du allein / man wird sich dafür danckbarlich erzeigen / und du und dein Geschlecht sollens haben zu geniessen / es soll aber in dem allergeringsten weder Dir oder den Deinen leid geschehen. Solches hat der Graff eingewilliget: Also seind sie die folgende Nacht / gleich als mit einem Reißigen Zeug / die Brücken hinan auffs Schloß gezogen / und seind allesampt kleine Leute gewesen / wie man die kleinen Bergmännlein zu beschreiben pfleget / haben in der Küchen gekocht / zugehauen / und auffgeben / und hat sich nicht anders / als wann eine grosse Mahlzeit angerichtet würde / ansehen lassen. Darnach fast gegen den Morgen / wie sie wiederumb scheiden wollen / ist das kleine Männlein abermahl zum Graffen kommen / und neben Dancksagung ihm offerirt ein Schwert / ein Salamander Lacken / und einen gülden Ring / in welchem ein rother Löwe obn eingemacht / mit Anzeigung / diese drey Stücke solten Er und seine Nachkömmlinge wol verwahren / und so lange Sie dieselben beyeinander hätten / würde es einig und wol in der Graffschafft zustehen / so bald sie aber von einander kommen würden / solte es ein Zeichen seyn / daß der Graffschafft nichts guts verhanden wäre / und ist der rothe Löwe auch allzeit darnach / wann einer vom Stamme sterben sollen / erblichen. Sed ad propositum revertimur, & *Albertus M. L. de Animal.* VII. *Tr.* I. *c.* VI. arbitratur, Pygmæos etiam genus simiarum esse figura, statura erecta, actionibusqve, maxime pugna adversus grues, q. ex deliberato consilio proficiscerentur,

rentur, hominibus similium; Pro hominibus vero non habendos. I. Qvod usu rationis destituantur II. Nec verecundiam teneant. III. Vi loqvendi absoluta careant. IV. Nulla sint religione. Cui non adversamur: Eodemq; pertinere autumamus qvæ de Hominibus *Hirsutis, Cynocephalis* &ſs. traduntur. Ut vel monstrosi homines qvidem fuerint, sed individua, non Gentes; Vel Simii pro hominibus habiti. Singularium personarum aut homunculorum exempla qvod attinet, agnoscendum qvidem ea à natura ludente statui, sed in Individuis, speciem non facere. Ideo Domina Catharina, Serenisſ. Elect. Brandenb. Joachimi Friderici prima Conjux cum pumilionibus ejusmodi delectaretur, & integrum pene contubernium eorum soleret alere, Nuptias qvidem inter illos conciliavit, spe prolis inde susciendæ, sed eventus voto non respondit, & steriles manserunt. Idem fecit Catharina de Medicis, qvæ ut scribit *P. Mesſias Var. Lect. Lib. V. T.* III. *c.* VI. sua memoria tria paria homunculorum talium studiose fovit, conjugiisqve legitimis copulavit, sed eodem eventu: Nihil enim ex iis fuit generatum, Deo procul dubio operis sui arbitrium hominũ curiositati haut concedente. Veluti è contrario iidem pumiliones si cum alijs hominibus consvescant, generare quidem deprehenduntur, sed ordinariæ staturæ prolem, non sui similem: Vasti etiam homines si copulentur cum aliis, vel plane non, vel ordinariæ staturæ hominem generant. Naturam enim vitii sui veluti pudet, ideo in prolem id propagare non vult, sed per instaurationem cursus sui ordinarii emendat, vel generationem prorsus cohiber. Plura de Pygmæis Vid. ap. *Voet. ante cit. Vol.* I. *Disp. de Creat. part.* IIX.

XV.

De hominibus subterraneis vero (nam hos occasione eorum, quæ de Pygmæis istis Phantasticis dicta sunt, hic exhibemus, alias ad seq. Sect. IV. eos translaturi) addendum est, tales negari non posse, si Subterranei dicantur, ab habitaculis suis, non autem à peculiari quodam & à cæteris hominibus diverso charactere. *Pygmæos Subterraneos* modo dictos non homines, sed Spectra innocuâ hac specie hominibus imponentia esse statuimus. De veris Hominibus Subterraneis differit toties citatus Kircherus *M. S. L. IIX. cap. III.* fere hunc in modum: *Civitates Subterraneas Gaffarellus in suo de* Cryptis toto orbe Celebribus *libro fuse describit: Cujus rei veritatem non credidissem, nisi ego hujusmodi habitationes tribus in locis propriis oculis lustrassem: Cum enim anno 1637. Melitæ commorarer*

morarer, contigit, ut quodam die cum Ordinis Hierosolymitani Magistro Joanne Lascari, in villam quandam amœnitate & delicijs refertam, quam Buschettam vocant, concederem: Ubi cum de natura & proprietate Insulæ variis ratiocinijs ultra citroque actum fuisset, addit dictus Magnus Magister, esse in vicino colle habitationem subterraneam hominum sibi Subditorum, seq; desiderare, ut eam adirem lustraremq; miram hominum in adornandis subterraneis ijsmodi specubus, disponendisq; habitaculis industriam; & cum nil mihi gratius posse contingere, dicerem, adjuncto mihi duce viæ cryptarumq; perito, habitationem accessi, quam Ambica Lingva indigenis Insulæ domestica & familiari Ghaar Kebir, id est, Speluncam magnam vocant. Ingressus itaq; portam principalem longe lateq; patentem plenam hominibus utriusq; sexus pueris puellisq; rusticorum more vestitis reperi, & tamen si confusè inter se habitare viderentur, singulæ tamen familiæ propria sibi receptacula, seu recessus sive arte, sive natura factos possidebant; intra quæ per alias aliasq; cellulas pulchra distributione facta, alimentorum differentes species condere solebant; hic lectus intra rupem incisus, illic panibus caseisq; collocandis apti loculi, alibi vaccarum, pecorum asinorumq; stabula, quin & gallinarum nidi comparebant; non deerant vasa fictilia ad aquam cisternarum loco continendam satis capacia: caparum alliorumq; prælongæ catenæ, veluti corymbi parietes exornabant, aderant & fornaces coquendis panibus opportunæ, quibus subterraneis cryptarum habitaculis lumen per rimas scopulorum, ac foramina in hunc usum ea industria facta, ut, nec pluvia nec ventus facilè iis nocere posset, allabebatur; fornaces quoq; suos habebant caminos, ne accenso igne, sine camino, fumo per cryptas diffuso suffocarentur; Interdiu tum rustici extra cryptam laboribus exercebantur, tum necessaria ad vitam sustentandam in vicinis locis procumbant, mulieres colo, caseis faciendis, similibusq; fœminis propriis laboribus destinabantur: & quoniam lignis carebant, eorum loco excrementis jumentorum ad solem exsiccatis ignem fovebant: homines utriusq; sexus praegrandi statura, robusti & Macrobij adusq; decrepitam ætatem vivere dicebantur, & quod mirum est, fœminæ non invenustæ formæ. Adeo autem cryptarum suarum desiderio tenentur, ut siquando eos vel vendendi res suas, vel comparandi alia necessaria Melitam adeundi necessitas urgeret, ibidem tanquam exilio quodam damnati, vix teneri posse videren-

rentur,

rentur, quin statim expeditis negotiis cryptas suas repeterent, dum ne quidem unicâ nocte ab iis sese removeri paterentur. Carnibus vaccarum, pecorum, gallinarum prorsus abstinebant, utpote quas in lucrum tantum venditione factum reservabant, pane, caseo, lacte, capis, allio, herbisq; contenti. Magnus Magister, *ut veritatem experimento mihi commonstraret, mensam sterni jussit, in qua ex una parte, omnis generis carnes, & quicquid tandem ex opiparo & magnifico sane prandio superfluum fuit cupediarum; ex altera caseum, capas, allia, caules & pulmenta, quos Maccarones vocant, poni præcepit, vocatosq; Troglodytas suos, quos ad culinæ serviendum ex cryptis accersiri curarat, mensæ assidere jussit: qui mox relictis carnium deliciis, iisq; ne tactis quidem, ad cibos illos, quibus assueverant, quibusq; libenter vescebantur, conversi, plenis pugnis & canina quadam aviditate devorabant. Atq; hæc paulò fusius describenda duxi, ut ex iis reliqvorum subterraneorum hominum indolem* Lector *cognosceret; & proinde non falsa videantur, qvæ de Troglodytis ad mare Erythræum infra terram habitantibus, sanè admiratione dignissima scribit* Solinus, Plinius & Ælianus. *Est Melitæ Insulæ vicina, Gaulos, vulgò* Gozo *nuncupata, in qua similem prorsus cryptam hominibus refertam reperi, eodem, quo supra memorati, ritu viventes; In utraq; Insula, linguâ Arabicâ purâ sine ulla Italicæ lingvæ alterius ve mixtura, utuntur; Unde Maronitæ in montem Libanum reduces, dum Melitæ opportunitatem temporis exspectant, sæpe eos adire solent, ut iis Missam in Arabica lingua legant, & doctrinam Christianam exponant, non enim barbari sunt, neq; privati fide Catholica, sed summa cum devotione suas quotidie orationes peragunt, precatorios globulos continuò volvunt, Missam in viciniori pago singulis festis audiunt, habent & in cryptis suis Crucifixi &* Beatæ Virginis *imagines decenti loco expositas. Dum anno 1659. Hetruriam lustrarem, contigit, ut quodam tempore Agrum Viterbiensem examinaturus pratum quoddam transirem, in quo tunc perpetui fumi exhalabant; Ego veluti ad tale spectaculum attonitus, sulphureas fossas ibidem esse rebar: Comitem itaq; interrogavi, ut quid istiusmodi fumi protenderent significaret; hic subridens dixit: hi, quos vides fumos non sunt terrenarum evaporationum, sed sunt fumi, qui per subterranearum habitationum caminos in hisce pratis exitum suum sortiuntur & statim mihi post nonnullum spatium ostendit ostium, per quod in dictas cryptas aditus patebat;*

Intravimus itaq;, & non secus ac in Melitensium Troglodytarum cryptis omnia disposita reperimus: Cuniculis, sedilibus, loculis in vivo saxo excisis, multo Melitensi amplioribus: Pagus namq; subterraneus erat, quem Meonianum vocant, sub jurisdictione Excellentissimi Principis Camilli Pamphilj: *Ecclesia extra conspiciebatur; Indigenæ omnes Agriculturæ operam dabant. Sed hæc fusius in* Itinerario nostro Hetrusco *prosecuti sumus, quo* Lectorem *curiosum remitto. Atq; hæc uti oculis meis lustravi, ita quoq; paulo fusius deducenda duxi; ut si alibi locorum, de quo non dubito, similes habitationes ferantur existere, eas non alio, quam diximus modo, constitutas esse* Lector *cognoscat: Nam ubiq; ferè locorum similes reperiri Geographicarum historiarum Autores sat superq; testantur. In Jdalcanis Regno Indiæ plerosq; tum Brachmanes in monte Pagodum, tum plebejos in subterraneis meatibus habitare Annuæ Societatis nostræ docent. In Africa ad montes Lunæ in intimis montium recessibus homines contra Solaris æstus vim vitam degere*, P. Petrus Pais *narrat. Quod idem asserit de maris Caspii montibus, quorum concava hominum habitationibus, teste* Marco P. Veneto, *referta sunt. Non dicam hic de subterraneis Romanæ urbis cryptis, ubi tot Sancti Martyres una cum Pontificibus sanctis persecutionis tempore delituerunt, de quibus Lector* Romam Subterraneam *consulat.* Quibus omnibus ex Itinerariis Hungariæ Pagum haut procul Alba Græca situm in cumulum adjicimus. Meminit ejus Georg Christoph. Neitschütz *Itin. P. II. Lib. I. cap. IV.* & Tobrinzi vocat: Sein Mittags auff Tobrinzi kommen: Jst ein Dorff unter der Erden: Oben über der Erden siehet man nicht mehr davon/als etwas die Dächer von den Häusern/die Wohnungen aber sind alle unter der Erden eingeschnitten und eingebauet/welches gar seltzam und wunderlich anzusehen. Sed magis mira est Historia, qvam Kircherus de hominibus ejusmodi mox subjicit ex Gvil. Neubriff. in rerum Anglic. revolutionibus L. b. I. c. XXVI. pag. 91. Pagus *est*, inqvit, *in Occidentali Anglia, qvatuor aut qvinqve milliaribus à nobili monasterio* S. Edmundi *Regis & Martyris dissitus, juxta qvem nonnulla antiqvissima spelunca spectantur, qvas vulgari lingva* Wulfputes, *id est*, luporum latibula *vocitant, à qvibus & pagus supra memoratus nomen suum obtinuit; Ex qvarum specuum una, tempore æstivo, qvo rustici segetibus metendis operam dant, duo pueri toto corpore viridi tincti colore, incognita adhæc vestium materia tecti eruperunt. Cum itaq; hinc inde ex novi cœli intuitu veluti cæcutientes, per campos oberrant,*

vant, tandem à mesoribus capti in pagum, magno hominum ad tam inusitatæ rei spectaculum attonitorum confluxu adducti sunt, ubi ad nonnullos dies sine omni cibo vixerunt, neq; ut ex iis cibis, quibus pagus vesci solebat, qvicqvam sumerent, induci potuerunt, adeoq; paulatim deficientes de vita, congrui nutrimenti defectu, perirelitarentur. Contigit autem, ut eodem tempore quidam curru fabis onusto pertransiret, qvas simul ac viderunt, statim pleno impetu currum involantes, cum apertis scaphis nihil reperirent, suam miserabilem sortem copiosa lacrimarum effusione una ejulatui juncta conteſtati sunt; postqvam verò indigenæ fabas illos appetere cognoverunt, statim recentes fabas illis apposuerunt, qvas magno gaudio & veluti proprium ipsorum nutrimentum summâ aviditate comederunt; atqve exinde nonnullis mensibq nullo alio præterqvam dicto nutrimento usi sunt, usque dum paulatim panis esu assvescerent: postqvam verò nostris cibis paulatim assveti essent, ecce viridis, quo imbuebantur, color sensim in cæterorum hominum colorem abire visus est; deinde sacro baptismate initiati, idioma Anglicum didicerunt; Masculus, qvi fœmina junior credebatur, statim sacro susceptο lavacro extremum diem obiit; Soror verò ejus, qvæ in nullo qvoad corporis proportionem à cæteris fœminis differebat, diu supervixit, & uti fertur, juxta Lennam matrimonio copulata, non ita pridem adhuc vixisse dicitur. Cum verò jam Lingvam Anglicam didicisset, & interrogata, qvænam & undenam esset, respondit, homines sese esse ex regione S. Martini, ubi maximus ejus cultus vigeret, & cum ultra interrogaretur, ubinam terrarum illa regio existeret, & qvomodo in hanc nostram regionem emersissent; Respondit, nescire se, hoc tantum recenti se memoria tenere, cum qvodam tempore patris eorum pecoribus pascendis invigilarent, percepisse sese sonitum qvendam similem illi, qui in S. Albani *templo hujus loci campanarum complosione datur, & cum insolito hoc sono attoniti ulterius progrederentur, tandem sese in eo, qvo capti fuerant, campo reperisse. Et cum rursus interrogaretur: An in memorata regione in Christum crederent, & an Sol illis unqvam alluceret; Respondit ad primum: Regionem esse Christianam & templis instructam; Ad secundum dixit: Solem nunquam nec Orientem neque Occidentem ab iis videri; neque ullis radiis solaribus illuminari: sed luce qvadam dubia se frui, eo fere modo, qvo ante Solis ortum, aut post ejusdem occasum, crepusculorum*

tempore, nobis modò hic apparet: Distare verò non procul inde regionem multo clariorẽ, à sua regione haut exigui fluminis latitudine disterminatam. Hæc & similia de præfata subterranea regione mulier, prout recordabatur, retulit. Unicuiq; suum de hac historia judicium relinquo; Contigit autem hic mirabilis eventus sub Stephano *anno* 1140. *Fateor diu multumq; me de simili casu suspensum hæsisse, donec tot tamq; conspicuis hominum fide dignissimorum testimoniis convictus ita rem sese habere credidi, miratus illud, quod ratio minimè capere videbatur.* Hucusq; *Neubrissensis.* Hanc rem tamen nos suo loco relinquimus. Quomodo homines in Subterraneas tales regiones delati fuerint, Kircherus ita enarrat: Potuisse id contingere primo pestis bellorumq; sævientium tempore, quo pleriq; homines fuga vitæ suæ consulturi, in abdita quævis altissimorum montium antra, veluti in tutum asylum contra hostium insidias, se recipere, & ne ibidem necessariorum defectu pereant, pecora, vaccas, panem, semina, legumina, & quicquid tandem ad vitam trahendam necessariarum rerum est, una secum abducere solent; quod experientia frequens in superiorum temporum tumultibus, queis Germania subdita fuit, ita manifestum fecit, ut de eo amplius dubitare nemo possit. Simili itaq; casu, i quit, persecutorum sævitiam fugientes primi illi homines, in eo se cryptarum labyrintho abscondiderunt, à quo expedire sese non potuerunt, & quantò deinde exitum solicitius qvæsivere, tantò magis magisq; sese intricasse verisimile est, donec in hanc longe lateq; patentem subterraneam regionem ingressi, non sine divina dispositione, dura necessitatis lege remanere coacti fuerunt. Idem sanè Judæis in inaccessis montium Caspiorvm recessibus conclusis accidisse apud Geographos legimus: Annon in montibus Hispaniæ tempore *Philippi* III. Regis, novam hominum coloniam detectam legimus, qui, quo casu nescitur, simili haud dubiè occasione, eo se contulerant, & multorum annorum centuriis sine alio cæterorum hominum commercio, lingva ab Hispanica multum differenti, in eum usq; diem ignoti omnibus manserunt, donec regione à Venatoribus detecta incolæ omni vitæ morumque cultu destituti à Societatis nostræ patribus ad meliorem frugem conversi, jam à cæteris nihil differant. *Cranzius* quoq; narrat, in Transylvania anno 900. simile genus hominum è montium meandris erupisse, qui totam regionem necdum ex omni parte cultam deinde incoluerint. Innumera hisce similia *Lector* curiosus reperiet, si varias orbis revolutiones consuluerit; dum

Dum enim homines turbinibus malorum presſi ſunt, abditas montium latebras contra hoſtium violentiam immunes quærere coacti, ibique multo tempore commorantes, tandem locis cum tempore aſſvefacti ibidem reſtiterunt.

XVI.

Ad reliqvam *Sirenum*, *Nereidum*, *Tritonum*, *Centaurorum*, *Silvanorum*, *Satyrorum*, *Faunorum*, *Strigum*, *Harpyiarum*, *Cobalorum* farraginem paucis reſpondemus : Aut fuiſſe monſtroſa humana individua, eaque vel ex nefario concubitu hominum cum beſtiis, ſi ille aptus eſt effectis talibus producendis, vel ex alio qvovis naturæ ἁμαρτήμαπ genita ; Aut fuisſe Spectra diabolica, qvæ hominibus ſubinde ea forma apparuerint ; Aut ſpecies brutorum, ſimias, ſimilesve beſtias, quæ aliqva ex parte ad figuram corporis humani accedunt ; Aut ad fabulas & ocioſorum hominum figmenta referenda, qvæ de iis ſcribuntur. Qva determinatione cum Doctiſſ. *Voetio l. ante cit.* putamus exhauriri poſſe, qvicqvid dubii aut ab autoribus antiqvis, aut teſtibus autoptis hodiernis petitum moveri poteſt. Paracelſus tamen in hiſce talibus peculiaria qvatuor hominum genera qværit *Epiſt. ad Athenienſes ſ. de Occult. Philoſophiæ*, eaque Deum præter homines Adami poſteros carne, oſſibus & ratione inſtruxiſſe, ac in ſingulis elementis collocaſſe putat, in Terræ viſceribus Pygmæos & Gnomes, in Aqvis Nymphas & Undenos, in Aëre Silvanos & Meluſinas, in Igne Vulcanos & Salamandras ; Et incertum eſſe, cui horum generi vera fides in Deum ſit data & via ad ſalutem patefacta. Refer. *Godelm. de Lamiis & Del Rio Disq. Mag. L. II. Q. XXVII.* Sed hæc luxuriantis ingenii periculoſa ſomnia ſunt.

XVII.

Deniq; & *Æthiopum* inter Characteres hoſce ratio habenda: Qvos à colore *Nigritas*, *Negros*, vulgo vocant, & lingva noſtra eodem ſenſu, licet peregrina voce, **Moor** ; *More* enim apud Arabes niger eſt, unde *Mauri* in Africa, *& Mare more ſ. Marmora*, Mare nigrum in Aſia ; Nec tamen ſolo colore à reliqvis Gentibus differunt, ſed præterea naribus ſimis, tumentibus labris & capillitio criſpo ac lanuginoſo : Accedit rariſſima mollities cutis, ipſiusq; nigroris ſplendor argenteus, procul triſticia, coloris hujus aliàs comite. At cauſæ qvibus hæc conſtent in abdito ſunt : Et Nigroris qvidem proximam ſ. Formalem debemus inventioni Doctiſſ. Viri *Pecklini*, quam in

corpore qvodam mucoso & reticulari, tenuioris Muci seu Tunicæ retiformis in oculis æmulo, inter cutim & cuticulam collocato, & per cuticulam translucente sita deprehendit, *Tr. de Hab. & Col. Æthiop. cap. VII.* At quæ prima ejus causa fuerit, adhuc in incerto manet, qvanqvam vix alibi, quam in primorum Genitorum naturali dispositione qværi potest, modo tamen explicatu difficillimo: Nam si nigris Parentibus Æthiopes semper nati sunt, de albis & fuscis quærendum veniet, unde suum isti colorem nacti sint? Si Albis, quî nigror tantus eos cepit? Aut si materna Imaginatio prolem ejusmodi produxit, unde conjugem accepit? Si etiam conjugem eadem Imaginatione natam, unde propagatio in speciem, cum nigror non superficialis sit, in qvam Imaginatio desinit, sed Organicus & non levi naturæ studio pr creatq. Soli certe attribui neqvit, ob causam eandem, qvia nim. nigror non superficialis est, sed sub pellicula latet, nec scaber aut strigosus est, sed in nitido habitu pingvi, & levis, cum qvi à Sole infuscantur, præter æruginosam obscuritatem etiam siccum & rugosiorem habitum contrahant. Accedit, qvod idem Æthiopum habitus in nepotibus & Pronepotibus in nostris qvoqve tractibus permaneat; Populi Septentrionales insuper non minus qvam Populi Meridionales & Soli viciniores fusci sunt, ut *Lappones*, *Samojedæ*, & *Russi* qvi in specie *Nigri* dicuntur, h. fusci, in discrimen à Rusis Rubris & Albis, fuscitate tamen non subrubenti, sed livida: Qvo sensu & apud Hippocratem legimus *L. de Aër. Loc. & Aqvis*: *Scytharum Gens fulvi valde coloris existit propter frigus ingens, non enim vehemens ad illos accedit Sol, à frigore vero exuritur albedo & fit fulva.* Et videmus qvidem Solem in æstate nobis aliqvid fusci addere, sed temporarium illud est, & cum hieme interit, neqve causam aliam habet, quam pulverem minutissimum sudori in poris cutis hærenti intermixtum. Minime omnium verò Maledictioni Noachicæ causam transscribi fas est; Chami posteri enim Babylonem usq; hab tasse leguntur, ubi nullus talis nigror, imo nec in multis partibus Africæ; Nec hodierna Æthiopum servitus ei argumentum præbere potest, cum non vetus illa sit, sed ultimis hisce seculis demum ab Europæis illis impacta. Vid. plur cit. *Doctiss. Peeblini Tr. de Hab. & Col. Æthiop. c. IX. X. & seqq.*

SECTIO

SECTIO III.

DE LINGVIS.

I. Linguarum Europæ numerus; Linguæ Matrices majores.
II. Linguæ Latinæ Dialecti; Dialecti Castellanæ cum L. Latina convenientia: Cur Hispani minus bene Latine loquantur?
III. Linguæ Græcæ vetus amplitudo, ac hodiernus Status.
IV. Dialecti Linguæ Teutonicæ: Ejus usus in Tataria Precopensi.
V. Linguæ Slavonicæ amplitudo.
VI. Linguæ Matrices minores Europæ.
VII. Lingua Hebraica & ejus propagines.
VIII. Lingua Arabica, Turcica, Malaica, Chinensis in Asia: Linguæ Persica cum Germanica cognatio.
IX. Lingua Coptica, Æthiopica, Songaica in Africa.
X. Lingua Caribana, & Mexicana in America.
XI. An initio LXX. Linguæ extiterint? In quo Confusio Babylonica constiterit? Causa confusionis hujus.
XII Lingua Ficticia, Rotwelsch dicta.
XIII. Singularia variarum Linguarum. Quid de multijuga flexionū in veteribus Lingvis varietate sentiendum?
XIV. Modorum scribendi varietas.
XV. Varietas Characterum: De Characterе Compendioso, Universali, Noëtico, Occulto miscellanea.
XVI. Instrumenta Scriptoria, Calamorum, & Atramenti Scriptorii varietas; De Artis Typographicæ inventione variorū, usu & abusu.

I.

EXternis istis ab origine & habitu corporis sumptis differentiis jungimus, quæ hominem propius afficit & animum ejus tangit, varietatem in Lingvis & Moribus: Lingvæ animi sensa proferunt, Mores indicant. Lingvas in Europa enumerant quatuordecim & tales quidem, quæ per omnia inter se discrepant, seu quarum nulla inter se cognatio est, neq; in verbis, neq; in analogia. *Scaliger* in Epistola de Linguis Europæis passim nota has *Matrices* vocat; Reliquas tanquam propagines ex istis deductas, *Dialectos*, quæ unius Matricis Linguæ commercio aliquo inter se junctæ sunt. Matricum istarum quatuor amplissimæ sunt, reliquæ angustiori ambitu comprehenduntur. Illas *idem Scaliger*

ger Majores, istas Minores vocat. Quatuor Majores sunt *Latina*, *Græca*, *Teutonica*, *Slavonica:* Latina *Occidentales & Australes aliquas Europæ partes*, Teutonica *Boreales*, Slavonica *Orientales*, Græca *Australes* nonnullas occupat.

II.

Latina tres habet propagines seu Dialectos, *Italicam*, *Gallicam & Hispanicam*, à Francis, Longobardis, Gothis &c. in eam varietatem diffusas, sed iterum Sub-dialectis variantes. Sic puriores Itali dicunt *Patre nostro*, Foro Julienſis *Pari Nestri*, Rheti *Babe nos.* V. Merul. Cosmogr. p. 619. Gallica habet *Walonismum*, *Pictonismum* &c. In Hispanica differunt *Castellana*, *Andalusica*, *Portugallica*, *Granatensis.* Omnium harum purissimam, quæque etiam ad Matricem suam Latinam proximè accedere possit, Castellanam putant: Unde Merula literas producit, quæ ut monstraretur, quam prope abesset à Matrice sua hæc propago, qualisq; ante fœdiorem fuerit depravationem, eadem sensa animi Latine pariter ac Hispanice exprimunt, & servata utriusque linguæ natura Latinis Latinæ, Hispanis Hispanæ sunt, ac hoc tenore constant: *Scribo & supplico rogando te Francia, des & respondeas tales probationes tractando de tua eloqventia, loqvela & excellentia, qvales scribo de Hispania, comparando gentes, nationes & provincias, quales manifesto dictando Epistolas puras Latinas & Hispanicas. Hispania (antiquissima Corona) perseverο (cessante memoria de contrario) duro & regno Provincia Christiana: Tu Francia principias à Merovio & regnas continuando quasi mille annos Christiana, prædicante Sancto Remigio & Regnante Clodovæo. Responde Francia da & propone contra nos tam grandes nationes, tam feriles, tam fructuosas Provincias; Tales gentes, tam ingeniosas, tam scientificas, tam virtuosas, prudentes, justas, modestas, liberales, gratiosas & magnificas: Non monstras tu Francia tam grandes resistentias & tantas victorias contra Romanos &c. Præsenta te Francia & da tales Campos, Montes, Valles, tales Bestias feras & domesticas, tantos & tam excellentes Caballos, tales Vaccas, aves, carnes suavissimas, Lanas preciosas &c. Non cognosces tu Francia Plantas, arbores, Bestias & perfectiones, quales de Hispania majores Nos demonstramus, & cognosco de Hispania infinitas, qvales in Francia non cognosces. Si extas & celebras Principes & Imperatores Romanos, demanda & inqvire de Bruto, de Fabio,* de

de Hadriano, de Honorio, de Theodosio, de Trajano inclito & glorioso Hispano. *Vid. Merul. Cosmogr. P. II. L. II. c. IIX.* Quam quidem affinitatem etiam partem causarum faciunt, cur Hispani communiter minus bene Latine loquantur: Quanquam alia insuper accedat, quia Ingenia speculativa habent, unde verbis minus intenti sunt. Vid. *Huartes Exam. Ingen.*

III.

Linguam Græcam olim industria gentis suæ in maximam amplitudinem evexit, atq; jam usq; ab Aboriginibus suis, veluti seipsâ angustior esset, in finitima regna *Epiri & Macedoniæ* diffusa fuit, mox in universas Insulas propinqui Maris Mediterranei *Siciliam* usque: Inde in continentem egressa litora maris *Jonici ac Tyrrheni* in Italia occupavit, Novam, at *Magnam Græciam* molita, in Gallia celeberrimam *Massiliam* condere ausa, additis etiam Orientem versus *Thracia & Asia Minori*, ab Austro *Ægypto & Cyrenaica* usq; ad Syrtim majorem. Nec terris tantum, sed ipsis Terrarum Lingvis illata fuit, pauperiem earum copia sua sublevatura: Ideo de Latio jam Varro prodidit, ipsum Græca fingere, cui & literas a Græcis allatas esse Plinius autor est. Et veteres Galli omnia negotia sua Charactere Græco consignasse creduntur, ὡστε τὰ συμβόλαια ἑλληνιστὶ γράφειν, ait Strabo: Ne dicamus ipsos Græca locutos, quod operose probant *Joach. Perionius & Joh. Picardus.* Lingvæ Cambricæ & Græcæ affinitatem prodidit *Silv. Giraldus*, ipse Camber & Rerum Britannicarum Scriptor. Ipsa dn. Hebraica Lingua à Græcis quoque aliqua commodato accepit, quod non tantum in Thalmude similibusque Scriptis, sed quod magis mirum, in ipso Sacro V. Test. Codice claret, assumptis *Daniel. III.* Psalterii, *Psantherin* & Symphoniæ, *Symphonja*, nominibus, quam rem non sine admiratione prosequitur *Casaubonus in Athen. IV. XXV.* Quorum omnium causæ: Una, Græcorum in commerciis dexteritas, qua ut nemini post Phœnices cessêre, ita in amplissima spatia ipsos diffundi oportuit; Altera in primorum temporum Coloniis sita, quarum propagatione Græcia semper felicissima extitit & fines suos protulit securissime. Neque enim de nihilo est, unicam Siciliam triginta pene Coloniis Græcorum admissse, aut solam Miletum ultra sexaginta emisisse, vel aliud loqvuntur Locrensium, Tarentinorum, Sibaritarum & mille aliorum notissimæ origines: Sed quas postera ætas facile deleviſſet, nisi novis suo-

rum ſtudiis exceptæ fuiſſent, Alexandri, non Græci quidem, at Græciæ Ducis, hujusq; Succeſſorum & immenſarum ditionum ejus heredum: Qvorum intererat non minus jura, quam Lingvam ſuam, h Græcam, dare ſubjectis gentibus. Unde illa Alexandriæ, Antiochiæ, Ptolemaidis decantatiſſima nomina; Et ſolum Seleucum in Diœceſi ſua ſexaginta admodum urbes Græcas condidiſſe Appianus teſtatur. Accesſit non minor cauſa, quam recentior ætas ſuppeditavit, cum Romanum Imperium ſui quaſi pertæſum Conſtantinopolin migraret & collapſæ ſuæ potentiæ Græcos redderet, Orienti & Illyrico, h. Syriæ, Palæſtinæ, Ægypto, Aſiæ, Ponto, Macedoniæ, Daciæ Mandata ex Græcia daturum. Tandem vero una cum Imperio Gentis ſuæ ſenſim defecit ac in eas anguſtias redacta fuit, ut hodie vix in quatuordecim Moreæ Locis inter Naupliam & Epidaurum (Napoli & Monembaſia) ſuperſit, quarum incolæ Zaconum (loco Laconum) nomine noti Græce adhuc loqvuntur, licet haut juxta regulas Grammaticæ: Idemque de alio loco prope Heracleam in Anatolia teſtatur *Bellonius*. Loco autem ceſſit alii ex ſe natæ qvidem, ſed degeneri propagini hodiernæ Græcæ Lingvæ, quæ ipſa tamen in varios ramos abiit, *Vulgarem* Græcam, *την κοινην* vulgo dictam, *Dialectum Athenienſium*, quæ hodie omnium maxime barbara eſt, *Peloponeſiorum*, quam puriſſimam judicant, *Tzopeliſmum* &c. De quibus omnibus Vid. *Cruſium in Turco-Græc.* paſſim; De priſca iſta amplitudine Lingvæ Græcæ & ſs. fuſius ſcripſit. *Edv. Breerewood in Scrutinio Lingvarum* haut procul initio.

IV.

Matricis Teutonicæ propagines ſeu Idiomata præcipua ponunt Dialectum *Francicam*, *Saxonicam*, *Danicam*. *Dialecti Francicæ* idioma in ſuperiori Germania qværendum, cujus priſcam conditionem multis modis expoſuit *Goldaſtus* in egregio Volumine *Scriptorum Alamannicorum*. *Saxonicæ* Subdialecti ſunt in Germania Inferiori, Belgio, Anglia, quæ poſtrema iterum *Angliciſmum & Scotiſmum* genuit. *Daniſmi* ſeu Dialecti Danicæ tria diſcrimina ſunt, Danorum Limitaneorum, quos *Danemarckos* vocant, *Svedorum*, *& Norwegorum*; Ab horum idiomate propagata eſt hodierna Lingva *Islandica*, quæ ita intelligitur à Norvegis, ut Lingva Belgica à Germanis. Alterutrius partem etiam in Cherſoneſum Tauricam usq; delatam & à ſe obſervatam allegat *Busbeqvius Ep. Turc. IV.* cujus exempla affert.

affert: Articulum *Tho* vel *The* Nominibus utplurimum præmitti; Item vocum singularum: Broe, Brodt / Plut, Bluht / Salt, Salz / Tag, Tag / Wingart, Weingarten / &c. Indeq; colligit, Gentem vel Origine Gothicam, vel Coloniam Caroli M. esse, idque ideo verisimile haberi posse, quia similes in Transsilvaniam emiserit; Sed Acta Caroli M. id non facile docebunt: Pro priori plures deponunt, & inter eos præcipue *Bilib. Pirckheimerus*, qui & usum Lingvæ & originem ejus Gothicam fidenter asserit, atq; in insigni suo tempore adhuc superstite Familia *Nobilium de Mankup* conservatam fuisse asleverat. *Sciendum est, quod Ostro Gothi illam post primam occupationem usq; ad hodiernam diem inhabitant, nam licet Imperatores Graci Peninsulam illam aliquando possederint, Januenses q; Caffam, quæ est Theodosia, occuparint, Tamerlanusq; decantatus Tartarus illam ceperit, à quo tempore eam Tartari Ulani, qui & Præcopenses seu Grimuenses ex oppidi nomine ita vocati possederunt ac inhabitarunt, qui & ipsi postea à Turcis fuerunt subacti & ad Tributum solvendum coacti: Ostro Gothi tamen semper Montana, licet sub tributo possederunt.* Loqvuntur autem Germanice, *qua Lingva omnes Gothi, utpote Germani sunt usi. Superfuere ad ætatem usq; nostram Duces Gothorum nobilissimi* de Mankup *dicti, qui Castrum* Mankup *semper à Tartarorum vi defenderunt, donec Machumet Turcarum Imperator Caffam expugnavit, Tartarosq; ac Peninsulam suo subjecit Imperio, tum & Castrum* Mankup *cepit, ac duos Duces Fratres de* Mankup *gladio percussit*, in quibus & tota Gothorum illorum Nobilitas cessavit. *Gothi vero, qui adhuc in montibus supersunt, ut plurimum vineas colunt & inde vitam sustentant.* Ita Pirckheimerus *Explic. Locor. Germ. in Tom. I. Histor. Op. Schard. fol. 213.*

V.

Lingvam Slavonicam Europa tertiâ fere sui parte totoqve orientali tractu suo præter Hungariam & Wallachiam loquitur, recepta quippe à *Dalmatis, Libornis, Macedonibus, Epirotis, Bosinatibus, Serviis, Rasciis, Bulgaris, Moldavis, Russis, Polonis, Bohemis*; In ipsa Asia à *Circassis, Mengrelitis & Gazaritis.* Gesnerus & Rocha totas sexaginta nationes enumerant, quæ Linguâ hac utuntur. In Imperio Turcico pleriq; Janizariorum eam loqvuntur, & ipsa Aula Turcica eam recipere dignata fuit, ob finitimas, uti videtur, regiones, quibus Lingua hæc familiaris existit.

VI.

Linguæ Matrices Minores in Europa noſtra ſunt I. *Hibernica*, quam in Hibernia & parte Scotiæ loqvuntur. II. *Cambrica* ſ. Vetus Britannica, quam in Cambria, parte occidentali Angliæ, & Britannia Galliæ habent; III. *Cantabrica* juxta montes Pyrenæos, qua hodie utuntur Cantabri & Vaſcones, à quibus *Vaſquenze* vulgo dicitur. IV. *Finnica*, in Finnia, & Lapponia. V. *Chaucica Vetus* in Friſia orientali (ubi Veteres Chauci habitarunt) qua incolæ aliqui inter ſe invicem utuntur, licet alias erga peregrinos Germanicam adhibeant. VI. *Illyrica* vetus in Inſula Veggia ad orientale latus Iſtriæ. VII. *Epirotica* in montibus Epiri. IIX. *Hungarica* ab Hunnis & Avaribus in Europam translata. IX. *Jazygica* ad Borealem partem Hungariæ inter Danubium & Tibiſcum, quæ prorſum differt ab Hungarica. X. *Tatarica* Coſakorum & Precopenſium inter Tanaim & Boryſthenem. Eſt & Lingvæ Arabicæ aliquis uſus in aſperis Granatæ montibus, quos Alpuxarras dicunt, ac multis insuper Anadaluziæ, Valentiæ, Aragoniæque locis, qvæ & Incolis *Araviga* ab Arabibus dicitur.

VII.

Inter Aſiæ Linguas primùm adducenda eſt *Hebraica*, Lingva antiqvisſima, quamq; primo Deus hominibus infudit: Licet extent, qui Linguam primam, qua homines ante diluvium uſi fuerunt, nullibi proprie extare, ſed ejus reliquias in omnibus lingvis reperiri velint: Vid. *Grot. in Geneſ. XI. Horn. in Sulp. Sev. L. I. c. VI.* Quos Nomina Propria Patriarchis Antediluvianis data facile refutant; Moſen enim vera nomina non tam expreſſiſſe, quam Hebraico ſermone imitatum fuiſſe dicere, erit graviſſimum Scriptorem infra communem ſortem Hiſtoricorum abjicere, quippe qui communiter hoc curant, ut vera nomina, ſi ad naturam Linguæ ſuæ inflectant, quoad ſubſtantiam tamen retineant. Ipſam Elegantia ſua Linguam Græcam & Latinam antecellere prolixe oſtendit *Erpenius Orat. III. de Lingv. Hebr p. 106. 107.* Babylonem bina vice fatalem experta fuit: Unâ, cum univerſalis omnium gentium eſſe deſineret, ob extructam Turrim Babylonicam, & alterâ, cum etiam à Judæorum vulgari uſu removeretur, Judæis tempore captivitatis ſuæ Linguam ex Hebraicâ, Chaldaicâ & Syriacâ mixtam aſſumentibus. Dialecti Hebraicæ Linguæ ſunt *Samaritana*, *Chaldaica*, *Syriaca*, Lingua à Chaldaica haut multum abiens, Servatoris autem ac Diſcipulorum ejus vernacula. Hujus ſub-Dialectos recenſet *Waltonus I. Baby-*

I. *Babylonicam*, omnium purisſimam, in qua ſcripta ſunt capitula quædam Danielis & Esdræ, Thalmud Babylonicum &c. 2. *Hieroſolymitana*, qua ſcripta ſunt Thalmud & Targum Hieroſolymitanum &c. 3. *Antiochenam ſeu Syriacam* in ſpecie ſic dictam, quam Chriſtiani per Orientem ſibi propriam fecerunt, dum utriusq; Teſtamenti verſiones in hac Dialecto habuerunt, & eâdem Sacra ſua celebrarunt, cujus & diſtinctas literas Chriſtiani Antiocheni naſcente Eccleſiâ introduxerunt, nequid cum Nazaræis & Ebionitis Judæis commune haberent. Sed omnes hæ unà cum matre jam vulgo adhiberi ferme deſierunt.

IIX.

Potiores hodiernæ Linguæ in Aſia ſunt præter *Armenicam*, quæ ſolis Nationis ſuæ finibus continetur: I. *Arabica*, una ex amplisſimis totius orbis Lingvis, quæ in Aſia usque à Cilicia per totam *Syriam*, *Meſopotamiam*, *Palæſtinam*, *Arabiam*, & in Africa ad litora Maris Rubri pariter per *Ægyptum* totumq; litus Maris Mediterranei usq; ad Fretum Gibraltar vernacula eſt, licet Dialectis variata: Nec minor extra hos tractus ejus utilitas, quacunq, Lex Muhammedana patet; Quia enim Alcoranus non aliâ, quam Lingua Arabicâ legi permittitur, factum eſt, ut ubicunq; valet Muhammediſmus, hæc Lingua in ſcholis ut Latina & Græca apud nos pro eruditorum Lingua à pueris addiſcatur, ipſiq; Chriſtiani, qvi per Imperium Turcicum, Perſicum, aliorumq; Muhammedanorum terras diſperſi vivunt per magnam Aſiæ & Africæ partem, ut & Judæi, Samaritani & pagani vicini hac Lingua utantur. *Walton. de Lingu. Or. n. XLII.* II. Lingua *Turcica*, cujus magna cum Perſica & Tatarica cognatio, cum Arabica fere nulla, niſi in communi literatura, h. iisdem literarum characteribus notisque vocalium. De *Lingua Perſica* memorabile, eam varia Vocabula Germanica admiſiſſe, qualia *Father*, *Mother*, *Brother*, & complura alia, inter qvæ ipſum Perſæ nomen à *Peres*, ſeu *Pert*, Eqvo apud Germanos, ductum: Unde fuerunt, qui totam Linguam origine Germanicam eſſe ſuſpicati ſunt, quod tamen ſuo loco relinquimus. III. *Malaica*, puriſima omnium in Indiæ Orientalis regionibus, qvamqve communiter Mercatores iſtorum locorum callent, & proſtat *Dictionarium Malaico-Latin. Davidis Haex* Romæ editum An. MDCXXXI. & parvulum aliud Vocum Malaicarum & Javanenſium in *Tom. I. Navig. Belg. Nav. II. f. 43. & ſeqq.*

IV. *Chinenſis*, cui addimus *Coreenſem & Japanicam*, de qvibus paulo poſt plura dicendi dabitur occaſio.

IX.

Ex Africæ Lingvis à Literatis commendantur. I. *Lingva Coptica*, ex antiqvâ Ægyptiacâ & Græcâ conflata & à Copto, celebri olim Ægypti urbe & Thebaidos metropoli ſic dicta, de qva videantur *Kircheri Prodromus Lingvæ Copticæ*, *Lexicon Copticum*, *Lingva Ægyptiaca reſtituta* &c. II. *Æthiopica*, Abyſſinis in meditullio Africæ uſitata; Sed qvæ duplex eſt, una vulgaris, altera Chaldaicæ affinis, qva in Sacris utuntur & hiſtorias ſcribunt, cujus & varia ſpecimina à *Scaligero*, *Petræo*, *Niſelio*, *Ludolpho* &c. edita proſtant. III *Lingvæ Songaicæ* mentionem faciunt Itineraria, qvam loqvuntur Africani, qvos Aſtomorum fabulæ occaſionem præbuiſſe paulum ante notavimus, Incolæ nempe regionum Scombayæ, Muſmundæ, Zenetæ, Gumeæ, Guzulæ, Heæ, Sus.

X.

Americæ Lingvarum eruditi non adeo rationem hactenus habuerunt. *Caribanam* tamen peculiari Dictionario dignatus fuit, qvisqvis Hiſtoriam Antillarum A. MDCLVIII. Roterodami edidit. Lingva *Mexicana* inter præcipuas Americæ Septentrionalis eſt: Cui addimus Lingvam Novæ Angliæ & vicinorum Tractuum, in quam Angli eorundem locorum Sacra Biblia tranſtulerunt, & circa A MDCLXV. excudi curarunt.

XI.

Atqve iſtæ ferme extantiores Orbis Lingvæ: Qvi ad ſeptuagenarium numerum usqve cum Thalmudicis & veterum Patrum aliqvibus eas extendere volunt, viderint ut ſagacioribus Ingeniis ſatisfacturi ſint. Nihil certe eſt, ex ſeptuagenario numero hominum, qvorum genealogia circa Hiſtoriam confuſionis Babylonicæ texitur, totidem Lingvas colligi, cum capita ibi, non familiæ, nedum gentes recenſeantur, pluresqve eorum una familia comprehenſi fuerint, qvi eandem Lingvam retinuerunt, qvod in Cananæis, Canaanis in Textu ibi recenſitis filiis liqvido claret. Vid. *Rivet. in Geneſ. Exerc.* LXIIX. Addimus falſum vulgo præſupponi principium, qvaſi homines eo ipſo novis Lingvis imbuti fuerint, qvo Lingvâ Hebraicâ per confuſionem Babylonicam exciderunt. Qvæ enim illa amittendæ rei pœna fuiſſet, qvam compenſatio novæ alterius ſtatim ſecuta eſſet? Aut qvis crediderit, largiſſimam iſtam Figurarum, menſurarum, Relationum &ſs. copiam

copiam uno momento succreviſſe? Unde rati ſumus Confuſionem Babylonicam conſtitiſſe tantum in prioris Lingvæ generali oblivione, cui novæ deinde gradatim ſucceſſerint, prout neceſsitas in diſperſis hominibus fl gitavit Qvod quidem *Hobbes* etiam ad primitivam Adami Lingvam transfert, autumatq; ipſum creaturas qvidem à DEO in conſpectum ſuum productas nominaſſe, at modorum expreſsiones & ſs. non tunc ſtatim ſciviſſe, ſed cum progreſſu temporis addidiciſſe. *Nam eodem modo rebus aliis alia nomina imponere, prout experientia & creaturarum uſus poſtularet, potuit, eaq; paulatim in connectere, ut intelligeretur; Atque hoc modo ſuccedente tempore tanta ſermonis copia acqviri potuit, quanta indigerent, quanquam non tanta, quanta Oratori vel Philoſopho opus eſſet. Non enim invenio in Scripturis Sacris, ex qvo directe vel per conſeqventiam colligi poteſt, impoſuiſſe Adamum varietati omni Figurarum, Numerorum, Menſurarum, colorum, ſonorum, cogitationum, Relationum Nomina, multo minus impoſuiſſe illum nomina Nominibus & Orationibus, qvalia ſunt Generale, Speciale, Affirmativum, Negativum, Interrogativum, Optativum, Infinitivum* &c. *Leviath. c. IV.* Adde ejusdem *Elem. Philoſ. Sect. II. c. X.* Sed illa nimis abjecta eſt de Statu Innocentiæ Adami ſententia. Adamus ſi exqviſitiſsimam cognitionem rerum vi Imaginis Divinæ ſibi concreditæ in Statu iſto habuit, modos rerum qvoq; exqviſite cognitos habuit, qvippe qvi res individue ſeqvuntur, & ſine qvorum cognitione nec res perfecte cognitæ eſſe dici poſſunt. Ac proinde etiam non res tantum, ſed rerum modos nominare, h. conceptus ſuos de iis exprimere eosq; aliis communicare potuit; Cum longe minor opera ſit rem nominari, qvam eandem cognoſci. Si id non potuiſſet, nimis jejuna ejus futura fuiſſet ſcientia, nec Imaginem Divinam, ſed Tabulam raſam poſſedisſet.

XII.

Alia Lingvisqve deſignatis non comprehendenda eſt, qvam Hiſpani *Jerigone*, Galli *Jargon* appellant, & nos Lingvâ noſtrâ Rotwelſch dicimus, à Welſch qvomodo vulgus plerasq;, exoticas Lingvas vocat & Rotte/ Turma, qvod Turmarum, Erronum vagabundorum & ſs. ſeqvioris notæ hominum ſit: Huius Dictionarium qvoddam habent *Geſner. fin. Mithridatis ſui*, & ex eo *Alſtedius Encycl. T. I. Lib. X. fin. Philander* von Sittewald Satyrici ſui *L. VII.* Simili nomine appellant ingenioſa Lingvarum involu-

involucra, qvibus appositione, vel interjectione vocum aliarum ipsæ Vernaculæ ita disponuntur, ut non nisi hujus rei gnarus eas intelligendo sit: Qvale est si in singulis syllabis eadem vocalis cum certa consona repetatur, vel singulis vocibus certa syllaba addatur, &c. Cujusmodi varietas in infinitum potest extendi.

XIII.

Inter singularia Lingvarum reponimus: *Lingvam Mexicanam* totam fere impulsu Lingvæ ad dentes & extremum palatum constare, eoqve Literis T. L. creberrime uti: Ut *Yecotl*, *Mecaxuchitl*, *Tlilxochitl*, *&c.* *Lingva Chinensis* Litera R. caret, nec alias voces, qvam Monosyllabas agnoscit, licet Diphthongis & Triphthongis maximopere variatas; Et si Polysyllabæ aliqvando in Itinerariis occurrant, illæ pro totidem vocibus distinctas res significantibus habendæ sunt. Neuhoff. Algem. Beschreib. des R. *Sina c. II.* Qvod majus est, Scriptura Chinensis non voces prolatas, sed res immediate denotat: Unde Chinenses, Coreani, Japanenses, Tonchinenses & Cochinchinenses, qvorum communis Character est, Scripta invicem intelligunt, sermonis mutui tamen intellectum nullum habent: Cujus ipsa hæc causa est, qvia Scriptura ipsorum non sermonis, sed rerum immediata nota est. In Hebraica simplicitatem eoqve perfectionem commendant, composita enim pauca habet, qvorum loco variis circumscriptionibus utitur. Videtur tamen ambigi posse, utrum simplicitati propius sit, unâ syllaba auctiori voce rem describere, an prolixa variarum vocum connexione eandem exprimere? Qvod agnoverunt posteriores Hebræi, qvi eapropter aliarum Lingvarum vocabula in subsidium Lingvæ suæ vocarunt. Lingva Cambrica aspirationum plenissima est & sæpe sine vocali vocabula admittit, voce tunc ex imo gutture trahenda: Qvalia in Or. Dom. *Ein tâd yr hwn ydwyt yn y nefœdd*, Pater noster, qvi es in cœlis. *Eithr gwaret ni rhag drwg.* Sed libera nos à malo. Similiter Lingvas, qvæ ex Gothis fluxerunt, Aspiratis gaudere notat *Verulam. de A. S. Lib. VI. c. I.* In *Slavonicis Lingvis* maximus Dentalium usus S, R, Sch, Z, unde non exigua ipsarum asperitas. *Græca* Diphthongis & compositionibus scatet: *Lingva Hispanica* Literas Tenues odit easqve statim vertit in Medias. In *Germanica* nostra duriusculos sonos adnotant exteri, & notorium est, qvod de ejus cum aliis Europæ Lingvis comparatione circumferunt: Cum Deo ob Majestatem *Hispanice*, cum Principibus ob gravitatem *Italice*, cum fœminis

minis ob teneritudinẽ *Gallice*, cum hostibus v. ob terrorem *Germanice* loqvendum esse; Sed virilis est nostra & Lingua & facundia, quæ nemini nisi qui virilem animum non gerit, ingrata esse potest. Nec illepidum fuit dicterium, quod Joh Langus, Ferdin. I. ad Polonos Legatus in Consiliarium Regium Petrum Royzium Mauræum Hispanum jecit: Qui cum Lango familiariter objiceret: *Germanos non loqui; sed fulminare*, seque credere, Deum ex indignatione hoc sermonis fulmine usum cum primos Parentes Paradiso extrusisset: Ego vero, respondit Langus, censeo Serpentem svavi & blando vocis Hispanicæ fuco usum, cum Evæ imposuit. *Lanf. Or. contr. Gall. p. 233.* Similem virilitatem sonare scribunt Linguam Japanensium, Sey nicht weniger Trotzig als Manhafft / und drucke die angebohrne Hochmüthigkeit derselben / die Sie reden gnugsam aus / weil sie einen harten und hohen Thon hat: Als *Mos rasouk gusar*, gebt ein Licht her / *Kuri gusavi mas*, kom her / *bas masso* Ich bringe es euch. *Arn. Montan.* in Denckw. Gesandschafften an die Keyser von Japan. *p. 325.* Sed alia ejusmodi & infinita afferri possent, ponitq; hoc ingeniosissimus *Verulamius* inter desiderata in Philologicis, ut de variis Linguarum proprietatibus tractetur, & ostendatur, quibus unaquæque excellat aut deficiat. Ita enim, inquit, & Linguæ mutuo commercio locupletari possint, & fiet ex iis, quæ in singulis Linguis pulchra sunt, tanquam Venus Apellis, Orationis ipsius quædam formosissima imago, & exemplar quoddam insigne ad sensus animi rite exprimendos. Atq; una etiam hoc pacto capientur signa haut levia, sed observatu digna de Ingeniis & moribus populorum & nationum ex Linguis ipsorum. Equidem libenter audio Ciceronem notantem, quod apud Græcos desit verbum, quod Latinum illud, (Ineptum) reddat. *Propterea*, inquit, *quod Græcis hoc vitium tam familiare fuit, ut illud in se ne agnoscerent quidem.* Digna certe gravitate Romanâ Censura. Qvid illud, quod Græci in compositionibus verborum tanta licentiâ usi sunt, Romani contra magnam hac in re severitatem adhibuerunt? Plane colligat quis, Græcos fuisse artibus, Romanos rebus gerendis magis idoneos. Artium enim distinctiones verborum compositionem fere exigunt; At res & negotia simpliciora verba postulant. Qvin Hebræi tantùm compositiones illas refugiunt, ut malint metaphorâ uti, quam compositionem introducere: Quin etiam verbis tam paucis & minime commixtis utuntur, ut plane ex Lingua ipsa quis perspiciat, Gentem illam fuisse Nazaræam & à

reliquis gentibus separatam. Annon & illud observatione dignum, Antiqvas Lingvas plenas Declinationum, Casuum, Conjugationum, Temporum & similium fuisse; Modernas his fere destitutas plurima per præpositiones & Verba auxiliaria segniter expedire. Sane facile quis conjiciat, utcunq; nobis ipsi placeamus, Ingenia priorum seculorum nostris fuisse multo acutiora & subtiliora. Hactenus *Verulamius de A. S. L. VI. c. I.* Sed ultima verba æqvus rerum censor fortean ita mutata vellet: *Ingenia priorum seculorum nostris fuisse multo* laboriosiora. Hoc enim multijuga flexionum in priscis istis Linguis varietas infert, non subtilitatem aliqvam: Linguas nunc compendiosius efferri DEI donum est. Naturæ qvoqve congenitum per plura non expedire, qvod per pauca potest; Entia non multiplicantur præter necessitatem. Nec minus desideratæ ab Illustri Verulamio culturæ Lingvarum nostro seculo satisfieri cœpit, dum non modo Urbes extitere, in qvibus singularis aliqvis nitor Lingvæ patriæ auditur, qvalis est *Burgos* in Hispania, *Sicna* in Italia, *Blesa* aliæque urbes *ad Ligerim* in Gallia, *Hala Saxonum & Lipsia* in Germania, sed integra quoque Virorum Insignium Collegia enata, communi Opera in hunc finem tendentia, ut Lingvæ Patriæ nitorem atq; cultum majorem adjicerent. Tale est Illustre Collegium, qvod nomine *Societatis Fructiferæ*, **der Fruchtbringenden Gesellschafft** in Germania inclaruit, cœptũ A. MDCXVII. in conventu Serenissimorum Principum Dn. Joh. Ernesti, Dn. Friderici ac Dn. Wilhelmi Ducum Saxo-Vinariensium, Dn. Ludovici & Dn. Joh. Casimiri Principum Anhaltinorum, & Generosissimorum Virorum Dieterici à Werder, Friderici à Kospoth, Caspari à Teutleben, Christophori à Krosig, qvibus plurimæ personæ Illustres ac Nobiles, aliiq; viri honorati posthac accesserunt, unanimi intentione Lingvam Germanicam perficiendi & ab extero sqvalore liberandi, idq; vi fundamentalis Legis hujus Collegii: **Soll den Gesellschafftern vor allen Dingen obliegen / unsere Hochgeehrte Mutter-Sprache in ihrem gründlichen Wesen und rechten Verstande / ohne Einmischung frembder Außländischer Flickwörter / so wol im Reden / Schreiben / Gedichten / auffs allerzier- und deutlichste zuerhalten und außzuüben &c.** Floruit hactenus sub directione Serenissimorum Principum, Dn. Ludovici Principis Anhaltini, qvo autore potissimum constitit, Dn. Wilhelmi Ducis Saxo-Vinariensis, & Dn. Augusti Ducis Saxoniæ, Socii enim ita fine suo se commodissime potituros censuerunt, si semper Principem Imperii

perii loco Capitis haberent. Numerus Membrorum An. LXVIII. ultra DCCC. surrexit. Describitur à *Georg.* Neumarck cum Tit. der Neusprossende Teutsche Palmbaum / oder Ausführl. Bericht von der hochlöblichen Fruchtbringenden Gesellschafft Anfang / Absehen / Satzungen / Eigenschafft und derselben Fortpflantzung. Simili instituto in Gallia cœpit *Academia Gallica*, *L'Academie Françoise*, inchoata primo à Viris insignibus aliquot Parisiis circa A. MDCXXIX. postea A. MDCXXXV. autoritate Regia publice stabilita autore Cardinali Richelio, qvem & Protectorem ejus constitui placuit; Neq; alio fine, qvam ut Lingva Gallica cultura & usu ampliori donaretur: *Pour rendre le langage François non seulement elegant, mais capable de traiter tous les Arts & toutes les Sciences*, ut habetur in Diplomate Regio Mense Januar. A. MDCXXXV. Vid. pluribus Autorem Historiæ Academiæ hujus, *Relation contenant l' Histoire de l' Academie Françoise.* Apud Italos eodem modo nata Romæ Societas de *Belli Humori*, seu *Humoristarum*, Florentiæ *Della Crusca*, Sienæ *Intronatorum* seu *de gl' Intronati*, alibi alii, qvos recenset laudatus Autor de *l' Acad. Franç.* & qvem ille citat, *Gabr. Naudé* en son Dialogne *de Mascurat.* XIV.

Sermo Scripturâ exprimitur, non tamen omnis; Chinensium Character enim nec literas, nec verba, sed res & notiones exprimit, de quo antea dictum. Extra hunc Scriptio commune Sermonis signum est, licet & ductibus & ducendi modo magnopere variata. Ducendi modus Europæis communiter à sinistra versus dextram est: Nec sine causa, nam motus manus nostræ naturalis extrorsum est; Quare pugna quoq; sic cietur, & cætera opera extento brachio, non retracto peraguntur. Præterea nobis relinquitur sub oculis ad contemplandum, quid quantumq; descriptum sit, quod istis calamo ac manu tegitur: Quod est ratiocinium B. Parentis nostri *Manud. ad L. L. c. XIIX.* Idem in Africa faciunt Æthiopes, licet Linguam alias Chaldaicæ affinem habeant. E contrario Hebræi, Arabes & plerique Indi, exceptis Malabaris & Siamensibus, à dextra ad sinistram introrsum tendunt. Antiquissimis Græcorum media inter hæc ratio erat, ut Lineam primam quidem a sinistra ad Dextram ducerent, secundam vero inde inciperent, ubi primam terminaverant, h. retrorsum â sinistra ad dextram, illudq; in sequentibus totius Scripturæ Lineis omnibus ita continuabant: Quem morem in Constit. Solonis videre est, & Βουστροφηδὸν vocarunt,

carunt. Chinenſes, Tatari, Coreani, Japanenſes ſcribunt à ſuperiori parte Recta Linea deſcendendo ad inferiorem. Tangutani, populi ad Septentrionem à Chinenſibus ſiti feruntur à dextra ad ſiniſtram tendere, ſed lineis ab inferiori parte ſuperiorem verſus multiplicatis. De veteribus Gothis teſtatur *Olaus Magn. L. I. c. XXIX. Scripturas eorum à dextro latere in pede Saxorum inchoatas usq; in verticem & tandem reflectendo in ſiniſtro pede finitas vel iterum eodem ordine inferius elevatas depreſſasque terminari.* Mexicanos dn. tradunt in formam Circuli ſcribere ſolitos, lectione à centro ad Circumferentiam ſuperiùs inſtituenda, apud diligentiſſ. *Purchas. Pelgrim. Lib. I. c. XVII.* Plura Vid. ap. *Herm. Hugon. de Origine ſcribendi, & Worm. Liter. Run. cap. XXV.*

XV.

Ipſi ductus Scriptionis ſ. Characteres varii; In Europa qvintuplices agnoſcuntur, *Latini*, *Græci*, *Hieronymiani*, *Rutenici*, *Gothici ap. Sealig. Epiſt. ante cit.* Gothici cum literis Runicis iidem, de qvibus Vid. prolixè agentem *Worm. Liter. Run. cap. IV.* Qvi inter alia etiam Ulphilam eos non inveniſſe, ſed ad exteros tantum protuliſſe fuſe demonſtrat. De aliis ſimilia dici poſſent, ſi paginarum anguſtia ea caperet; Et Romæ A. MDCXVI. à Philippo Thomaſio Tabula LXXII. diſtinctorum Alphabetorum in ære ſculpta & excuſa eſt cum Titulo: *Virga Aurea ſeptuaginta duobus encomiis B. V. Mariæ celata, autore F. Jacobo Bonaventura Hepburno Scoto: In qva ſeptuaginta duo diverſiſimorum Characterum continentur Alphabeta, totidem emblematis decorata.* E qvo facile colligitur, qvanta qvamve laborioſa hac in materie ſit varietas: Qvæ infinities major foret, ſi Alphabetis iſtis vulgaribus addantur Scripturæ, qvas humana curioſitas pro compendiis ſcriptionis & memoriæ aut occultandis ſenſis animi adiecit. Apud Romanos certe jam tum in peculiari compendioſo Charactere à Notariis deſudatum fuit, ut verba non perſcriberent, ſed ſignarent, prout Lipſius loqvitur *Cent. I. ad Belg. Epiſt. XXVII.* Et apud Græcos famoſa tria Triangula in ſe invicem ducta non obſcurum hujus rei ſpecimen præbent, quæ Antiochus Soter omnibus Numis ſuis inſcribi paſſus fuit & vocem ΥΓΙΕΑ denotare creduntur. Nunqvam autem melius ſe habuit, qvam inter Anglos noſtro tempore, qvi prolixos ſacros ſermones ea celeritate conſignare viſi ſunt, ut vere Martialis iſtud, quod de Romanis ſuis olim cecinit, elogium auferant:

Currit

Currit Lingva licet, manus est velocior illis
Nondum Lingva suum, Dextra peregit opus.

Vocant *Stenographiam*, *Tachygraphiam*, & similiter, ac describi meruit à Joh. Willis, *The Schoolmaster to the Art of Stenography Londin.* 1647. Thomâ Schelton, *Tachygraphy or Shortwriting Lond.* 1647. Joh. Wilkins c XII. Libri qvem vocat *Mercury, or the Swift Messenger*, Jeremia Rich Tabula majori manuductionis loco emissa, qvi & integrum Psalterium in minutissimam formam hac via contraxit & edidit: Siqve de principiis ejus loqvendum est, ea breviter sunt I. Ut normam unicè habeat pronunciationem vocum, non autem Scriptionem ordinariam. II. Literarum loco Ductus simplicissimos rectos, circulares, semicirculares aut seorsim aut junctos usurpet. III. Vocales nullas ponat, sed omnes ex positu literarum judicet. IV. Articulos plane omittat. V. Verba Auxiliaria, Præpositiones, Conjunctiones, Terminationes freqventiores non scribat, sed signo dignoscat. VI. Deniq; & communioribus vocabulis, Phrasibus & sententiis abstineat, signis tantum earum vice positis. An *Universalis* ejusmodi *Character* sperandus sit, quem unaqvæq; gens patria lingva legere & reddere possit, non minus solicite qvæsiverunt hactenus Anglorum curiosissimi; Sed successum aliqvem huic desiderio respondisse nec dum compertum fuit. Et prostat qvidem *Ars Signorum seu Character Universalis & Lexicon Grammatico-Philosophicum Georgii Dalgarno Lond.* 1661. Sed scriptum est, qvod eruditionem affectatam & Pædagogeum nimis olet. Simile qvid tentatum à *Francisco Lodwick*, Cive Londinensi, sed virum scopo excidisse testatur communis neglectus operæ ejus. In eodem opere Reverendiss. *Johan. Wilkins* summi Ingenii sui vires periclitatus fuit, quem vero itidem omnium applausus haut æque excepit. Interea possibilem esse liqvet. I. Ex Characteribus Chymicis, Astronomicis, Musicis, Arithmeticis & ss. Qui ab omnibus Europæis æque intelliguntur, licet diversis pro Lingvarum varietate verbis expressi. II. Ex Chinensium Charactere, quem Chinenses, Coreanos, Japanios, Tonchinenses & Cochinchinenses æqve intellgunt, licet communi sermone non participent. III. Qvia gentes licet verbis discrepent, conceptu rerum tamen consentiunt, si igitur & Charactere consenserint, qui res & Conceptus, non autem verba designet, non dubium est, quin, quod scribitur eo, omnes æque intellecturæ sint. V. ante cit. *Johan. Wilkins Swift Messenger c. XIII. pag. 105. & sqq. Voss. de A. Gr. Lib. I. c.*

XLI. Walton. App. ad Bibl. Polygl. Proleg. p. 11. Qvanta vero Ciphrarum, h. *Characterum Occultorum* freqventia? *Ciphras simplices, Ciphras non significantibus Characteribus intermixtas, Ciphras duplices Literas uno Charactere complexas, Ciphras rotæ, Ciphras Clavis, Ciphras verborum* enumerat diligentiss. *Verulamius*, sed qvarum longe plura genera indicari possent. Et qvam non operam in deciphrandis, h. detegendis iis insumsit humanum Ingenium? Nequid dicamus de *Charactere Noëtico*, seu Semiologia, h. ratione per gestus loqvendi, qvomodo Nationes Lingvis discrepantes commercia exercere, & eos qvi surdi ac muti nati sunt, discursus cum amicis, qui gestus eorum perdidicerunt, instituere videmus: Qvanqvam hujus ex parte levamen sit, si muti tales ad loqvelam perducantur, quod non adeo difficile arbitramur; Sermone enim carent, non quod loqui non possint, sed quod loquentes non audiant. Nosque hujus pariter ac Characteres Occulti claves, h. modos formandi, solvendi, discendi, si hinc in *forma soni*, isthinc *in numero & mensura literarum* sitas dixerimus, totum nobilissimæ hujus & ingeniosissimæ scientiæ latifundium aperuisse putamus, sed à judicioso Lectore exhauriendum. Inventi istius circa Characterem Noëticum lineas duxit *F. M. B. ab Helmont in Alphabeti vere Naturalis Hebraici brevissima delineatione Ed. Latine Sultzbaci* 1657. *& Germanice ibidem An. 1667.* Jam pridem vero innotuisse vel hoc *Stephan. Roderic. Castrensis Comm. in Libr. Hippocr. de Alim. Sect. II p. 247.* docuerit: *Mihi relatum est ab Illustriss. Equite Puteano redeunte ex Hispania, illic nuperrime artem inventam esse, qua istiusmodi muti docentur loqui, imo experimento fuisse comprobatam, ipse vero Librum de hac arte afferebat, quem ostendere non potuit, qvoniam eum cum reliqua supellectile in navigio Romam transmiserat.* Characterem occultum tractarunt *Trithemius in Steganographia, Polygraphia &c.* & qvi eum Commentario dignatus fuit, *Gustavus Selenus*, h. Augustus Dux Luneburgensis in Cryptographia Ed. MDCXXIV. *Abr. Colornus* in Scotographia Italica, *Schwenterus* in Steganographia aucta, *Schottus* in Steganographia, & qvi reliqvos antecellere videtur, *J. B. Porta de Furtivis literarum Notis.* Nobis hactenus maxime arrisit Scriptum Gallicum: *L' Interpretation des Chiffres tirée d' Italien du S. Ant. Maria Cossi Secretaire du grand Duc de Toscane, augmentee & accommodee particulierement a l' usage des Langues Francoise & Espagnolle par F. J. F. N. P. M. Paris. 1641. 80* De Literatura Symbolica Ægyptiorum s. aliàs dictis *Literis Hieroglyphicis* & qvomodo à Charac-

racteribus *Chinenſium*, *Brachmanum & Mexicanorum* differant, prolixè agit *Kircherus Oed Æg. T. III. Diatr. I.* Cujus ſumma eſt: *Literas Hieroglyphicas* non ſimplices voces aut nomina, ſed integros conceptus Ideales involvere; Deinde nec myſteriorum tantum eſſe indices, ſed & ipſas in myſtica ſua ſtructura earum, quas indicant, rerum proprietates continere. Veluti Scarabæum intuentes non animal, aut Solem tantum, ſed occultas operationes, quas non tantum Sol materialis in hoc ſenſibili mundo, ſed etiam Archetypus in mundo Intelligibili efficit, intelligere. *Chinenſes* contra ad ſolarum vocum nominumq; ſimplices conceptus indicandos, nullo alio myſterio, inſtitutos eſſe, quanquam aliquibus ingenioſæ alluſionis ſignificatio non deſit, ut quando figuram ex Sole & Luna compoſitam claritatem vocant &c. *Brachmanum* Characteres vero tametſi res arcanas indicent, itidem tamen nudas & ſimplices rerum notas eſſe arbitraria ſapientum iſtorum inſtitutione rebus impoſitas: *Mexicanis* ne arcanum quidem involvi, ſed poſitis figuris ipſas actiones ſeu rerum geſtarum ſeriem tanquam in pictura exhiberi.

XVI.

Inſtrumenta Scribendi qvoqve non ubivis eadem; Et cum Calami Scriptorij apud nos in uſu ſint, Orientales Arundinibus utuntur, de qvarum proventu juxta confluxum Euphratis & Tigridis. V. *ſupr. c. III. S. IV. §. XVI.* Nec Atramentum noſtras illis congruit, ſed ſpiſſius qvoddam Vernici Typographici noſtræ ſimile, qvo literas ſuas ducunt, fluido noſtro autem vix ducere poſſent, cum variam illam & craſſiuſculam earum configurationem facile turbaturum eſſet. V. *Tavern. P. I. Lib. III. c. XIII.* Unde & lenta admodum apud eos ſcribendi ratio, & anteqvam unum Characterem effingant, ſæpius chartam hinc inde vertunt & elevant, ut diſpiciant, rectene an ſecus collocaverint, legunturq; ſæpe, ubi viderunt verba ſua noſtris literis expreſſa celeriter & exacte à noſtris pronunciari, laudaſſe noſtram ſcribendi rationem, qvod & celerior & lectu facilior eſſet. Exemplū V. apud *Pr. Radzivil. Ep. III. f. 110.* Sed idem lentor etiam Europæos noſtros olim manſit, cum majuſculis duntaxat uterentur Characteribus, ut videre eſt in marmoribus & Numis, in qvibus minuſculæ literæ reperiuntur nunqvam, qvæ poſtea celerius ſcribendi gratia fuerunt adinventæ. V. *Panciroll. Memor. Lib. I. c. 269.* Longe exactior vero cunctis iſtis Ars Typographica, à Divina Providentia parturienti novam polituram Ingeniorum

rum Europæ donata, ut qvod Scriptura paucis potuerat, eadem plurimis proderet, qvippe omnibus calamis scripturave celerior ac nitidior. Qvam certissimam prærogativam ejus qvoq; primi Inventores in Libris abs se impressis attigere: Qvemadmodum in Officiis Ciceronis alijsve Libris Johan. Fausti Moguntini videre est: *Præsens Marci Tullii Clarusimum opus Johannes Fust Moguntinus Civis non Atramento, plumali Canna, neq; ærea, sed arte qvadam perpulchra Petri manu pueri mei effeci.* Fatendum tamen est, optimam Artem per tot inutiles libros, qvibus lucem ministrare cogitur, abusus suos maximos passam: Nec sine causa Pius Senex Comenius ante aliqvot annos ominatus fuit: *Nisi vagum istud semperq; adhuc incrementa capiens Librorum Diluvium aliqvando sistatur futurum brevi, ut homines aut nihil legant, aut nihil credant.* Tr Un. Necess. *cap. VI. §. IIX.* Cur in Imperio Turcico non feratur notum est, id fieri, ne qvid Statui Publico decedat, qvi veluti cœca Subditorum obedientia nititur, ita periclitaturus esset, si homines lectione Librorum se ab Ignorantia liberarent. Et Hebraicum qvidem Typographeum præterito seculo Constantinopoli permissum fuit, sed ob minus periculum ab istiusmodi Libris imminens: E contrario cum A. MDCXXXIIX Typi è Belgio eò missi essent, hos simul Typographo in Pontum Euxinum projici oportuit De Papyro, Pergamenis, foliis Arborum, Tabulis Cereis omnia perspicue ab alijs perscripta V. *Panciroll. cit. memorab Lib II. c. XIII.* Gvilandin. *de Papyro* &ſs. Qvibus unicum hoc addimus, Tabulas Cereas adhuc in Marchia nostra ante duo secula & citra in usu fuisse, talesq; hodienum in Bibliotheca Electorali Berolinensi ostenduntur, loco Palimpsestorum tamen, ut videtur, non ob defectum Papyri usurpatæ.

SECTIO IV.

DE VARIIS MORIBUS GENTIUM.

I. Generalia de Genio singularum Regionum.

II. De Moribus Europæorum, Africanorum & Asiaticorum: Orientales non intelligunt regimen Rerumpp Liberarum.

III. Singularia in moribus Europæarum nationum.

IV. Gen-

IV. Contrarietas Nationum; Alias aliis contemptiores videri; Diversa inter eas virtutum studia.

V. Gentium in habitando Varietas; Incommoda Urbium Orientalium; Pagi & Urbes Natatiles: Zigeunorum Origo, conditio, expulsio è melioribus Rebuspp.

VI. Varietas Gentium in habitu, An improbanda Varietas Alamodica? In Statu Innocentiæ etiam vestibus opus fuisse futurum; Pilei, Tulipanta.

VII. Alia Diversitatis externorum morum in Oriente à nostris specimina: Japanensium à moribus nostris diversitas.

VIII. De Barbaris & Anthropophagis; Anthropophagia fuit in causis occupatæ ab Hispanis Americæ; An sit contra Jus Naturæ? An, etiamsi esset contra Jus Naturæ, Princeps ideo Nationem ejusmodi subjugare possit? De Hominibus inter Bestias repertis Appendix.

I.

NOn tantum terrarum spaciis, aut corporis habitu & Linguis, sed Ingeniis etiam ac Moribus Homines magnopere differunt; Estq; singulis Regionibus proprius suus veluti spiritus, qui nascentibus hominibus patriæ habitum & cupiditates statim ingenerat. *Nam ut iidem cibi pro condientium arte Saporem quidem mutant, cæterum interna vis alendi aut nocendi nullis blandimentis in totum corrumpitur: Ita in omni gente per æstus succedentium seculorum mores animosq; mutantium, hæret quædam vis inconcussa, quam hominibus pro conditione terrarum, in quibus nasci contigerit, sua fata diviserunt. Hinc illa ab antiquo vitia & patriæ sorte durantia, quas totæ in Historiis gentes aut commendant, aut notant: Ut istic naturalis levitas populos agat, turbidusq; incerta Consilia: Illic pingues gravesq; animi tristi superbia, tanquam specie arcanæ sapientiæ ferociant; Illi sitim non tolerent; Alii in mutationem nec provisa Consilia, temporariis ingeniis incumbant; Apud cæteros placari non possit ultionis Ingenium; Rursum virtutum æternitas, velut hereditatis jure sancita; In quibusdam simplex fides, in aliis acumen animorum, in pluribus fortitudo.* Barcl. Icon. Anim. *c. II.*

II.

In communi Ingenio pravo & subdolo notantur Africani; Asiatici molles, & animo omnium artium capaci; Europæi aperti, ac feroces. Iterum Ingenium Africanorum servilius reliqvis; Unde nunqvam ampla im-

peria vel condidisse, vel conservasse deprehensi sunt: Cujus causam colligunt ex maledictione, qvam Noachus Chami posteris imprecatus fuit, *ut essent Servi Servorum. Gen. IX.* Sed de eo actum *pr. Sect. II. §. ult.* Orientales non plane servîles qvidem, Regibus tamen asveti: Unde *servus Regibus Oriens ap. Tacit. Hist. IV. 17.* Cappadoces apud Justinum negabant vivere sine Rege gentem suam posse. *Persæ assueti sub Rege vivere Curt. X, 5.* Et Judæi, cum θεοκρατίαν suæ ipses tæderet, ideo Regem sibi constitui poscebant, ut essent sicut universæ nationes. *Et erimus nos quoq; sicut omnes gentes, & judicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos & pugnabit bella nostra pro nobis. I. Sam. IIX. 20.* Unde & rarissimæ in Asia & Africa, si Carthaginem excipias, Respublicas liberas videre licuit: Cum è contrario Europæi, qvippe confidentiores, semper liberius haberi voluerint, eoq; tot Respublicas Liberas formaverint, ut Græci antiqvissimis temporibus, mox Romani, & nunc Veneti, Helvetii, Belgæ, Genuenses, Lucenses, &c. Peperitqve hoc ipsum Belgis in Oriente peregrinantibus non levia sæpe incommoda, qvod populi Orientales Reipublicæ Liberæ Imperium asseqvi plane non potuerint, oportuitq; subinde Nomen Principum Arausionensium substitui, ut in illo tanqvam supremo Capite Belgarum acqviescerent; Veluti & in Legatione ad Tatariæ & Chinæ Regem An. MDCLV. id Consiliarios Regni Chinensis diu ambiguos habuit. Weil die Herren Abgeordnete diese Art der Regierung nicht wohl fassen und begreiffen konten / angesehen den Tartern und Sinesern keine andere Regierung / als welche ein einiger Oberherr hat / bekant ist / auch nicht wusten / was durch den Nahmen Printz eigentlichen verstanden würde / so kostete es den Gesandten fast grosse Mühe / ihnen die Beschaffenheit unsers Regiments oder Staatsrechts einzubilden: Und that noch zu letzt die Jugend des Printzen von Uranien das beste bey der Sache / inmassen dieselbe also auffgenomen ward / als ob die ietzige Gesandtschafft an den Sinischen Käyser im Nahmen des Printzen vom Staat von Holland geschehe; Aber in dem Verstande, daß wegen der Jugend oder unmündigen Jahre des Printzen / alle seine Güter / wie auch das gantze Land durch den Reichs-Rath und des Printzen Mutter regieret würden ꝛc. Neuhof. Sin. Reisebeschr. p. 161.

III.

Circa Specialia singularum Nationum quod prolixe observavit pon-

tiff.

tiff. *Barclajus*, id in hanc ſummam contrahimus: In *Gallis* notari amorem & patientiam Dominantis, aptitudinem corporis, eloquentiam ſummo ore natam, comitatem; Et inter juniores ſæpe incautos impetus, vanam libertatem, vim etiam intra ſe irrequietam. Idq; etiamnum hodiernus Rex in ſuis agnovit, ideo cum Exercitus auxiliaris Gallicus in Candia cædi Turcicæ ſe incaute objeciſſet, Gallos ob præcipitantiam ſuam nunquam rei magnæ ſuſtinendæ aptos fore dixit. Et pleraq; *Scripta Gallica non paſſura longam Diem* ſine dubio eâdem ob cauſam dicit *Priol, Hiſt. Gall. Lib. II. c. XLII.* *Anglis* ut plurimum gravis animus & in ſe velut ad conſilium ſeductus; Diſcrimina omnia ipſamq; mortem impetu plus quam judicio ſpernunt: In rei literariæ cultura nullus modus curioſæ ſubtilitati; Animos religionis ſenſus agit acerrime. In vulgo ob ſpontaneam regionis felicitatem & opulentiam aliquis tumor & ferocia, flexilis tamen placida facilitate ac lenitate. In *Germanis* aperti mores & ſumma laborum patientia, unde iſta gentis noſtræ in re militari durities, varia in artibus mechanicis inventa, & in re literaria, ſi non aliud, certe ſcribendi cacoëthes, dum ſciendi minus avidi, quam docendi, plura quam novimus ſcribimus, & famam ex voluminum numero ac magnitudine æſtimamus. Cupiditas potus, vetus & à *Tacito* jam mitius tamen notatum opprobrium eſt: *Adverſus ſitim non eadem temperantia*, inquit *de Mor. German. c. XXIII.* Et *Diem noctemq; continuare potando, nulli probrum* dixerat *c. præc. XXII.* Sed non major nunc quam apud Britannos, aut alias Gentes Septentrionales nobis Lingva affines; Apud Slavonicas gentes deterior. & tantum non immenſa, de quo videantur, quæ Scriptores de Rerum Ruſſicarum & Turcicarum ſtatu Oeconomico adnotant: Speramusq; vitium hoc, veluti jam multis in locis exaruit, ita in tota Germania noſtra fatalem periodum ſuam tandem experturum, non minus ac morbi, qui certis annorum periodis incluſi tandem minuuntur ac deſinunt, quod a Medicis jam in veterum Lepra, ac recentius in decreſcente Lue Venerea notatum. *Belgæ* a teneris induſtrii, in rem intenti, frugales, plus antiqua bonitate, quam vana ſubtilitatis cultura, libertatis avidi, ſed cujus ſpeciem & vana paritatis indicia plus ipſa libertate vulgus æſtimat: *Itali* animo capaci, neq; pingvi impetu & tantum ad naturæ Imperium, ſed erudite & cum artificio virtutes aut vitia ſeqvuntur: Prolixè benevolentiæ indulgent & ubi vere amant. omnia diſcrimina habent infra fœderis ſanctitatem, ſed ad offen-

ſam faciles ejusdemq; juſto tenaciores ſunt. In *Hiſpanis* gravitas, lentor conſiliorum, profundæ ſpeculationes, Punctualitas, parſimonia in victu, ſed in amictu profuſio. De qvibus plura *P.II. c.I.§.XII.* *Hungaris* animus ac geſtus ad venuſtam gravitatem compoſitus; In vulgo nonnulla ſævitia, qvod aſſiduo bello factum putant: In vindicta ſumenda Italis accedunt; Libertatis amantiſſimi ſunt, unde illa armorum contra Turcam pertinacia, qvi in unam ſervitutem omnes æqve familias premit. *Polonis* ut plurimum dura vita, ingens animi confidentia & degener in licentiam libertas. *Ruſſi* ad omne libertatis veſtigium feroces, ſi premuntur placidi, literarum rudes, Bello qvam ocio aptiores. *Suedi* in omnem polituram propenſi, conſilia ſua provide celant, merita ex virtute æſtimant, bellorum cupidi, laborum deniq; amantes & in perferendis moleſtiis infracti, qvo collimavit Oxenſtiernius Regni Suediæ Cancellarius, dum *Virgilianum* iſtud *Lib. IX. Æneid.* ipſis applicare ſolitus fuit:

Durum à ſtirpe genus: Gnatos ad flumina primum
Deferimus, ſævoq; gelu duramus & undis
Venatu invigilant pueri, ſilvasq; fatigant
Flectere ludus equos; & ſpicula tendere Cornu.
At patiens operum, parvoq; aſſveta juventus
Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello,
Omne ævum ferro teritur, verſâq; juvencûm
Terga fatigamus haſta, nec tarda ſenectus
Debilitat vires animi, mutatq; vigorem.
Canitiem galea premimus, ſemperq; recentes
Convectare juvat prædas & vivere rapto.

Turcarum ferum genus & ad urbium, artificiorum, ſcientiæ excidium natum noſtris vitiis, qvam ſua virtute felicius fuit. Ipſis demiſſa indoles, unde tanto promptius erga Principes ſuos obſeqvium, politioris vitæ minor cura, forte qvod Scythicæ originis adhuc memores ſint; Corpus tamen curare amant, & in egenorum ac hoſpitum curam effuſos gerunt animos, ſed non tam natura qvam legis Muhammedicæ autoritate.

IV.

Hinc itaq; fluxerunt diverſa illa Gentium ſtudia, ſummaqve internorum pariter ac externorum inter eas varietas, ſæpe etiam odii perpetui & con-

contemptus ferax contrarietas. Sic Galli & Hiſpani, Angli & Scoti, Dani & Suedi, Poloni & Ruſſi, Turcæ & Perſæ mutuis flagrant odiis, cauſa non tantum in Bellorum continuitate, ſed Ingeniorum morumqve diverſitate, latenteq; qvadam disjunctione ſita, ſeu uti *Cominæus* loqvitur, qvod DEO placuerit *Diſcinſiones ejusmodi veluti ſtimulum qvendam in rebus humanis collocari*: Cujus verbis jam alibi nos uſos meminimus, eadem tamen ſi hic qvoq; ſubjunxerimus, non abs re fore rati ſumus. *In rebus humanis ita comparatum eſt*, inqvit de ſuo tempore Comment. Lib. X. *ut nullus ferè ſit populus, cui non æmulum aliqvem & adverſarium Deus excitarit. Gallis oppoſuit Anglos, & Anglis Scotos. Hiſpanis perpetua quædam ſimultas intercedit cum Luſitanis. Italiæ Principes magna ex parte retinent poſſeſſiones, nullo ferè titulo, & acerbè ſuis imperant. Iis adverſantur reliquæ potentiores civitates, Venetiæ, Florentia, Genua, nonnunquam etiam Bononia, Sena, Luca. Aragoniæ reges oppugnantur ab Andegavorum Ducum familia. Mediolani & Inſubriæ Viceomites ab Aureliana domo. Venetis ſunt infeſti Principes Itali & Florentini. Senenſes autem & Genuates oderunt Florentinos. Genuates laborant & ſunt diviſi civilibus factionibus, Fregoſiorum, Adornorum, & Auriorum. In Germania magnæ ſunt inter Auſtriacam & Bavaricam domum æmulationes, & qvæ ſunt ex Bavariæ Ducum ſtirpe natæ familiæ, inter ſe ipſæ diſſident. Auſtriacis Principibus magnum eſt & grave odium cum Helvetiis. Impugnantur à Clivenſibus Geldri, & valde ſunt iniqvi Juliacenſibus. Quæ ſunt ad Oceanum Germanicum & Balthicum mare Civitates, bella ſæpe gerunt cum Daniæ Regibus. In Germania plurimæ ſunt arces atq; caſtella munita, quæ res licentius agendi multis occaſionem præbet. Nam unus aliqvis, famulo tantum comitatus Civitati cuipiam denunciare audet inimicitiam, confiſus aliquo Caſtello, in quod receptum habet, & ſociis aliquot equitibus. In hoc genus hominum Germaniæ Principes non admodum animadvertunt, quoniam ipſorum opem nonnunquam utuntur: Civitates autem, ubi facultas eis datur ſeveriſſimè puniunt, & facta conjunctione circumvallant aliquando receptacula illorum, & demoliuntur, ſimul in eos uſus aliquot equitum cohortes alunt. Atque is eſt per Europam rerum ſtatus. Quid per Aſiam & Africam fiat, non habeo compertum: ſed dicuntur inter ſe non minus quàm nos, imò turpius aliquantò diſſidere. Nam in ſervitutem ſe pertra-*

hunt ipſi, ſeq; invicem noſtris hominibus venundant, & videmus, quam multi quotidie ad Luſitanos deportentur. Apparet igitur, has diſſenſiones veluti ſtimulum quendam in rebus humanis eſſe neceſſarias. Sed odia hæc ex parte deferbuerunt, novis interim veteribus ſuccedentibus, nec ſtimulo veterum ſublato, ſed ob cauſas graviores retracto & veluti ſub cineribus latente. Et Cardinalis Mazarinus qvidem tempore Pacificationis Pyrenææ demonſtrare conatus fuit, nulla ratione natti odii inter Hiſpanos & Gallos neceſſitatem, contrariumq; poſt Pacem firmatam Orbi perſvaſum iri; Sed ſecuta tempora nihil aliud docuere, qvam potuiſſe diſſidia illa ſuſpendi qvidem, verum non tolli. *Conf. Part. II. c. I. §. XVI.* Rurſus alii aliis contemptiores videntur & *Angli Cambros, Galli Vaſcones, Hiſpani Biſcayenſes* contemptim habent, licet uno ſecum Imperio comprehenſos, qvoniam hi morum ſuorum tenaces, adeoqve iſtis ſimpliciores videntur. Virtutum qvoq; non idem ubivis ſplendor, & apud Americanos major Innocentia, apud Aſiaticos φιλοφιλία, apud Europæos major Hoſpitalitas & ſtudium peregrinos benefaciendi eſt, qvod Orientales prope ignorant, & *Carvanſeris* ſuis ſeu Diverſoriis publicis, imitantur qvidem, ſed ſola ſtatione, non autem victu aliisve qvæ peregrinanti neceſſaria ſunt, commodis. Majus qvoq; Decori & munditiæ apud Europæos ſtudium, neqve Legibus hac in parte, ut Aſiatici, coerceri opus habent, ſine qv bus ſi Aſiatici eſſent, vix qvicqvam ejus obſervaturi eſſent, qvod in negle&tu urbium, platearum & ædium ſuarum liqvido claret, de qvo *§. ſeq. pluribus.*

V.

In externis vero etiam vix qvicqvam eſt, qvin varietatem apud diverſos populos admittat. Habitandi cauſa Politiores urbes amant, ſed illas itidem pro Ingeniorum diſcrimine politas, ſqvallidas, multas, raras, firmas, debiles. Britanni in Europa & Japanenſes in Aſia mœnibus deſtitutas inhabitant: Cauſam V. *præc. c. V. §. V. & XIX.* Quod & apud veteres Germanos in uſu fuit, unde Ubiis à Tencteris exprobratum, ipſos muros tanqvam munimenta ſervitii condidiſſe. Atq; terum Japanenſes aliæve gentes in Oriente ulteriori Urbes ac domos mere ligneas habitant, unde crebra illa inprimis in Japania urbium incendia. Perſæ ex adverſo, qvia Lignorum ac Lapidum vivorum copia carent, è terra & argilla muros & ædes ſuos formant; Nec alia Palatiorum materia, qvæ tota Lateritia ſunt, nec edita, verum humilia & raro in tertiam contignationem ſurgentia. In Iſpahanam Regiam

Perſas

Persarum ideo facilis passim ingressus, quia muri terrei adeoq; ob tempestatum vim semiruti sunt. Nulla qvoqve platearum in Urbibus apud Persas & Turcas commoditas, cum lapidibus stratæ non sint, cum ingenti euntium hieme à cœno, æstate à pulvere incommodo. Vid. de Ispahana *Tavernier. Part. I. Lib. IV. c. V.* De Cairo Ægypti *Pr. Radzivil. Ep. III. fol. 153.* Nec ordo vel mundities aliqva earum est. *Nihil non illustre & tanta, qvæ spargebatur fama dignum in hac urbe extare oculis quoq; spondentibus fisus credebam, qvam tamen ingressus, me misere delusum esse præsens sensi: Mihi primum displicuere salebrosi viarum flexus & inæqvalitates non sine labore superandæ; Undeqvaq; enim vel ascendendo, vel descendendo iter, si unicam, qvæ urbem transversim dividens ab Imperatoris palatio ad Portam Adrianopolitanam æqvali superficie, ac sine aliqva curvatura ducit, plateam excipias: Dein earundem angustiæ, qvæ nitori & amœnitati detrahunt, ut ædes alicubi utring; se fere contigere videantur. Verum hæc nihili plane erant, præ spurcitie, cœno & sordibus, quibus plateæ scatent, præ sterqviliniis, præ solitudinibus, quas incendia passim fecerant, præ deniq; tabernis & ædibus humilibus inornatisq; non è Saxo affabre dedolato, sed è tenuioribus asseribus, vel luto sole cocto coagmentatis.* Ita testatur de Constantinopoli *Thom. Smith. Notic. Constant. p. 80.* Et de Ispahana, *Tavernier. c. l.* Plateas Inæqvales, angustas, magnam partem obscuras esse, & mille sordium generibus ipsisq; cadaveribus animalium sæpe impleri: Qvi mundius vivere cupiant, eo tantum à reliqvis differre, qvod sordes certo loco ante ædes suas colligant statis diebus posthac à rusticis exportandas. Nec ædium apud Gentes hasce externus aliqvis nitor est, qvanqvam intus subinde non male exornatas habeant. De Persicis Testis iterum *Tavernier. c. l. c. IV.* Et de Constantinopolitanis *Th. Smith.* qvi postqvam humiles & male coagmentatas dixerat, *Nullibi hic exurgunt*, ait, *porticus columnis suffultæ, non postes deaurati, non arborum seriatim depactarum ordines ambulacra ornant terminant q; frustra imagines pictas, sculptas aut opere coronario elaboratas hic qværas: Areæ, siqvæ sint, penitus deformes nec juxta canonẽ dispositæ.* Alii iterum populi sub terra sibi sedes elegerunt, de qvibus dictum *Sect. II.* Alii in aqvis, veluti in China totos pagos ac Civitates Natatiles videre est, de qvibus iterum Neuhoff Sin. Reisebeschr. p. 127. Es kam daher getrieben ein gantzes Dörfflein/ dergleichen die Sineser treibende oder Schwimmende Dörffer nen-

nennen / und warlich ein niegesehenes / recht wunderseltzames und kurtzweiliges Spectackel. Solche schwimmende Dörffer wissen die Sineser so artig und künstlich zu bauen / daß auch der aller Sinreicheste Europeer es Ihnen kaum nachthun würde. Die Materie daraus ihr Fundament bestehet / ist eine besondere Art Schilff oder Rieth überaus dicke und starck / das mit Gewalt auff dem Wasser schwimmet / und von den Portugiesen dazu Lande Bambu oder Bambus genennet wird. Solche Bambus Riethe werden mit dicken Höltzern an einander gefüget / und mit Stricken / von den Sinischen Gewächse Rotang feste gemachet; Auff dermassen dichte zusammen geschnüreten Riethen / bauet man Hütten und kleine Häußlein / von Brettern und anderer leichten Materie / und decket sie oben mit einem Mattendach. Darinn können die Sineser mit Weib und Kindern sich auffhalten und ernehren / nicht anders als ob sie auf dem festen Lande wohnten: Und sind etliche dieser in Wasser treibenden Dörffer so groß / das sie sich bißweilen gantzer 200. Familien oder Haußgesinde darauff behelffen können. Diese Leute treiben fürnehmlich Kauffhandel mit allerhand Sinischen Wahren / und fahren demnach mit ihrem Dorffe oder Hauß-Flotte die Flüsse und Ströme hinlangs von einem Orte zum andern. Selbige aber fort zubringen / gebrauchet man kein Seegel von Matten / dergleichen sonst mehrentheils auff allen Sinischen Schiffen sein; Sondern lässet sich entweder mit den Strome hinab treiben / oder scheubet sie mit Bäumen / und ziehet sie mit den Stricken gegen den Strohm hinauf. Wann sie an einen Ort kommen / da sie was zu verkauffen gedencken / stecken sie Bäume in den Grund / und machen ihre Dorff daran feste. Nicht allein aber findet man in Sina Dörffer auff den Wasser treiben / sondern auch gantze Städte / welche nicht aus Häusern / sondern aus gemeinen Schiffen bestehen und daher Schiff-Städte mögen genennet werden. Denn da giebts Flotten von 400 oder 500 Schiffen / allda Juncken genant / welche sich für und für als gantze Städte zusammen halten / und darauff die Sineser ihr Lebelang mit Weibern und Kindern wohnen. Mit einer solchen Flotte fahren sie durchs gantze Land die Flüsse und Ströme hinlangs von einem Ort zum andern / ihren Kauffhandel zu treiben: Und wann sie damit auffbrechen / und weiter gehen / scheinet es als ob eine gantze Schif-Stadt / so zu reden / auffgebrochen. Sie halten auch auf diesen Schiffen nicht anders / wie auff dem Lande / allerhand Vieh / sonderlich

lich aber Schweine. An was Ort sie kommen/da bleiben Sie gemeinglich etliche Monden/alsdann reden sie allesamt einerley Sprache/wiewol sie sonsten Völcker von mancherley Sprachen seyn. Conf. *Ferdin. Pinton. Itin. c. XXVIII.* Idem de Tunqvinensibus & Cochinchinensibus sibi à Bonziis Tunqvinensium narratum refert *Tavernier. part.* III. *Histor. Regni Tunqvin. c.* II. Terram ipsorum populosiorem fore, nisi incolæ in aqva mallent, qvam terra vivere. *Ils ajouteroient, qu' il y en auroit bien d' avantage, ni l' sloit, que de mesme, que les Cochinchinois leurs voisins, ils aiment fort l' eau, ou ils demeurent plus volontiers, que sur terre, & l' on void en effet la plus part de leur Rivieres couvertes de bateaux, qui leur servent de maisons, & qui sont fort propres bien qu' ils y tiennent aussi leur bestail.* Fuitque cum Chinenses ac Tatari id etiam de Belgis persuasum haberent, ipsos in aqvis hærere, non in terra vivere: Vid. eundem Neuhoff. *Lib. cit. pag. 160.* Porro *Arabum* familiæ per solitudines vagantur, unde ista *Nomadum, Scenitarum, Saracenorum*, prisca nomina. Et *Scythis* veteribus nulli inter se fines, nec domus ulla, aut tectum, aut sedes, *armenta & pecora semper pascentibus & per incultas solitudines errare solitis*, ut loqvitur *Justinus Lib. II. Histor.* Qvibus non dissimiles sunt, qvi *Cingarorum* seu *Zigeunorum* nomine per Europam vagantur, apud Gallos & Anglos Ægyptii, Belgis Heydens / Ethnici, Hispanis Gittani dicti, reipsa autem Colluvies variarum gentium nusqvam habitans & Ægyptiorum aut Nubianorum nomen mentita; Profitentur enim se ex Inferiori Ægvpto aut Nubia ortos, atqve ad erraticum hoc vitæ genus divinitus damnatos esse, qvod majores sui olim B. Virginem cum Infante Jesu hospitio excipere recusaverint, referente *Aventino Lib. VII. Annal.* Cum in Galliam primo venirent prætexuerunt vagationem suam esse septem annorum pœnitentiam à Pontifice M. ipsis impositam ob apostasiam à fide Christiana ad Muhammedismum, nec septennium istud finitum, verum perpetuo succedere ap. *Paschal. Lib. IV. des Recherches de la Fr.* Qvorum qvicqvid sit, potuit fieri, ut errones ejusmodi calamitatibus bellicis primum ex Nubia & conterminis regionibus expulsi, & jam ante erroneo vitæ generi assueti post longas ambages in Circum-Danubianas regiones se effuderint, ibiqve ad tempus erraverint, atqve inde per Hungariam in Bohemiam, Germaniam, Galliam descenderint, sed qvibus succedenti tempore varij errones ex Gentibus illis, qvarum regiones pervagati & qvibuscum

aliqvandiu morati fuerint, manipulis ipsorum se immiscuerint. Plura huc pertinentia V. in *Ph. Honor. Thes. Polit. Part. II. Disc. de Cingarorum seu Stellionum, qvi sub Ægyptiorum nomine per totam Europam vagantur origine.* De tempore, qvo primum nostris & alijs Occidentalibus Europæ tractibus innotuerunt, plerorumq; opinio est, id factū circa A MCCCCXVII. Vid. inter alios *Spondanum in Auctario Chronolog. ad Epitomen Arnall. Baronii ad A. MCCCCXVIII.* Ubi refert, qvod mentiantur se descendisse ex Urbis Singaræ in Mesopotamia Incolis, qvos à Juliano Apostata inde pulsos postmodum vagabunda ejusmodi vita distrahi oportuerit. Cæterum non tolerandos esse in bene constitutis Rebuspublicis res extra dubium posita est. Unde jam Edicto Ordinum Galliæ An. MDLXI Regno Galliæ excluſi fuerunt ; In Hispania cum longe lateque grassarentur, Edicto Ferdinandi A. MCCCCXCII. coërceri cœperunt, *I. Bodino L. V. de Rep.* & ex eo *Camerar. Cent. II. c. LXXV.* Idemq; ibi exhibet ex P. Danaisio in Jure Camerali tale comitiorum Decretum: *Zigeuner* qvos compertum est proditores esse & exploratores hominum, nusqvam in Imperio locum inveniunto: In deprehensos vis & injuria sine fraude esto: Fides publica nec dator, nec data servator. E Brabantia excluſi Edicto Caroli V. sub pœna capitis & Bonorum. *Læt. Introit. Brabant. Addit. II. Art. VI.* Ex Hollandia Decreto Curiæ d. XXI. Jul. A. MDLXXXII. Ubi vocantur Heydens ende Egyptenaeren. In Imperio Turcico *Torlaqvi* errones & impostores Cingaris non absimiles A. MCCCCXCIV. à Bajazete proscripti sunt. De qvibus V. *Leunel. Pand. Turc. n. CLXXI. & Camer. Cent. II. c. LXXV.* Alia de ipsis qvæsita, qva religione sint, an Infantes ipsorum baptizandi, qua Lingva utantur &c. Vid ap. *Voet. T. II. Disp. de Gentilismo*, qvem & in his qvæ diximus fere secuti fuimus. Recentius ipsos peculiari scripto prosequi non dedignatus fuit Nobil. Vir *Abasverus Fritschius de Zigeunis.*

VI

Similis in habitu externo hominum varietas; Et Asiaticis, Africanis & Europæis Orientalibus fluxæ vestes placuerunt; Europæi reliqvi autem strictiorem & singulos artus exprimentem habitum maluerunt, qvanqvam ne illum qvidem constantem aut perpetuo eundem: Unde *Alamodica* vestium apud Gallos, Italos, Germanos, Danos, Suedos varietas: Qvæ licet in se non adeo improbari posse videatur; Cur enim id homini non licere putemus, qvod videmus naturam quotidie in plantarum

tarum foliis, floribus, fructibus, Animalium pilis, plumis, cristis, infinities moliri? Et *Tertullianus* cum togam suam cum Pallio commutasset, non obscure eam defendit, emisso *Tractatu de Pallio*. Omnibus tamen eundem decorem non æqve adjicit: Unde Gallis, qvod habili motu ac gestibus sint, qvaliscunq; vestium mutatio æqve convenire videtur, qvæ in alijs gentibus prope ridicula fit, ignaris *leporis & gratiæ virtute in nonnullis hominibus uno genio cuncta placere, in aliis autem in quibus Natura ad hos mutabiles habitus propitia non est, ejusdem venustationis imitationem & curam ingratam ac ludicram esse. Barcl. Jc. Anim. c. III.* Qvibus utinam Davidis istud de recens induto habitu aulico in corde esset: *Non possum sic incedere, qvia non usum habeo I. Sam. XVII. 39.* Hispani tamen, Helvetij, Hungari habitus sui tenaciores sunt. Africani, Americani & Insulanorum plurimi, qvos gravior Solis æstus premit, eum prorsus contemnunt, nisi qvod partes naturales nonnihil obtegant. Et primi parentes nostri in Statu Innocentiæ *ambo nudi erant, & non erubescebant. Gen. II. 25.* Qvod tamen an eorum posteri imitaturi fuissent, qvi in Zonas frigidas, aut Temperatarum remotiores partes habitatum ivissent, merito dubitamus: Certum enim non minus ac nunc, hiemem, frigus, pluvias tunc futuras fuisse: Qvas proinde tunc etiam æqve declinari oportuisset, vel corpus nostrum nullium talium sensum habiturum fuisse dicendum erit. Est & in tegumentis capitum differentia, & cum Pilei Hispanis, Italis, Gallis, Germanis &c. placeant, Europæis Orientalibus mitræ, Turcis, Persis, Mauris Tulipanta arrisserunt, sed cum discrimine, & Turcæ laneum simplex, Persæ lineum cum plicis, Mauri cum parte fasciæ ejus à capite pendula elegerunt. Vid de hisce *Gabr. Sionita de Mor. Oriental. c. XI.* De Tulipantis Persarum *Herbert. Itinerar. pag. 122.* Romani veteres caput peculiari tegumento plane non tegebant, sed vel aperto capite, vel veste tecto incedebant: Unde antiqvæ statuæ & numi ænei nudis capitibus videntur; Nec apud Homerum ulla vel Pilei vel Causiæ mentio. Facitq; huc & Calvitium Cæsaris apud Sueton. qvi eo nomine Jus laureæ perpetuo gestandæ oblatum libens accepit. *Bonf. Hist. Ludicr. Lib. IV. c. XX.* Africani cis Senegam ipsum os tegunt, unde Astomorum fabula. Vid *prac. Sect. II. n VII.* Placuit & coloribus variari, unde Purpura, Color croceus, albor, rubor, nigror pro conditione ac Dignitate utentium modo selecti, modo rejecti, de qvibus egimus *Notic. Dign. Illust. Dus. VI. c. I.*

VII.

Non minor aliis qvoqve vitæ actionibus intercedit varietas. Ita dum nos sedilibus inclinamus corporis molem, Orientales humi sedent, genibus in crucis formam dispositis. Neq; usum Lectorum editorum sciunt, sed substrasto Tapete humi procumbunt. Dextrum latus nobis honoratius est, at in Asia sinistrum, qvoniam à sinistro latere ensem gerimus. *Herbert. p. 39.* Gallis, Anglis euntibus istud qvod parieti propius, qvia major in eundo ibi commoditas. In Cibo sumendo rarus apud Orientales cultrorum usus, sed manuum ministerium sufficere putant; At inter bibendum labra vasi admovere dedecus interpretantur ipsi alias abjectissimi harum Gentium. Leiden es nicht/wenn man von ihnen einen Trunck Wassers begehret/daß man den Krug oder das Geschirr an den Mund setzet/ sondern man muß es hoch heben/ daß es von der Höhe unberührt in den Mund lauffen muß/ dergleichen Manier auch Mohren/ Persianer und Javanen haben/ *Saar. Itin. c. IV.* De Vini Usu apud Muhammedanos & Peruanos in America vetito Vid. *seq. c. X. §. II.* Defunctos Christiani pedibus, Turcæ capite obversos ex ædibus efferunt. *Pr. Radzivil. Ep. III. f. 155.* Campanæ publicorum Signorum loco per maximam partem Christianismi, in Persia etiam, & apud Chinenses usurpantur, at apud Turcas prorsus prohibitæ sunt, nec nisi speciali privilegio indulgentur, qvale est qvod Maronitæ habent in Monte Libano. Vid. *J. Jac.* Breuning *Part. III. cap. XI. fol. 237.* Et in *Japotna* pago Serviæ Horologium auditur. Vid. Meitschütz *Itin. Part. II. cap. VI.* Ac rursus aliud Philippopoli Macedoniæ. Vid. *Eund. Part. II. cap. XIII.* Sed qvis omnia recensendo esset? Prætermittendum tamen non est, Japanios in extremo Oriente à plerisque nostris moribus prorsus divertere & in contrarium niti: Qvam in rem fidem suam præstabit *Arn. Montan.* Denckw. Gesandsch. an die K. von Japan p. 44. 45. Schwartze und Scharlacken Farbe ist bey Ihnen ein Zeichen der Frölichkeit/ aber weisse der Trauer: Und ist kaum zu glauben/wie sie in ihren Gebräuchen von den Europeern so sehre unterschieden seyn. Was den Geruch belanget/ so können Sie unser Räuchwerck gantz nicht vertragen. Was den Geschmack betrifft/so eckelt Sie vor unsern Leckerbißlein/ und uns wieder vor ihren besten Speisen. Wir trincken kaltes Getränckе; Sie hergegen Winters und Sommers warm. Unsere Ohren schöpffen die wenigste Lust aus ihren Kunstgesängen. Die Schönheit der Zähne bestehet bey uns in weisser

weisser Farbe / bey ihnen in Schwartzer; Deßhalben sie auch dieselben mit einem Pechschwartzen Saffte stets bestreichen. Die Freunde und Männer gehen vor den Frauen / die Diensibothen folgen. Wir steigen auff der Lincken Seite zu Pferde / Sie zur Rechten. Wir entblössen im Grüßen unser Haupt/ sie hergegen die Füsse/in dem sie ihre Schuhe schlurffen ein wenig fortschleppen. Wir stehen auff vor einem ankommenden Freunde/ sie aber setzen sich nieder. Wir schätzen die Edeln Steine sehr hoch/ sie hergegen ihre Eiserne und Leimerne Gefäße. In Kranckheiten gebrauchen wir süsse / angenehme und wohlgekochte Speisen; Sie aber saltzige/ saure/ herbe und rohe; Wir Hühner und gemäste Vögel: Sie Fische und Seemuscheln; Wir lassen uns offte das Blut abzapfen/Sie niemahls.

VIII.

Homines Politura morum destitutos vocamus *Barbaros*, eosdemq; si Jurium Humanitatis prorsus ignari videantur *Feros, Silvestres*. Ad æqvivocationem nominis pertinet Barbaros vocatos, I. Qvi difficili & aspera pronunciatione usi sunt. *Hos initio vocarunt Barbaros, tanquam deductionem aut asperitatem oris exprobrantes.* Strab. *Geogr. L. XIV.* II. Qvi Græci non erant: *Deinde tanquam communi quodam gentili nomine abusi sumo in nationum divisione*, Barbaros Græcis *opponentes.* Idem *Strabo l. c.* III. Etiam *Barbarus est* ἑτερόγλωσσος, quos non intelligimus, nec nos illi. Ovid. de Ponto: *Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli.* Qvomodo etiam Paulus explicat I. *Cor.* XIV. 2. *Nisi sciero vim vocis, ero ei qui loquitur Barbarus, & qui loquitur, apud me Barbarus fuerit. B. Parens meus Orig. L. L. V. Barbarus.* Sic testatur Herodotus in Euterpe antiquos Ægyptios omnes, qui Lingua sua non essent, vocasse Barbaros. IV. Romanis in more erat omnes extra Jurisdictionem suam positas gentes *Barbaros* vocare. *Sane ut fatum Orbis eo tempore erat, nulli Genti liberæ esse licuit, quæ non Barbara Romanis haberetur. Victa quia ad servitutem veniebat, Ingenium videbatur ad humanitatis cultum traducere. Soli fere Germani Barbari esse maluerunt, quam liberi non esse, digni quoq; ut ad se Imperium tandem cum Bonis omnibus Artibus Literisq; traherent suumq; nomen cum Romano exæquarent. Postquam desierunt Barbari appellari, quam non fuerint olim Barbari, sero apparuit.* Putean. *Patroc. Barb.* Sicque & *Concilium Chalcedonense Can.* XXIIX. Ἐπισκόπους τοὺς ἐν Βαρ-

βαρβαροῖς appellat omnes extra terras Imperii Romani degentes. Et *Canones Ecclesiæ Africanæ Can. LII* Mauritaniam, quæ Imperii pars erat τῷ Barbarico itidem in Africa opponit Unde haut dubia ista Barbariæ appellatio in parte Africæ Litorali ad Mare Mediterraneum hodienum servata fluxit. Voci origo à *Bar* & *Bara*, quod apud Chaldæos & Rabbinos foris, agrum, locum inculrum aut silvestrem denotat, Et *Barriat* Arabibus est campus, desertum, *Barri* agrestis, silvaticus, Exterus Vid. *B. Parent. meum l. c. Voet. T.* III. *Disput. de Ignor pag 614.* Conf. *Læl. Bisciola Hor. Subsec. L.* I. *c.* XVII. Putean. *in Patrocinio Barbarorum* ad Card Barberinum præmisso *Historiæ Insubricæ.* Sed proprie *Barbari* sunt, quorum actionibus nulla est cum natura Rationali connexio Et Europæi nostri Turcas aliosq; Asiaticos non immer to pro Barbaris habent, quia Actiones ipsorum non rei humanæ, sed bono privato suo tantum inserviunt, quod veluti cum Brutis nobis commune est, ita connexione cum statu Humano h. vita Rational & Sociali caret. Summe Barbari sunt, qui jura Humanitatis plane nesciunt, adeoq; omni morum politura carent, *Feri. Silvestres* alias dicti, qvales in desertis Asiæ, Africæ & Americæ passim occurrunt. Sic partem Incolarum Regni *Tombut* in Africa adeo non barbaram, sed plane brutam, & vix vocem humanam loqventem deprehendere est. Wen vindt daer Volcken/ die so wilt zyn/ dat zy nauwelycks konnen spreecken so vuyl en smoddig/ dat zy t' ingewant der Beesten vol vuyligheit/ en zonder het te waschen/ eten/ en so beestelyck/ dat zy eer verhongerde honden schynen, den Menschen/ die t' gebruyck van reden hebben. Le Blanc. *Itin. P. II. c. 1.* Idem de IncolisProm. Bonæ Spei perhibent, qvos *Sothaniman* vocari scribit *Mandelslo Itin. p. II c. XVI.* Ab aliis *Hottentots* dicuntur, à sordido Intestinorū mactatarum Bestiarum esu A Portugallis *Cafri & Cafres*, Et totus tractus à Mozambica ad Caput B. S. *Cafaria, Coste des Cafres. Plane Barbari sunt, Bestiis, qvam hominibus propriores nulla Legum aut Dei Scientia.* Linschot. *cap. IV* & præsertim *cap. XLI.* De Silvestribus Regni Chinæ in montanis ad Urbem *Quicheu*, & in monte *Changno* ad *Suming*. Vid. Neuhof. Allgemeine Beschreib. des Reichs China *cap. XIII.* De Americanis passim agunt Itineraria. In Europa tales fere sunt Tatari Ceremissi, de quibus *Olear. Pers. Itiner.* & qui in Hibernia adhuc Silvestres vocantur, de qvibus *Camden. Descr. Hibern.* Eodemq; sensu forte Latini Germaniq; Scriptores Slavos *Wilizos* dixere à ferocia, qvasi die Wilden/ Vid. *Pontan. Chron.*

Chron. Dan. f. 714. Eodem referendi ab inhumanitate sua famosi *Anthropophagi:* Quales Incolæ *Insularum de Andemaon* in Oceano Indico & *Caribani* aliique in America, quibus volupe cum vicinis bella gerere, & illorum tanquam hostium carnes in cibum suum vertere: De illis Vid. *Le Blanc. I. XIV* De his *Joh Mocquet Itin. I. II.* Quanquam Hispanorum cadaveribus in America aliquando parcitum fuerit, Americanis causantibus, se vereri ne qui vivi adeo noxii fuerint, etiam carne sua sumentibus adhuc nocituri essent. *Benzon. Histor. N. O. L. I. c. XXIII.* Cæterum sors hæc alios quoque advenas manet, tempestate aut simili casu eò abreptos: Unde & justitiam armorum Indis illatorum aliqui deduxerunt & se arbitrari scribit *Id. Verulamius*, Consvetudinem apud Gentes ejus modi, *homines sacrificandi & multo magis* carnes humanas manducandi *tantam abominationem fuisse, ut erubescere cogatur, quicunq; certe negaverit, morem hunc execrabilem cum aliis improbissimis conjunctum Hispanis justam causam tribuisse, Territoria eorum invadendi, ut per Legem Naturæ proscripta, & Populum vel reducendi vel expellendi. De Bell. Sacr. p. 1310.* Quæ tamen dubiis non carent. Antropophagia enim, licet Barbara & maxime inhumana consvetudo sit, Juri Naturæ tamen ideo adversa dici nequit, cum & Mumiam & sangvinem humanum in Medicinam vertamus & in casu extremæ necessitatis Caro mortua in cibum verti possе complurибus Dd. Moralium videatur. Vid. *Cajetan. Tostat. Sanchez, Busenbaum, Laymannus*, ap. Wulfer. Discurs. præliminari in Itinerar. Joh. Saarii; Et *Toletus Inst. Sacerdot ac. Pœn. L. HX. c. LX. p. 796. Quædam*, inquit, *absolute spectata esse quidem a natura hominis aliena, quæ tamen in extrema necessitate permissa sunt, v. gr. se inebriare, sibi ipsi brachium abscindere, si ita necesse sit ad propriam vitam conservandam. Quemadmodum enim in his Casibus non inhonoratur natura humana, quando levius nocumentum postponitur majori nocumento: Ita etiam in priori Casu non inhonoratur natura humana, sed potius videtur honorari, quando assumitur emortua, ut altera à morte liberetur.* Jam vero quod juris Naturæ est veluti cum Natura rationali congruit, ita qvicquid contra Jus Naturæ est, tam malum est, ut nec fieri bonum, nec per ullam dispensationem excusari possit. Deinde si etiam Anthropophagia esset contra Jus Naturæ, non tamen ideo extero Principi licebit hanc in alia Gente punire, quia cum neuter altero superior sit, in se invicem Impe-

rium

rium exercere neqveunt. Unde *Joſ. A Coſta L. II. de Procur. Indor. Salute C. V. Quod ſi Magiſtratus aut Reſpublica Barbarorum ſuo muneri non facit ſatis, habet Judicem Deum, non Remp. aut Principem aliquem externum. Alioquin cum graviſſime peccent interdum Principes aut Magiſtratus noſtri, licebit vel Gallo, vel Italo, vel Anglo Hiſpanienſis Reip. peccata caſtigare & jus dicere, ut vicisſim inter ſe Principes hac autoritate fungantur: Quo neq; ineptius, neq; rebus humanis exitialius dici quicquam poteſt.* Et Franciſcus a Victor. Relect. IX. de Temper. *Conſtituto quod nec ſit licitum veſci carnibus humanis, ſequitur Quæſtio moralis: An ſiqui habeant hanc ſacrilegam Conſuetudinem, ut veſcantur tali carne &c. poſſint Principes Chriſtiani ſua autoritate iſta ratione bellum illis inferre, & quatenus liceat: Et ſi hoc non poſſunt ſua Authoritate, an ſaltem ex Authoritate, mandato vel Commiſſione Summi Pontificis hoc poſſint? Et quidem Auguſtinus Anchor. Archidiac. & Silveſter dicunt, quod ſiquæ nationes ſint quæ contra Jus Divinum ſupernaturale & revelatum faciunt, coerceri non debent, nec poſſunt, ut deſiſtant ab illa violatione, ut ſi qui peccant peculiariter contra Legem Moſaicam. Et ratio eſt, quia non poſſunt convinci manifeſte, quod male faciant, & per conſequens damnari Juridice poſſunt, & quia nemo indemnatus poteſt puniri, ideo non poſſunt illa cauſa aut bello aut alia perſecutione coerceri à talibus peccatis.* Vid. pluribus hac de re doctisſime diſserentem *Dan. Wulferum ante cit. Diſſ. Prælim. in Itinerar. Saarii.* De more ſenio aut morbo confectos, aut defunctos parentes, conſangvineos &ſ. edendi apud Ethnicos Vid. *Carolin.* Heedendaagſche Heidendom *P. I. c. XXIV. S.* II. Ipſis Europæis noſtris hanc Anthropophagiam ab Æthiopibus Africæ ad Oceanum Æthiopicum obiectam legimus in Navigatione *Aloyſii da Ca da Muſto L.* I. *c.* XXXIIX. Se ſcire, quæ gens ſit Chriſtiana natio & unde veniat, ſcireq; quid egerint jam pridem cum Rege Senegæ & aliis Nigritis ſuæ ditionis, qui boni eſſe non poſſint, quippe *qui non ignorent Chriſtianos veſci humana carne, nec alia de cauſa emere Nigritarum mancipia, niſi ut mandant & lancinent ut ferinas carnes.* Quibus in cumulum adjicimus, qvos inter Bruta educatos ſubinde videmus; Hi ſumme feri ſunt, & vix exigua Rationis veſtigia ſervant, quæ licet eos non deſtituat, ſub feritate tamen velut obruta jacet, cujus vinc̃ula etiam licet tardiuſcule rumpit, ſi hominum conſortio reddantur.

Talis.

Talisque forsan ille Danorum Princeps *Biarno* h. Bähr / Ursus dictus, non qvod ex consvetudine mulieris cum urso natus fuerit, sed qvod fato inter Ursos conservatus horum indolis aliqvid asumserit. *Conf. P. II. c. V. §. IV.* Et ante paucos annos simile exemplum in Lithuania visum Hominis inter Ursos educati, ursinamq; feritatem induti, ac tandem capti & ad rationem reducti: Qvod ob rei novitatem, singularesq; ejus circumstantias ea ratione, qva in manus nostras venit, hic subjiciemus ac desinemus:

DE HOMINE INTER URSOS

Anno MDCLXI. in Lithuano-Grodnensibus Sylvis reperto &c.

Ad Dn. Petrum Adamum Opalinsky, Succamerarium Posnanienſem, Gubernatorem Sremenſem &c. Sacræ Reg. Maj. Colonellum &c.

CARMEN ALCAICUM,

Auctore

JOANNE REDWIZ, Lesnæ

Anno MDCLXXIV.

Stupesce rerũ perpetuans parens
Natura, nobis atq; stupentibus
Rerum creatarum recessus
Ingeniosa tuos revela.
Humanitas, edisſere, qualiter
Immanitati quadrupedem vel &
Immanitas humanitati,
Se bene consociare possit:
Ut inter ursos indomitos homo,
Ursasq; vitæ stamina ducere;
Infantis obstetrix & Ursa
Esse ferox valeat recense.
Revolve prisci tempora seculi
Facunda Clio, progenitos Rheâ
Qvondã Gemellos, ac Qvirinos
Romulidumq; repande cunas;
Dicasq; si non Romulus & Remus
Clementiores matre sinus Lupæ
Senſere: nutritiq; si non
Uberibus fuerant lupinis.
Nec fabulosas credite posteri
Has esse cunas, ex quibus omnium
Immensa rerum gentiumq;
Ista Monarchia crevit olim,
Cujus sequaces nunc Aquilæ sua
Germanicorũ sceptra gerunt adhuc
Pomeriorum, finiumq;
Regna potentia jam gubernãt
Augusta Divum Numina Cæsarum.
Miramur hanc non immerito Lupæ
Benignitatem, mater atrox
Sylvia quam soboli negavit.

O ſæva Mater, ſævior hac Lupa!
Hac matre dura mitior ò Lupa!
Antiqua nec miretur ætas
Iſta cubilia mira Romæ,
En ſiſto vobis Municipem novum
Hic inter Urſos conſociabilem.
Hujus parentes qui fuere;
Qualiter hic fuerit creatus,
Scit nemo, ſolus quam Deus, omnia
Cui nota ſunt, & qvē nihil hic latet.
Vel ſciverint fortaſſis Urſi,
Quem patrio puerū fovebant
Amore, victu quem recreaverant,
Et protegebant; ceu Mæreotica
Hunc Urſa Mater, trux vel Urſus
Ipſe pater genuiſſet illum.
Hos inter Urſos ille repertus eſt
Nōl Urſus, Urſis (qua Metamorphoſis)
Natus puer, neſcitur, iſto
Tempore quo Caſimirus *ille*
Poloniarum Rex, Jagelonius
Supremus Hæres, *atq; Nivernia*
Ex Lilieto Galliarum
Qvū Ludovica Maria *Princeps*
Regina, Regni Jura Lechis dabant;
Hæc Martiali cumq; fatiſceret
Vaſtata conto Gens Polona
Urſaq; Mænalis æſtuaret,
Ac ſæva noſtros Moſcua *limites*
Vexaret armis, & Gediminiæ
Telluris Heros ille ſummus
Militiæ moderator eſſet
Sapieha, *cujus juſſa prior citis*
Præfectus Eurīs expediit ſtatim
Oskierka, *biſſenas equorum*
Lithuanici *populi phalanges*
Ducens, ruebat deproperantibus,
Non ſegnis Heros, hoſtibus obviam:
Grodnenſium veniſſet hic cum
Ad juga, qua Nemo horret ingēs,
Curſu ferarum; ſaltibus altius
Ex circulatis quadrupedantibus
Longe caballis, grandis, ecce
Horridus atq; jubâ cruentus
Urſus minaci fronte, bipes, quaſi
Stans excubaſſet pro reliquo grege,
Nidosq; tum cuſtodiuſſet,
Eminus adſpicitur Gradivis.
Circumrotantes en variis equi
Miſcentur omnes flexibus, binniūt,
Seſe ſupinant, frena mordent,
Pulvereamq; vatiunt q; terram:
Horrent & iſtam cernere belluam,
Qua tum retorto mēbra levaverat
Surrecta trunco, rancidoq;
Ore ſonos, fremitusq; prompſit.
Oskierka Martis Clarus Adoreis
Nil tale quicquā pectore ſuſpicans,
Commilitiones illiusq;
Hac celeri novitate moti,
Pars hæſitabant, pars properaverāt
In caſtra denſis quadrupedū globis,
Urſos videbant utriusq;
Sex geminos, hominumq; ſexus
Binos

Binos, quietè stertere per sinus,
Qui suxerant ceu Matris ab ubere
Vitale mel lactis cibumq;,
Propria quē genitrix negabat.
Quæ sanctioris provida Numinis
Nutrivit istos gratia? Nutibus,
O magna Majestas, feroces
Rite tuis famulantur Ursi:
Quēis sævius nil, Marmoricos nisi
Totus leones orbis habet, truces
Vel tigrides. Quos inter Ursos
Accelerant volitante cuncti,
Ut vindicarent hos ad imaginem
Dei creatos, agmine milites:
Oskierka primus tela librat,
Mox reliqui catapulta vibrāt,
Plumboq; fusis glandibus hos petūt,
Tanguntq; plures, de stabulis suis
Pelluntur omnes murmurando,
Atq; fugam dubii capessunt.
Hic unus altam scandit in arborē,
Alter paludes, in via pars petit
Uliginoso tesqua cœno,
Et loca pars lutulenta quærit.
Tantum relictus tum fuit unicus
Currēs ad instar quadrupedū puer,
Vultus & obliquans ubiq;
Callibus institit, & cucurrit,
Ejus subibant quam socii viam,
Et chara Nutrix & Pater iverant.
Hunc insecuti milites: quos
Ille fugit, sociosq; quærit,
Humanitatis nescius hic homo,
Oblitus imo quēis homo vultibus
Incedat; omnes efferatis
Aspicit hos oculis feroxq;
Totus resultat se-capientibus,
Clamòre stridet, dentibus, unguibq;,
Et viribus pugnat, repugnat,
Ursus ut indomitus resistit.
Dilapsus alter, cum reliqvis, homo
Ursis, abivit quandoquidem cito,
Qui fessus ursæ Brachiorum
Flexibus incubuit benignis:
Hunc sed ligarunt (non potuit quia
Sufferre vultus ac hominū manus)
Secumq; deduxere captum.
Albus homo cute, qua caputq;
Certantibus vel cum nive crinibus,
Qua mēbra pulcher viribq; integer,
Formá decentes æquat omnes
Cæruleis homines ocellis:
Sensus sed omnes, mens ratioq; sic
Obbrutuerunt, ut penitus nihil,
Comune quā quod Bruta, quod vel
Ursus, habent, teneat sciatq;.
Sylvestris omnis, moribus est nihil
Quam totus ursus. Cesserat Agmini
Huic præda, Quos mars destinabat,
Ut patrios agerent in hostes,
Invitat istos Parrhasis ad sua
Diana grato castra levamine
Ut recrearet Martiales
Atq; suos celebres Alumnos.

Dextrè peractis rebus, & hostibus
Hinc inde fusis, laurigerum suo
Dant Imperatori trophæum,
Quod patriæ meruere prōpti.
Ursinus hic post devehitur Puer
Ad Regis *altas Warsaviam* Domos
Hunc Rex Serenus *cum* Serena
Attonito revident, stupore.
Bipes creatus, sed quadrupes stetit
Hunc belluinum cernere quilibet
Mortalium præceps anhelat:
Conveniunt Puerum videre
Cives, Senatus, Nobilitas, Genus
Et omne, quoquo nomine, gestiunt.
Tandem sacrato magnus illum
Gurgite Wirzbovius *Senator*
Posnanienſis tinxit Episcopus.
Hujus supremi muneris Arbitri
Regina, Galliæq; Missus
Regis Episcopus, has ad oras
Bisançonensis pervenerabilis
Testes fuerunt. Vixerat hactenus
Innominatus, circiterq;
Iste puer fuerat novennis,
Ut magnitudo corporis illius
Promiserat tunc boscę tenerrimos
Ætatis annos, qui prius quam
Inscius hæc sacræ Christiani
Ingressus esset fœdera Nominis,
Sancti Jolephi *nomine dicitur,*
Ursinus olim dictus. O Te
Terq; quaterq; beatiorem
Qui jam beato redditus es gregi
Exemtus Ursis, moribus & feris!
Ad educandum tradit aulæ
Nobilioribus hunc Serena:
Ubi peracto pene triennio
Ursinus exul, ne quadrupes magis
Incedat, est exercitatus,
Disceret atq; bipes meare,
Negotioso discit homo novus
Labore. Summum difficilis fuit
Heic pondus artis: atq;
Qualis in arbore difficultas,
Gibbosa quæcum nascitur, & suo
Semper recurrit culmine pertinax,
In pristinos consueta nodos,
Sæpius hanc licet alligabis
Ad fortiores vimine stipites,
En ad priores illa tamen redit
Gibbos: recurvo talis, illum
Mille modis licet erigebant,
Tergo, resultans hic nihilominus
Suum reflexit cum facie caput,
Exasciatis donec ejus
Asseribus fuerat revinctum
Persæpe dorsum, quo melius bipes
Est ille factus. Non modicum fuit
Hujus rudimentum laboris;
Promptior ingenio fuisset
Lysippus olim lignea Palladis
Vel mille docto Numina sculpere
Cultro, relicto more quam cum
Disceret hic puer ire rectos

Bipes

Bipes levato corpore tramites,
Venter crepabat quando famelicus,
Natura sedabatur ejus
Non aliter nisi carne cruda,
Diuq; coctos respuerat cibos.
Humana nullis verba modis homo
Formare scivit, nec volebat,
Nec potuit, repetita quamvis
Indesinenter, dictaq; millies
Audiverit, qui præditus auribus,
Linguaq;, tantum mente, voce
Ac ratione carebat omni;
Sed sibilabat mente sonos sine,
Vel instar Ursi murmura protulit,
Movensq; corpus, fuxit ungues,
Sparserat ac oculos sinistram
Dextramq; versus, nonq; quievérat,
Ex parte quamvis corporis Herculis
Heic penè curam sustinebant.
Maximus hic Labyrinthus istis
Erat laborum, quì rationibus
Mutare cunctis hoc animal ferum
In mitius tandem studebant:
Nec tamẽ hic labor est repertus
Frustraneus. Nam cũ quoties suam
Proferre frontem jussus ad æthera,
Rerum creatoremq; tacto
Pectore mentéq; confiteri,
Gnarus supinos tum toties suos
Ad alta vultus sidera sustulit,
Adhucq; tollit; confitetur
Nutibus atq; suum Jehovam
Elingue monstrũ, nonq; tamẽ carens
Lingvâ: carẽs &, nec sine mẽte, mẽs,
In qua supremi tota nondum
Numinis obruta belluina
Est carne pars, aut igniculus Dei
Extinctus est, quæ scit nihilominus,
Autore quonam sit creáta,
Novit & esse suum Jehovam.
Donatus hic en Magnifico Viro
Posnanienſi Succamerario
Josephus. Hunc illustris iste
Vir habet, & Lasocovicensi
In æde servat magnificâ suos
Inter Ministros. Nec melior tamen
Evasit hèic Ursinus ille,
Moribus ingenioq; semper
Idem, parũ vel nil quoq; discrepans
A primitivâ namq; ferociâ,
Quã quod tamen currat, bipesq;
Ambulet, ac ratione quadam
Circa culinam serviat, adferens
Quicquid jubetur, mox famulis, co-
Portando præstat ligna cæsa, (quis,
Fert & aquam, famulatur aulæ.
Ubiq; quoquo ducitur, it, neq;
Fugit labores, quũ stomachus solet
Desiderans latrare, victum
Nutibus & manibus requirit.
Efflagitatâ forte pecuniâ
Emit recentes pro pretio sibi
Panes, edit tot, quotquot ejus
Fert stomacho, reliquũ reponit.

Indifferenter cruda caro illius,
Ut cocta, guttur perficiunt satur:
Fontes ei præbent eundem,
Ac cerevisia cocta gustum.
Indutus omnes mox lacerat suis
Vestes acutis unguibus; & pedes
Ejus recusant calceari:
Nec tegit ille caput libenter.
Currit propinquũ sæpius in nemus,
Brutas revisens bestia ceu feras
Sylvæ paludes, atq; pinus
Dentibus excoriat supremas,
Uncis remorsa cortice dentibus
Sugitq; succum: Nectareos petit
Favos, apes, cum melle ceram
Devorat, ac nec acuta tela
Apum moratur. Deditus integer
Ferocitati; quod patet optime
Id esse verum, quando nuper
Par hominum laceravit ursus,
Imoq; plenus fecerat impetum
Hunc in Josephum, fecit ei nihil,
Sed vix odorabatur illum,
Municipioq; suo pepercit,
Et blandientis se socians ei
Instar catelli luserat, ejus &
Lambebat artus, atq; vultum,
Filius hic velut esse hujus
Ursi Josephus: Non aliter quasi
Androdus olim senserat horridum
Romæ leonem, quando rictu
Iam lacerandus erat leonis
Spectantibus cum Cæsare civibus,
Quum se benignam bellua sisteret
In publico, cognationem
Hanc recolens, sociãq; quondam
Vitam theatro, quam coluit simul
Uterq;: sic par hoc quoque fecerat.
Cognovit Ursus mox odore
Excutiens socium sagaci,
Non quod Josephum nutrierint, nisi
Et ursa mater, tum Lycaonius
Ursus pater: Ductas & ejus
Viderat ille notas per ora,
Rebatur, ursa progenitum truci,
Ut Africanus Scipio (credere
Si Livio fas est, ut ejus
Hancce fidẽ monumenta præbent)
*Ex anguis ut sit concubitu satus**
Nidorq; lactis non alius, nisi
Ursinus ex illo fluebat,
Ergo sui similem putabat
Ursus Josephum, tumq; parem sibi
Existimabat, rite pepercerat
Atrox ut urso sic putato,
Asi alios homines vorabat.
Crudele dictu, quodq; silentio
Duco tegendum, terribilem quia
Immanitatem mens abhorret
Hancce modo calamo referre.
Josephe *de te, deq; cubilibus*
Tuisq; cunis, atq; parentibus:
Successibus, gestisq; primæ
Sufficiat cecinisse vitæ.
Illustre nec non Magnificum Decus,
Posnanienſis Succamerarius
Summusq; Mæcenas, Supremus
Atq; meus benefactor ille
Efflagitavit, quod popularibus
Nunc his Josephum, te pedibus meis
Thalia, binis Christianum
Concelebraverit, ambulantem.

* Livius dec. 1. l. 6.

CAP.

CAPUT X.
DE
COMMERCIIS.

I. Conſpectus Capitis.

II. Frumentum Europæorum, Aſiaticorum, Americanorum: Arbor Farinifera & Aquifera. Radices Manioccæ loco Panis uſurpatæ: Uſus exiccatorum piſcium loco panis apud Lappones & Islandos.

III. Vina generoſiora apud Europæos & Aſiaticos; Cur Turcæ uſu ejus probibeantur? Cur in America interdictum ſit? Analoga Vini.

IV. Sal foſſile, Marinum, Fontanum.

V. Lacticiniorum uſus in Lapponia, Islandia & montanis Walliæ: Butyrum, Raritas ejus in Hiſpania: Caſei meliores.

VI. Greges Anglorum; Boves Poloniæ & Hungariæ.

VII. Cur Maria Septentrionalia Piſcoſiora ſint Auſtralibus? Piſcaturæ uſum nervum opum Accolarum Maris Balthici & Germanici fuiſſe. Rituum initiandi novitios Mercatores horum locorum moleſtiæ: Cur Mare Balthicum minorem Piſcaturæ uſum nunc præſtet, qvam olim? Harengarum, Aſellorum, Lingarum, Sardellorum, Thynnorum, Oſtrearũ, Balænarum captum.

VIII. Mala Aurea, Citrea, Uvæ paſſæ.

IX. Tobacci cultum & uſus, Folium Betele, Herba Thee.

X. Balſamum, Aloe, Saccharum, Manna, Oleum &ſs.

XI. Aromata: Caryophyllorum, Cinnamomi, Nucis Moſchatæ &c. proventus.

XII. Myrrha, Thus, Camphora, Muſcus.

XIII. Succinum, Corallia, Ambra &c.

XIV. Malorum Nauticorum collectio, Lignum Ebenum, Braſilianum &c.

XV. Panni, Goſſypium, Sericum.

XVI. De Ebore, Unicornu, Bezoar.

XVII. Metalla.

XIIX. Perlæ, Gemmæ, Adamantes celebriores Orbis.

XIX. Porcellanæ, Lacca & ſs. Artificialia.

XX. *De Re Monetaria variarum Gentium.*

I.

VIdimus hactenus Geocoſmum in ſe ac partibus, tum etiam Incolis ſuis: Qvas res ferat & qvomodo homines iis utantur, adhuc videndum; Nam intra tria hæc humana omnia verſantur, Perſonas, Res & Actiones. Res tamen non niſi per tranſennam hic exhibere licebit;

Accu-

Accurata earum descriptio n. prolixum & longi usus opus est, qvod manum solis literis tractandis assuetam præstando non esse ultro agnoscimus: Rerum nomine autem intelligimus qvicqvid ex Orbe in usum humanum convertì potest, unde tota *Mercium & Commerciorum* materies producenda est, ut sciamus qvid singulis in Regionibus proveniat, qvidqve ex iis nostris commodis inserviat, qvalia Frumentum, Vina, Lana, Panni, Animalia, Butyrum, Casei, Sal & Sale condita, Sericum, Gossypium, Margaritæ, Gemmæ, Aromata, Metalla &c. Qvæ omnia qvidem cap. V. & VI. jam delibata, sed ordini & pleniori cognitioni magis satisfactum iri ratî fuimus, si distinctim ea hoc Capite prosequeremur; Eritqve nobis Indicis loco, qvicqvid Doct. *Sprengerus* hunc in finem congesit in der kurtzen Wechselpracticke p. 12. & seqq.

II.

I. *Frumenti* h. granorum in qvotidiani victus usum necessariorum proventus fere ubiqve terrarum est: Non tamen ubivis idem, nec eâdem copia. Americani in suo Maiz acqviescunt. Asiæ maxima parte receptum est Oryzam loco Panis adhiberi, & illam qvidem non nisi coctam, cum molendina ibi fere ignorentur. Frumentum nostras in calidioribus istis aliisq; Orbis partibus hactenus non provenisse adnimadversum est; Et satà qvidem læte succrevisse, ad spicas qvoq; se composuisse, sed grana non protulisse visa sunt: Forte qvod tempestatem istarum Regionum patiens non sit, æqve ac nec Oryzæ Asiaticorum cultura tempestates nostras ferre potest. Nec proventus ejusin Europa nostra ubivis idem. Alicubi soli Provinciæ alendæ sufficit, non autem exportari potest, qvemadmodũ in Anglia & Scotia; Alibi Frumentum provenit qvidem, sed minori, qvam qvæ Regioni alendæ sufficere possit, copia: Ut in Hollandia & Seelandia, item in Territorio Senensi, ubi Frumentum læte provenit, sed toti Toscanæ prospiciendæ non sufficit. Et in Hispaniæ Provincia Andaluzia largas messes videre est, unde & Provinciæ Granarii Hispanici datum; Sed vix sextæ Hispaniæ parti alendæ par esse potest, Aliæ Regiones sunt, qvæ frumentum exportare possunt, ut *Ægyptus* pro Imperio Turcico, Russia pro Belgis & Anglis, qvi frumentum in Emporio Archangeli coëmunt: Poloni qvod habent Dantiscum avehunt, unde Belgæ accipiunt non tantum in propriis ipsorum Provinciis sed etiam in Hispania & Italia distrahendum, qvamqvam huic etiam à Sicilia aliqvid suppeditetur. Germania per Albim Hamburgum, & per Oderam Stetinum trans-

transfert frumentum Genuenſes Bonâ, & Veneti Tuni ex Barbaria ſibi proſpiciunt. Ad analoga Frumenti pertinent, qvæ Nationes eo deſtitutæ in ipſius, præcipue Panis, loco aſſumſere: Qvalis *Arbor Farinifera* in Inſulis Banda & Amboina, qvam Cluſius deſcribit *Exotic. L. I. c. III.* Plantæ Truncum femoris humani craſſitudinem ac decem pedum altitudinem æqvare, ſummo autem faſtigio in orbiculatum caput Braſſicæ capitatæ inſtar extuberare, atque in ejus medio naturam candidam farinam producere: Hanc homines tenuioris fortunæ affusâ aqvâ fermentare, pinſere, & in formulas qvasdam coctili latere conſtantes immittere, prunis ardentibus circumqvaq; poſitis: Panes palmari interdum magnitudine, unciali craſſitudine inde formatos, quàm diu recentes ſint & adhuc caleant, ita nude ab Inſulanis comedi, induratos in pultem verti. Sibi, inqvit Cluſius, deguſtatum hunc panem inſipidum plane viſum eſſe, injecto autem nonnullo pipere, Cinnamomo & Saccharo in deliciis eſſe poſſe. Eundem deſcribit *Saarius* & Arborem pariter ac panem Saeghem vocari tradit. Einen Baum wieſen ſie uns / den Sie Saegebaum hieſſen / welchen man auch häuffig in Banda findet / von ſtachlichten Blättern / deſſen Kern wie ein Mehl in ſich hat / das mit Waſſer gemenget einer Spannen lang und eine halbe Spanne breit formiret und gebacken / wieder in der Sonnen getrocknet / an ſtatt des Brodts gebrauchet / und gleich wie der Baum Saeghem genennet wird / weil kein Reiß daſelbſt zu finden / als den die Compagnie von Batavien hinbringet: Solcher Saeghem / ſo er noch nie gebacken / iſt eine Speiſe zwar elend genug / wie Holtz: Aber umb der Noth willen noch beſſer zu genieſſen / als wenn er älter wird / da er nicht wol anders / als in Waſſer oder einer Suppen geweichet / da es mächtig qvillet / genoſſen werden kan. Wenn mans auff der Gaſſen liegen ſiehet / ſolte es der Hunderſte für einen Spahn Holtz anſehen / doch iſt das von weiſſem Saeghem gebacken / das ſonderlich aus Ceram kommt / noch erträglicher als welches vom Rohten kommt / und Caſſabares heiſſet / derer Vögel Speiſe / die dahero auch alſo genennet werden. *Itin. c. II. p. 29. 30.* Aſſimilari poſſet *Arbori Aqviferæ* in Inſula Ferro, qvam attigimus *cap. V. §. XV.* & deſcribitur prolixe ab *Eduardo Lopez. Tom. XII. Ind. Orient. Germanice edito fol. 2. 3.* In America *Radices Yuccæ* Panis vices explent, qvi Biscocto Similagineo ſimilis, nec ſapore ingrato eſt: De conficiendi modo diſſerit *Wormius*: Radicem crudam cultro ab exteriori cortice liberari, totam dein-

de in particulas tenuiores scisſani bidui ſpacio ſoli ad exiccandum exponi. Siccatam esſe albisſimam, ut cretæ loco ad ſcribendum inſervire poſſet, tundi deinde in pollinem ſicqve panem coqvi albisſimum & cum optimo pane ſimilagineo certantem. *Muſ. Lib. II. c. XII.* Apud Lappones qvia Terra ob frigoris gravitatem Frumenti ferax non eſt, Exiccati Piſces in Panis & Serum Lactis in Zythi locum ſuccedunt. *Schäfer. Lappon. c. XIII.* Idem de Islandis ſuis teſtatur *Arngrim. Jonas Rer. Island. L. I. c. VI.* Et de Tataris Ceremisſis *Olear. Itin. Lib. IV. c. X.*

III.

Inter Vina excellunt, ad Rhenum *Hochheimenſia*, *Rinchgauenſia*, & *Bacharacenſia*; Sunt deinde *Vina Franconica*, *Auſtriaca*, in Rhetis *Veltlinenſia*: In Hiſpania generoſæ naturæ eſt *Vinum Alcantinum* à loco portu celebri, Ilice, quæ hodie Alicante, ita dictum; Et *Vinum Petri Simonis* ab Autore, qui Vites Rhenanas in Hiſpaniam transtulit, vocatum. A colore limpido *Secco* nomen, in quo eminet Canarienſe, ab Inſulis Canariis appellatum. *Vinum Hungaricum Tokayenſe* & Sermienſe in Auſtriam, Poloniam, Wallachiam transfertur. Et Tokayenſi nominetenus affine eſt *Tocatenſe*, Vinum magni nominis in Armenia. *Tav. P. I. L. I. c. II.* Candia *Vino Malvatico* ſuperbit, cui nomen tamen à *Malvaſia* Moreæ caſtello. V. *C. V. §.* XIII. In Italia melioris notæ ſunt *Vinum de Trebiano* in Territorio Florentino, *Vinum de Tabiano* in Territorio Genuenſi: *Vini Græci* proventus eſt juxta Neapolim: *Lacrimæ Chriſti* ad Veſuvium creſcunt; Nec ſequioris notæ ſunt *Vinum de S. Severino*, & *Vinum de Siracuſa* in Sicilia. In Territorio Romano ad Faliſcum ſeu *Mente Fiaſcone* colitur Vinum *Muſcatellinum*, cujus gratiam Sacerdotem ibi in majori quodam diverſorio ſectatum fuiſſe, eoq; occaſionem præbuiſſe iſti vulgo noto, licet male ſonanti dicterio: *Propter* eſt, eſt, *Dominus meus mortuus eſt*: Itinerum ſcriptores tradunt. Vid. *Ulyſſ. German. March. Chr. Ern. pag. 275.* Nec in Tractu Lombardico ignobilia vina proveniunt, quanquam dulciora pro inſalubribus habeantur ac auſteriori generi, quod *Garbo* dicunt poſtponantur. In Gallia fere tota Vini copia eſt, Britannia, Normannia & Picardia exceptis, quibus Vini loco non ingrata eſt Sicera. Deterioris notæ habetur V. Aurelianenſe; Melioris ſunt V. Auxitanum in Provincia, Beaunenſe in Burgundia, Frontiniacum ad Mompeliam, & pleraqve ad exteros efferuntur Rotomago ac Burdigala. In Perſia cultura vini celebris eſt Provincia *Schiras*, unde ę commune

Prover-

Proverbium inter Persas: Eum qvi commode vivere velit, debere habere Uxorem ex urbe *Yezd*, qvæ urbs pulchritudine Fœminarum claret, panem ex *Yesdecas*, & Vinum ex *Schiras*. Tavern. *P. I. Lib. I. c. IX.* Apud Muhammedanos Lege publica ejus usus prohibitus est, qvod factum à Muhammede opinamur, ut hac specie asseclas suos eo longius communione cum Christianismo arceret, cujus Sacra Vinum reqvirere sciebat; Hanc enim ob causam & Iudæi plurimi vino inter nos abstinent, qvia nos eo ad Idololatriam abuti calumniantur. V. *Avod. Sar. c. II.* Accesit altera, ne plebs amœnitate potus obruta officia militaria segnius curaret; Sed ejus minorem rationem haberi argumento est, qvod Tobacci usu aliisve Turcæ non minus se inebrient, qvam aliæ nationes poculis: Neqvid de clandestino ipsius Vini usu apud eos dicamus. Uvarum præterea esum pro illicito non habent. Ideo cum Solimannus Precios̃us edicto publico sanxisset, ne Vinum deinceps Constantinopolin importaretur, & Græci eradicatis viribus illis in locis, per qvæ iter facturum sciebant se animum ejus emolliturum sperarent, ille subtili distinctione inter Vini & Uvarum usum commentum eorum elusit. Evulserant jam vites suas earumq; acervis congestis alii viam compleverant, alii currus onerarant; Et venienti ad eum locum, quærentiq; quid molirentur Principi respondebant: *Quando sibi ejus edicto vini potu interdictum sit, se vites, quarum deinceps nulla futura sit utilitas extirpare, ut lignis ad focum utantur. At Solimannus: Non recte facitis, neq; mentem meam, ut debuistis, assecuti estis. Ego si vini abstinentiam indixi, non propterea vesci uva quenquam prohibeo. Inter præstantissimos fructus, quibus genus hominum donavit Deus, annumerari debent Uvæ: Harum recentium succo nihil vetat, quo minus fruamini, dum ne in doliis conditum pernicioso invento depravetis, atq; in alium vertatis usum. An vos Pomiferas Arbores, quod vinum non ferant, eradicandas censebitis? Quiescite, fatui, & vitibus vobis fructus laturis parcite.* ap. *Busbeq. Ep. Turc. IV. p. 237.* At in Americanis Hispanorum Regionibns universa cultura vitium prohibita est, cujus causam esse putant, nequid commercio Vini ex Hispania eo delati decedat; Accedit, qvod magna pars Americanorum ex usu Vini intereat, qvippe in ebrietatem per se propendentium, sed immodicum haustum ejus non perinde ac *Chichbam* suam ferre aptorum. Vid. *Voy. d' Esp. c. XI. & XIX.* Angli è contrario eandem negligunt, de qvo dictum *c. V. §. V.* Inter analoga Vini sunt: In Asia *Vinum Palmarum*, cujus

præparandi modum docet *Bauhinus L. III. f. 380.* & viribus Aqvæ ardenti per omnia ſimile eſſe prædicat. In Europa apud Anglos & Normannos eſt *Sicera*, potus ex Pomis expreſſus, de qvo itidem *ſupra c. V. §. V.* Et Cereviſiam noſtram potum ex hordeo aut frumento in qvandam ſimilitudinem Vini corruptum vocat *Tacitus de Mor. Germ. c. XXIII.* Apud Americanos eſt *Chicha*, potus ex Maiz confectus; Et Lappones cum frumento & Vini cultura careant, Lacte & ſero potus loco utuntur.

IV.

Sal uſuale triplex eſt *Foſſile, Marinum & qvod ex ſalſuginoſis aqvis per Coctionem extrahitur. Foſſile* in Calabria, Hungaria, & maxima copia juxta Cracoviam in Polonia eruitur, cujus fodinæ admirandis ſuis ſubſtructionibus ſubterraneis integram Civitatem referunt, ex qvibus Sal duritie Lapidis ſolidum inſtar ingentium Saxorum in ſubterraneis Cuniculis longe lateqve plateatim excavatis ferro exſcindunt. Sunt & alibi paſſim ejusmodi Montes, ut in Hiſpaniæ Alpibus circa Iberum, in Langvedocia Galliæ, Salinis urbe à Sale dicta in Burgundia, in Germania Halæ ad Oenum, ubi tamen ex montibus non eruitur Sal forma Saxorum, ſed intra ſalſuginoſa montium receptacula areas elaborant intra quas aqva dulcis derivata paulatim ſalſugine terteſtrium glebarum imbuta, deinde in prægrandes ſartagines cacabosqve per rivos deducta in ſal excoqvitur. *Certe ſi Roma Subterranea & Baumannicum Antrum excipiantur, nullum unqvam Subterraneum locum Salisfodinis Hallenſibus ſpectatu digniorem reperi.* Inqvit Celeberr. *Lambec. Comm. in Bibl. Cæſ. L. I.* In Aſia maxime celebrantur Montes Caſpii Sale onuſti. Ormuzia qvoq; tota ſale concreta videtur adeo vehementis acredinis, ut omnia conſumat corrodatqve, ut proinde nec planta aut arbor nec animal ibi vivere poſſit, nec etiam aqva potui apta reperiatur. V. *c. V. §. XVI.* In America circa litora S. Michaelis Saxa ex Sale ſcopulorum inſtar ſpectari teſtantur Itineraria.

Sal Marinum ex ſalſa Maris aqva extrahitur, & qvidem vel naturæ vel artis ope: Illud fit, qvando Maris ferventis æſtu aqua in ſpumas acta ad litora ſcopulosq; appulſa calore Solis in Sal convertitur. Artificiale fit aqvâ Maris in foſſas litori proximas arte factas vel vi tempeſtatum depulſa, vel arte etiam derivatâ, ibiqve calore Solis exiccata, qui præparandi mos Melitenſibus, Siculis, totiq; fere Italiæ communiſſimus eſt, excepta Calabria, in qva præter Marinum nobiliſſimi Salis Foſſilis qvoqve ingens copia; Et

Drepani

Drepani in Sicilia maxima inter cæteras Italiæ & Siciliæ Regiones abundantia Sal provenit & arte & natura factum. Qvod in Germaniam, Belgiam, Daniam, Suediam transportatur è Gallia haut procul Rupellis petitur.

Salis, quod ex Salsuginosis aqvis per coctionem extrahitur, Fontes in Germania nostra passim reperiuntur, ut Halæ Saxonum, cui veluti & aliis oppidis hujus nominis ab ἅλς, h. Sale, ipsum nomen est, ut Halæ ad Oenum, Halstadio in Austria, Saltzæ in Magdeburgensi Ducatu; Hauritur etiam Staffordiæ, Luneburgi &c. Qvorum causa procul dubio, qvod Rivi subterranei montes Salinos aut glebas salsugine refertas permeent, sicque salsugine imbuti fontem, qvo erumpunt, similiter salinum efficiant. Singulare est in Deserto Astracanensi versus Pontum Euxinum Lacus complures Sal tanta copia effundere, ut toti Russiæ inde prospiciatur: Idemq; Sal ab aere in superficie Aqvæ indurari & glaciei instar ipsi incumbere, odoremq; violaceum spirare. *Vid. Olear. Itin. L. IV. c. X.* Sola Suedia & Anglia sale carent, qvarum illa è Gallia, ista ex Portugallia ut plurimum, qvo opus habent, petunt. Bohemiæ ac Silesiæ è Polonia prospicitur. Plura de hisce talibus Vid. ap. *Kirch. M. S. L. VI. S. I. c. III.* & *Lib. X. S. IV. c. IX.*

V.

Lacticiniis plerumq; vitam exhibent Populi, qvos vel Tempestates duriores, vel Soli sterilitas, vel propria sæpe negligentia non alii, qvam curæ Rei pecuariæ alligat: Quales Lappones, T. *Schäfer. Lapp. c. XIIX.* Islandi T. *Arngr. Jona. Rer. Island. L. I. c. VI.* Tatari ap. *Olear. L. IV. c. X.* Hiberni ap. *Camden. Descr. Hibern.* Walli, *T. eodem in Descr. Angliæ*, & in universum montium asperiorum Incolæ, qvos Soli iniqvitas cultu Frumenti prohibet. Cæterum inter ea, qvæ in Commercium veniunt, *Butyrum* melioris notæ suppeditant Provinciæ Fœderati Belgii; Et à peculiari gratia commendari solet Butyrum *Delphense* in Hollandia, ac *Dixmuydense* in Flandria; In Gallia item Butyrum *Vanvrense*, cujus Libra Parisiis Qvadragesimali tempore sæpe XXX. & pluribus Solidis venire solet. In Castilia Butyrum adeo rarum est, ut in Pharmacopoliis fere tantum vendi soleat, non in familiarem aliqvem cibum, sed usum Medicum pro Emplastris conficiendis asservatum, qvod in peregrinatione sua expertus fuit Fridericus II. El. Palatinus, de qvo Vid. *Leod. Lib. VI. Vit. Frider.* *Casei* meliores sunt *Hollandici*, & in his *Tessellenses*, deinde *Helvetici*, *Parmenses*, ex Suedia *Scanici*, ex Anglia *Cestrenses*.

VI.

In Re Pecuaria Anglia excellit Gregum Bonitate: Cauſa reddita *c. V. §. V. Bobus* Hungaria Italiæ & parti Germaniæ Superioris proſpicit; Marchiæ, Sileſiæ, Saxoniæ, Poloniæ; Dani macilentos Boves ſuos *in* Belgium transmittunt impinguandos. Eſtqve celebre in Germania Forum Boarium Butſtadiæ in Thuringia.

VII.

In *Re Piſcaria* notamus I. Orbem Terrarum nusqvam Aquatilia majori numero aut mole producere, qvam in Septentrione: Cujus ratio videtur eſſe, quia natura ibi vim ſuam per vices exerit, ac dum per æſtatem eam exerere cogitur, hieme vires ſuas inſtaurandi copiam habet: Quod in locis, qvi calore Solis continuo afficiuntur, ſecus eſt; Hic enim qvia naturam indefinenter ad generandum invitat, ei vires minores relinqvit eoq; efficit, ut minori copia fœtus producat.

II. Piſcaturam iſtam Septentrionalem ab Accolis Maris Balthici, & Oceani Germanici ſuperioribus ſeculis maxime exercitam fuiſſe, eorumq; opes hoc potiſſimum nervo conſtitiſſe: Quinimo ipſos Reges Daniæ hinc divitias ſuas æſtimaſſe. Vid. *præc. c. VI. S. I. §. IX.* Qvodq; non quosvis promiſcuè opimis hiſce commodis frui vellent, placuit Bergæ Norwegorum, qui locus commoda ipſis Statio ſeu Stapula viſa, eademque â Regibus Daniæ ac Norwegiæ in hunc uſum impetrata fuit, Societatem erigi ac ſingulari Lege ſanciri, ne quis mercaturam faceret, niſi hîc ante in conventu ſociorum durioribus ritibus, quos das GarbenSpiel / das RauchSpiel / das StaupenSpiel dixere, per aliquot annos initiaretur: Qui cum moleſtiſſimi eſſent, & novitii ſæpe flagris ad necem usq; cæderentur, factum fuit, ut numerus & commoda inter paucos manerent. Veluti inter Viros Doctos præteriti Seculi in Germania Huſanus poſt primum actum, qvo miſerrime flagris cæſus & aqva maritima aſperſus fuerat, nuncium huic mercaturæ miſit & libris animum applicuit. Ritus ipſos refert *Coler. Calend. Perpet. ad M. Maj.*

III. Seculo a. ac noſtro præſertim tempore iſtam Piſcationis fortunâ in Mare Balthico immane qvantũ decreviſſe. Cujus cauſam eſſe ſuſpicamur, qvod creberrimæ in Oceano Deucaledonio exercitæ Piſcationes ipſi Piſces præripiat: Qvi, cum omni tempore in Oceano Septentrionali natalem ſedem ſuam habuere, olim in Mare Balthicum ſe contulerunt, dum per Freta locum

cum magis tranqvillum qvæsivere, æqve ac Pisces in Fluviis qvoqve talia loca maxime amare videmus, qvos turbis minus subjici sentiunt. Piscatores e. in medio itinere correptos intercipiunt, eiq; rei argumento est, quod Harengæ quidem adhuc in Mari Balthico capiantur, sed graciliores, & illo tempore, quando Belgæ jam meliorem earum partem abstulerunt.

IV. Piscaturam in specie qvod attinet, *Harengarum* Piscationem & usum soli Hollandi fere habent, neqve dubitant, qui Res Belgicas penitius inspiciunt, hanc Piscaturam tanqvam unam è principalibus fundamentis mercaturæ Belgicæ substernere. Qvodqve istud negociorum genus circa Britanniam imprimis tractetur, sæpenumero in Anglorum de enervando Belgio consiliis fuit, ut Rex Angliæ non armis vel aliis laboriosis molestiis Belgas affligeret, sed unice subditos suos juberet, Rem Piscariam eadem qva Belgæ soleant sedulitate exercere: Sic Belgis magnam partem opum præreptum, Regnum Angliæ vero commodis immensis auctum iri. Vid. *Joh. Keymon. Observ. de Piscatura Belgarum App. ad Contin. XVI. Diar. Eur.* & Anonymi Consilium de eadem re *Diar. Eur. Contin. VI. pag. 304. & seqq.* **Vorschlag welchen Sr. Kön. Mayst. in England ein Staatsmann daselbst fürgetragen / welcher gestalt England vermittelst des Heringfangs zum mächtigsten und reichesten Königreiche in der gantzen Christenheit könne gemacht werden.** Ipsa Piscatio autem ita fere se habet: Quod initio Junii mille & amplius naves majores emittant, quas *Buysas & Bussas* vocant, quarumve plurimæ centum & viginti, aliæ centum, sexaginta, quinquaginta Tonnarum seu dimidio tanti Lastarum sunt, impositis singulis XXIV, XIIX, XVI hominibus, quibus olim XXX vel XL Naves Bellicas adjungebant in defensionem ab Ostendanis & Duynckerkanis; Sed sumptibus hisce nunc parcitur, nec nisi VI vel VI ejusmodi naves in securitatem & defensionem à piratis adjiciuntur. Naves hæ deinde Hitlandiam versus pergunt, & usqve ad XIV Junii ibi subsistunt: Statuti enim loco inter Piscatores est, ne ante diem istam retia projiciantur, quod Harengas ad saliendum citius haut aptas esse autument. Hinc porro piscationem incipiunt, ac è regione Scotiæ & Angliæ Yarmoutham usque, h. totis CC. milliaribus progrediuntur, quo circa Festum San-Bartholomæanum perveniunt, & interjecto tempore bis vel ter Harengis replentur, quas aliæ Naves ipsis obviam venientes excipiunt, acceptasque Harengas in alias Regiones statim exportant. Quas vero post Festum

Bartho-

Bartholomæi in Regione Yarmouthenſi capiunt, non amplius ad ſaliendum idoneas judicant, ſed vel domum avehunt, vel Anglis Yarmoutham adventantibus libere vendunt, unde & Harengæ infumatæ fiunt. Lucrum qvod inde trahunt eſt maximum, & ſingulæ harum navium una vice repletæ MMD Imperiales putantur lucrari, quod bis vel ter repetitum, non poteſt non ſummam maximam efficere; Unde & tutores orphanis non melius proſpectum autumant, quam ſi pecuniam eorum in Buſſas ejusmodi impendant. De aliorum generum navibus minoribus, ut Pinkis, Galiottis & ſimilibus, quarum tria millia & amplius eodem fine emitti ſolent, dicere prolixius foret & poterit pluribus de hiſce talibus videri ante citatum Conſilium Anonymi ad Ser. Regem Angliæ de incrementis Regni Angliæ per capturam Harengarum, *in Diar. Eur. Cont. VI. p. 388. ac Joh. Keymon* itidem *Libr. cit.* Anglos vero quod attinet, *illi* etiam naves ſuas quidem emittunt, ſed vix ultra quadringentas, quæ non niſi VII hebdomadibus piſcaturam hanc exercent, & Menſe quidem Octobri ac Novembri, meliori piſcaturæ parte à Belgis jam finita; Neq; alto ſe committunt, ſed prope litora morantur, & ingruente tempeſtate in portus ſe recipiunt: Cum è contrario Belgæ totis XXVI hebdomadibus & usq; in finem Novembris fere in mari ſubſiſtant, nec adverſa tempeſtate aut alius periculi metu dimoveantur. Quam negligentiam prudentioribus Anglorum cordi eſſe ſcripta ſuperius laudata docent, ipſiq; Regi viſum fuit ſingularia Privilegia promovendæ piſcationis gratia publicare d. XXII. Aug. A. MDCLXI. Nec obſcuro eidem indicio eſt, quod jam tum Cromvvelli tempore Belgis interdictum fuerit, ne intra decimum milliare ab Anglia piſcarentur. Rationem *ſaliendi Harengas* primas invenit *Böckelius* quidam, Enckhuyſæ ſepultus, ferturq; Carolus V. Imp. in gratam rei memoriam ſuper ſepulchrum ejus Harengam talem ſalitam comediſſe.

V. Porro & *Aſellorum Lingarumq;* capturâ Piſcatio Belgica occupatur: Aſellis piſcandis qvotannis D. vel DC. Naves minores, *Pinkæ* dictæ, deſtinantur, qvarum ſingulæ XL. vel XXX. Tonnas capiunt. Naves hæ Vliſſinga, Zyrickſea, Veera aliisve locis ſolvunt, totoq; anno huic Piſcationi ſe impendunt, ac Piſces Sale conditos in alias Regiones avehunt, per hiemem vero recentes eosdem in Gallia, Anglia, ipſoq; Belgio copioſe diſtrahunt. Juxta Hitlandiam *Lingæ* capiuntur, Lingarum Hollandicarum nomine poſtea venditæ.

VI. Mare

VI. Mare Adriaticum *Sardellorum* usum præbet: Circa Fretum Gibraltar ad Insulam *Cadix* est *Thynnorum* piscatio, qui cum alias in Oceano Germanico degant, dum generare intendunt, angustum locum requirunt, adeoq; ad Fretum hoc magno numero commeant. Vid *G. Braun. Th. Urb. Tom. I. Tab. VI.* *Ostreæ* in Oceano Germanico & Deucaledonio capiuntur. *Britannicæ* omnibus anteferri solent, quamvis Norwegicæ eas magnitudine superent. V. *Worm. Lib. III. c. VI.*

VII. Balænarum captura in extremo Septentrione instituitur juxta *Gronlandiam*, *Spitsbergam*, Americam Septentrionalem &c. à Japaniis juxta Coream, à Chinensibus ad Insulam Hainan; Et Nautæ *S. Job. de Luz* ejus scientia præcipue excellere dicuntur. Vid. *Voy. d' Esp. c. 1.* Capiuntur harpagonibus recurvis, nomenq; singulare Harponerii ei qui capturæ huic destinatur, inde datum: Extat Descriptio Belgica hujus actus Descr. Region. Septentrionalium *p. 36. & seq.* Germanice ap. *Megiserum.* Neue Nordwelt *p. 391. & seq.* ac recentissime ap. *Frider. Martens* Spitzb. Reiseb. *c. IIX.* Usus pinguedinis & ossium animalium horum per universam Europam invaluit. In Islandia fontem ex ossibus Balænarum extructum commemorat *Megiserus l. c. p. 65.* Instrumenta domestica quoq; apud Islandos magno numero inde formantur. Neq; ossa ista Gigantea per Civitates Germaniæ, Belgii & alibi ostendi solita, quæq; modo costas, modo scapulas Gigantum esse credimus, alia sunt, quam ossa Balænarum.

IIX.

Malis *Aureis*, *Citreis*, *Punicis* Hollandi in Hispania Naves suas onerant, deficientibus aliis mercibus. Circa Genuam Mala Citrea melioris notæ proveniunt; Mala Aurea quæ Mirangole vocant juxta Cajetam in Regno Neapolitano; In Sicilia Mala Punica excellunt. *Uvas passas minores* ex Zacyntho, Candia, *Majores* nobiliores Malaga afferunt.

IX.

Tobacci solum Natale est America, & in ea præcipue *Virginia*; Nec minus læte nunc in Europæ variis partibus germinat, ac nusquam lætius quam in Agris Gloceſtrienſibus Angliæ, adeo ut cum Tobacco Virginiano in prærogativæ contentionem venerit: Cujus cultura tamen Edicto Regio cohibita fuit, de quo *V. c. V. §. V. n. IV.* Jacobus Angliæ Rex in *Misocapno* scribit, hanc unice & Luem Venereum cæteras Orbis partes ante detectam Americam non habuisse; Et usum ejus nec victorem victis injunxisse, nec Regem sanxisse, nec Medicum consuluisse; Sed ignoti orbis negocium cum

tribus Barbaris & Barbaræ hujus mercis disciplina huc appulisse: Barbaros brevi mortem oppressisse, morem Barbarum etiamnum vivere. Seq; maximè mirari tam gratum hactenus mansisse, cujus autor parum gratus & causa tam pudenda extiterit. Constare enim Americanos & torrente cœli positu & adusta corporis Constitutione facile venerea lue tentari, & Tobacci accensi nidore uti ut familiari antidoto; Atq; hinc eos qui ab illis in Europam hac lue infecti redierint, ne non satis esset diræ ægritudinis contagio Christianum orbem polluere, tetrum qvoq; suffumigium hoc communicasse, ut utriusq; veneni autores unum scilicet altero expellerent. *Op. Reg. f. 200.* Ad Analoga ejus referendum *Folium Betele* Orientalium, cujus masticatione illi non minus ac Europæi & Americani fumo Tobacci, capiuntur, patetq; usus ejus per universam Persiam, Indiam, & quicquid est ulteriòris Asiæ; Præparatur cum Aracca, quod Nucum genus est & calce viva, sicq; cum amarorem præ se ferat, non ingratum saporem accipit. Allegant Orientales se eo uti, ut anhelitum oris svavem reddant, cujus graveolentiam maxime abominantur: Unde opulentiores nunquam prodeunt, nisi manducato folio *Betele*; Tenuissimæ a. sortis homines eo abstinere coguntur, ne fastus accusentur: Qvi in luctu sunt, eo itidem abstinent, velut gratiam nullam aucupantes. Unum ejus incommodum est, quod Calx viva, quacum præparata est, Dentes arrodere soleat, unde raros apud Javanos, cæterosve Indos videre est Dentium ordines, nec semel conspiciuntur nondum juventutis terminos egressi Dentibus omnibus carere, ob crebrum Betele hujus usum. V. *Bont. de Medic. Ind. p. 24.* Eodem loco venit *Herba Thee*, seu *Cha*, materia potus consvetudinarii olim Persarum, Indorum, Chinensium & Japanensium, nunc vero ad Europæos quoq; translati. & in Belgio, Anglia, Gallia non ignoti. Natale solum ejus est Regnum Chinæ, creditur q; calore suo interiores partes corporis blande afficere. Vid. pluribus Neuhoff. Chin. Reisebeschr. *fol. 324. 325.*

X.

Inter Succos in commercium veniunt *Balsamum*, *Aloe*, *Saccharum*, *Manna*, *Oleum &c.* Balsami seu Opobalsami nativum solum est Arabia: De qvo Vid. *Prosp. Alpin. singulari Tr. simul Libro ejus de Plantis Ægypti* edito. *Balsamum Animæ* ex arbore districtus Paraibe colligitur. *Balsamum Indicum* ex Hispania Nova & Peruvia affertur. *Aloe* melioris notæ ex Insula Socotora petitur, unde Aloe Socotorina. Vid. *præc. c. V. §. XV.* *Saccharum* itidem debetur *Americæ* & præcipuè Insulis ejus ac Brasiliæ:

Qvan-

Qvanqvam *Canariæ* & *Madera* etiam eo nomine commendari mereantur, qvarum Saccharum ſvavitate & candore reliqvum omne excellit. De confectione ejus V. *Worm. Muſ. Lib. II. c. IV.* Et inprimis *Anonymum Deſcriptione Americæ* Anglice edita A. MDCLV. *Lib. I. c. X.* Idem *Neuhof. Beſchr. Chin. L. XV.* In Septentrionalibus Europæ & Aſiæ partibus, ut Ruſſia, Lithuania &c. ejus vices à *Melle* explentur, qvo Auſtrales Orbis partes fere carent, ſeu ob naturalem conſtitutionem Terræ, ſeu quod continuo Solis calore nimium diffluat, nec condenſari poſſit. *Manna* iterum Mellis genus eſt, & *Mel Roſcidum* vocari ſolet, de qva videndi *Donatus ab Altomari* & *Joh. Chryſoſt. Magnenus* ſingularibus Libris. *Manna noſtra Germanica* v. non Mel, nec Succus eſt, ſed Semen Graminis, qvod vocant *Gramen Fluviatile Pannicula Oblonga*. *Oleum* proferunt Hiſpania, Gallia, Italia & in ea cumprimis Apulia in Regno Neapolitano, ubi Veneti id coemunt, Belgæ v. in Hiſpania: Nobiliſimum habetur in Provincia, *La Provence*, parte Galliæ.

XI.

Aromata præbet India Orientalis, eorumq; commercio Belgæ potiſſimum & Portugalli hactenus gaviſi ſunt. Portugalli qvæ accipiunt in Hiſpania & Italia diſtrahunt; Belgæ autem in Gallia, Germania, reliqvisq; Regionibus Borealibus Europæ. *Piperis* melioris proventus eſt in *Litore Malabarico*, deinde in *Bantamenſi* Inſulæ Javæ Regno, maxime vero in Sumatræ Regno *Jambienſi. Bont. de Med. Ind. L. I. p. 27. Cinnamomum* ſeu Canellam profert Inſula Zeilon ejusq; monopolio, cum ante Portugallorum eſſet, nunc Belgæ gaudent, qvod exiguo ipſis precio, at multo ſangvine conſtitit, teſtaturq; *Saarius* ſe durante Bello Portugallorum ac Belgarum in hac Inſula VIM, Belgas & XXM. Portugallos ſpacio octennii interfectos annotaſſe. *Itin. p. 72.* Habetur qvidem etiam in Inſula Java & Litore Malabarico; Item in Peruviæ Provincia Qvito, ſed minus nobile. *Nucum Moſcatarum* ac proinde & *Macis* proventus maximus eſt in *Inſulis Bandanis*, veniuntq; itidem in ſolum Belgarum commercium, qvippe Dominorum omnium Inſularum. *Caryophylla* in Moluccis & Amboina naſcuntur. *Gingiber* provenit in omnibus Indiæ provinciis; Optimum eſt Malabaricum, deinde Bengalenſe. Provenit & in vicinis Africæ Inſulis Madagaſcar &c. *Crocum* profert Barbaria, Italia, Hiſpania, Gallia, Britannia, Hungaria, de cujus indole Vid. *c. V. §. V.* Habent & Crocum Indicum, ſed ille Radix eſt *Curcumæ* nomine alias nota. Plura de Aromatibus Vid. in *Hiſtoria Aromatum Garciæ ab Horto* Pro-Regis Indiæ Medici, qvem edidit & notis illuſtravit *Car. Cluſius*

sius Exoticorum L. VII. & *Christoph. à Costa L. IX. Exot. Clusii.* Adde *Jobi Bontium de Medicina Indorum*, quo itidem notæ in *Garciam ab Horto* habentur, & *Wormium in Musæo Lib. II.* passim.

XII.

Ex Odoratis *Arabia Felix*, *Myrrha*, *Thure*, aliisq; abundat: *Camphora* melioris notæ in Insula *Borneo* provenit. Vid. *c. V. §. XVII.* Camphora Sinensis & Japanica longe hac est deterior. *Arn. Mont.* Ges. nach Jap. *f. 377.* *Muscus* maxima copia in Regno *Boutan* habetur, unde *Patnam* primariam urbem in Regno Bengala defertur.

XIII.

Succinum, Ambra Citrina aliqvibus, *l' Ambre Jaune* Gallis dictum, *Borussiæ Electoralis* veluti propria est, in cujus litoribus copiosissime colligitur, Aliis in locis qvidem etiam invenitur, sed parcius. Ipsumq; *Succinum Fossile* nonnullibi deprehensum. V. *Worm. Mus. Lib. I. c. XIII.* Generatio ejus adhuc in obscuro est: Et Animalcula intermixta non ingrato spectaculo sæpe ostentat, dubium utrum Naturæ Pictricis opere, an qvod, dum liqvidum adhuc esset, inciderint? *Coralliæ* in Europa minoris; At in Asia maximi fiunt, præcipuè apud Japanios, qui nec Perlas nec Gemmas, sed Corallium elegans summopere æstimant. Exempla Vid. apud *Tavern. Part. II. L. II. c. XXVIII.* Colliguntur in Mari Mediterraneo juxta Sardiniam, Corsicam & Majoricam, item juxta Siciliam è regione Drepani, & ad Cataloniam circa *Capo de Quiers.* Eorundem Mare Rubrum est feracissimum, ex cujus fundo subinde ingens à Piscatoribus Corallinarum Arborum copia, cerasо nostrati vix cedentium eruitur, immo in tantam subinde altitudinem crescunt, ut extra ipsam pelagi superficiem cornua, non sine navium impedimento & periculo extollere videantur, nec in uno aliqvo loco, aut in exiguo aliqvo tractu, sed in pluribus hujus Maris locis & in tractibus ad aliqvot milliaria exporrectis hujusmodi Submarinæ Silvæ comperiuntur. *Kircher. M. S. Lib. II. c. XIV.* Conf. *Neitschutz. P. III. Lib. VI. c. IV.* *Ambra Grisea* è Regione Meliadæ, Africæ Regionis, inprimis circa Ostia Fluviorum & in specie Fluvii seu *Rio di Sena* copiosius se offert. V. *Tavern. P. II. L. II. c. XXIII.* Invenitur etiam ad Insulam *Amakau* juxta Sumatram, Vid. *c. V. §. XVII.* & aliis locis Archipelagi S. Lazari. Nusqvam acceptior est, qvam apud Chinenses, qvi in incensu ipsius singulare magnificentiæ argumentum qværunt, unde & inter Reservata commercia Societatis Indicæ Belgarum est, à qva Chinenses eam Bataviæ emunt. Vid. *Tavern. l. c.*

XIV. *Ma-*

XIV.

Malis Nauticis aliisq; ad Fabricam Nauticam pertinentibus inserviunt Silvæ Norvegicæ, Germaniæ citerioris, Borusficæ &c. *Ebenum* optimæ notæ in Insula Mauritii extat, ex qva Fabri Lignarii varia splendore & pulchritudine eximia opera fabricare solent. Vid. *Clus. Exot. cap. IV.* Sed precium ejus nunc evilit, postqvam nobilius aliud Lignum in tales usus adhiberi cœpit. De ratione præparandi Ebenum Vid. *Tavern. P. III. L. II. c. V.* Brasilianum ipso nomine patriam ostendit. *Guajacum* itidem ex America est: *Lignum Nephriticum* ex N. Hispania & Mexico, *Santalum Rubrum* ex Litore Malabarico, *Album & Citrinum* ex Insula Timor & Malacca.

XV.

Pannos meliores Carthagena ex Hispania Genuam & Florentiam, ex Anglia & Belgio, in qvo Lugdunum præprimis pannificio eminet, in Germaniam, Daniam, Sveciam, Russiam & alios Septentrionales tractus transferunt. In Hispania Lanæ Mercatura excellit *Oppidum S. Sebastiani*, in Hibernia *Galbasia*. *Gossypium* in Sicilia & Cypro colitur: Optimum in Malta colligitur, sed minus copiose. Idem in Regno Chinæ nunc provenit ac in usum commerciorum cesit. V. *Neuhof. Beschr. Chin. cap. XV.* Sericum magno numero in Murcia & Sicilia colitur, unde Genuam, Venetias, Florentiam, aliaq; in loca exportatur: Siculum tamen decrementa ingentia cepit per incendium Montis Ætnæ A. MDCLXIX. Vid. *c. VI. § VI.* Nobilissimum Sericum Album in Regno Chinæ provenit. Armeni è Regno Persiæ ingentem Sericarum & auro intertextarum rerum copiam adducunt. Neapoli ac Londini melioris notæ Tibialia Serica conficiunt. Genuæ *Sericum villosum* optimæ notæ elaboratur, ac præterea Neapoli, Perugiæ, Venetiis.

XVI.

Asia & Africa *Ebur* porrigunt; America qvia Elephantes non habet, eodem caret: Qvam proinde nec Ophiram Salomonis esse posse supra innuimus, qvia Classis Ophirica Ebur attulit. De *Unicornu* dubium an aliud detur, qvam *Dens Piscis Narvhal* in Oceano Septentrionali; Qvicqvid enim vel ad descriptionem, vel usum veri Unicornu reqviri potest, id omne in Dente hoc deprehenditur: Quod nim. totum sit solidum, anfractuosum & spiris qvasi lineamentis decenter involutum, colore non dissimili Ebori vetusto, h. ita pallidum, ut subflavi qvid habeat; Usus etiam prorsus respondet, qvod sit efficax qvoddam antidotum adversus venena, qvæ V. ap. *Worm. L. III. c. XIV.* Qui etiam ne Dentem esse dubitemus, Radices ejus, & ut

Cranio inferatur, ut alveo suo infixus sit, ibi singulariter describit. *Lapis Bezoar* in Provincia Regni *Golconda* ex Capris quibusdam Silvestribus colligitur: Melioris notæ est, qvem ex Insula *Macassar* afferunt atque in Simiis generari credunt. Vid. *Tavern. P. II. L. II. c. XXIV.*

XVII.

Inter Metalla *Aurum* in Africæ *Litore Aureo* divite copia colligitur, in Asia aliquid habetur in *Japania*, *Regno Chinæ*, *Insula Macassar*, *Sumatra:* In Europa sunt Aurifodinæ Hungaricæ, & in Silesia Zugmantelanæ, quibus olim accesere, *Reichensteinenses & Aurimontanæ*: Idem in Rheni Ripis quæritur. At nusquam major Auri Argentique copia hactenus deprehensa, quam in Regni Peru celeberrima *Potosi* Montana Provincia sub XXI. gr. latit. Austr. De qua Vid. plur. *Kircher. M. S. L. X. S. IV. c. IIX.* Quanquam alias omnis ille Tractus Americæ à Tropico Cancri usq; ad Tropicum Capricorni Auri cæterorumq; Metallorum feracissimus sit. *Argento* universa Asia prope caret, sola Japania excepta, in cujus montanis invenitur. At in Germania largius provenit, in Tractu Harcinio & Misnia, unde nomen Metallifodinarum Fribergensium, Annebergensium, Snebergensium, in Bohemia Cuttebergensium &c. In Svedia itidem aliquid detectum, indeque nomen datum adjacenti oppido Silberberg) Vid. *Chapuzeau Europ. Viv.* *Cuprum* & Plumbum magno numero è Suedia affertur; In Hungariæ Fodinis, quas Herrengrund dicunt magno Cæsaris annuo proventu Cuprum optimæ notæ ex Ferro conficitur. De modo & causa Vid. *Kircher. M. S. L. X. S. IV. c. X.* Stannum ex Angliæ Provincia Cornvallia insigni copia educitur. At detectæ in Asia Stannifodinæ Delegore, Sangore, Bordelon, Bata, effecerunt ut minori ibi nunc precio valeat. *Ferrum* ubiq; fere locorum provenit, quod divinitus haut dubie ideo factum, quia nihil in humana Oeconomia sine ferro confici potest. De Insula *Ilva seu Elba* in Mari Tusco singillatim memorandum, in ea tantam esse Ferri minerarum copiam, ut tota Insula non nisi Ferrum dici possit, quod etiam non infimæ notæ est, sed nobilissimum & præstantissimum omnium. Argenti vivi fodinæ in Hispania, & Hydriæ in Carniola habentur.

XVIII.

Perlæ meliores in Asia inveniuntur in Mari Persico circa Insulam *Bahren*, qvæ Regis Persarum est & præsidio CCC. militum custoditur; Tum ad Urbem *Catifam* in litore Arabiæ Felicis. Pulcherrimæ licet mole minori pro-

prodeunt ad *Manaram* Insulæ Ceylon. Habentur etiam *juxta Japaniam*, sed minus solicite qværuntur, qvia Japanii eas non æstimant. In America inveniuntur in Sinu Mexicano è regione N. Hispaniæ juxta *Insulam Cubaguam*, *Insulam Margaritam*, *seu Perlarum*, *Comogotam*, *Fluvium seu Rio de la Hacha*, & *S. Martham*, qvæ mole majori, sed gratia minori qvam Orientales sunt. Vid. *Tavern. P. II. Lib. II. c. XX.* Qvanta copia Columbo primũ oblatæ fuerint, Vid *Hist. Navig. tertiæ Ejusdem.* Seriem ac Descriptionem meliorum totius Orbis V. ap. *Tavern. c. XXII.* Maxima omnium est in Gazophylacio Regis Persiæ ex Piscatura Catifensi accepta & precio 32000. Tomanorum Persicorum seu 1400000. Librarum Gallicarum æstimata. Inter Gemmas *Adamantes* è Provinciis Indiæ Orientalis Bisnagar & Decan eruunt; Icones preciosissimorum Vid. ap. *Tavern. cit. cap. XXII.* Adamantem Florentinum in specie etiam exhibet Eslinger Ital. Wegw. *Gemmæ Coloratæ* in Asia duobus locis copiose inveniuntur, in Regno Pegu, monte *Capelan* duodecim circiter dierum itinere à Regia Siren disito, & in fluvio è Montanis in medio Insulæ Zeilan defluente. Easdem in Montanis Bohemiæ, Silesiæ ac Hungariæ invenire est, solentq; Granadi Silesio-Bohemici ipsis Orientalibus anteferri. Icones preciosissimorum Rubinorum V. *ante cit. l. Tavern.* *Smaragdi* videntur Americæ Originem debere. *Turcoides* in Regno Persiæ nascuntur. *Achates* in Europa & Asia passim: Ubi præcipue commemoranda Patera ex Orientali Achate Diametro Ulnæ Viennensis minus duobus digitis in Gazophylacio Cæsareo custodita, eo autem nomine maxime admiranda, qvod in concava ejus parte cernatur nativo macularum concursu figurata Inscriptio B. XRISTO R. S. XXX. veluti ipsa rerum natura inæstimabilem illam stupendæ magnitudinis Gemmam Christo, tanqvam Deo ac Conditori suo dedicasset. V. Nobilisf. *Lambec. Bibl. Cæs. Lib. I. fol. 25*, Fertur è reliqviis Thesaurorum Ducum Burgundiæ esse, atq; Icon ejus simul alijs Vasis majusculis Smaragdinis & Amethystinis æri inciſa publice prostat, de qva tamen non dubitamus asserere, Literas Inscriptionis longe clarius in ipso Prototypo, qvam in Ectypo hoc videri.

XIX.

Inter innumera Artificialia celebris est *Porcellana* Chinensium, de qva dictum *c. VI. S. II. §. penult.* Japanenses operibus Lacca inductis eminent. Vid. Ges. nach Jap. *fol. 377. & Kircher. Chin. lll. P. V. p. 221.*

XX. In-

XX.

Instrumentum permutandarum mercium Moneta est, de cujus valore naturali, Liga, Pondere, valvatione, Valore Legali, Jure cudendi, consulenda Scripta Politica. Hic tantum ad variam apud Gentes Germanicas seriem & usum ejus aliqva breviter annotabimus & desinemus. In Belgio hoc ordine & nomenclatura venit; Deut / quorum octo Stuferum explent, Ortchen / h. 2. Deut, Halve Stüfer / 4. Deut; Blanck / 6. Deut; Stüfer / 8. Deut / qui proxime ad 2. Dreieros nostros accedit; Braßpenning / 1 Stüfer und 2 Deut; Dubbeltchen / 2 Stüfer; Stoter 2½ Stüfer; halve Schilling 3 Stüfer; Schilling 6 Stüfer; Halve Gülden 10 Stüfer; Gülden 20 Stüfer; Ducaton 63 Stüfer; Pund Groot / 6 Gülden / quod & pund Vlamisch vocant. In Anglia talis est: *Farthing*, Moneta cuprea vel orichalcea; quam in certam summam cudere unicuiq; licet, constituitq; quartam partem Denarii seu Peny; *Peny* nostros 2 Dreieros fere exæquat; *Groate*, 4 pence; *Shilling*, 12 Pence; *Crowne* 5 Shillings; *Noble*, 6 Shillings & 8 Pence; *Marcke* 13 Shillings & 4 pence; *Pound*, & *Pound Starling* 20 Shillings. Sed communis computandi ratio est per Libras, h. *Pound*, Shillings, Penies, & Farthings: Ut apud Belgas per Florenos, Gülden / Stüfers / Deuts. In nostris Germaniæ tractibus numeramus per Heller / Pfennige / Dreyer / Groschen / Thaler; Antiquior numerandi modus fuit per Marcas, quem & Hamburgenses hodienum in Argento retinent, in Auro Imperium: Marchici & Saxones eodem usu Sexagenas, Schock / substituerunt, precio utriusq; ad IIX, nonnunquam tamen ad XXXIII. Grossos nostros surgente. Alibi *Shillingis* utuntur; In superiori Germania per Florenos summas majores ducunt. Ad ambiguum usum Nominum facit qvod *Schillingi* apud Hamburgenses sint VI Obulorum, apud Pomeranos & vicinos eorum, octo Ob. In Dania trium, apud Belgas trium nostrorum Grossorum, in Anglia fere sex Grossorum. *Grossi* nostri quatuor Dreieros nostros æquant; In Austriacis ditionibus & maxima parte superioris Germaniæ itidem quidem quatuor Dreieros æquant, sed valore tribus nostris tantum pares. *Floreni*, die Gülden / in superiori Germania & Pomerania sunt XVI. Grossorum nostrorum; In Marchia nostra XVII. In Saxonia XXI. in Belgio fere X. De origine Nominum horum actum *c. VI. S. I. §. V. n. 2.* Vid. pluribus *Marq. Freher. L. II. de Re Monet. Germ. Imp.*

HISTO-

HISTORIÆ
ORBIS TERRARUM
PARS II.
HISTORIA CIVILIS.

HISTORIÆ
ORBIS TERRARUM
PARS II.
HISTORIA CIVILIS

HISTORIÆ CIVILIS
CAP. I.
DE REGNO HISPANIÆ.

I. *Scriptores de Rebus Hiſpanicis.*
II. *Loca Juriſdictioni Hiſpaniarum Regis ſubjecta: Lites inter Gallum & Hiſpanum de Navarræ Regno; Inter Pontificem M. & Hiſpanum de Regno Siciliæ: Cur Hiſpanorum omnium, Europæorum interſit à vicinis Freto Gibraltar partibus Africæ Mauros arceri? De Jure Regis Hiſpaniæ in Americam: Bulla Donationis Alexandri VI. P. M.*
III. *Magnitudo Potentiæ Hiſpanicæ, Conſilia de Nova Monarchia erigenda.*
IV. *Hiſpaniam in ipſo flore potentiæ ſuæ domi imbecillem fuiſſe: Defectus Hominum & opum in Hiſpania cauſa.*
V. *Cur Hiſpania non potuerit in eodem potentiæ faſtigio perſiſtere?*
VI. *Periodi Regum Hiſpaniæ.*
VII. *Series recentiorum Regum Hiſpaniæ, eorundemq; characteres.*
VIII. *Integer Titulus hodierni Regis Hiſpaniæ: De Catholici Titulo monitum.*
IX. *Prærogativæ contentio inter Hiſpaniæ & Galliæ Reges.*
X. *Prætextus Sacrorum in Conſiliis Hiſpanicis.*
XI. *Negocia inter Pontif. Maximum & Hiſpaniæ Reges.*
XII. *Inquiſitio Hiſpanica.*
XIII. *Hiſpanorum Gravitas & Punctualitas.*
XIV. *Odii inter Hiſpanos & Gallos conſideratio: Æmulatio inter Reges Galliæ & Hiſpaniæ.*
XV. *Primarii Miniſtri Hiſpaniæ, Granvellani ambo, Gonzaga, Mendoza, Dux de Lerma, Comes de Olivarez.*
XVI. *Prima Dignitas in Regno Hiſpaniæ, Procerum ibidem jura.*
XVII. *Singularia Aulæ Hiſpanicæ.*
XVIII. *Singul. in Sacris in Hiſpaniis.*

I.

IN Historia Civili initium ducimus à Regno Hispaniæ tanquam capite Corporis istius, quo cohærent Regiones Europææ. Autores, qui commemorari merentur, sunt, *Tomi IV. Hispaniæ illustratæ* edentibus *Johanne Pistorio & Andreæ Schotto*, Lucius Marineus Siculus, *de rebus Hispaniæ memorabilibus L. XXII.* Johannes Vasæus *Chronico Hispaniæ*, Johannes de Läet *Commentario de Hispania Lugdun. An. MDCXXIX.* qvi omnes de Rebus Hispanicis collectim egerunt. Inter Chronographos eminent Rodericus Ximenius *de Rebus Hispaniæ L. IX.* Ludovici de Mayerne *Historia Generalis Hispaniæ*, Michael Ritius *de Regibus Hispaniæ L. III.* Stephanus de Garibay *in Compendio Historiæ Hispanicæ*; Et qvi reliqvos omnes antecellit *Johannes Mariana* Historia de Rebus Hispaniæ: Cujus editio Toletana A. MDXCII. & in T. II. Script. Hisp constat Libris XX. Moguntina a. A. MDCV. correctior & Libris X. auctior est. Scripsit in eum *Petrus Mantuanus* Secretarius Conestabilis Castiliæ *Advertencias a la Historia de Jvan de Mariana, enqve se emienda gran parte de la Historia de Espanna.* Ad Historiam Antiquam facit *Johannes Margarinus Episcop. Gerundensis Paralipomenon Hispaniæ Libris X. in T. I. Scr. Hisp. p. 9.* Ad Geographiam, *Ludovici Nonii Hispania in T. IV. Scr. Hisp. p. 474.* Ad eandem simul Historia Civili Hispaniæ pertinebit *Hub. Thom. Leodius* in Vita Friderici Palatini, & recens Autor *des Voyages d' Espagne*, qvi etiam Germanice prodiit, A. MDCLXX. De Claris Hispaniæ Viris profert Tractatus *Alphonsi Garsiæ Matamori*, & *Valerii Andreæ Taxandri* Catalogus Clarorum Hispan. Scriptorum Mogunt. MDCVII. De Dignitate Regni Regumqve Hispaniæ scripsit *Jacobus Valdesius:* Nobiliarium Genealogicum adornavit *Alphonsus Lopez de Haro*, & *Gregorius Lopez Excellentias del Reyno de Espanna.* De Antipathia Gallorum & Hispanorum Vide *Carolum Garsiam* Venet. MDCVII. in 12. De Sanctis Hispaniæ *Laurentium a Padilla*, De Conciliis Hispaniæ *Garsiam Loaysam*, qvi Præceptor fuit Philippi III. Hispaniæ Regis, post Archiepiscopus Toletanus factus. De Inqvisitione Hispanica egit *Ludovicus a Paramo* de origine & Progressu Officii Sanctæ Inqvisitionis ejusqve dignitate & utilitate Libr. III. Madrit. MDXCIIX. fol. *Cæsar Carena* Tractatu de officio Sanctissimæ Inqvisitionis & modo procedendi in causis fidei, Cremon. MDCXLI. fol. Et è nostris *Reginaldus Consalvus* Montanus in artibus aliqvot sanctæ Inqvisitionis Hispanicæ detectis, qvi & Germanicè prodiit *Amberga MDCXI*, Interprete *Joachimo Beringero*.

I. Geo-

II.

I. Geographicam Hiſpaniæ Noticiam exhibuimus præc. P. I. c. VI. Hic qvæ loca Jurisdictionem Hiſpaniæ Regis excipiant, exponendum erit: Suntqve illa prætet Caſtiliam & Aragoniam 1. *Navarræ Regnum*, qvod Ferdinandus Catholicus A. MDXII. Johanni Labretano ultimo totius Navarræ Regi eripuit 1. prætextu negati innoxii tranſitus, qvem petierat, cum Ludovicum XII. bello aggredi conſtituiſſet. 2. qvod amicitiam coleret cum Ludovico, utpote Eccleſiæ hoſte & eapropter à Pontifice M. excommunicato. Sed puduiſſe Hiſpanos hujus facinoris patuit ex conſiliis Caroli V. ad Philippum II. filium, qvibus inter alia monuit Philippum, ut Johannam Labretanæ Familiæ heredem in uxorem duceret, ſed, ſi poſſet, ea Lege, ut jus ſuum in Navarram Philippo conferret. Id unum n. cogitabat Carolus, ut de Navarræ occupatione Labretanis ſatisfaceret, & eam Hiſpaniæ portionem cæteris Regnis indiſſolubili conjunctione adjungeret, itaqve Johannam in poteſtate habere cum bona Patris Henrici gratia cupiebat. V. *Thuan L. 1. p. 5. & L. XXI. ad A MDLIIX.* Eademqve, mollius tamen, repetiit Philippus II. in monitis ad filium Philippum III. Navarreni Regni Quæſtionem ſuæ fidei a Patre ſecreto codicillo commendatam teſtatus, ſed variis occupationibns diſtrictum non potuiſſe illam diligenter diſcutere, proinde filio mandare, ut momenta Cauſæ a peritis & probis hominibus examinanda curet, nam non niſi juſtas Regni occupandi cauſas Ferdinandum habuiſſe patrem & ſe ſemper exiſtimaſſe, & ea tempora poſtea incidiſſe, qvæ Providentia Divina factum id arguerint, ne nimirum Regnum propter viciniam Aragoniæ & Caſtellæ ad omnes caſus opportunum & alioqvi Franciæ ſectario veneno ab illa parte contaminatæ contignum in eorum poteſtate eſſet, qvi eo malo infecti totam Galliam eodem inficere non deſinant: Tamen velle & jubere, ut de jure qvod majores ſui habuerint, amplius conſultetur, & ſi qvid in ea invaſione præter jus & æqvum factum comperiatur, damnum & jactura poſſeſſoribus antiqvis modo ac ratione, qvi videri poſſit æqvior, ſarciatur, ita ut ante omnia Religionis & Regnorum ſuorum tranqvillitatis ratio habeatur. *Thuan. L. CXX.* Sed manſit interea Navarra penes Hiſpanos, & Labretanum oportuit ſparſas Regni ſui reliqvias incolere, nempe Provinciam de Baſqves, de Donnezan & Bearniam, qvibus acceſſere Comitatus de Foix, Bigorenſis & Armacanus, qvos à Rege Galliæ accepit.

II. In Italia primo Hiſpanici juris eſt *Regnum Neapolitanum* ſeu Sicilia cis Pharum. Sed qvod Feudi loco a Pontifice M. accipitur, cui Rex ea pro-

pter qvotannis eqvam albam ephippio & ornamentis ex holoserico rubro ornatam simul VIIM. aureorum pendit, ferturqve Pontifex M. accepta pecunia dicere: *Sufficiant pro hac vice.* Cætera loca sunt *Ducatus Mediolanensis*, *Pavia*, *Tortona*, *Cremona*, in Toscana ad mare *Piombino*, *Porto Hercule*, *Orbitello* & ad mare Ligusticum Finalia.

III. Juxta Galliam habuit partem Occidentalem Burgundiæ, qvæ alio nomine Comitatus Burgundiæ & *la Franche Comté* dicitur, & in Orientali s. Ducali Burgundia Carolesium, *de Comté de Charollois*, de cujus restitutione etiam agitur *Articulo Pyrenæo XLIV.* Sed tractus hi nuperâ Pacificatione Neomagensi in potestatem Regis Galliæ transiere, de qvo *V. seq. c. III. §. II.*

IV. In Belgio Hispanorum est *Belgium Regium*, de cujus Limitibus itidem videnda Historia Galliæ & Belgii.

V. Insulas Maris Mediterranei habet *Majoricam*, seu Hispanorum Lingva Mallorcam & *Minoricam*, qvæ Minorca, qvas & in Titulis suis Rex Hispaniæ uno & noto alias nomine *Balearium* complectitur; Item Ophiusas duas *Yvicam & Formentenam*, præterea *Sardiniam & Æolides. Maltæ* etiam Regem Hispaniæ Protectoris loco colit & annua falconis missione agnoscit. *Siciliam* dn. habet, sed cujus nomine inter Regem Hispaniæ & Pontificem M. controvertitur, utrum absoluto jure, an à Pontifice eam possideat? Reges Hispaniæ affirmant se in Temporalibus & Spiritualibus adeo Dominos esse in Sicilia, ut jure Regio in multis Summi Pontificis officio defungantur, qvalia, Beneficiorum collationes, dispensationes redituum Ecclesiæ &c qvæ a Sede Apostolica decessoribus suis permissa asserunt in remunerationem redacti ad Obedientiam Romanæ Ecclesiæ Regni, qvod Sarraceni invaserant; Sicque beneficio ipsius Apostolicæ Sedis Ecclesiæ jura translata in Reges. Contra pro Pontifice affertur, a tempore Nicolai II. & A. MLX. Comites & Duces Siciliæ, Robertum, Guiscardum, Constantium, Fridericum, deinde e Familia Gallorum Regia Duces Andegavenses, postmodum Arragoniæ Reges professos debere se Apostolicæ Sedi Homagium ligium pro Siciliæ Regno sub hac clausula: *Quod in Ecclesiis vacantibus Nos & nostri in Regno heredes nulla habebimus Regalia, nullosqve eo nomine fructus, reditus, proventus & obventiones percipiemus.* Quæ ita singulari opere pro causa Pontificis edisseruit Baronius *de Monarchia Siciliæ*, sed quod ea propter edicto Hispaniæ Regis proscriptum est, ipseqve Autor non multo post a factione Hispana exclusus Pontificia Dignitate. Adeo lubricum est scribere

de

de Regum potestate & ditione ipsorum, ut regnant, ut jure vel injuria possideant. *Gramond. Histor. L. I. p. 10.* Confer *Notic. Dign. Illustr. L. 1. Diff. I. c. I.*

VI. In Oceano Atlantico habet *Insulas Fortunatas & Promontorii Viridis.* In Africa *Oranum* vicinaq; loca: Quibus & *Ceutæ* accessit vi Articuli II. Pacificationis Hispano-Portugallicæ A. MDCLXIX. Et sane Hispanorum totiusq; Europæ interest a partibus istis Mauros arceri. Nam si eas tenerent, non tantum communem cum Hispanis clavem maris mediterranei ob adsitum Fretum Gibraltar haberent, sed ipsa Hispania ab invasionibus eorum haut tuta foret: Quemadmodum cum antiquis temporibus eam occuparent, ratio in eo unice recubuit, qvod per Ceutam apertum aditum inveniissent. Fertur etiam Imperator Turcicus singulari Legatione circa A. MDCL. Regi Hispaniæ S. Sepulchrum sine aliqva compensatione obtulisse, ac præterea Regnum aliqvod Africanum simul coujugio Fœminæ istius illustris cum Johanne Austriaco, qvam Eqvites Melitenses A. MDCXLV. ceperant; Sed abnuit Generosus Hispanus potiorem rem Christianam qvavis Amicitia cum infideli ducens. V. *Freiberger. Germ. Perturb. ac Restaur. p. IV. Contin p. 175.*

VII. In America Septentrionali tenet *Novam Hispaniam, Mexicum, Yucatanam:* Meridionalem v. præter Brasiliam & tractus qvosdam cis eam, totam; Ex Insulis *Hispaniolam, Cubam* & minores aliqvas: Quæ loca omnia duplici titulo Sibi vendicat, Inventionis ac Donationis: Cum n. Johannes Portugalliæ Rex in detegenda India Orientali versaretur, Christophorus Columbus s. Colonus (ita n. Hispani ipsum vocant & Bulla Alexandri VI.) navibus a Ferdinando Catholico acceptis A. MCCCCXCII. Cubam, Hispaniolam aliaque loca accessit & Novum orbem Regi suo aperuit. Inde vero quod simultas in Ferdinandum & Johannem nasceretur, res ad Pontificem Alexandrū VI. delata est, qvi Anno Pontificatus sui 1. Christi MCCCCXCIII. rem ita decidit, ut ducta quasi a Septentrione in Austrum linea, qvæ totum Terrarum Orbem ex æquo secaret, partem qvæ versus Orientalem erat Johanni, Occiduam Ferdinando concederet, idque Stilo Sedi Romanæ solito: *De mera Liberalitate & ex certa scientia, ac de Apostolicæ Sedis plenitudine.* Tenor integræ Bullæ hic est:

IN NOMINE DOMINI Amen. Noverint universi hoc præsens publicum transumptum inspecturi qvod, nos Jacobus Conchillos Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopus Cathanensis habuimus, vidimus, & diligenter inspeximus infrascriptas litteras felicis recor-

recordationis Alexandri Papæ sexti ejus vera bulla plumbea cum cordulis sericeis, croceique coloris more Romanæ curiæ impendentis bullatas sanas fiquidē & integras ac omnimoda suspicione carentes hujusmodi sub tenore.

ALEXANDER Episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Ferdinando Regi & carissimæ in Christo filiæ Elisabeth Reginæ Castellæ Legionis, Aragonum, Siciliæ & Granatæ illustribus, salutem & apostolicam benedictionem. Inter cetera divinæ majestati beneplacita opera & cordis nostri desiderabilia, illud profecto potissimum existit, ut fides Catholica & Christiana religio nostris præsertim temporibus exaltetur ac ubilibet amplietur & dilatetur, animarumq; salus procuretur, ac barbaræ nationes deprimantur & ad fidem ipsam reducantur Unde cum ad hanc sacram Petri sedem divina favente clementia (meritis licet imparibus) evocati fuerimus, cognoscentes vos tanqvam veros catholicos Reges & principes, quales semper fuisse novimus & à vobis præclare gesta toti pene jam orbi notissima demonstrant: Ne dum id exoptare sed omni conatu, studio & diligentia, nullis laboribus, nullis impensis, nullisq; parcendo periculis etiam proprium sangvinem effundendo efficere, ac omnem animum vestrum omnesq; conatus ad hoc jamdudum dedicasse, qvemadmodum recuperatio regni Granatæ à tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per vos cum tanta divini nominis gloria facta testatur. Digne ducimur non immerito, & debemus illa vobis etiam sponte & favorabiliter concedere, per quæ hujusmodi sanctum & laudabile ac immortali Deo acceptum propositum in dies ferventiori animo ad ipsius Dei honorem & imperii Christiani propagationem prosequi valeatis. Sane accepimus, qvod vos qvi dudum animum proposuetatis aliqvas insulas & terras firmas remotas & incognitas ac per alios hactenus non repertas qværere & invenire, ut illarum incolas & habitatores ad colendum redemptorem nostrum & fidem catholicam profitendum reducere-tis, *hactenus in expugnatione & recuperatione ipsius regni Granatæ plurimum occupati, hujusmodi sanctum & laudabile propositum vestrum ad optatum finem perducere nequiviſtis, sed tandem sicut domino placuit regno prædicto recuperato, volentes desiderium adimplere vestrum dilectum filium* Cbristophorum Colom *virum utiqve dignum & plurimum commendandum, ac tanto negocio aptum cum navigiis & hominibus ad similia instructis, non sine maximis laboribus & periculis ac expensis destinastis, ut terras firmas & insulas remotas & incognitas hujusmodi, per mare ubi hactenus navi-*

navigatum non fuerat diligenter inquireret. Qui tandem (divino auxilio facta extrema diligentia in mari Oceano navigantes certas insulas remotissimas & etiam terras firmas, quæ per alios hactenus repertæ non fuerunt) invenerunt, in quibus quam plurimæ gentes pacificè viventes, & ut asseritur nudi incedentes, nec carnibus vescentes inhabitant, & ut præfati Nuncii vestri possunt opinari, gentes ipsæ in Insulis & terris prædictis habitantes, credunt unum Deum creatorem in cœlis esse, ac ad fidem catholicam amplexandum & bonis moribus imbuendum satis apti videntur, spesq; habetur quod si erudirentur, nomen salvatoris domini nostri Jesu Christi in terris & insulis prædictis facile induceretur. Ac præfatus Christophorus in una ex principalibus Insulis prædictis jam unam turrim satis munitam, in qua certos Christianos qui secum iverant in custodiam, & ut alias Insulas ac terras firmas remotas & incognitas inquirerent, posuit, construi & ædificari fecit. In quibus quidem Insulis & terris jam repertis aurum, aromata, & aliæ quam plurimæ res pretiosæ diversi generis & diversæ qualitatis reperiuntur. Unde omnibus diligenter, & præsertim fidei catholicæ exaltatione & dilatatione (prout decet Catholicos Reges & principes (confidentis: More progenitorum vestrorum, claræ memoriæ Regum, terras firmas & Insulas prædictas illarumq; incolas & habitatores vobis, divina favente clementia, subjicere & ad fidem catholicam reducere proposuistis. Nos igitur hujusmodi vestrum sanctum & laudabile propositum plurimum in domino commendantes, ac cupientes, ut illud ad debitum finem perducatur, & ipsum nomen salvatoris nostri in partibus illis inducatur: Hortamur vos quam plurimum in domino, & per sacri lavacri susceptionem, qua mandatis apostolicis obligati estis, & viscera misericordiæ domini nostri Jesu Christi attente requirimus, ut cum expeditionem hujusmodi omnino prosequi & assumere prona mente orthodoxæ Fidei zelo intendatis, populos in ejusmodi insulis & terris degentes ad Christianam religionem suscipiendam inducere velitis & debeatis, nec pericula, nec labores ullo unquam tempore vos deterreant, firma spe fiduciaq; conceptis, quod Deus omnipotens conatus vestros feliciter prosequetur. Et ut tanti negotii provinciam Apostolicæ gratiæ largitate donati liberius & audacius assumatis: Motu proprio, *non ad vestram vel alterius pro vobis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam*, sed de nostra mera liberalitate *& ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine*, omnes insulas & terras firmas inventas & inveniendas, detectas & de-

tegendas versus occidentem & meridiem, fabricando & *construendo unam lineam à polo arctico scilicet septentrione, ad polum antarcticum scilicet meridiem, sive terræ firmæ & insulæ inventæ & inveniendæ sint: Versus Indiam aut versus aliam quamcunque partem, quæ linea distet à qualibet Insularum, quæ vulgariter nuncupantur* de los Azores & Cabo verde *centum leucis versus occidentem & meridiem. Itaq; omnes Insulæ & terræ firmæ reperta & reperiendæ, detectæ & detegendæ à præfata linea versus occidentẽ & meridiem, si per alium regem aut principem Christianum non fuerint actualiter possessæ, usque ad diem nativitatis domini nostri Jesu Christi proximè præteritum, à quo incipit Annus præsens millesimus quadringentesimus nonagesimus tertius, quando fuerunt per Nuncios & Capitaneos vestros inventæ aliquæ prædictarum insularum.*: Auctoritate omnipotentis Dei nobis in beato Petro concessa, ac vicariatus JESU CHRISTI, qva fungimur in terris, cum omnibus illarum dominiis, *civitatibus, castris, locis & villis, juribusq; & jurisdictionibus ac pertinentiis* universis, vobis hæredibusq; & successoribus vestris, *Castellæ & Legionis Regibus*, in perpetuum, tenore præsentium donamus, concedimus & assignamus, *vosq; & hæredes ac successores præfatos illarum dominos cum plena libera & omnimoda potestate auctoritate & jurisdictione facimus, constituimus & deputamus. Decernentes nihilominus per hujusmodi donationem, concessionem & assignationem nostram nulli Christiano principi, qui actualiter præfatas insulas & terras firmas possederit, usqve ad prædictum diem Nativitatis domini nostri Jesu Christi, jus quæsitum sublatum intelligi posse aut auferri debere.*: *Et insuper mandamus vobis in virtute sanctæ obedientiæ (ut sicut etiam pollicemini & non dubitamus pro vestra maxima devotione & regia magnanimitate vos esse facturos) ad terras firmas & insulas prædictas viros probos & Deum timentes, doctos, peritos & expertos ad instruendum incolas & habitatores perfectos in fide catholica & bonis moribus imbuendum destinare debeatis, omnem debitam diligentiam in præmissis adhibentes. Ac qvibuscunqve personis cujuscunqve dignitatis etiam imperialis & regalis status, gradus, ordinis vel conditionis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, qvam eo ipso si contrafecerint incurrant, districtius inhibemus, ne ad insulas & terras firmas inventas & inveniendas, detectas & detegendas versus occidentem & meridiem, fabricando & construendo lineam à polo arctico ad polum antarcticum sive & terræ firmæ & insulæ inventæ & inveniendæ sint: Versus Indiam aut aliam quamcunque partem: Quæ linea distet à qualibet insularum quæ vulgariter nuncupantur* de los Azores & Cabo ver-

de: *Centum leucis versus occidentem & meridiem; Ut præfertur, promercibus habendis vel quavis alia de causa accedere præsumant, absque vestra ac hæredum & successorum vestrorum prædictorum licentia speciali. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis cæterisq; contrariis quibuscunq;: In illo à quo imperia & dominationes ac bona cuncta procedunt confidentes: Quod dirigente domino actus vestros si hujusmodi sanctum & laudabile propositum prosequamini brevi tempore cum felicitate & gloria totius populi Christiani vestri labores & conatus exitum felicissimum consequentur. Verum quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca in quibus expediens fuerit deferri: Volumus ac motu & scientia similibus decernimus: Quod illarum transumptis manu publici Notarii inde rogati subscriptis & sigillo alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ seu Curiæ ecclesiasticæ munitis ea prorsus fides in judicio & extra ac alias ubilibet adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ commendationis, hortationis, requisitionis, donationis, concessionis, assignationis, constitutionis, deputationis, decreti, mandati, inhibitionis, & voluntatis, infringere vel ei ausu temerario contraire, siquis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datis Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ, millesimo quadringentesimo nonagesimotertio, quarto nonas Maji, Pontificatus nostri anno primo.* Quæ Bulla extat in *Annal. Eccles. Bzovii* ad dictum A. XCIII. *& in Bullario Laërtii Cherubini Tom. 1.* Opp. *Sepulved fol. 442. & seqq.* Sed res hæc secuto tempore quærendi materiem præbuit scriptoribus: *An Jus Donandi exteras Regiones Pontifici M. competat?* Quod qui affirmant, ex Pontificis M. autoritate argumentum sumunt: Posse summum Pontificem non modo civitates, Provincias & Regna, quæ antea Christianam Religionem professa & deinde ab Infidelibus usurpata fuerint, cui libuerit indubitanter concedere, uti recuperet suaq; faciat; Sed ea etiam addicere posse, quæ Christianorum nunqvam fuerunt, ad Christianæ fidei & Evangelii propagationem & Idololatriæ extirpationem. V. *Dian. Resol. Mor. Tom. VII. Tr. VII. Resol. XVII.* Qui in eandem sententiam citat *Mandellum* Cons. 769. Vol. 4. *Camill. Borell de Præst. Regui.* Cathol. c. 46. n. 224. *Martam de Jurisd.* Centur 1. c. 24. n. 31. *Parumum de orig. Inquis.* L. 3. Q. 1. n. 45. *Solorzanum de Indiar. Jur.* L. 2. c. 23. n. 68 & seqq. Add *Joh. Genes. Sepulveda* L. de Ju-

ſtis Belli cauſis c. Indos. *opp. fol 423. & ſeqq.* Sed qui publico Edicto Caroli V. Imp. & tunc Regis Hiſpaniæ proſcriptus fuit. Sed opponunt alii, I. Donationem hanc ut rei alienæ nullam fuiſſe. II. Etſi voluiſſet & potuiſſet P. M. non tamen continuo ſeqveretur Dominium eorum locorum, cum Donatio Dominum non faciat, ſed ſecuta traditio. III. Potuiſſe quidem Pontificem contentiones Portugallorum & Hiſpanorum ita dirimere, tq. lectum inter illos arbitrum, ſicut & ipſi Reges jam ante inter ſe ea de re fœdera quædam pepigerunt; Sed etiam hanc rem utpote inter alias actam ad cæteras gentes non pertinere V. *Grot. Mar. Lib. c. III.* Conf. Gryphiandr. *de Inſul. c. XXIV. n. 59. & ſeqq* qvem Diana male *Gryphanium* vocat *l. ante cit.* Ex Hiſpanicis Dd. huc propendent *Victoria*, Cajetanus, *Barthol. de las Caſas*, qvocum Sepulvedæ præcipue negocium fuit. V. *Append. ad Libr. Ej. de Crudelitate Hiſpanorum in Americanos.* Similis Quæſtio eſt: *An titulo Inventionis Jus Dominii in Indos ſtabiliri potuerit?* Quam negat Grotius: Quia inventio nihil Juris tribuit, niſi in ea, quæ ante Inventionem nullius fuerant. *Mar. Lib. c. II.* Rurſus, *an Jure Belli potuerit adverſus Indos agi?* Quam iterum affirmant Diana cæteriq; ab eo laudati; Negant Grotius & reliqui; Suntq; ante omnia memorabilia *Cajetani* verba apud *Grot. Mar. Lib. c. IV. Quidã*, ait, *infideles nec de jure nec de facto ſubſunt ſecundum temporalem juris dictionem Principibus Chriſtianis, ut inveniuntur pagani, qui nunquam imperio Romano ſubditi fuerunt, terras habitantes, in qvibus Chriſtianum nunqvam fuit nomen. Horum namque domini, qvamvis infideles, legitimi domini ſunt, ſive regali, ſive politico regimine gubernantur: Nec ſunt propter infidelitatem à dominio ſuorum privati, qvum dominium ſit ex jure poſitivo, & infidelitas ex divino jure, qvod non tollit jus poſitivum, ut ſuperius in quæſtione habitum eſt. Et de his nullam ſcio legem qvoad temporalia. Contra hos nullus Rex, nullus Imperator, nec Eccleſia Romana poteſt movere bellum ad occupandas terras eorum, aut ſubjiciendos illos temporaliter: Quia nulla ſubeſt cauſa juſta belli, cum Jeſus Chriſtus Rex Regum, cui data eſt poteſtas in cœlo & in terra, miſerit ad capiendam poſſeſſionem mundi non milites armatæ militiæ, ſed ſanctos prædicatores, ſicut oves inter lupos. Unde nec in teſtamento veteri, ubi armata manu poſſeſſio erat capienda, terræ infidelium inductum lego bellum alicui propter hoc, qvod non erant fideles: Sed quia volebant dare tranſitum, vel quia eos offenderant, ut Madianitæ, vel ut recuperarent ſua, divina largitate ſibi conceſſa. Unde* graviſſime peccaremus, ſi ſi-

fidem Christi Jesu per hanc viam ampliare contenderemus: Nec essemus legitimi Domini *illorum*: *Sed* magna latrocinia *committeremus, & teneremur ad restitutionem, utpote* injusti debellatores aut occupatores. *Mittendi essent ad hos prædicatores boni viri, qui verbo & exemplo converterent eos ad Deum: Et non qui eos opprimant, spolient, scandalizent, subjiciant, & duplo gehennæ filios faciant, more Pharisæorum.* Et in hanc formam audimus sæpe à Senatu in Hispania, & Theologis præcipue Dominicanis decretum fuisse, sola verbi prædicatione, non bello Americanos ad fidem traducendos: Libertatem etiam quæ illis eo nomine erepta esset, restitui debere, qvod à Paulo tertio Pontifice, & Carolo V. Imperatore, Hispaniarum Rege comprobatum dicitur. Sed lubricum esse de Regum ditionibus scribere, utqve jure vel injuria possideant paulum ante monuimus. Si de fontibus jurium talium dicendum esset, Romanis redeundum fore ad casas suas jam olim annotavit Carneades. Privato satis est in controversiis hujusmodi non judicium sibi sumere, sed possessionem seqvi.

IIX In India Orientali partem *Moluccarum* possidet, & præterea *Insulas Philippinas & Salomonis:* Qvarum nomine vero etiam gravissime & diutissime inter Hispanos & Portugallos superiori seculo controversatum fuit, cum utrique juxta mandatum Pontificium, hi versus Orientem, & illi versus Occidentem proficiscendo eas attigissent: Quam Historiam tetigimus *Part. 1. c. 1. §. XIII.*

III.

Talis est potentia Regni Hispanici, cujus fundamenta jecit Ferdinandus Catholicus, perfectionem Carolus V. armis, Philippus II. consiliis addiderunt. Et qvod magis obstupescat posteritas, spacio centum annorū patratum opus, qvod olim victrix Gentium Roma vix post mille Annos perfecit. Major adhuc erat, cum sub Philippo II III. & IV. Portugallia & simul ea totius Africæ & Asiæ litorales tractus accederent, adeo ut non sine causa tum dixerit, qvisquis fuit, *Solem in Hispanico Regno nunqvam occidere*, h. semper Telluris parti alicui lucere, quæ Hispanicæ jurisdictionis sit, exemplo, quod geminum inter priscos aut præsentes Reges aut Cæsares nullum tulit. Hinc & Hispani novam Monarchiam condituri crediti sunt, vulgoqve Hispaniæ jam persvasum erat, Monarchiarum progressum, qvi hacteno ab Oriente in Occidentem fuis-

set, in Hispaniam, quæ extrema versus Occidentem esset, nunc demum promotum iri. Hac de causa Philippus II. Regnum Galliæ post obitum Henrici III. ambiit, Angliæ vero cumprimis se inferre studuit, ut si Angliam Belgio junctam haberet, per Mare etiam Dominium suum liberrime exerceret: Quem in finem & conjugium cum Maria Angliæ Regina coluit, quodque successus æqui consiliis hisce nec dum satis responderent, eadem in mortem Mariæ distulit, speravitqve per futurum cum Elisabetha Conjugium se liberiorem in Anglia potestatem habiturum; At præter opinionem Conjugii hujus repulsam tulit, eoqve omni spe sua prorsus excidit: Unde & prima favilla exardescentis adversus Anglos Regis iræ concepta fuisse creditur; De qvo V. *Cap. IV. §. XVI.* Gravissimam qverelam de hujusmodi consiliis Philippi Vid. in Orat. Gvilielmi Ancelli Henrici Iv. ad Fridericum Palatinum Legati apud *Thuan. L. CXXIII.* ab initio. Adde *Speculum Consiliorum Hispanicorum*, in quo Regis Hispaniæ machinationes variæ pro nova Monarchia fundanda repræsentantur, Lugd. An. MDCXVII. Et durante nupero Bello Europæo adhuc Scriptum emissum fuit Gallice primo, deinde Germanice Tit. **Niederländischer Starnstecher / d. die aus alten und neuen Geschichten wieder hervor gesuchte unstreitbahre Warheit / das Spanien mehr nach der so genanten** Universal Monarchie soll gestrebet haben als **Franckreich**: Quod serione an dicis causa scriptum sit in medio relinqvimus. *Nutat certe in præsens fortuna Hispanica, concussaq; velut tellure minatur ruinam colossus ingens Hispaniæ Rex gentis caput.* Ita jam ante triginta & amplius annos Galliæ scriptor *Gramondus* scribere ausus fuit; Et qvid non auderet, si adhuc superesset? Est illa maximorum Imperiorum fatalitas, ut non possint eodem loco consistere: Principes grande Regiminis onus diu recta cervice sustinere vix possunt. Lassantur & se inflectunt, nec decurrunt ad metam æquabiliter,

IV.

Hispaniam v. etiam in ipso flore potentiæ suæ domi imbecillem fuisse duobus inprimis argumentis constitit. I. Defectu incolarum in Hispania: Cujus rationes præter naturales causas, quæ ex minori fœcunditate fœminarum in Plagis meridionalibus, quam in Septentrionalibus etiam pendent, creduntur fuisse. I. *Judæorum Maurorumque proscriptio:* Illa tempore Ferdinandi & Isabellæ in Castellæ Regno facta A MCCCCXCII, qua CLXXM circiter è Regno ejecti fuerunt, V. *Marian. L. XXVI. c. 1.* Hæc Edicto Philippi III. procurata

curata A. MDCIX. quo nongenta millia hominum solum migrare oportuit, Nec leve detrimentum inde tulerunt Hispani, vicina Regna a. incrementa luculentissima: Ita n. Judæi, qui sub Ferdinando ad Turcas migrabant, una usum tormentorum & similium ad eos perduxerunt. Et Mauri in Regno Galliæ benigne excepti permisique, ut quotquot Religionem Catholicam in posterum profiteri vellent, tuto isthic habitare possent: Cæteris à Turca in Africa Domicilia & nova sedes assignata. *Contin. Thuan. L. III.* Et allegatur quidem ab Hispanis Zelus Religionis, Maurosq; Religionem Christianam tantum obtentui sumsisse ad perficiendas animo conceptas fraudes suas, veluti & justiciam expulsionis Maurorum peculiari Scripto prosecutus fuit *Joh. Bleda Valentinus Ed. Valent. MDCX. 4o.* Non defuerunt tamen, qui ingentes Judæorum & Maurorum opes similiave ita quæsita fuisse suspicarentur. II. *Tot terra marique susceptæ Expeditiones:* Quia n. tantam provinciarum apud Exteros multitudinem & æmulationem & metum vicinorum indubie comitari oportuit, præsidiis pariter ac Bellis variis opus fuit: Unde non potuit non ingens indigenarum numerus absumi. III. *Coloniarum in utramvis Indiam eductio.* IV. *Inquisitionis Hispanicæ rigor.* V. *Religiosorum frequentia.* VI. *Tributorum gravitas.* De quibus omnibus prostat peculiaris Liber *Petri Ferdinandi Navaretæ* Secretarii Regii cum Titulo, *Conservatio Monarchiæ Hispanicæ*, cujus Excerpta habes in *Joh. Laët Descr. Hispan. p. 483.* Agnovitqve hanc imperfectionem Regni sui Philippus III. ideo peculiari Edicto de A. MDCXXIII. M Febr. malo isti medelam afferri voluit, cujus summa erat: I. Ut omnes qvi Uxorem ducturi essent qvatuor Annis post nuptias celebratas immunes essent ab omnibus tributis & oneribus publicis: Quique ante Annum ætatis XIIX. uxorem ducturi essent, ab ipso matrimonii die rerum suarum & uxoris liberam administrationem haberent, qua carituri essent, qvi post XXV. A. demum conjugium inirent. II. Qui sex Mares, qvi simul in vivis essent, a conjuge susceptur essent, toto vitæ suæ tempore immunitatibus istis gauderent, etiamsi postea e liberis aliqvi morerentur. III. Pauperes certam qvandam pecuniæ summam in dotem accepturas. IV. Ne quisquam cum familia & Bonis e Regno migraret. V. Omnes alienigenas, modo Catholici essent, nec in solo hostili nati, si artem Mechanicam, aut pecoris vel agrorum culturam XX. Leucis a mari exercere vellent, perpetuo liberos fore. VI. Lupanaria publica prohiberi.

II. De-

II. Defectu opum, cujus causæ: Impensæ in extera Regna faciendæ, qvæq; majores sæpe sunt, qvam reditus eorum, id qvod singillatim de Regno Neapolitano observat P. Honorius, de Belgio alii. Inprimis v. Bella cum Exteris gesta; veluti a *Thuano L. CV.* narratur Legatus Hispaniæ in Comitiis Parisiensibus conqvestus fuisse, Dominum suum minimùm sexagies centena millia Aureorum Bello Gallico impendisse citra ullum aliqvem fructum ejus. Et notorium est, Philippum II. morti vicinum fassum fuisse, se 5504 Milliones Auri inutiliter prodegisse, nec aliud tantæ operæ precium tulisse, quam Regnum Portugalliæ, *Thuan. L. CXX.* Et Philippum III. insuper nova L. V. Millionum debita contraxisse monet *Navarete Scripto ante cit.* Addit Campanella pecuniam præpostere usurpatam fuisse, quæ cum rerum gerendarum nervus esse soleat earundem tamen continuandarum instrumentum esse renuit. Fides n. qvam pecunia emimus pecunia qvoq; vendi potest; Neq; diffitendum est, regionem facile superari posse qvam Asinus auro onustus intrare qveat, sed si Asinum eqvi ferro onusti sequantur.

V.

De specialibus rationibus, *cur Hispania non potuerit in eodem potentiæ fastigio persistere*, siqvid dicendum est, initio repeti oportebit, eam a Ferdinando Catholico primo conspicuam redditam, a Carolo V. autem in florem evectam fuisse, adeo ut ipse Imperator Turcicus Solimannus sibi ab eo metuendum judicaverit, qvamobrem & nunqvam prælio cum ipso decertare ausus fuit. Idem Carolus tamen in causa extitit, cur flos ille altius non surrexerit: Campanella id factum dicit, quia non tam tueri, quam acqvirere potuerit Regna & Provincias: Ita occupato Regno Tunitano, Regem Ariodemum expulisse, sed Muleassem mox instituisse sine alia regiminis mutatione: Franciscum Regem Galliæ captivum qvidem egisse, sed iterum dimisisse, ut Bellum tanto certius ab eo expectaret: Senas qvoq; & Florentiam occupasse, sed Medicis eas donasse, sicq; certam sibi inimicitiam procurasse. V. *de Mon. Hisp. c. XVI.* Et *c. XXIV.* idem docet, cur Consilium Caroli *potentiam suam per matrimonia firmandi* succedere non potuerit; Frustra n. esse hoc medium conciliandis vicinis hostibus, nec conducere nisi pro hostibus longius remotis. Quod ipsum & Philippo II. evenit, qui Angliam quidem per conjugium cum Regina Maria veluti in manibus habebat, & nomen Philippi ac Mariæ jam omnis signata in Anglia moneta ostentabat; Sed capiendæ toti Regni potestati adhuc immatura erat, quæ cum progressu temporis & pro re nata expectan-

pectanda fuisset, vel certe cum prole ex hoc conjugio, aut deniq; familia ejus coalescere debuisset. Ideo & desinente per mortem Mariæ hoc Conjugio & aspernante nuptias ejus Elizabetha impossibile erat Angliam iterum Imperio Hispanico adjungi, non tantum quia Angli vim Hispanicam præliis maritimis facile amoliendo erant, quod in expugnata Classe Invincibili A. MDLXXXIIX. liquido claruit, sed præcipue, quia Belgium medio tempore ab Hispanis defecerat, a quo alias maximum Angliæ periculum imminuisset. Cur Sacrorum cura nihil vel Carolus vel Philippus profecerint, ratio sine dubio in ipso Pontifice M. sita fuit, qvi toties metuit, ne Sacellanus Hispanorum fieret, qvoties novum augmentum potentiæ Hispanicæ vidit, eoq; semper parti debiliori adhæsit, ne præponderaret Hispania. Idqve hodienum Aula Romana observat, quæ victorias Gallicas non adeo, quam debilitatem causæ Hispanorum prosequitur, haut dubie ob causam eandem. Cur Americanos sibi haut perinde addictos experti fuerint Monarchæ Hispanici, ratio fuit, qvia milites primi in Americam missi homines rudes erant, ignari, quanti referret cœlestibus æqviparari, (tales n. ab Americanis primo crediti fuerunt:) Ideo provincias qvas ingrediebantur rapinis statim infestabant, eoq; testabantur salutem istorum populorum sibi parum curæ esse. Cur Belgium non potuerit retineri in Rebus Belgicis infra attingendum veniet.

VI.

In Hispaniæ Regum Historiâ tres periodos notamus, *Gothicam Mauritam & Castellanam. Gothica à* Gothis cœpit circa Ann. CCCXVIII. Quo tempore Hispaniam Duce Wallia Vandalis eripuerunt; Vandali v. antea Imperio Romano extorserant. Hispaniam n. commune Imperii Romani infortunium, Invasio Gentium Septentrionalium, eo tempore involvit, cum Constantinus M. seu imprudentia seu pertinacia Novam Romam suam & Imperium Orientis muniendi Legiones Præsidiarias in Orientem transtulisset, atque interea Imperium Occidentis præsidiis suis nudatum hostium prædæ exposuisset.

Desiit A. DCCXIII. qvo Mauri Regnum Hispaniæ occuparunt, prodente illud Juliano Septæ Comite, ob vim filiæ suæ à Roderico Rege illatam. Cujus mutationis præsagia in famosa illa apud Hispanos *Fatali Arca* extitisse passim docent Hispanici Scriptores: Palatium Toleti fuisse occlusum, & validis vectibus ac ferro munitum, famamqve tenuisse, reseratum Hispaniæ exitio futurum. Rodericum vero id risisse, & Thesauros occultari ratum, feras per-

fringi curasse, tum thesauros nullos sed arcam fuisse repertam, in arca linteum, & in eo insolentes hominum facies vestesque depictas atque ipsos militari habitu grassantes, verbaque latina inscripta: A tali Gente exitium Hispaniæ imminere. *Lipsi Mon. Pol. C. V. Monit. V. n. 6.* Ipsiq; Juliani Nomini inde labes aspersa, ut Hispaniæ hodienum fatale & infaustum illud judicent: Unde & Comes de Olivarez, cum A MDCXLII. Filium suum Naturalem legitimaret, abrogato ei Juliani Nomine Henricum Philippum in posterum vocari voluit. *Victor. Siri Mercur. L. I. f. 173.*

Mauri vero Periodum suam qualitercunq; produxerunt usque ad tempora Ferdinandi Catholici, dispar tamen eorum à priori pariter ac hodierno Regimine gubernandi ratio erat. Tot enim Hispaniæ Regna fere numerabantur, quot Provinciæ & urbes extantiores erant, quæ Christiani, cum Maurorum jugum sensim excuterent, in suos Titulos assumsere, unde causa Luxurici in Titulis Regis Hispaniæ adhuc usitatæ. Quodque Principes domitores Maurorum plures essent, nec in commune conferrent, quod occupaverant, sed jure Belli pro suo reputarent, reipsa etiam complura Regna formata fuerunt. Legionense, Castellanum, Navarræ Aragoniæ, Portugalliæ quæ tamen, præter Portugallicum, sensim ita coaluere, ut circa Annum MCCCCLXX. in unius Ferdinandi Catholici Aragoniæ Regis ac Isabellæ Ferdinandi conjugis Castellæq; Reginæ potestatem venirent & Periodo novæ, quam Castellanam diximus, initium præberent.

VII.

Ferdinandus hic duxit Isabellam, Regnorum Castellæ & Legionis heredem, unde prima Magnitudinis Hispanicæ initia, Regnorumque istorum unio facta, salvo tamen jure Isabellæ, cujus nomen eapropter æque ac Ferdinandi in omnibus instrumentis publicis scribi oportuit, quomodo & superiori Seculo, cum Philippus II. Hispaniæ Rex Mariam Reginam Angliæ duxisset, in Anglia idem observarum fuit, ut nomina utriusque Philippi & Mariæ Edictis præfigerentur. A Castella vero postmodo Regnis istis unitis appellatio data, licet Ferdinandus Aragonius esset, quia Castella potior erat, veluti cum Jacobus Scotiæ Rex initio hujus Seculi Angliâ potiretur, ab Anglia tanquam potiori postmodo denominationem tulit. Idem residuum Maurorum Regnum expugnavit, quod in Granata erat. Regnavit ab A. MCCCCLXX. usque ad A. MDXVI. *Adq; ab eo tempore cognitum nomen Hispanorum eatenus ignobile & angustis Hispaniæ finibus inclusum brevissimo deinceps tempore, non modo Im-*

Iam

Italiam, Galliam, Africamq; cursu victoriarum maximo pervasit, sed ad extremos orbis Terrarum terminos pervenit, ultra Solis vias & ipsius Oceani limites. Marian. *de Reb. Hisp. L. XXVI. c. 1.* In Charactere ejus Thuanus notat summam prudentiam & felicitatem, sed fidem desiderari potuisse, *qua sub Colore religionis, quam omnibus Actionibus suis semper prætexebat, ad ambitionem & inexplebilem propagandi Imperii cupiditatem mira calliditate abusus est. Histor. L. 1.* Neque videtur id diffiteri posse *Mariana L. XXX. c. XXVII.* Ubi cum à Justiciæ cultu, prudentiæ laude, animiq; præstantia commendassel; Vitia, inquit, deesse nunquam possunt, ea est vitæ Humanæ Conditio; Ex invidia quoq; & malitia multa magnis viris imputari peccata proclive est. Ita excusare videtur Ferdinandum, moxque tq. speculum in quod omnes Hispaniæ Principes intueantur, ac Aureæ Pacis in Hispania & publicæ securitatis atq; elegantiæ & amplitudinis conditorem deprædicat. *Verulamius* cum Henrico VII. Anglorum Salomone Sympathiam quandam Naturæ & morum habuisse docet *Histor. Henr. VII. p. 1027.*

Proles Ferdinandi Fæminea tantum fuit, Johanna & Catharina: Hanc a Rege Angliæ repudiatam docebit Historia Angliæ; Illa nupsit Philippo Austriaco, & ad extremam senectutem pervenit, sed ex Zelotypia contracto animi morbo post Philippi mariti mortem, (quæ ante Ferdinandi excessum contigit) in apertam & solennem insaniam præcipitata, unde ab eo tempore turri inclusa cumq; felibus colluctans, successionem Filio Carolo V. Imperatori nostro, ac primo ejus nominis Hispaniæ Regi reliquit, servatis interea Regum Hispaniæ Titulis, quos conjunctim cum Filio, sive id ipsius voluntate, sive ex ordinum decreto fieret, quam diu vixit, in omnibus actibus publicis semper usurpavit. Ita legitur in Diplomate Caroli, quo recipit se in Hispania nihil decreturum, qua Imperator, sed tantum qua Rex Hispaniæ: *Don Carlos por la gracia de Dios &c. Et uno con la muy alta, y muy Poderosa Reyna Donna Juana, mi Sennora Madre.* Obiit A. MDLVI, quo & Carolus Regnorum curæ valedixit.

Carolum a. Prototypum Principum Hispaniæ non immerito salutat *Gramondus I ante cit.* De nativitate & in primis Pueritiæ ejus Annis vid. eundem. Regna accepit antequam adolevisset, sed Procerum Hispaniæ studiis haut æquis primo exceptus, quibus Ferdinandus Frater, & si minor natu, potior habebatur, quia indigena & alumnus erat Hispanicus, Carolo e contrario in Belgio nato, ibidemq; pueritiam exigente, unde vitæ quoq; ratio & Mores

Belgici erant, quæ tristia Hispanis de ipso videbantur præsagia sua tantum mirantibus. Sed Cardinalis Ximenius Carolo intacta Regni jura servavit, donec in possessionem mitteretur. Inter res gestas ejus aliqua jam superius delibat. §. *Grimondus* sæpe laudatus Franciscum Regem suum ab eo captum non alio solamine accipit, quam quod eo prælio a Carolo Borbonio Galliæ Principe victa fuerit alias invicta Gallorum natio. *Thuanus* nullum perfecti magis & ad omnes virtutes expressi Principis exemplar nostra & retro seculorum memoria reperiri posse, quod iis, qui ad Imperium virtutis via grassentur ad imitandum proponi queat, extra Carolum agnoscit *L. XXI. ad A. MDLIX.* Id unice annotat, cautiorem interdum & supra quam in illa fortuna decuerit, versatiorem plerisq; visum, ob idque lectione Historiæ Ludovici XI. a Cominæo scriptæ delectatum fuisse. Id apparuisse in vulpino ejus per Gallias transitu, in captivitate item Philippi Hassorum Landgravii, qua obtentu cavillatoriæ Scripturæ Principem hunc toto quinquennio detinuit, &c. *Verum hi veluti mortalitatis infirma navi, in pulcra & immortali laude digna fortunæ haut adeo deformes sunt*, postremum Thuanus subjicit. Tandem primo Provinciis Belgii, mox Regnis Hispaniæ, demum Imperio nostro cessit A. MDLVI. summamq; gestorum suorum singulari Oratione e scripto Codice, tanquam e Rationario Imperii, cum Belgio se abdicaret, ipse recitavit: Se a XVII. Ætatis Anno ad eam usque diem expeditiones profectionesq; novem in Germaniam, septem in Italiam, quatuor in Galliam, sex in Hispaniam, decem in Belgium, duas in Angliam, totidem in Africam, Mari undecies remenso fuisse, idque a se præstitum ut Carolum hactenus vixisse & imperasse nullos nisi hostes pœnitere potuerit. Imperii resignationem simul corona sceptroq; in manus Ferdinandi Fratris transmisit per Wilhelmum Principem Orangium, quem ferunt initio detrectasse hoc officium, dixisseq; Cæsari audiente Philippo Rege: Meliora sibi a superis optanda, quam ut Imperii insignibus e Domini sui capite deponendis atq; ad alium deportandis ministerium suum exhiberet. *Strad. Dec. I. L. I. ad A. MDCLVI.* Ubi etiam causas Abdicationis hujus & an Carolum ejus pœnituerit prosequitur. Conf. *Notic. Dign. Occ. V. c. IV. §. II.* Abdicatione facta in Hispaniam abiit, selegitq; S. Justi Hieronymianum Cœnobium, quo loco olim Quintus Sertorius periisse dicitur, residum vitæ ibi exacturus: Vix pedem vero navi extulerat, cum navis tempestate ingenti oborta disiiceretur, quasi non amplius Cæsarem vectura, fortunamque ejus. Privatim deinde Horticulturæ & Arborum insitionibus se applicuit, fabricandis

& etiam Horologiis & machinamentis ad moliendos in sublime fluvios delectatus fuit, dirigente ea insigni Mathematico *Janello Turriano*. Funiculos deinde colligari jussit, iisdemque corpus suum pœnitentiæ loco crebro afflixit, quas Philippus II. postea reverenter habuit & morti proximus afferri jussit, & ut erant cruore Caroli Patris aspersi filio Philippo III. tradidit. Tandem exequias sibi vivo celebrari voluit, apparatumq; funus & mortuale Sacrum mœsto Monachorum cantu peractum placidam Carolo requiem implorantium, eandemq; canentibus immistus in se expectabat, donec Sacerdoti Misfifico propior factus facem accensam quam gestabat ei traderet: Postea ut erat bella fluxaq; opertus veste humi procubuit renovatisq; omnium qui aderant lacrimis quasi depositas suprema lamentatione deploratus fuit. *Strad. c. l.* Sed prolapsit ita vicinæ morti & altera ab exequiis die febri correptus eaque paulatim excedente consumptus fuit d. XXI. Sept. A. MDLIX.

Carolo successit Philippus II, qui Regnum Portugalliæ eoque totam Africam & Asiam Litoralem fere Imperio suo adjecit, extinctus A. MDXCVIII. ætatis LXXII. Pthiriasi tristissimo mortis genere, & exemplum præbens, luendum esse subinde pro populo Regibus, & iterum pro Regibus populo, quod Gramondi est de morte ejus Judicium. Plenariam hujus rei descriptionem habes in *Thuan. L. CXX. ad A. MDXCVIII.* In ortu ejus vetita omnis publica lætitia, & ipse Carolus V. mutata veste justitiam atratus indixit ob Romæ depopulationem & Captivitatem Pontificis. Idem A. MDLXVIII. Carolum unicum filium & heredem suum e medio tolli curasse arguitur, pervincente Martini ab Azpilcueta, Navarri Doctoris, sententia, non posse à Rege absque gravi animæ noxâ negligi salutem & sui & Regni. Credebatur enim Carolus de Patris nece cogitasse, qui rumor adeo percrebuerat, ut in Belgio Ovidianum illud ad hanc rem usurparent:

FILIVS ante DIeM patrIos In qVIrIt In annos.

Quo & Caroli facinus & mortis ejus annus literis numerorum loco positis exprimitur. *Vid. Strada de Bell. Belg. Dec. I. Lib. VII. p. 432.* Sed certiorem causam reddit Thuanus, suspiciones de Religionis cum Belgii Proceribus & Colinio Gallorum consiliis conceptas L. CXX: Quam Strada diluit quidem, sed frigide. Mirum v. non est Doctores Ecclesiasticos necem Caroli qvæsivisse, quod Religionem & Statum suum in eo, aliquando periclitaturum metuerent. De Charactere Philippi *Thuanus eodem Libro*: Fuisse ingenio elato ac sagaci, in otiis negocii appetentem, in rebus gerendis accuratum,

natum, ex calamitatibus alienis emolumenta captasse, in eo Patre minorem, quod Pater, quæ successio & fortuna detulerant, si non habuisset, virtute quæsiturus visus fuisset; Hunc v. quæ successione relicta habuit, si non habuisset, neque quæsiturum fuisse. Rursus Carolus aditu facilis alloquioq; , privati in modum demittebat se securus ubiq; Majestatis suæ, atqve ut erat versatili ad omnia pariter Ingenio mores exteros ita induebat, ut non minus cum Germanis Germanũ ageret, Italumq; cum Italis, aut cum Hispanis Hispanum, quam Belgis se Belgam præstaret. Philippus contra & esse & videri omnibus Hispanus, parce loqui, nec nisi Hispanice, Publico libenter abstinere, & quasi ex abdito venerationem intendere: De vestitu deq; cætero cultu, qvem attulerat ab Hispania, cum ad Belgas venisset, nihil immutabat, id qvod commotis semel Belgarum animos superbia & contemptus habebatur, perinde quasi eorum diversitate ipsi fastidirentur: Ferebaturque ea de re admonuisse Filium Cæsar, offensusque nonnullis Hispanorum sermonibus adversus Belgas denunciasse ipsi, se prævidere Consiliis aliqvorum assectarum rem Belgicam aliqvando periclitaturam. Consilia occultandi simulandiqve artificem fuisse observare licuit in curiosa A. MDLXVII. in Belgium proficiscendi solicitudine, in qua tamen profectionis nihil fuit præter speciem. Quod prolixe describitur a *Strada Dec. 1. L. VI.* Memorabile summæ animi tranquillitatis & constantiæ exemplum posuit, quando cladem Classi Invincibili suæ illatam patientissime tulit: *Ego verò*, respondit Nuncio cladem prolixe exponenti stante vultu, *ago ex animo gratias Divinæ Majestati, cujus a Libenti mente tantum potentiæ virium q; circumdatum mihi video, ut etiam rursus in mare Classem educere non dubie possim. Neque multum referre arbitror, quod aqua decurrens aliquando intercipiatur, dummodo fons ex quo fluxerit, salvus sit.* His dictis calamum resumit (literas n. scripserat, dum nuncius inducebatur) & eadem qua cœperat tranquillitate vultus ad scribendum redit. *Strada Dec. II. L. IX.* Et *scio*, addit, *responsum hoc Regis visum fuisse nonnullis Stoicæ cujusdam indolentiæ imitamentum, cujusmodi speciem Philippus adamare solitus videbatur, veluti rebus humanis altius impositus, abiisque quæ mortales vexant infortuniis inaccessus. Verum hanc ipsam firmitudinem mentis vel in speciem ut libet inconcussæ tam facile præ se ferre, tantumque imperare animo suo potuisse, ut in maxima Clade, in tanto opum impendio, in summa suorum consternatione, æmulorum lætitia, hostiumque triumpho, nihil inde in se motum turbatum q; nihil, seu verbis*

seu

seu fronte protulerit, profecto aut solide armatum fuisse oportuit animum illum, ex duo tela tam valide conjecta, nullo vulnere inflicto resilirent: Aut nimis quam potentem arbitrumq; sui, qui quos vellet affectus, aeque vultu promeret, ac sub præcordiis premeret &c.

Philippus III. extinctus An. MDCXXI. Regni XXIII. ætatis XLII. Induciis Belgicis partem famæ obtinuit, sed eo ipso gradum deciduæ Hispanicæ potentiæ promovit. A pudicitia inter privatas virtutes commendari solet, neq; nisi unicum filium Philippum IV. vidit. Alieno ipsum stetisse arbitrio satyrica inscriptione testatus fuit, qui complicatum Papyrum cubiculo Regio injecit cum inscriptione: *Philippo III. nunc in servitio Ducis de Lerma* V. *infr. §. XV.* Encomia ejus *Em. Thesaurus* diversis Inscriptionibus ingeniosissime prosecutus fuit, quas V. *in Insc. Ej. init.*

Philippus IV. Parenti successit anno MDCXXI. Obiit Sangvinis profluvio Anno MDCLXV. Ejus Testamentum & mortem habes in Diario Europæo ad d. An. MDCLXV. Reliquit Filium Carolum II minorennem adhuc & X. nunc annum agentem; Filias præterea Mariam Theresiam Reginam Galliæ & Margaritam primam Invictissimi Imperatoris nostri Augustam fato functam A. MDCLXX. Item Naturalem Johannem de Austria e fœmina Scenica Calderona natum, quem etiam Anno MDCXLII. publica Proclamatione pro filio agnovit. *Victor. Siri Tom. II. Mercur. L. I.* Ejus regimen nihil aliud fuit, quam concatenata calamitatū jacturarumq; series; Neq; evitare potuit Gallorum opprobrium: Regem suum Castella, Philippum sinus fœminarum captare. Ogerius tamen ingeniosa Oratione in Philippum compositā diversum docuit, sed de qua ipse fassus fuit, se impendisse in eam omne quicquid aut exercitatio aut plurium annorum studia sibi acqvirere potuerint in arte benedicendi. V. *Ephem. Erud. Gall. T. II. Eph.*

Carolus II. natus A. MDCLXI. d. VI. Novembr. St. N. quinque diebus post obitum *Philippi Prosperi* unici tunc temporis heredis Hispaniarum, & Matris *Mariæ Annæ* Austriacæ Tutelæ commissus, quæ & Reginæ Regentis munus ac dignitatem ideo gerit, ipsique Testamento Philippi IV. adjuncti Præses Castiliæ, Vicecancellarius Arragoniæ, Inquisitor Generalis, Comes de Peneranda, Archiepiscopus Toletanus, & Marchio de Aytona, quos vero interjecto tempore non una mutatio habuit. Pueritiæ ipsius admota fuit Marchionissa de los Velos, in cujus gremio & Proceres primo post mortem Clor. Parentis ipsum salutantes excepit. Studiorum curam gerit *Don Fran-*

ciscus

cisco de Ramos. Primum publico se exhibuit Mantuæ Carpetanorum A. MDCLXIIX d. XV. Jul. secunda vice M. Aug ejusdem Anni, cum summa Hispanorum lætitia, in cujus testimonium Mortis reos magno numero Carceribus tunc emiserunt ac liberos pronunciarunt. Historiam suscepti ab eo, quantum per infantiam potuit, Honoris Regii post obitum Parentis V. in cit. *Contin. XII. Diar. Eur. p. 198. & seqq.* Regimen ipse adiit A. MDCLXXV. Ætatis XIV. finito. qui designatus Regum Galliæ ac Hispaniæ Majorennitatis terminus est. *Principes magnates sunt recens nati, rationis capaces, ubi infantiam exuunt, senes h. plene sapientes, ubi primum adoleverint.*

VIII.

Circa declarandum CATHOLICI Titulum, quem Hispaniæ Reges gerunt, prolixus est *Valdesius de Excell. Regni Hispanici C. XIII.* qui originem ejus à Flavio Recaredo, Rege Gothico petit, occasione ejectorum ab ipso circa Annum DXC. Arianorum, atque aliis postmodo eundem tributum esse, asserit. In quibus & similibus Casibus duo distingvenda ducimus. I. Titulos, qui primo Regibus tributi fuerunt. II. Eosdem, dum Coronæ annecti cœperunt; Priori modo antiqvissimum Catholici tituli usum esse uti non dubitamus, ita posteriori respectu, non nisi à Ferdinando Catholico duci poterit, quo sensu etiam accipiendus *Mariana Lib. VII. C. IV. Catholici cognomen*, ait, *quod Recaredo olim Regi, quo tempore universam Gothorum gentem repudiatis Arii opinionibus, in Catholicæ Ecclesiæ castra revocavit, in Toletano Episcoporum conventu acclamatum, intermissis multis annis Alexander eo nomine VI. P. M. in Ferdinando Aragone Hispaniæ Rege instaurvit, effecitque ut consequentibus Regibus proprium hæreditariumque esset.* Ac similis ratio est Regum Galliæ, & Angliæ, qui etiam Christianissimi & Defensores Fidei appellati fuerunt, antequam iidem tituli Coronæ implecterentur, quod vero tandem in hoc factum circa tempora Henrici VIII, in illo sub Ludovico XI. Plura hac de re V. in *Notic. Dignit. Illustr. L. I. Diff. II. c. II.* Integer Titulus, quo hodiernus Rex Hispaniæ utitur, est: *Carolus Dei gratia Rex Castiliæ, Leonis, Aragoniæ, utriusque Siciliæ, Hierosolymorum, Lusitaniæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricæ, Sevilliæ, Sardiniæ, Corduba, Cortegæ, Murciæ, S. Johannis, Algarbiæ, Algeciræ, Gibraltaris, Insularum Canariæ, Indiarum Orientalis & Occidentalis, Insularum & Terræ Firmæ Oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tirolis, Barcelonæ, Dominus Biscajæ &*

Ile & Molina. Cujus explicationem & differentias simul Titulo Parentis, Avi & Abavi ipsius tradidimus *ead. Notic. Dus. III. c. 1. §. 1.* Primogenitos vocari *Principes Asturiarum* ibidem *Dis. III. c. ult.* Universam prolem Regiam v. *Infantes* & loca secundogenitis olim Apanagii vice concessa *Infantaticum* ib. *Dis. IIX. C. IV. §. IV.* Quem quidem *Infantum* Titulum tam sancte custodiunt Principes Regii Hispanorum sangvinis, ut etiam Agnati Austriaci in maximis Dignitatibus constituti eum sibi adhuc attribuere gavisi fuerint. Sic Ferdinandus, cum Hungariæ ac Bohemiæ Regna jam haberet, nihilominus se *Infantem Hispanorum* scripsit. Et Rudolphus II. cum itidem Rex Hungariæ ac Bohemiæ jam esset, *Infantis Hispanorum* nomen retinuit, usq; dum Imperator crearetur. Eoq; & Gallorum mos referetur, quo sæpe factum, ut proximi Regum agnati se *Filios Franciæ* appellarint, quod loqvendi genus nostro tempore revocavit Gastonus Ludovici XIII. Frater, qui scribi amavit, *Fils de France, Oncle du Roy.* Et Ducum Holsatiæ Tituli pars est, *Heres Norwegiæ*, in signum Agnationis cum familia Regum Daniæ.

VIII.

Prærogativæ contentionem inter Hispaniæ & Galliæ Reges quod attinet, Galliæ Reges Prærogativam ab antiquissimis temporibus usqve habuerunt, sed tempore Caroli V eâ cesserunt, quia ille Rex Hispaniæ & Imperator simul erat. Post mortem Caroli tamen eam resumere omnibus modis conati sunt sed Philippus II. Jure in Parente semel fundato se abdicare noluit, unde gravissimæ lites inter Regna hæc enatæ, Gallis Antiquitatem, præcellentiam ex unitione & similia causantibus, Hispanis contra allegantibus Fatum & circumstantias Hispaniæ mutatas, & antiqvos mores tantum concernere Castiliæ Regem, eoqve jus istud Gallo nihil prodesse: Respicienda esse in ejusmodi casibus tempora præsentia: Præterea Hispanum Gallo hactenus majorem fuisse; Denique in Hispaniarum Rege omnium Regum & Principum Christianorum, qui unqvam fuerunt, sangvinem coaluisse, qvod probat Scioppius in Consilio Regio ad Philippum III. & ex Imperatoribus XXXII. & Regibus CXLIII. descendisse demonstrat. V. *Vasqvium in Præfat. Quæst. Illustr.* pro Hispaniæ Regis prærogativa, qvi & in Concilio Tridentino causam hanc egregie defendit. Adde *Valdesium* de dignitate Regni Hispaniæ, *Besoldum T. II Oper. Polit.* Differt. *De Præcedentia & Sessionis prærogativa.* Et in Aula Cæsarea quidem pro Rege Hispaniæ sæpius pronunciatum fuit:

Veluti Maximilianus I. Imperator Episcopo Rhedonensi Legato Caroli IX. prærogativam denegavit, causatus, penes se non esse ordinem à genitore suo traditum mutare. Vid Liter. Imperat. ad Carol. IX. datas Ann. MDLXIV. in *Chiffletii Disquisit. de Ampulla Rhemensi C. XVIII. p. 92.* Ejusdemque literas ad Catharinam Medicæam Reginam Galliæ *ibid. p. 96* Ferdinandi III. Imperatoris Decretum pro Legatis Catholici Regis datum An. MDCXL. V. d. 23. Septembr. exhibet idem *Chiffletius p. 97.* Eodemque fere inclinavit Sedes Romana tempore Concilii Tridentini, quam ob causam gravissime in Pium IV. Pontif. Max. invehebantur Oratores Gallæ, Ferrerius & Faber, quod tanquam Pater impius, Filium Primogenitum, h. Regem Christianissimum inauditum perverso omni Judiciario ordine condemnasset, ablata Sessionis, qua secundum Imperatorem cæteros Orbis Principes præcedere sit solitus, prærogativa. Addebant, Pium, dum falso unitatem & Eccleæ concordiam prætexeret, hoc agere, ut maximorum Regum bene compositam pacem perturbet & concordes fratres inter se committat, mutato per vim & scelus ordine qvo semper & novissime in Concilio Constantiensi & Lateranensi tediissent Christianissimi Regis Oratores V. *Thuan Lib. XXXV. ad Ann. MDLXIII. Petr. Suav Histor. Concil. Tridentini L. IIX* Interim Pius IV. palam declarabat in Consistorio de A MDLXIV. d. 18 Aug. Se in causa præcedentiæ inter Reges nullam sententiam tulisse, paratumqve, si partes peterent, justiciam ministrare & causam committere vel Collegio Cardinalium vel Auditorio Rotæ, quod & Pius V. confirmavit diplomate dato Romæ An. MDLXVI Vid. *Chiffletium loc. ant. cit.* Ultima quæ hac in re acta fuere, Londini contigerunt A. MDCLX, cum utriusq; Regis Legati Batavilleus & d' Estrades Legato Danico obviâ irent: Hispanusq; tunc violenter prærogativam præ Gallo quæsivit interfecto etiam uno alterove e Comitatu Legati Gallici: Quod indignissime tulit Rex Galliæ & pacem se rupturum minitatus fuit, nisi injuriæ hujus causa sibi satisfieret. Sed Hispaniæ Rex solennem Legationem ad Regem Galliæ misit eaq; declarari curavit, se Batavilleum in signum pœnæ domum revocasse, cæteris a Ministris suis apud exteros Principes agentibus injunxisse, ut sicubi occasio contentionis de prærogativa inter utriusq; Legatos nasci videretur, omni congressu publico cum Legatis Gallicis abstinerent. *Sic Philippus, Regiæ Dignitatis immemor, induit genitorem, non inglorium putans illi cedere, cui viscera cessisset, & juvenili ambitioni non invidit Senex & Socer.* Priol. *de Reb. Gall. L. XII. c. III.* Movent & Angliæ Reges Hispano prærogativæ controversiam, quia antiquissimi Chri-

Christiani sint, Antiquissimi Reges, nullius Vasalli & denique Ecclesiasticis absolute imperent, quas & similes rationes Vid. ap. *Meteran. L. XIII.* Sed huic necdum usus aliquis suffragari deprehensus fuit.

IX.

In Hispania speciem Sacrorum consiliis prætexi tq. inter primas regulas status Hispanici collocatum passim obvium est V. *Trutina Stat. Eur. Ducis de Rohan Disc. I.* Numini suas cupiditates imputant, veluti pro illo depugnantes solertissime sibi vincunt: *Illa velut præfatione in omnium rerum cœpta tanquam in Scenam & tragœdiam intrant. Ferdinandus & Isabella hunc jam patrium morem Nepotibus tradiderunt*, ait *Euphormio Icon. Anim. C. VII.* Et in Ferdinando Thuanum id desiderasse jam ante vidimus, quod sub colore Religionis, quam omnibus actionibus suis semper prætexuerit, ad propagandi Imperii cupiditatem abusus sit, eumque hoc prætextu in Navarræ Regem usum fuisse dicit *L. I. ad An. MDXVI.* & in monitis Philippi II. alterutrum ad Civilem administrationem filio necessarium fore traditur, nempe ut vel Sacrum Ordinem Sibi conciliet, vel Nobilitatem, svadeturque, ut cum Pontificibus arctam amicitiam colat, munificum se erga eos exhibeat, & ad omnes occasiones se illis subvenire paratum ostendat. V. *Thuan. Lib. CXII. ad MDXCVIII.*

X.

Hinc Hispani Religionis Romano Catholicæ tenacissimi & Pontificis M. observantissimi habentur. Ideo Pontifex M. Paulus IV moriturus Cardinali Cuevæ dolenti Casum Reip Christianæ, si tali Pastore isto tempore orbaretur, respondit, se hac fiducia erigi, *quod eum Catholicæ fidei defensorem a Deo datum relinqueret, cujus consilia in religionis negocio ante cognovisset, & quo vindice Remp. Christianam quantumvis afflictam recreari & in pristinum statum restitui posse minime dubitaret. Thuan L XXIII.* quo Philippum II. Hispaniæ Regem innuit. Nec tamen destitere Reges Hispaniæ rebus Pontificiis subinde molestias facessere. Sic antiquissimis temporibus Witiza Rex Hispaniarum sub mortis interminatione prohibuit, nequis obediret Pontifici M. *V. T. IIX. Annal. Baron. ad A. DCCI.* Carolus V. cum Papa pro autoritate in ipsum acturus esset, armis in eum motis Romam occupavit, Pontificem obsedit & mox simul Cardinalibus captivum egit, imo Nominis Pontificii autoritatem per universam Hispaniam abrogavit exemplo, ut ait *Thuan L. I. p 17.* ab Hispanis posteritati relicto, *posse Ecclesiasticam disciplinam citra nominis Pontificii autoritatem ad tempus conservari.* Philippus II.

in causa Portugalliæ Gregorii XIII. P. M. judicium repudiavit dicens: Se nullum in terra habere Judicem, quam Deum. V. *Tubam Pacis p. 50. Suntque* memorabilia verba Barclaji de eo *præfat. In Tractat. De Potentia Papæ.* Philippus ille Catholicus hæresis in suo populo, in sua prole, ultor Sixti V. animosa consilia vix evasit. Res certa, sed quia in cunabulis extincta obscurior: Sixtum concepta jam in Hispanum sæva illa excommunicationis formula subita febre esse sublatum, quod nisi interveniisset illa mors, quæ fax, quæ tempestas Ecclesiæ imminebat! Etiam Cardin. Granvellanus, quando Proregem Neapolis egit, imperantius aliquando adversus Ecclesiæ jura se ferri passus est, contra quam de Purpurato Ecclesiæ Antistite Romæ sperabatur, quo nomine & Gregorii XIII. grave odium incurrit. *Strad. Dec. I. L. IV.* Philippi II. animum ex controversia de Sicilia & confiscato eo nomine Tom. XI. Annalium Baronii est discere. Philippus IV. obedientiam amplius præstandam detrectabat, si deficienti Portugalliæ favorem aliquem exhibiturus deprehenderetur Pontifex; Ac licet desideriis suis haut integre potiretur, id tamen effecit, ut Johannes Bragantinus nunquam Apostolicam, uti vocant, Benedictionem consecutus fuerit. V. *Thuldem. ad Ann. MDCLVI.* Huc pertinet, quod Hispani Ordinem sive Rituale Romanum diu reiecerint, retento officio Gothico s. Mozarabico quod miraculo confirmatum fuisse plures rerum Hispanicarum Scriptores affirmant. *Baron. Anno MLXXX.* Et Officium illud Mozarabicum hodienum nonnullibi ac in specie Toleti certis in locis permitti fertur. V. *Vöet. P. III. Diss. de Peregrinationibus Compostellanis.*

XI.

Ex affectu Hispanorum in Religionem Inquisitio Hispanica nata est, Ecclesiæ Lex in Regno Hispaniæ stabilita, quæ severissime in capita & fortunas hominum prave de religione ritibusque Ecclesiæ Romanæ sentientium inquirit. Hæc primum circa A. MCC. contra Albigenses & Waldenses instituti cœpit, inde per Constitutiones Friderici II. Imperat. successit, cujusmodi tres contra Hæreticos & singillatim Patarenos editæ sunt An. MCCXXI. Vid. *Goldast. Const. Imp. Tom. I. p. 293. & seq.* In plenum vigorem denique erupit auspiciis Ferdinandi & Isabellæ circa Ann. MCCCCLXXX. quo exactius & accuratius tribunal fuit erectum, eique etiam Reges subjecti. V. *Histor. Inquisit. Pauli Servitæ* & ex eo *Boxhorn. Hist. Univers. p. 289. & seqq.* Rigorem hujus Inquisitionis complurib. exemplis manifestavit *Tractatus Reginaldi Conſalvi Montani S. I.* citatus & *Thuan. L. XXIII.* ad A. MDLIX. ubi inter alia addu-

adducit exemplum Constantini Pontii qui Carolo V. à Sacris Confessionibus fuerat eique post Regni & Imperii abdicationem semper adhæserat, cui vi Inquisitionis in squalido carcere expirandum fuit. Motus Neapolitanos gravissimos hanc ob causam excitatos, Petro Toletano Vice Rege de more Hispaniæ in cujusque fidem ac Religionem inqvirente, describit *Petrus Svavis Hist. Concil. Trident. L. III. & Thuan. L. III. ad Ann. MDXLVII.* eandemq; unam ê causis esse, cur Hispania inopia hominum tantopere laboret, communis Politicorum opinio est, quia nempe abesse coguntur, quotquot etiam in rebus leviculis à Religione Pontificia dissentiunt. Confer præc. §. IV.

XII.

Naturæ Hispanorum quam veluti congenita sit Gravitas & morum quædam severitas, monitu nullo eget: Ea quidem ipsi Aulæ adeo familiaris est, ut cum hodierni Regis Mater juvencula adhuc & Philippo IV. recens adducta, effusius aliquando ad gestus præsentis morionis rideret, moneretur, id indignum esse Reginæ Hispaniæ, quam mores magis serii decerent. Hinc comparant sibi singularem tacendi, simulandi, dissimulandi dexteritatem, cujus specimen in Philippo II. proposuimus *præc. §. VI.* Ex eadem manat Consiliorum illa lentor, ut subito impetu in diversa non effundantur; Quo etiam Gallis, qui festini ac acres sunt, in Tractatibus Pacis ante hac ut plurimum superiores fuerunt, cum bello ipsis plerumq; succumbant. *Ego & tempus contra duos:* Fuit notorium Philippi II. dictum. Et annotavit adhuc aliquid ejus in Pacificatione Pyrenæa Autor Historiæ Pacis *Gallor. Gualdus:* Ludovicum de Haro id operam dedisse ut tempus quam longissime duceret, & negociationem Pacis protelaret. *Hispanus*, subjicit, *in universum recondita sunt mentes & ad lentas cautas, consilia in majoris momenti negociis idonea. Astille, ingenio quidem & natura cunctator dedita insuper opem fallaces moras nectebat, ut acres Gallorum animos cunctationibus langvidos redderet, sæpius se ex Flandria, nunquã non ex Hispania responsorias literas expectare dictitans.* Eodem fonte subtiles eorum speculationes nasci dixeris, qvibus potissimum in re Theologica ac Philosophia Scholastica excellunt, quales *Mendoza, Svarez, Ariaga, Murcia, Conimbricenses, Complutenses &c.* Sed nimiam in minimis quoque curam agunt, Solicitudinis genere, quod Italis *Puntualità* dicitur, unde rerum gerendarum occasionem sæpe amittunt, quod in expeditionibus Africanis & Anglicanis præcedenti seculo cum primis sensere, cum subtili cuidam & nimis anxio horarum ac momentorum discrimini eas alligas-

sent. Idque in expeditione Anglicana prævidit Legatus Classis Recaldus, ideo Sidonium Ducem monuit: *Videret, ne importuno in verba Regis obsequio Regis causa proderetur: Regis administros subinde imperata interpretari par esse: Mandatis satis obtemperari, si vincatur.* Sed immotus respondit Sidonius: Impositum sibi a Rege munus *mandatis regiis obsequendi, non relictum super iis arbitrium consultandi &c.* Vid Orationes de pugna Navali ineunda consultantium Ducum Hispanicorum *ap. Stradam Dec. II. L. IX. p. 548.* Nequid Exemplum Ferdinandi de Avila allegamus, qui Ultrajectinam arcem in manus Maximiliani Bossuvii Comitis, à quo obsidebatur, consignare, non dedere voluit, & de verbis istis diu controversatus fuit, qvippe vitam potius cum suis omnibus se amissurum, quam deditionem facturum constanter affirmans. *Lans. Orat. contra Hispan. ex Thuan. L. XLVI. Euphorm. Jc. Anim. C. VII.*

XIII.

Odium inter Hispanos & Gallos nititur I. Naturali quadam dissensione ac morum diversitate. Ita enim natura Hispani patientes, Galli impatientes, illi lenti, hi præcipites sunt; Illi consilio, hi impetu; Illi cunctando, hi pugnando valent. *Horn. in Orb. Imp. de Reg. Hisp. period. 3. num. 12.* Et similem seu naturalem quendam, seu aliunde ortum nationalem dissensum inter Danos & Svedos, Anglos & Scotos, Anglos item & Cambros &c. observare licet; Vid. § I. citatum Scriptum *Caroli Garciæ de Antipathia inter Gallos & Hispanos.* II. Idem lites & æmulationes Regum tanto magis inflammarunt. Regula enim & praxis universalis Gallorum fuit, Hispaniæ ê diametro adversari; Nec ullum Regnum progressibus Hispaniæ tanta impedimenta posuit, quam Regnum Galliæ; Et Henricus IV. hoc unum censuit: *Universalis Monarchiæ causam Hispanis controversam facere.* Vid. *Thuan. L. CXVIII. ad A. MDXCVII. Trutin. Stat. Europæ Disc. II.* Quæ quidem lites cœperunt sub Carolo VIII Rege Galliæ & Ferdinando Catholico occasione expeditionis Caroli VIII. in Italiam pro Regno Neapolitano susceptæ. Incrementum sumsere, cum per Conjugium Johannæ Ferdinandi Filiæ cum Philippo Austriaco Burgundia, totumqve Belgium ad Hispanos perveniret. Vid. *Burgold. Part. I. Disc. VI. n. 7.* Maxime vero conspicuæ fuerunt regnantibus in Hispania Carolo V & in Gallia Francisco I. adeo ut etiam Monomachiæ res suas commissuri viderentur, quam tamen Carolus tunc declinavit, & Franciscus ê contrario ut tanto ægrius faceret Carolo, ipsam Coronam mutavit, ac loco

apertæ

apertæ Coronæ supernè clausam confici curavit, passus simul se Imperatorem Orientis proclamari, quod a Leone X. Bononiæ factum, ut prærogativam aliquam præ Carolo haberet, quippe cujus Imperium Orientali Imperio recentius esset. Unde origo continuatæ in Regno Galliæ ad nostra usque tempora Coronæ clausæ, quam quidem Carolus IIX. etiam ante Franciscum, & primo quidem omnium gestavit, quia itidem ab Alexandro VI. Imperio Constantinopolitano donatus fuerat; Sed qua Ludovicus XII. Successor ejus iterum abstinuit, quippe ratus donationem istam mere Titularem esse, Franciscus vero ob dictam rationem revocavit. Vid. *Chifflet. Vindic. Hispan. C. XIII. & de Ampulla Remensi C. XV. Aubery de Prærogativa Regis Galliæ Cap. I & in excerptis Lit. C. Cap. I. Axiom. 6. 7. 8. 9.* Cardin. Mazarinus interea tempore Pacificationis Pyrenææ plurimum studii consumebat in eo, ut demonstraret vanam esse inter Hispanos Gallosq; odiorum necessitatem: *Invetetatam illam opinionem niti potius Bellorum ad internecionem jamdudum actèm gestorum diuturnitate, quam solida aliqua ratione: Firmatæ jam inter utramq; gentem concordiæ & pacis in perpetuam duratum contrarium orbi esse persuadendum, non solum ambos Reges pacem & amicitiam colere, sed ipsa natura invitante in æternum Consensum coalescere posse, cum sanguinis ejusdem sint, Hispani Galliæ fines contingant, & commercia inter utrumq; populum intercedant: Hispaniam ex crebris navigationibus ad Novi Orbis incolas & Indiam occasum solem spectantem aureas messes metere, Galliam v. eximia soli libertate & subjectorii industria.* Galeat. Guald *Hist Pac. Pyren. p. 90.* Ejusq; specimen paulo ante in Comitatu utriusq; ministri Pacis visum fuerat, & quidē præter ipsius fere Cardinalis opinionem. Metuerat ille initio congressuū in Insula Fasianorum, ne *Galli, qui gentili more*, uti *Gualdus* iterum loqvitur, *extraneos viles & despicatos habere, ac amictus oculis suis insolitos ridere solent, rixus committerentur cum Hispanis gravibus natura ac Ingenio placidis*, ideo planissime suis interdixerat invisere Hispanos. Sed postquam Hispani primi venerunt visendorum Gallorum ergò, mirâ excepti comitate vicissim ad hospitia sua verbosiùs eos invitavére. Illîc Galli adfectui testando nullo humanitatis ac honoris genere defuerunt, adeò at utrinque pugna esset, utra pars alteram civilitate dictisq; urbanis ac officiosis quibus utebantur invicem, vinceret. Ipsorum etiam pedisseqvorum puerorum, quod genus effrenatæ apud Gallos malitiæ nullâ disciplinâ potest aut solet coērceri, modestia tùm eluxit; Et in summâ apud suos laude

laude erat, quisquis alios civilitate & affabilitate anteibat. Quæ res digna videbitur admiratione noscentibus ingenia & mores utriusq; gentis: Quas viginti quinque congressibus nulla inter se causa collisit. Hactenus *Gualdus*. De variis Compositionis modis pariter ac Bellis utrinque gestis agetur in Historia Galliæ.

XV.

Viri præcipuo Ministerio Dominationis Hispanicæ clari fuerunt sub Carolo V. *Ntcol. Perenotus Granvellæ Dominus*, & inde Granvellani nomine communiter scriptus, plebeji quidem generis &(ut aliqui affirmant)Fabri Ferrarii Filius, primariæ tamen ac raræ prudentiæ vir, qui *Mercurino Arboreo Gattinaræ Cardinali & Cancellario Cæsareo*, cujus adeo honorifica apud Fr. Guicciardinum mentio, successit, arcanorum omnium conscius & transactor. Nam conventui Legatorum totius Germaniæ in Vangionibus præfuit ipse Cæsaris nomine: Ipse ab Hispania Tridentum missus est, ut augeret Synodi famam promisso adventu Cæsaris ab Hispania; Delectus postea, qui Cæsaris decreta per Germaniam deferret, pacificaret inter se Principes ac Cæsari adjungeret, cohortaretur liberas Civitates ad auxilia Ferdinando Regi ferenda &c. Per quæ ille munia, perque lubrica aulæ negocia firmo semper vestigio steterit, constantemque Cæsaris gratiam totos XX. annos ad extremum usq; diem raro exitu potentiæ diuturnioris obtinuit. *Strada Dec. 1. L. II. Thuan. L. VI. ad A MDL.* Secuti, Filius Nicolai *Antonius*, Atrebatensis Episcopus, muneris apud Cæsarem, quod raro accidit, arcanorumq; omnium atque adeo gratiæ heres, a quo etiam cum cederet Imperio, ad Philippum transiit cum perhonorificatestificatione meritorum auditaqve sunt hæc abeuntis Caroli verba: Unum esse Antonium Granvellanum, cujus opera filium uti in summis quibusq; rebus exoptaret: Tum *Ferdinandus Gonzaga & Didacus Hurtadus Mendoza; Et penes eos tres animus Cæsaris & Consilia erant, mutuisque operis & officiis inter se colligati non sine manifesta multorum offensione Remp. administrabant. Thuan. L. IIX. A. MDLI.*

Sub Philippo II. Antonius Granvellanus continuavit Ministerium suum usque ad A. MDLXXXVI quo Madriti obiit ipso die, quo ante Annos XXIIX. Carolus V Imperator obierat. Vir eo maxime nomine, inquit Strada, familiaribus & continuis Principum observandus, quod absque adulationis tormento quadraginta circiter Annos incorrupta fide Arcem obtinuerit Principalis Aulæ, ex eoque semel ejectus ab eo casu, tq. a quiete repetito ad favorem

rem cursu longius quam ante processerit, qvippe nactus Principem, apud qvem libertatem & gratiam rara felicitate ad extremum usq; tenere licebat. Erat inter hujus argumenta, quod proficiscens ad capessendum Portugalliæ Regnum Philippus moderandæ curam Hispaniæ Granvellano commiserit; Rediensq; è Portugallia dum Madritum ingenti omnium ordinum freqventia plausuq; intravit, in eo tanquam triumpho unum hunc Purpuratum Senem sinistro lateri adequitantem habuerit. Aliqvibus Regni Primoribus haut perinde gratus fuit, qvorum in rebus agendis judicia plerumq; inania & minora ipse vetere solidaq; multorum annorum experientia prægravabat, atq; indignabundus etiam perstringebat. Qvin etiam Regem ipsum offendisse compertus fuit, dum apud eum Caroli Imp. facinora, qvidque ille in re consimili egerat identidem admonendo exigere præsentia credebatur ad superiorum normam. Sed hominem non latebat agere se apud Principem meritis pridem captum, cujus gratiam expertus erat adversum se cessare verius, qvam deesse.

Sub Philippo III. summam rerum tenuit *Don Franciscus Sandoval*, Marchio de Denia, ac postea *Dux & Cardinalis de Lerma*, sed a Philippo IV. A. MDCXXI loco motus, una cum filiis, Duce Ussedano, qvi Secretarius Regius fuerat, & Comite de Saldauna supremo in Regia Hipparcho: Qvam fortunam etiam una cum supplicio Capitis paulum ante A. MDCXIX expertus fuit proximus a Lermio *Comes de Olinda*, *& Septem Ecclesiarum Marchio Rodericus Calderon*, qvi ex humillima conditione ad summos honores Lermei auspiciis emersérat: De qvo videnda *Histoire des Favoris p. 261. & Brachel. L. 1. p. 54.*

Philippi IV. gratiam occupavit *Don Caspar de Guzman*, Comes de Olivarez, Rerum Hispannicarum per XXII Annos arbiter, sed qua excidit A. MDCXLV. supplantatus consiliis Innici de Guevara Comitis de Ognata & Cardinalis Borgiæ, cui in Archepiscopatu Toletano Archiducem Leopoldum præferri voluerat, maxime v. in partes accedente ipsa Reginâ, à quibus concitatorum Portugallorum & Catalonorum, amissi Perpiniani, aliorumque infelicium eventuum accusabatur. A Rege tamen missionis ejus honorifica in Senatu Augusto mentio facta: **Habe den Grafen seines Dienſts erlassen/ nicht wegen einiger seiner Schuld/ sondern sich selbst in der Gnugthuung seiner Vasallen zubegnügen/ daß sein Wille wäre/ daß des Grafen**

Gedächtnüß wegen der guten Dienste / die Er der Crone in so vielen Jahren mit auffrichtiger Treu geleistet hatte / allen angenehm sey / und bezeuge ins künfftige keinen Diener unter dem Titul eines Geheimen beyzulassen. Historiam Vid. pluribus in *Ferd. Pallavicini operibus selectis N. VI.*

Eandem gratiam posthac meruit *Ludovicus de Haro*, Comitis de Olivarez ex Sorore nepos, adeoq; jurium ac Titulorum ejus hæres. *Ludovicus Mendesius de Haro & Guzman, Marchio de Carpio, Comes Dux d' Olivarez, Regiorum Palatiorum & Armamentarii Civitatis Hispanensis perpetuus Præfectus, Indiarum magnus Cancellarius perpetuus, à Consiliis Catholicæ Majestatis &c.* Sed Comiti haut perinde gratus, cujus signum edidit, dum ne matris ejus quidem, sororis suæ causa, cum vita functa esset, ipsi condoluit. Vir placidi minimeq; elati animi, quiq; procul ambitione satis duxit se gratia Regis florere, ejusdem interea ac commodorum Regni amantissimus, cum anteccssor ejus cupiditatibus Regiis potius inserviisse crederetur. Jener habe den Willen und Affection des Hertzens gehabt / welche nicht anders ist / als eine Blüthe des Baums / welche von den geringsten Lüfftlein weggewehet werden kan. Dieser aber habe sich in seinem Verstande gegründet / und sich in sein Gemüthe durch Erkäntnüß eingedrungen / welches die rechte Wurtzel ist einer Gnade auff die Probe der Zeit und Veränderung des Gemüths. Vid. *Autor des Voy. d' Esp. c. IIX. & XXVI.* Fructus Consiliorum ejus numerant Pacem Hispano-Belgicam, Hispano-Gallicam, Conjugium Gallicum, argumenta alioqui difficillima, & si Pacem Hispano-Belgicam spectes, prope impossibilia; Hæc enim Statui Belgico tunc è diametro adversa erat, ac proinde nunquam coalitura esse videbatur. Obiit A. MDCLXII. non sine Aulæ ipsiusq; Regis dolore. Se. Maj. der König besuchte Ihn gar offt / und als Er Ihn einsmahls fragte / ob Er noch etwas begehren wolte / bath Er nebst unterthänigster Danckſagung / daß S. Maj. seinen Sohn und Tochter auffs beste versorgen möchte / dessen Er auch versichert worden. *Diar. Eur. Contin. VI. f. 535. 536.*

XVI.

Prima Dignitas in R. Hispaniæ est *Archi Episcopi Toletani*, qvi more omnibus Regnis recepto est Primas Regni, & simul *Cancellarius Natus* Castiliæ, cujus ratio ex mediis seculis fluxit, qvibus veluti nulla Eruditio extra Sa-

Sacrum Ordinem qværi poterat, ita nec officia, qvæ Eruditum reqvirebant, alijs qvam qvi è Sacro Ordine essent committi poterant: Unde & in Imperio tres Archicancellariatus non Seculari cuidam, sed tribus ArchiEpiscopis Superioris Germaniæ collati. *Grandes* Hispaniæ jus habent coram Rege caput tegendi & in Sacello Regio in peculiari Scamno, quod *Grandium* vocant, pulvino insidendi: In abstracto *Sennoriæ* titulo appellantur, veniuntq; hoc nomine è Superiori Nobilitate omnes Duces, Marchiones item & Comites nonnulli. Fœminæ Grandibus natæ jus hoc in maritos, si Grandes non sint, transfundunt, universas autem à Regina stando excipi & in editiori loco ad osculum manuum admitti oportet. Commune ipsorum cum reliqva Nobilitate privilegium est, quod a Tributis aliisq; hujusmodi oneribus immunes sint, ac præterea debitorum causa attineri aut bonis exui non possint, quoniam illa Fideicommissi Titulo habere dicuntur. Unde quantumcunque jus creditores adversum eos obtineant, tantum tamen ipsis relinquendum est, quantum Dignitati suæ sustinendæ quotannis opus habent. Sed Philippus II. hæc jura ipsorum multis modis accidit, ideo non tantum numerum *Grandium* auxit, ut horum autoritas, quippe inter plures divisa, evilescceret, sed etiam cum mutua magnificentiæ æmulatione flagrarent, Bona sua oppignorare eaq; posthac à creditoribus capi passus fuit. Accesit interdictum ab eodem profectum, nequis Procerum aut Nobilium arces & castella sua repararet, specie quidem eos onere expensarum, at revera seipsum metu potestatis, quam sæpius minitari visi fuerant, sublevandi: Unde nunc mera cadavera talium locorum in Hispania passim conspiciuntur. Vid. *Voy. d' Esp. c.* x. *&* xi. *Equestris Dignitatis* quatuor genera habent, tria Cruciatorum Eqvitum de *Alcantam, de Calatrava & S. Jago*, E quibus ordo de Alcantara dignissimus est. Qvartum ac nobilissimum est *Equitum Aurei Velleris*, de quibus Vid, Not. Dignit. *Diss.* XVI. §. *III. & seqq.*

XVII.

In reliqva farragine rerum memorabilium Hispaniæ notamus: Nomen *Ferdinandi* ab Hispanis pro auspicato & felici haberi, & è sexu Fœmineo Nomen *Isabellæ*: Prius prolixè ostendit *Horn, in Disert. Histor. XXX.* Posterius *Ferd. Pallavicino cit. N. VI. Philippi* nomen ipsis inauspicatum esse idem *Hornius* autumat, sed qui Regni Portugalliæ sub Philippo II. accessum aliaq; Regis hujus consilia ac gesta rite expendet, haut facile ipsi fi-

dem habebit. Regibus Hispaniæ genibus flexis inserviri expositum *Not. Dign. Illustr. Diss. VI. c. II. §. VI.* Qvod & ab extantioribus Procerum in imitationem tractum. Exemplum Ludovici de Haro V. *Voy. d Esp. c.* xx. V. *it. Not. Dign. c. l.* Nigris vestibus qvoq; indutum esse oportere, qui cum iis loqui velit *ib. §.* X. De Insignibus Regis *ibid. c. III. §.* ix. Nec Legatos perinde, ac in Aulis fieri solet, solenni aliqua exceptione introduci monet *Diarium Europ. Contin. V. pag. 108.* Eqvum cui Rex semel insedit nunqvam posthac alii eqvitandum permitti, observat Autor *des Voy. d' Esp. c. XX.* Ideo Philippus IV. cum Dux de Medina de las Torres ipsi solenniter ad Atocham ituro elegantissimum & illo tempore toto Madrito decantatum Eqvum offerret, eum accipere recusavit, causatus animali injuriam fieri, quippe quod toti mundi posthac inutile futurum esset. Liberos Regios *Infantes* dici Vid. iterum *Not. Dign. Diss. III. c. IV. §. II.* At naturalibus non permitti ut Madritum ingrediantur singulare est, quod fieri putant declinandæ prærogativæ contentionis cum proceribus causa.

XVIII.

In Re Sacra memorabile est, qvod Reges Hispaniæ morituri Pœnitentiam accipiant, *qvod est genus Consecrationis* inter Principes Magnates Hispaniæ jam olim usurpari solitæ, cujus B. Isidorus in Chronico Visigothorũ Legibus præfixo, cum de Bamba Rege loqvitur, mentionem facit; Aliud ab extrema Unctione, qva passim Pontificij utuntur. *Thuan. Histor. Obitus Philippi II. Lib. CXX.*

Tutelaris Hispaniæ est S. Jacobus Major, Hispaniæ, ut creditur, Apostolus, cujus & sepulchrum Compostellæ ostendunt, unde Peregrinationes Compostellanæ; Sed qvas una cum Historia Jacobi inter ipsos Catholicos in dubium vocant *Baronius*, obscurius qvidem in *Martyrolog. ad XXV. Julii*, apertius vero *in Annal. Eccl. ad An. DCCCXVI.* præterea *Simon Boschus* ex antiqvissima Historia qvadam Anonymi in Monasterio Floriacensi inventa, *Ensmus* in Colloqvio *Peregrinatio Religionis ergo*, qvo Divum istum Compostellanum cum conchis imbricatis seu imbricato putamine satis scoptice exagitat. Confer. *Voet. T. III. Disp. select. de Peregrinationibus Compostellanis.*

Attingenda etiam illa per totam Hispaniam receptaTaurinorum certaminum spectacula Madriti aliquoties per annum, aliis vero in locis Festo S. Johannis solenniter edita, quibusve vulgus pariter ac eminentiores quique & ipse

ipſe Rex intercedit. Creduntur reliquiæ conſvetudinum Maurotum eſſe, à qvibus hodienum & longe ſolennius, quam in Hiſpania celebrantur, veluti & Londini Anglorum quædam eorundem imitamina extant. Et Ratio ex ſtudio placendi populo forte ſumenda erit, cujus pars eſt ſpectaculis & ludorum celebritatibus & armis tractandis anniverſarios dies inſtituere, eoq; & concordiam inter cives fovere & commendationis ac præconii occaſionem captare. V. *Jac. R. Angl. Don. Reg. L. II.* Sed levem crudelitatis maculam ferre videntur; In ruentes Tauros enim viliſſimus quisq; enſe ac pugione lævit; Præterea pugnantibus periculoſa ſunt, qvibus Tauri, dum reſiſtunt, ſæpe exitium inferunt. V. *Leod. Vit. Frid. L. VII. & Voy. d' Eſp. c. XVII.* Solennis quoq; eſt Gigantum, quos *Hyos de los Vezinos* vocant, & ſimulacra chartacea in vaſtiſſimam humanam effigiem formata ſunt, ſerpentis item maximi, Taraſca vocati circumductio, quæ Feſto Corporis Chriſti peragitur, & plurimis in locis ipſisq; vicis ignobilioribus oſtentatur. V. *Voy. d' Eſp. c. XIIX.*

Æra Hiſpanica, cujus apud Hiſtoricos crebra mentio fit, nihil aliud eſt, qvam Computus Annorum Æram Chriſtianam Annis XXXIIX. anticipans. Uſus fuit in Cippis, Inſcriptionibus & Conciliis Hiſpaniæ. Deſiit in Aragonia A. MCCCLIIX. In Caſtilia A. MCCCLXXXIII. In Portugallia A. MCCCCV. Vid. *Scaliger. de Emend. Temp. Lib. 5. pag. 454.*

CAP. II.

HISTORIA REGNI PORTUGALLIÆ.

I. Regni Portugalliæ amplitudo.
II. Idem qvo autore quave ratione cœperit?
III. Incrementa ejusdem: Insignium Portugallicorum origo.
IV. Series & Characteres Regum Portugalliæ: Hodiernus Regni Status.
V. Pseudo-Sebastianorum Catalogus.
VI. De Jure Regis Hispaniæ in Portugalliam: Quo tempore & qva occasione Johannes IV. Regnum Portugalliæ susceperit?
VII. Bellum inter Hispanos & Portugallos; Articuli Pacis inter eos initæ.
IIX. Insignia Regni Algarbiæ: Prærogativa Regum Portugalliæ. De Alph. Albuquerqvio & Vasco di Gama memorabilia: Directorium Autorum de Rebus Portugallicis.

I.

REgnum Portugalliæ duobus Regnis comprehenditur, *Portugallia* in specie ita dicta, & *Algarbia*. Ditiones Exteræ sunt in Oceano Atlantico Insulæ *Madera, Porto Sancto & Asores*. In America Meridionali *Brasilia*, item *Maranhonium* & Status *Pam* sub peculiari Gubernatore. In India Orientali *Litus Malabaricum*, & qvædam versus Persiam, ubi & Pro-Regem habent Goæ degentem & Archi-Episcopum unum, cui peculiaris Titulus *Patriarchæ Indici*, & Episcopos *de Cochin*, *Meliapor* & *Ma-*

& Macao. Macao è regione Chinæ sita, de qva Vid. *P. I. c. V. §. XVII.* Habuerunt etiam *Insulam Ormuz* in Sinu Persico, sed hanc Persæ ab *A*nglis adjuti ipsis eripuerunt *A.* MDCXXIII. Vid. *P. I. c. V.* §. XVI. Et in *A*rabia *Mascateam, Mascaté*, qva ab *A*rabiæ Principe non ita pridem exuti sunt. V. *P. I. c. VI. S. II. §. IV.* Item litorales partes *Insulæ Ceylon*, Litus Coromandelicum & alia *Malaccam* usque, quæ Belgæ sua fecerunt, qvi & Litori Malabarico jam vim illaturi erant, occupato Anno MDCLXII. Cochino: Sed pace inter ipsos & Portugallos facta ab ulteriori progressu abstinuerunt. In Africa citeriori habuere *Tingin s. Tanger*, qvi locus *A*nno MDCLXII. cum Catharina Infanta Portugallica in Angliæ Regis Potestatem concesit; In ulteriori adhuc habent Insulas *Ferdinandi de Poo, Annobon &c.* In continenti aliqva Regni Congo, Guineæ, & in litore *Cafariæ, Mozambiquam*, qvam singulari Gubernatore regunt, qvi à Vice-Rege Goano dependet aliosve duos de *Zofala* & *Chepon Goum* sub se habet. Vid. *Tavern. P. II. Lib. II. c. XXV.* Unde Titulus Regum Portugalliæ surrexit: *Rex Portugalliæ, Algarbiæ & citerioris atq; ulterioris lateris Oceani Africani, Dominus Guineæ & conquestarum navigationum & commerciorum in Æthiopia, Arabia, Persia & Indiis &c.* qui citatur *Part. V. Diar. Eur. ad A. M DC LX. Mens. Decembr. p. 246.* In qvo in specie hoc tanqvam peculiare notamus, quod tituli partem ab actionibus, utpote commerciis ferat, quod in nullo alio Regno usu venit. De Locis, qui initio hujus seculi Regno Portugalliæ subjacuere Vid. *Nicol. de Olivem Descr. Portugall.* & ex eo *Johan. Laet. Descr. Hispan. p. 159.*

II.

Initia Regni Portugallici ab Henrico Lotharingiæ Comite communiter peti solent, qvi dum Theresiam Alphonsi VI. Castiliæ Regis filiam duxit, mortuo sine prole mascula Alphonso, Jure Uxoris magnam partem Portugalliæ accepit, & in posteros propagavit: Qvæ simplicissima facti narratio, sed cujus circumstantias non leves manent scrupuli inter Hispanicos potissimum & Portugallicos Scriptores agitati. Hispanorum aliqvi Henricum Constantinopolitanum fuisse ajunt, sed Erroris rationem in eo sitam deprehenderunt *Meyerus* Rerum Flandricarum Scriptor & *Vasæus in Chronico c. XVII.* qvod cum Bisuntinus fuerit, qvæ civitas Burgundica est, olim Lotharingiæ attributa, Byzantium intellexerint, sicqve Constantinopolitanum fecerint. Theresiam deinde Naturalem Alphonsi filiam ex Ximena Concubina susceptam

ptam scribunt: Sed Ximenam legitimam Uxorem fuisse diserteq; Reginam vocatam demonstrat *Resendius Antiq. Port. Lib. IV. de Orichiensi Agro.* Concubinam vero inde forsan dictam putant, qvia Consangvinea primæ Uxoris Regiæ, eamque ob causam ab Alphonso etiam separata fuerit; Filiam vero ideo non posse dici illegitimam, qvia matrimonium bona fide contractum fuerit, & Conjuges Regij nullum impedimentum sciverint; Affinitatem istam enim facile nesciri potuisse, qvippe extensam ad septimũ gradum. Vid. *Anton. de Sousa Lusitan. Liber. Proœm. II. §. I. ex Brandaon. Lib. VIII. c. XII.* Nec donatione Portugalli volunt Henricum accepisse Portugalliam, sed Testamento, quod idem *de Sousa* tradit ex *Luc. Tudens. Brandaon. L. IIX. c. IX. Faria p. III. c. I. n. IX.* Deniq; & Comitatus Titulo Henrico collatam esse negant; Et Henricum vocatum quidem Comitem, sed nunquam Comitem Portugalliæ, Comitem v. fuisse, antequam Portugalliam adipisceretur.

III.

Incrementa Regno dedit Filius Henrici *Alphonsus*, qui & primus Titulum Regium usurpasse creditur. A. MCXXXIX. enim fudit quinque Reges Sarracenorum, una cum exercitu quadraginta millium. Indeque nata Insignia Regni Portugalliæ quinq; Scutis constantia crucis forma dispositis, quorumve singula quinque punctulis distinctim insignita sunt, denotandis quinq; ab eo devictis Regibus & triginta Denariis, quibus Servator olim à Juda venditus fuit. Persvaserat enim militibus suis se nocte prælium antegressa imaginem Christi crucifixi in nubibus vidisse & confirmatum sin obtinenda Victoria in mandatis accepisse Denarios istos Insignibus suis inserendi. Hinc & singulis Scutis tunc xxx Denarii inscripti, sed à tempore Johannis II constitutum, ut quia singula integros XXX commode haut ferre possent, unicuique quinq; inscriberentur, pro explendo numero tricenario autem vel medii bis numerarentur, vel ipsa quinque Scuta accenserentur. *Sous. Proœm. II. §. II. & Append. c. III.* Qvæ tamen *Hier. Osorius* paulum aliter narrat & quinque scutis quinque Servatoris vulnera denotari iisdemque hunc ab Alphonso visum scribit. *Cum Alphonsus cum quinq; Regibus Saracenis cum maximo exercitu conflipatis confligere in Lusitania voluisset, in cælo unde auxilium precibus efflagitabat Christi speciem eidem quinq; vulneribus illustratam oculis atq; mente conspexit, innumerabilemq; hostium multitudinem Christi nomine confirmatus occidit, & ea de*

de causa illa insignia ad memoriam posteritatis assumsit. Itaq; modis omnibus Rex singulari pietate præditus cum hæc ad nos tam præclara Regiæ Stirpis insignia misit, nostram posteritatem admonere voluit, ut in Bellis non humanis opibus, sed Divino Christi præsidio niteretur. De Reb. Gest. Eman. L. IIX.

IV.

Reges tempori nostro propiores fuerunt *Johannes I. Henricus, Johannes II. Emanuel*, sub quibus veluti Regnum Portugalliæ maxime efflo-ruit, ita iisdem debetur quicquid potentiæ Portugalli ex illo tempore per Africam & Asiam obtinuere. Johannes I. namq; cum Regnum hostium incursione liberasset, primum instructa classe *Septam* urbem in Africano litore Freti Gaditani sitam expugnavit, eoq; Portugallis occasionem armis latius evagandi aperuit.

Henricus filius Johannis deinde hoc institutum persecutus fuit: Quare Classes ædificavit, quibus Africæ litora & eas Mauritaniæ Regiones, quæ extra Fretum ad Austrum pertinent, infestas redderet. Deinde cupiditate incensus terras ignotas explorandi dedit operam, ut ii, quos classibus præficiebat, multo longius progrederentur: Quo studio factum est, ut partim hominum fortium industria, partim variæ tempestatis eventu, non solum bona pars Africæ, quæ ad Æthiopiam pertinebat, verum & Insulæ permultæ in Oceano sub Imperium Portugalliæ subjugarentur. Obiit A. MCCCCLX. & successorem reliquit Alphonsum ex Fratre nepotem, qui quoniam aliis Bellis exercebatur, nihil potuit ultra id, quod Henrici opera lustratum fuerat, explorare.

At *Johannes* II. Alphonsi Filius iterum summo studio huic negotio institit, detectoq; Capite Bonæ Spei viam in Indiam aperuit: Præterea Homines partim Hebræos, partim Christianos, quos industrios & sagaces esse cognoverat, Alexandriam misit, qui inde in Æthiopiam se conferrent, & qua ratione post illum Promontorii flexum iter in Indiam confici posset, ab hominibus peritis intelligerent. Sed hujus conatus ulteriores mors oppressit.

Tandem *Emanuel* quod residuum erat tantis consiliis perfecit & superato Promontorio Bonæ Spei, litora Africæ & Indiæ, quæ mercaturæ faciendæ commoda videbantur, Imperio adjecit. Unde illi Portugallici Regni amplitudo in hanc usq; diem persistens, licet variis casibus posthac exercita,

partibus quoq; nonnullis nunc imminuta, de quibus passim hoc libro actum. Vid. plur. *Hier. Osor. de Reb. Gest. Emanuel. L.* I. & *X.*

Emanueli succesit *Johanes* III. & huic *Sebastianus*, qvi A. MDLXXVIII. in Bello Africano contra Melicum Fessæ & Marochi Regem imprudenter excitato occisus fuit. Cujus rei gestæ Historiam vid. in *Thuan. Lib. XV.* Deniqve *Henricus* Emanuelis Filius & Johannis III. frater, qui cum Eboræ Archiepiscopus & Cardinalis dudum fuisset, effœta jam ætate, qvod heres alius superstes non esset, Regnum capessivit, sed anni spacio tantum administravit: Cui ex Hispaniæ Regibus succedere *Philippus* II. III. IV. sub quorum Imperio Portugallia Hispaniæ accensita fuit. Qvi quales & quot competitores habuerint, qvibusve fundamentis nisos, Autores istorum temporum docebunt *Thuanus*, *Conestabilis*, *de Sousa* & alii, quorum in fine hujus Capitis fiet mentio. Surrexit tandem *Johannes Dux* Braganzæ, & A. MDC XL d. I. Decembr. Rex renunciatus, ejecto Hispanico Imperio, Portugalliam ad Veterem Regni Statum reduxit: Princeps alioqui hebetioris animi, sed Procerum Portugalliæ, ac præcipue Conjugis Sidoniæ Medinæ Ducis sororis, Fœminæ prudentissimæ consiliis sublevatus. Obiit A. MDC LVI. & reliquit filium Successorem *Johannem Alphonsum* qui *Alphonsi* VI. nomine d. xxx. Novemb. ejusdem anni coronatus fuit, & Anno M Dc Lxvi. *Mariam Franciscam Isabellam de Sabaudia* Ducissam d' Aumale è Gallia duxit; Sed qua simul Regno sequenti A. M Dc Lxiix. iterum excidit submotus consiliis Fratris Petri, nec invita Regina, quæ impotentiam mariti, Frater v. imbecillitatem animi ipsius accusavit: Itaq; in Azores abduci oportuit, Fratre interea & Regnum, Principis tamen titulo, & Reginam sibi vendicante, cujus rationes reddiderunt. 1. Ne Regina dotem DCCM. Aureorum repetendi causam haberet. 2. Ut prolem Regni heredem maturarent, qvam ita citius extituram dicebant, quam si Principi alibi de conjuge adhuc prospiceretur. Secuta quoque brevi proles, sed non nisi unica & fœminea, quæ proinde & An. MDCLXXIV. d. XIV. Februarii Heres Regni Portugallici publice proclamata, & A. MDCLXXIx. Duci Sabaudiæ desponsata fuit, abrogata simul antiqvissima Regni Lege, nequis peregrinus ei admoveretur. Sic ludit Dei Providentia in humanis negociis. Polonis per tot secula stetit immota Lex: *Nequis Piastus*, h. indigena, *Rex esset*; At nostro tempore Indigenas exteris prætulerunt; E contrario Portugalli non minori seculorum numero Peregrinos Reges aversati sunt, at nunc talem sponte susci-

suscipiunt. Annus LXXIX quoq; hoc nomine jam secunda vice Portugallis fatalis extitit, nam A. MDLXXIX Philippus II. Hispaniæ Rex, eoq; itidem peregrinus, jura matris suæ prosequi & pedem Regno Portugalliæ inferre cœpit.

V.

QVid medio tempore Philipporum Secundi & Tertij Impostores aliqui assumpto Sebastiani Regis nomine tentaverint, non abs re fuerit ea qua poterimus brevitate indicare: Cum enim magna Portugallorum pars desiderio pristinæ Regum suorum familiæ quemvis fingere maller, quam perpetuo Regum Hispaniæ detineri Imperio, non defuerunt, qui commodorum spe illecti, huic Scenæ inservire cupierunt; Prudentioribus interea de morte Sebastiani non dubitantibus, nec causa suspicionis de superstite adhuc Sebastiano alia existente, quam quia Alphonsus Peresius Tavora captus, ut hostilem furorem declinaret, se Regem finxerat, eoq; ad Melici lecticam ductus servatus fuerat: *Quod fortasse Sebastiani in ea capti neq; occisi fama diu postea sparsa, neq; dum, cum hæc scribo, omnino extincta occasionem præbuit*, inqvit graviss. *Thuanus cit. L. LXV.* Talis *Pseudo-Sebastianus* primo surrexit A. MDLxxxv. tegularij filius Alcasonæ natus & Lisbonæ educatus posteaq; vitam Eremiticam amplexus, sed quem Albertus Prorex Philippi, quia fronte & habitu Corporis Sebastiano dissimillimus erat, ex Judicum sententia remis admovit. Secundus fuit *Gonsalvus Alvarez*, Tercera Insula oriundus, atq; itidem Eremiticam vitam professus Hiceræ ad litus maris, quo uno fundamento etiam Portugallicum vulgus illum alterum fecit Regem Sebastianum, quod opinaretur, eum amisi prælij pœnitentia ductum in ejusmodi locum secessisse: Unde & ille persentiscens talia & in commoda sua transferre cupiens sæpius in tuguriolo exclamasse auditus fuit: Miserum Te, Sebastiane, cujus causa mortem oppetiere tot fortissimi milites, qua poteris pœnitentia culpam eluere; Sed captus & ille nomen patrium ac vitæ institutum sponte professus fuit, eoq; tanquam lælæ Majestatis reus suspendium pertulit. Tertius fuit *Gabriel de Espinosa*, Madrigalæ pistor Dulciarius instinctu Fr. Michaelis à Sanctis, qui olim Sebastiano à Concionibus fuerat, seductus, sed ambo sententiam mortis perferre coacti sunt A. MDXCV. Quartus *Calaber* A. MDXCVIII. demum innotuit, fidemq; omni exceptione majorem mereri visus fuit; Maxime quod in Colloquio cum Duce de Medina ensem inter varios qui proferri jubebantur agnoscceret, quem Sebastianus olim Duci ad se ablegato

dono dederat, & Uxorem Ducis monilis admoneret ipsi tunc etiam dono dati, esseque in monili quiddam, quod hactenus ille nesciverit, sibiq; constitutum esse, ut Sebastianum se esse audacter crederent, id illi monstrarer. Prolato jussit gemmam eximi & posteriori, quæ auro ante tecta fuerat parti, nomen suum insculptum ostendit: Unde nec Portugalli à tumultibus vacui manserunt, sed quibus ille in arcem conclusus morte sua sive accelerata sive naturali A. MDCI finem imposuit. Quas Historias & Judicia variorum insignium Historicorum de Pseudo-Sebastianis hisce V. apud *Chifletium in Tennevr. Expenso c. VII. & IIX.* Paralleliſmi Pseudo-Demetriorum Rusiæ, aliorumq; variorum Principum personas indutorum infra in Historia Russiæ videndi.

VI.

Controversia, quæ nomine Successionis intercesit Regibus Hispaniæ & Portugalliæ s. tunc temporis Ducibus Bragantinis, cœpit A. MDLXXIX, & coram superstite adhuc Henrico jam agitata fuit, maxime vero continuata, cum Henricus obiisset. Philippus jus suum inde petebat, quia natus esset ex Isabella Filia Emanuelis ultimi Portugalliæ Regis, à quo superstites fuerint Lineæ. Johannes Dux Braganzæ vero ex eo causam suam defendebat, quod Catharina Uxor sua Philippo propior esset; Etsi enim esset fœmina, filiam tamen esse Eduardi fratris Isabellæ: Cui addebatur I. Comitijs Lamecensibus A. MCXLI. omnium Ordinum consensu decretum esse, ut licet deficiente masculo fœminæ Sceptrum deferri deberet, hæc tamen si extra fines Regni nuptum abiret, jure Coronæ Patriæ excideret, ne unqvam Regnum teneret; qui Portugallus non esset; Atq; adeo Isabellam Carolo V. elocatam nullum jus ad Coronam Patriam secum detulisse, vel in filium derivare potuisse; Catharinæ vero Regnum jam deberi, quia illa maritum haberet è *P*rincipibus *P*ortugalliæ. II. Legibus ac consvetudine *P*ortugallorum cautum esse, ut si ultimus possessor absq; *P*role decederet, Corona ad transversalem in potiori Linea constitutum, deferretur: Quia itaq; ex Emanuele per Edvardum & Isabellam geminæ lineæ ductæ fuerint, Edvardi merito rationem potiorem esse habendam, cum sexus masculinus fœminis præferatur. III. Catharinam niti beneficio repræsentationis fratrum liberis à jure concesso, idq; jam tum sanctum fuisse in ipsa Regni fundatione A. MCXLI. deinde Comitijs Lisbonens. An. MCCCCLXXVI. sub Alphonso V. habitis, & solenni Testamento Johannis I. Mens. *A*uguſt. *A.* MCCCCXXXVI. condito.

condito. Philippus tamen prævaluit, Duce Braganzæ partim minis absterrito, partim promissis ingentibus inescato: Quanquam interea Catharina Bragantini uxor manifesto dissentiret, idemq; posthac Theodosius filius testatum in scriptis reliquerit: Sibi nunquam in mentem venisse, ut cederet jure Regni, & si quid secus à se dictum factumve esset, id ipsum pro non dicto & infecto habendum esse. Philippo quoq; aliunde negocia facessita: Nam Populus *Antoninum Priorem de Crato* & tunc temporis Magistrum Equitum Rhodensium, & Ludovici, Eduardi fratris, naturalem filium Regem creaverat; Hunc tamen facile erat opprimi, & Philippus Regnum ad successores Philippum III. & IV. tuto transmisit. Sub hoc autem denuo recruduere priscæ lites & Johannes Bragantinus Catharinæ Nepos adjutus Viris Principalibus è Nobilitate Portugallica, *Michaele de Almeyda*, *Antonio Dalmada*, *Petro de Mendosa*, *Francisco de Mello*, Regnum Majoribus suis debitum occupavit, oppressis præsidiis Castellanis, cæsoqve Secretario Vasconcellio, Hispaniæ Regis præcipuo Ministro & Margarita Portugalliæ Gubernatice simul omnibus Hispanicis Ministris intra octiduum Regno exclusa: Cujus occasio captata ex Rebellione Catalonorum in quos auxilium petenti Philippo repulsam dedere, quippe in gentem sibi longo tempore amicam ferendum. Factumq; initium d. 1. Decembris, in quam tunc, quod tanquam memorabile Portugalli allegant, ex officio Ecclesiastico illud Pauli ad Rom. XIII. legendum incidebat. *Fratres, hora est surgendi de somno, nunc enim propius salus nostra est, quam cum credere-mus. Lusitan. Liberat. p. 121.* Qva die & Johannes, cum antea Villaviciosæ, Urbe ditionis suæ degisset, Lisbonam ingressus fuit, solenniter postmodo coronatus d. XV. ejusd. mens. Nec ulla urbs vel propugnaculum fuit, quin Hispani eo statim cederent, solo *Castello S. Gionis* excepto, qvod in XV. Diem restitit. Exteris v. non ingratum fuisse hunc motum, docuit Exemplum Regis Galliæ, qvi statim milites & Duces Belli expertos novo Regi subministravit, Belgij item Ordines fœdere Offensivo & Defensivo se statim cum eo implicuerunt; In Anglia qvoq; Legatus Johannis tanqvam à Rege missus exceptus fuit. Quin & Pontifex M. Urbanus VIII. post habitam cum Collegio Cardinalium deliberationem Legatum Regis Michaelem de Porto-Gallo, Episcopum Lamecensem Romam venire & negotia illius Regni curare permisit, ex veteri more apud Romanam Curiam in similibus casibus observato, qvo disidentibus de Regno Principibus ejus qui

Regnum possidet, Legatus admittitur, ne interim res Sacræ in illo Regno detrimenta capiant: Vel generalius, qvia in casibus hujusmodi controversis Principibus moris est possessionem seqvi. Hujusq; exemplum jam præcesserat sub Gregorio XIII qvi Regis Poloniæ Stephani Batoræi Legatum itidem admisit, licet contradicentibus Henrico Valesio Rege Galliæ & Maximiliano II. Imperatore. Vid *Piasec. in Chron. p. 517. & 5. 8.* Sed tamen Apostolicam Benedictionem licet sæpius petitam, Johannes nunqvam impetrare potuit, Hispano ingentibus minis id prohibente. Vid. *Thulden. ad A. MDCLVI. p. 301.*

VII.

Interim Bello inter utrumqve Regem res commissa fuit, cujus primum prælium A. MDCXLIV. prope Montejum initum, Duce Portugallorum Matthæo de Albuquerque exercitu VIM. peditum & MC. Eqvitum instructo, ex Hispanis autem Barone de Molinguen VIIIM. pedites & MMDC. Equites opponente, qvo victoria penes Portugallos stetit: Ultimum An. MDCLXV. ad *Villam Viciosam* Archistrategis Portugallorum Schombergio & Hispanorum Marchione de Caracena commissum, quo Portugalli itidem superiores extitere, ac Hispanis gravissimam cladem intulere. Qva cum res Hispanicæ valde accisæ esent, ac novus insuper hostis Galliæ Rex Belgio Hispanico immineret, factum fuit, ut tandem A. MDCLXIX. adeoq; post lapsum XXIX. annorum, interveniente mediatione Regis Angliæ finitum, & Pacis articuli fere tales sanciti fuerint. *I. Ut Regi Portugalliæ à Rege Hispaniæ titulus Regis tribueretur & promitteretur, suo interventu se effecturum, ut Portugalliæ Rex benedictionem Pontificis M. impetraret. II. Ut loca utrinq; occupata restituerentur, sola Ceuta in Africa exceptâ, quæ Regi Hispaniæ relinqueretur. III. Ut in Commerciis Portugalli iisdem in Hispania privilegiis gauderent, qvæ Anglorum natio haberet, vel quæ ipsi tempore Sebastiani Regis habuerant. IV. Paci in dilionibus Regis utriusq; publicandæ XV. dies, in Indiis VI. Menses darentur, & ab eo tempore omnis hostilitas aboleretur.*

VIII.

Qvid inter Portugallos & Belgas actum sit, tradendum *in Historia Belgii.* Cur Soli ultimis Europæis motibus se non implicuerint, utut alias fœdere arctiori cum Gallis astricti, rationes videntur fuisse. I. Pax recentissime cum Hispanis inita, eoq; horror armorum tam cito resumendorum. II. Ju-

II. Juris defectus, qvia enim Portugalliam totam ab Hiſpanis impetraverant, cauſa non erat, cur Pacem rumperent, vel ſpem aliqvid acqvirendi alerent. III. Potiſſima erat, qvod hoc modo ſoli præter Anglos, qvibus demum poſt A. LXXIV. eadem fortuna obtigit, commercia per totam Europam libere tractaverint, cæteris omnibus inter plurima pericula cum rebus ſuis verſantibus. Iisdem deberi maximam partem detectorum Africæ & Aſiæ tractuum expoſitum ex parte *præc. §. III.* De Inſignibus actum eadem §. *III. & Not. Dign. Ill. Diſſ. VI. c. III.* Cui hic addimus, Regni Algarbiæ inſigne eſſe Caſtellum Aureum in Campo Rubro. Prærogativam Regis Portugalliæ præ alijs Regibus deberi ratiocinatur *de Souſa*, qvia qvaſi Caput Europæ ſit, latiſſime dominetur &c. *Luſit. Liber. Append. c. VI.* Qvem ſuo patimur abundare ſenſu. Inter viros illuſtres Portugalliæ commemorandos ducimus fortiſſimos viros *Alph. Albuqverquium & Vaſcum di Gama*, tempore quidem à nobis remotiores, at rebus geſtis, quarum paſſim hoc Libro mentio fit, clariſſimos. Vaſcus di Gama primus Caput Bonæ Spei ſuperavit, & litora Africæ ulterioris ac Indiæ Portugallorum Imperio aperuit : *Ideo homines admiratione quadam defixi reducem cum ſuis quaſi ab inferis excitatum intuebantur.* Oſor. *de Reb. Geſt. Eman. Lib. II.* Albuquerquii autem induſtriæ debuerunt Portugalli conqueſtum Inſulæ Ormuz ac litoris Arabici, ipſa quoq; Goæ, hodiernæ ſedis Vice-Regis ſui in India initia, eoq; ſtabilimentum negociorum Indicorum omnium. Inter varia imperterriti animi ejus indicia inſigne iſtud fuit, quo Legatos Ismaelis Sophi Regis Perſiæ cum Tributi à Rege Ormuzij petendi cauſa advenisſent, dimiſit: *Ferculum* namq;, uti vocabat, *ex Globis ferreis, ſagittis, haſtarum cuſpidibus & ferreis fiſtulis ipſis apponi*, iisq; explicatis addi curavit: *Hoc eſſe ferculum, quod Rex Portugalliæ iis pendere ſoleat, qui à Regibus ſibi ſubditis tributum exigant.* Obiit in litore Malabrico è regione Goæ, *ejusq; morte nunciata luctus per oram Indicam pervaſit, multos Reges & Principes mœrore afflixit: In primis Xuranda Ormuzii Rex animi dolorem multis lacrimis & veſte lugubri demonſtravit. Rex Emanuel quoq; illius mortem acerbe tulit filiumq; illius ad ſe continuo venire juſſit, & ne tanti viri nomen ex animis elaberetur, ei patris nomen indidit & pro Blaſio Alphonſum vocari præcepit. Eum vero, ut parentis merita poſtulabant, multis muneribus affecit & ſplendidis etiam nuptiis ornavit.* Oſor. *de Reb. Geſt. Eman. Lib. X.* Plura de negociis Portugal-

gallicis docebunt *Hieronymus Coneſtabilis de Unione Regni Portugalliæ ad Coronam Caſtellanam* Tom. II. Script. Hiſp. pag. 1058. *Salgado de Arayo Mars Luſitanicus*, *Joh. Caramuelis Lobkowitz Philippus Prudens*, *Luſitaniæ*, *Algarbiæ*, *Indiæ*, *Braſiliæ Legitimus Rex demonſtratus Antwerp. An. MDCXXXIX. fol. Antonii de Souſa Luſitania Liberata. Lond. An. MDCXLVI. fol. min. Lucii Andreæ Reſendii Antiqv. Luſitanicæ Lib. V.* Tom. *II.* Script. Hiſpan. pag. 892. *Nicolai de Olivera Deſcriptio Regni Portugalliæ*, *Antonii Vaſconcellii Deſcriptio Regni Luſitaniæ* & Anacephalæoſis Regum Luſitaniæ, *Emanuelis Faria* Epitome Rerum Luſitanicarum, *Theodorus Godefreyus* de Origine Luſitaniæ Regum, *Antonii Brandaon* Monarchia Luſitanica, *Hieron. Oſorius* Epiſcopus Sylvenſis de *Rebus geſtis Emanuelis Regis* &c.

CAP.

CAP. III.
DE
REGNO GALLIÆ.

I. Directorium Autorum de Rebus Gallicis.
II. Loca Jurisdictioni Gallicæ subjecta.
III. Familiæ ac series Regum Galliæ, & Lemmata his appositæ.
IV. Series recentiorum Regum Galliæ, eorumq; Characteres.
V. Generalia ad Characteres Regum Galliæ pertinentia.
VI. Titulo Christianissimi, Delphini, &c Cur Reges solo titulo Galliæ contenti sint? Memorabilia de Ampullâ Remensi, Auriflamma, scuto Liliato.
VII. Debilitas vetus Regni Galliæ, primaq; per Puellam Aurelianensem emergendi initia.
IIX. De Progressu & incrementis potentiæ Gallicæ.
IX. Bella Gallorum intestina, Liga Sacra, Hugonotæ, Politici, Zelotæ: Obsidio & fames Rupellana.
X. Bella Gallorum cum Hispanis: Articuli Pacis Atrebatenses, Madritenses, Cameracenses, Crispiacenses, Cambresienses, Vervinenses, Pyrenæi, Aquenses, Neomagenses.
XI. Bella Italica Gallorum.
XII. Contentiones cum Pontificibus Maximis.
XIII. Negocia cum Imperio.
XIV. Negotia cum Fœderato Belgio.
XV. De Parliamentis Galliæ eorumq; Autoritate.
XVI. De Paribus Franciæ, Ordinibus item Regni.
XVII. Jus Gallicum, Codex Ludovicinus.
XIIX. Ministri status prisci; Majores Domus; Henricũ IV. cartuisse Ministris talibus: De Ancræo, Luynæo, Richelio, Mazarino, hodiernis Ministris.
XIX. Singularia Galliæ & Gallorum.
XX. De Comitatu Avenionensi.
XXI. *De Principatu Arausionensi.*
XXII. *De Ducatu Lotharingiæ.*

I.

IN DIrectorio Autorum de Rebus Gallicis primum commemoranda *Bibliotheque des Auteurs, qui ont escrit l' Histoire & Topographie de France par André du Chesne* à Paris 1627. 8o. Collecta Volumina Scriptorum Gallicorum sunt: *Historiæ Francorum Scriptores Coætanei XII. ab A. DCCIX ad A. DCCCCXC.* Ed. Petr. Pithæo A. MDLXXXIIX. *Scriptores* XI. *ab A. DCCC. ad MCCLXXXV.* eod. Autore An. MDXCI. *Scriptores Francici Ed.* Marq. Frehero A. MDCXIII. *Historiæ Francicæ Scriptores coætanei à prima gentis Origine ad nostra usq; tempora* Ed. *Andr. Du Chesne* Geogr. Regio, quod molimen, prout ex præfatione Tomi I. patet, XXIV Tomorum fuit, sed quia mors ejus id intervertit, non nisi duo Tomi proditi fuere. I. A prima gentis origine ad Pipinum, II. A Pipino ad Hugonem Capetum. Qvibus tres alios usqve ad Philippum Pulchrum adjecit *Franciscus du Chesne* filius Andreæ, ejusqve in munere Geographico Successor.

Histor. Antiquam illustrant *Jul. Cæsaris Commentarii de Bello Gallico*: De quibus judicium Ludovici XII. V. *seq.* §. *IV. Cl. Fauchet Antiq. & Hist. Gauloises & Françoises*, Steph. Pasquier *Libris VI. des Recherches de la France*, Gv. de Bellay *de l' Antiquité des Gaules, Joh.* Isaacius Pontanus *Libris VI Originum Francicarum*, Andreas du Chesne *aux Antiquitez & Recherches des villes, Chasteaux &c. de toute la France*, Joh. Picardus *de Prisca Cel. topædia &c.* Franc. Hotomanni Franco Gallia, s. juxta editionem Gallicam, *La Gaule Françoise* cum Apologia Victoris Thuartii.

Historiam Geographicam Galliæ compluribus variorum descriptionibus exhibuit Du Chesne *T. I. Script. Gall. p.* 4. *6. &c.* E quibus Papirii Massoni *Noticia Episcopatuum Galliæ* huc maxime pertinebit, quæ extat *p. 45. & seqq.* Adde Joh. Blaeu Atlantis *P.* II. Tom. VI. A. MDCL. E nostris Topographiam Galliæ emisit *Martin. Zeilerus Franc. 1655.*

Annalium Universalium Conditores sunt *P. Æmilius* Libris X. de Reb. Gestis Francorum à Pharamundo I. Rege usqve ad Carolum IIX, quos continuavit *Arnoldus Ferronus* Consiliarius Regius Libris IX. de rebus gestis Gallorum à Carolo II. ad Henricum II. & hos iterum *Jac. Henrici-Petri* usqve ad A. MDCI. *Joh. Titius*, Chronico de Regibus Francorum usqve ad Henr. II. quod ab eod. Henric-Petro auctum fuit usq; ad Henr. IV. additumqve Annalibus Æmilii. *Robertus Gaguinus* Annalibus Rerum Galli-

Gallicarum à prima Origine usqve ad Ludovicum XII. cum Appendice *Huberti Velleji* usqve ad Franciscum I. *Johannes Sermnus* Inventario Historiæ Francicæ à Pharamundo usq; ad Ludovicum XIII. ab An. CCCCXX. ad A MDCXXIV. *Joseph. Texera*, Stemmatibus Franciæ & Navarræ Regum à prima utriusq; gentis origine usqve ad Henricum Magnum, *Papirius Masfonus* Annalium Libris IV. qvibus res gestæ Francorum explicantur usqve ad Franciscum I, qvi unus instar omnium fuerit. Histoire generale de France avez l'Estat de l'Eglise & de l'Empire *par Scipion Du-Pleix Conseiller & Historiographe du Roy* T. I à Pharamundo usq; ad Hugonem Capetum, T. II. ab Hugone Capeto usqve ad Ludovicum XII. *Sommaire de l'Histoire de France*, Extraict de la Bibliotheque Historiale *de Nicol. Vignier*. Les Chroniques & Annales de France, de l'Origine des François faites iadis briefvement, par *Nicole Gilles* Secretaire du Roy, jusqu' au Roy Charles huictiesme, & depuis additionées par *Denis Sauvage* jusq' au Roy Francois II. &c. Augmentées jusqu' au Charles IX par *F.* de Belleforest avec la suite & Continuation d'icelles jusqves au Roy Henry IV & l'an 1600 par *C. Chappuys Secretaire & Interprete de sa Majesté*. Histoire Univelle des Gaulois ou François *par Jacques de Charron* jusqv' l'an. 1621. *Phil. Bosieres* Historia Regem Galliæ. Omnes in compendium utilissimum contraxit *Brianvallius*, *Abbregé Methodique de l'Histoire de France*, quod in gratiam Delphini hodierni conscriptum est, eoq; agitur de initio & fine uniuscujusque Regiminis, Genealogiâ Regum, Rebus maxime memorabilibus eorum, aliorumq; Virorum illustrium, Moribus da, virtutibus ac vitiis Regum. Chronographos particulares allegabimus in Historia Regum.

De Origine progressu & præstantia Monarchiæ Regisqve Francorum scripsit Carolus Molinæus JCtus in *Gold. Monarch. Rom. Imp. T. III p. 54.* De l'excellence des Roys & du Royaume de France H.B. *h. Henry Bignon* A. MDCX. Et recentius *Auberius des Prærogatives du Roy de France*: Qvod scriptum & Germano-Gallice extat *Append. ad Contin. XV. Diar. Europ.* De Statu Regio & Regni recenti *Libri de l'Estat de la France* passim noti sunt; Et è superiori seculo talis erat *Le Cabinet du Roy* ad Henric. III. An. MDLXXXI. E nostris ad hunc classem referendus *Joh. Limnæus Noticia Regni Galliæ*. De variis Ritibus Aulicis, Le Cerimonial de France *par Theodore Godefroy Advocat au Parlement de Paris. A. MDCXIX.* De

Officiis Regni Galliæ Jul. Cæsar Bulengerus ed. primæ Appendicis loco cum Scripto ejus de Imperio Romano.

Pro Rebus Ecclesiasticis faciunt *Gregorius Turonensis* L. x. de Gestis Francoum, *Claudii Roberti* Gallia Christiana Paris. A. M DC XXVI. fol. *Concilia antiqua Galliæ ex editione Jacobi Sirmondi*: *Papirij Massoni* Noticia Episcopatuum Galliæ, *Ludovici Servini* Vindiciæ secundum Libertatem Ecclesiæ Gallicanæ, *Petri Puteani* Tractatus de Damnatione Templariorum in Gallia & similibus Gallicé Paris. A. M DC LIV in 4to. Inter Biographos est *Scævola Sammarthanus* de Gallis Illustribus, qui nostra Patrumq; memoria floruerunt, in opp. ejus Par. MDCXXX 4o. Memorabilia rei Numariæ habent *Figures des Monnoyes de France, Paris. MDCXIX.*

II.

Loca Gallicam Jurisdictionem agnoscentia sunt: I. Ex Hispania *Comitatus Ruscinonenſis*, de Rousillon: Qvi & jam in manu Ludovici XI. ex parte fuit. Vid. *Comin. L.X inf. §. IV. citatum.* Tum *Præfectura* s. Vicecomitatus *Confluenti*, & pars Comitatus *Cerdaniæ* in Pyrenæis montibus ad limites Galliæ sita; Altera enim intra Montes Pyrenæos & versus Hispaniam sita penes Hispanum mansit. *Art. Pyren. 42. & 43.* II. Ex Belgio 1. *Comitatus Artesiæ* fere totus: Excipiebantur quidem Articulis Pyrenæis territoria Ariæ, Audomaropolis & Rentij *h. Ayre, S. Omer, Renty.* Sed & priora duo ultimo Bello Hispano-Gallico Imperium Gallicum susceperе. 2. In Provincia & Comitatu Flandriæ, *Urbs Gravelinga, Fortalitium Philippi, Sluſa, Halovina, Borburgum, Fanum S. Venantij*, quibus adjecta An. M DC LXII. *Dünkerka* à Rege Angliæ empta, 3. In Provincia Hannoniæ *Landrecejum, Quercerum, Avenna, Marieburgum & Philippi Villa.* 4. In Ducato Luzenburgico *Theonis villa, Mommedium, Damvillerium, Ivosium Chavantium, Marvilla*, cum omnibus earum Prætoriis, Toparchiis, Regalibus, appertinentiis & dependentiis, prout verba sonant in *Art. Pyrenæis XXXV. XXXVI. & seq. Quibus per Articulos Aquenses* accesserunt Urbes & Fortalitia *Charleroy, Binch, Athe, Duacum seu Douay, Tornacum seu Tournay, Audenarde, L' Isle seu Ryſſel, Armentiers, Cortricum seu Courtray, Berga & Furne*, Omnes fere ad Flandriam pertinentes. Vid. *Art. III. seq. §. XI.* Sed ex his iterum *Charleroy, Binch, Atb, Audenarde & Cortracum* A. MDCLXXIIX Pace Neomagensi redditæ fuerunt, loco earum vero Regi Galliæ relictæ Urbes & Fortalitia *Valenciennes, Bouchain, Condé, Cambray seu Camera-*

cum,

tum, Ypra, Warwick, Warneton, Poperingen, Bailleul, Caſſel, Bauvay, Maubeuge. V. *Art. Neomag. V. & XI.* III. *Comitatus Burgundiæ* à Rege Hiſpaniæ ceſſus eadem Pacificatione Neomagenſi *Art. XI. & XII.* Quo qvidem impletũ fuit, qvod Ludovicus XII. ante duo Secula prædixit: Qvi cum Renatus Carnutenſium Epiſcopus dixiſet, Burgundis omnibus innatum eſſe odium Gallorum, id qvidem verum haut infitiatus fuit, *ſed adfuturum tempus, cum depoſito odio ultro Gallicum Imperiũ expeſciturí ſint: Neq; ſibi tamen, neq; ſuis eſſe ſperandum, ut ea videant tempora.* V. Ferron. Hiſt. Ludov. XII. *L. III fin.* IV. In Pedimontio parte Regionum Italiæ habet *Pinarolum* Tractatu Cheraſcenſi A. MDCXXXI. à Duce Sabaudiæ ſibi conceſſum & articulis Pacis Germano-Gallicæ An. MDCXLIX. confirmatum. V. *Art. Pacis Germano-Gall. p.* 127. 134. Fuitqve memorabilis ſententia Cardinalis Richelii de loco hoc: *Regem Galliæ tribus Clavibus indigere: Perpiniano* ad Hiſpaniam, *Briſaco* ad Germaniam & ad Italicam hoc, *Pinarolo.* V. In Germania eſt Oppidum *Briſacum* cum villis Hochſtadt / Niedrimſing / Harten / & Acharren ad communitatem Civitatis Briſacenſis pertinentibus, item *Landgraviatus utriusq; Alſatiæ & Suntgoviæ* tenore citatorum Art. Pac. Germano Gallidæ, p. 127. & 128. Habuerunt & *in Caſtro Philipsburg* jus tenendi præſidium ad convenientem numerum reſtrictum, & ita ut cætera Jurisdictio, emolumenta ac Reditus penes Epiſcopum & Capitulum Spirenſe manerent: Qvam poſſeſſionem & novo munimento ſingulariq; hac Inſcriptione roborarunt: *Tuendis Rheni finibus LUDOVICUS XIV. Francorum & Navarræ Rex Chriſtianiſſimus confecto in utraq; Germania Bello, reſtaurata utrobiq; Pace, Munimentum hoc ſuæ virtutis aſſertæq; Libertatis Germaniæ monumentum firmiori iſthoc Aggere muroq; Regiis ſumptibus exſtrui fecit Annoq; MDCLXVII. Perfecit in terrorem hoſtium, Fœderatorum ſubſidium, Ligiorum præſidium, alterum Galliæ Cis-Rhenanum Propugnaculum ac Germaniam verſus oſtium, Briſaco inferius ſitu, non robore, qvod ille claudit utrumq; & nemo aperit, idem aperit & nemo claudit.* Sed A. MDCLXXVI. idem in Germanorum poteſtatem rediit, ejusq; loco *Friburgum*, quod Galli An. MDCLXXIIX. expugnarunt, ſimul pagis *Lehen, Metzhauſen & Kirchhauſen* ipſis relictum. Vid. *Art. V. Neomag.* Similis Jurisdictio in Civitates fœderatas ac in ſpecie *Colmariam, Monaſterium, Deringhaim* affectata, quarum querelæ jam dudum præſentibus Comitiis inter deliberanda aſſumptæ ſunt; Nunc v. eadem in univerſam

Alsatiam quæritur. Cui etiam firmiori reddendæ, præter X. Parliamenta in Provinciis Gallicis constituta, novum atque undecimum *Ensisheimij* institutum fuit pro Landgraviatu utriusq; Alsatiæ, quod contigit A. MDCLVII. *Vid. Thulden. ad hunc Annum. p. 190.* In America *Nova Francia* agnoscit Gallicum Imperium & ex Insulis, Insula S. Christophori, Martinico aliæque minores. Cœperunt & in *Insulam S. Laurentii* juxta *A*fricam ante annos aliquot Coloniæ educi.

III.

Familiæ Regum Galliæ hactenus tres fuere; Prima *Merovinorum*, qvorum primus commemoratur Pharamundns fuisse, cui Clodion A. CCCCXXIV admodum successit, Clodioni Merovæus, unde nomen Merovinorum, inde Clodoveus s. Ludovicus I. à quo Auriflammæ, Scuti Liliati & Ampullæ Remensis trium superioribus seculis in Gallia magni æstimatorum Clinodiorum mentio fieri cœpit. *Vid. Chiflet. de Ampulla Remens. C. I. Sirmondum Notis ad Tom. I. Concil. Gallic. A. CCCCXLVI.* Ultimus fuit Childericus III, cui loco moto Pipinus successit, qvi sub illo & duobus antecessoribus ejus Majoratu Domus functus curarum Regni molem solus sustinuerat: Unde Studia Principum & Populi acqvirere eoqve aditum sibi ad Imperium patefacere haut difficulter potuit, qvippe in tanto fastigio & proximo ad Summum Imperium gradu constitutus. Cujusmodi quid & præterito Seculo, nec dissimili felicitate tentavit Borislaus Gudenow Mareschallus Russiæ, qvi mortuo Theodoro Duce, dum primas partes in administratione Imperii obtinuerat, & animum Populi sibi devinxetat, ad Principatum fuit evectus, præterito propiori Agnato Mikita Romanowitz. De quo in *Histor. Russiæ.* Creditur Pipinus id auspicijs Zachariæ P. M. fecisse, nisi ille consilia potius suggesit, qvam autoritate sua rem perfici voluit, qua de re vid. pluribus *Wilhelm. Barclaj. Tr. de Potest. Papæ c. XLI. in T. III. de Mon. S.R.I. Goldasti p. 686.* Historiæ Franco-Merovingicæ Synopsin edidit *Raphael de Beauchamps Duac. An. MDCXXIII. 4.* Adde *Roriconem Monachum, Gregorium Turonensem &c. in T. I. Script. Gall. du Chesne.*

IIda Familia *Carolinorum* fuit, quæ à Carolo Magno nomen, à Pipino Caroli parente originem duxit. Duravit ab *A.* DCCL. admodum usq; ad *A.* DCCCCLXXXVII, ultimo ejus herede Ludovico V. sine prole mortuo. De quibus videndi *Annales Francici ab A. DCCVII. ad A. DCCXC. Annales Francorum Bertiniani à tempore Caroli Martelli usque ad An.* DCCC,

DCCCLXXXII. Annales Rerum Francicarum ab A. DCLXVII, usq; ad A. DCCCCIV. &c. in Tom. II, & III. Scr. Gall. du Chesne.

Illtia *Capetinorum* Nomen & initia sumsit ab Hugone Capeto, Filio Hugonis Magni, Comite Parisiensi, qui à Populo electus IIX. Annis Regno præfuit & obiit *A.* Dcccxcvi. Eaqve ad hodiernum Regem usque conservata fuit in geminâ Lineâ I. *Valesiorum*, quorum ultimus fuit Henricus III, mortuus *A.* Mdlxxxix. II. *Borboniorum*, quam excitavit Henricus IV. seu Magnus recta descendens à Ludovico Comite de Clermont & Beauvois, Filio Ludovici IX. seu Sancti, qui regnavit ab A. Mccxxvi, ad A. Mcclxx. Videndi de antiquioribus Regibus hujus Familiæ varii *Scriptores T. IV. & V. Scr. Gall. du Chesne.* A Philippo IV. autem s. Valesio & ab A. Mcccxxvii. cum Bella inter Anglos & Gallos primum nascerentur, cœpit ordinatissima Historiarum Galliæ series in hunc usqve diem durans, cujus initium duxit *Joh. Froissartus s. Frossardus* Historia de Bellis Francorum & Anglorum ab A. Mcccxxxv. ad A. Mcccc, quam in Epitomen redactam & à Sleidano Latine redditam inter alias Editiones videre est in *Script. Britann. Heidelb. A. MDLXXXVII.* Hunc excipit *Inghirmus*, seu Engverran, *Monstreletus* ab *A.* Mcccc. ad *A.* Mccccl xvii. prosecutus Historiam Caroli vi. & Caroli vii. deinde secuti sunt *Cominæus*, *Belcarius*, *Bellajus*, *Thuanus*, *Gramondus*, *Priolus*, omnes in sequentibus seorsim commemorandi. Singulos Reges v. suis nominibus, Annis Regni, certisq; Characterem eorum exprimentibus Elogiis exhibuit, qvisqvis fuit Autor Imaginū Regiarum Lutetiæ Parisiorum in Ponte S. Mariæ extantium, quos inde translatos cum notatu non indigni nobis visi fuerint, hic subjiciendos duximus,

Pharamundus	A. 420.	*Imperium sine fine dedi.*
Clodio	430.	*Romæ vix cessimus uni.*
Merovæus.	449.	*Nobis ferus Attila cessit.*
Childericus.	458.	*Redii virtute Decorus.*
Clodoveus I.	484.	*Salus mihi conjuge parta est.*
Childebertus I.	514.	*Armatus terror Iberi.*
Clotarius I.	562.	*Vicit Amor patriæ.*
Cherebertus,	564.	*Themidi Musarum nomina junxi.*
Chilpericus I.	573.	*Infaustis avibus rexi.*
Clotarius II,	628.	*De Spinis rosa nata fui.*

Dage-

	A.	
Dagobertus		632. *Multi post bella triumphi.*
Clodoveus II.		647. *Vigili stant regna ministro.*
Clotarius III.		664. *Dulcem mihi malo quietem.*
Childericus II.		668. *Claustro discussimus hostes.*
Theodoricus		680. *Donis auximus aras.*
Clodoveus III.		684. *Socio confidimus uni.*
Childebertus II.		694. *Plus idem ac omnibus aequus.*
Dagobertus II.		716. *Brevis mihi gloria regni.*
Chilpericus II.		722. *Claustris fero sceptra relictis.*
Theodoricus II.		727. *Nos aliquod nomenq; decusq; gessimus.*
Childericus III.		742. *Regnum mutabile sensi.*
Pipinus		751. *Meruit regnare vocatus.*
Carolus M.		768. *Consilio major, qui magnus in armis.*
Ludovicus Pius		814. *Bis cado, bisq; resurgo.*
Carolus II.		840. *Pugnare & vincere doctus.*
Ludovicus II.		878 *Tot per discrimina regno.*
Ludov & Carolomannus		880 *Rara haec Concordia fratrum.*
Carolus III.		885. *Summa petit livor.*
Odo.		888. *Imperio Regnoq; potens.*
Carolus IV.		900. *Quo nec sincerior alter.*
Rudolphus		926. *Summo dulcius unum stare loco.*
Ludovicus IV.		935. *Terris me reddidit aequor.*
Lotharius.		955. *Regnum extendimus armis.*
Ludovicus V.		986. *Terris hunc tantum ostenderunt fata.*
Hugo Capetus.		988. *In melius novus innovo regnum.*
Robertus.		998. *Omnigenae virtutis alumnus.*
Henricus.		1032. *Belli pacisq; peritus.*
Philippus I.		1060. *Lata dedi primordia Regni.*
Ludovicus VI.		1108. *Par unicuiq; periclo.*
Ludovicus VII.		1138. *Solymas asserior classe petivi.*
Philippus II.		1180. *Augusti refero cognomine dotes.*
Ludovicus VIII.		1223. *Metuendus in haeresin ultor.*
Ludovicus Sanctus.		1226. *Decus addite coelo.*
Philippus III.		1270. *Quam forti pectore & armis.*
Philippus IV.		1285. *Forti cum conjuge fortis.*

Ludo-

Ludovicus X.	1314.	*Aspera semper amans.*
Philippus V.	1316.	*Imperio pollens tractare Sereno.*
Carolus IV.	1321.	*Extra formosus & intra.*
Philippus VI.	1328.	*Ramo avulso non deficit alter.*
Johannes I.	1350.	*Vici quanquam victus.*
Carolus V.	1364.	*Immanes potui superare procellas.*
Carolus VI.	1380.	*Bonus omnibus, optimus urbi.*
Carolus VII.	1423.	*Cœlum sub virgine fausum.*
Ludovicus XI.	1461.	*Prudenti callidus arte.*
Carolus IIX.	1483.	*Viam gaudens feciſe ruinæ.*
Ludovicus XII.	1498.	*Viditq; parentem Gallia.*
Franciſcus I.	1515.	*In Hectore ſolus Achilles.*
Henricus II.	1547.	*Ora impia lege represſit.*
Franciſcus II.	1559.	*Ætas brevis aptaq; regno.*
Carolus IX.	1560.	*Juſtitiam pietas auxit.*
Henricus III.	1577.	*Æternum patriæ prepono Coronæ.*
Henricus IV.	1589.	*Ferro mea regna redemi.*
Ludovicus XIII.	1610.	*Fidei & Regni expulit hoſtes.*
Ludovicus XIV.	1643.	*Conſiliis armisq; potens.*

Reſidua ſunt duo ſpacia, qvorum alterum coronatum Delphinum *Aureum* in Campo cœruleo exhibet, cum Inſcriptione: *Spes altera Regni.*

IV.

Reges tempori noſtro propiores fuere: LUDOVICUS XI. inſtaurator poſt Carolum VII. collapſæ Galliæ, cujus Hiſtoriâ à Phil. Cominæo deſcripta, eademq; Carolus V. maximopere delectatus fuiſſe plurimaque ejus in uſum ſuum vertiſſe dicitur: Qualia tranſitus per Galliam, Captivitas Philippi Landgravij Haſiæ obtentu Scripturæ &c. De qvibus Vid. *Thuan. Lib. XXI. ad An.* MDLVII. Ejusdem Hiſtoriam prodidit *Franc. Belcarius* Commentariis Rerum Gallicarum ab A. MCCCLXI ad A. MDLXXX. Proſtat etiam de eo Scriptum Politicum cum Titulo Gallico, *La Chronique Scandaleuſe*, ſeu qui integer Titulus eſt: *Hiſtoire de Louys* XI. *autrement dicte* la Chronique Scandaleuſe *eſcrite par un Greffier d l' Hoſtel de ville de Paris. A.* MDCXX. Ad ſingularia ejus pertinent I. *Negocioſiſſimum ejus & in ipſo otio laborioſum Ingenium. Variis occupationibus diſtinebatur, nec ſua tantum curabat, verum etiam alienis ſeſe immiſcebat. Exorto Bello*

cupiebat Pacem aut inducias, facta vero pace vix continere se poterat, quin aliquid denuo moliretur. De minutissimis etiam rebus & quæ facile alioqui poterant negligi prorsus voluit cognoscere & sic erat ejus natura, ut ista curiositate quodammodo aleretur, tenebatq; optime, quid per omnes Europæ provincias gereretur, maxime autem in finitimis regionibus. Comin. Lib. X. Hinc factum II. Ut maxima ipsius per universam Europam esset autoritas. *Britanni, qvia copias Eqvestres propius ad ipsorum fines continebat, in magno erant metu. Pacem quoq; colebat Hispania cum eo: Ditionem Ruscinonensem, quæ pertinet ad Mare Mediterraneum acceperat à Johanne Aragoniæ Rege, Patre Regis Castiliæ: Hispanus igitur ob eam propinquitatem cogebatur & metuere & sumptus facere. Italiæ proceres ac civitates erant ab amicitia ejus non alieni. De Helvetiis pro suo fere judicio statuebat. Scotus & Lusitanus ab eo toti pendebant. Gallia omnis ad nutum & voluntatem ejus omnia faciebat. Quicquid jussisset è vestigio conficiendum erat, nulla vel mora vel excusatione interposita. Quæ putabantur ad ipsius valetudinem aliquo modo pertinere, mittebantur ad eum ex omnibus mundi plagis. Pontifex Romanus Sixtus, ubi cognovit eum religiosa quadam propensione desiderare linteum illud, cui panem azymum Sacrifici super imponunt, quo Divus Petrus, dum sacrum faceret utebatur, misit ei cum aliis multis Divorum reliquiis. Illa quæ in Rhemorum urbe servatur pyxis cum Oleo sacrato, cum ante id tempus non fuisset è loco submota, in ipsius tunc cubiculum delata fuit; Constituerat enim velle inungi ad eum modum, quo fuit unctus, cum inauguraretur Regno. Turcarum Cæsar per Legatum mittebat ei descriptas reliquias, quæ adhuc supererant Constantinopoli: Easq; omnes ac ingentem præterea vim auri pollicebatur ei, quo fratrem suum, qui tum per Gallos erat in potestate Rhodiensium Equitum & post à Romano Pontifice captivus detentus fuit, diligenter servaret: Cui Legato tamen, cum in Provinciam Massiliensem venisset, Rex illico mandabat, ne longius progrederetur, neq; voluit audire.* Comin. Comment. L. IX. III. At in uno Medico ea defecit, cui vitæ cupiditate maxime adulatus fuit. *Dabat ei Menstruum stipendium decies mille Aureorum, nec id modo, verum etiam Episcopatum Ambianensem ejus nepoti & munera publica multa largiebatur ejus propinquis & amicis. Et tamen Medicus tam erat verbis in eum asper & durus, ut nihil supra; Valde igitur eum Rex metuebat, & ad suos familiares de illius asperitate nimia sæpe querebatur, neq; tamen audebat*

eum

eum à se dimittere. Nam ille pro consvetudine sua severius aliquando interpellans: Non dubito, quin me quoq; sis ejecturus, ait, sicuti reliquos omnes: verum sanctissimo jurejurando tibi confirmo, post meum abs Te discessum non Te victurum esse supra octavum diem. Ea voce magnopere perterrefactus adulabatur illi modis omnibus & amplissima donabat munera. Qvæ Servitus ei, qui tantam plurimis annis apud omnes Principes atque populos habuerat autoritatem, non potuit non esse longe acerbissima, inquit iterum *Cominæus Lib. X.* IV. In pœnis sumendis eandem in asperitatem vertit, quippe quas constituit durissimas; *Ideoq; carceres pauvit horrendos & valde tetros, nempe caveas aliquot partim ferreas, partim ligneas ferreis laminis coopertas latitudine octo pedum & altitudine paulo majori, quam est statura hominis. Excogitaverat hanc rationem Cardinalis Baluensis, & in eam qua primum perfecta fuit inclusus est ipse, perq; totos quatuordecim annos detentus: Post hunc alii multi sunt eas executi, & ego quoq; captivus in iis per menses octo fui; Compedes etiam ferreos longe gravissimos à Germanis fieri curavit, quibus illigarentur crura: Pedes vinciebantur anulo ferreo, ab eo pendebat immanis quædam catena, & ad ejus exitum maximi ponderis globus. Vidi non paucos magna virtute Viros iis vinculis constrictos, qui postea liberati summos ab eo consecuti sunt honores ac fortunas amplissimas.* Comin. c. l. x. Deniq; V. & non necessariis suspicionibus eam deformavit. *Equidem puto nostris quidem temporibus neminem suspicionibus* indulsisse magis, quam illum, & vix est, ut aliquis tam prudens, & qui populum habeat tam obsequentem, quam ipse habuit, in eam partem sic incurrat. Et ut aliqui sint hodie tales, aut extiterint aliquando, ii fortasse male sibi conscii propter anteactam crudelitatem magnas habuerunt metuendi causas. *Ipse vero neminem nisi à quo primum esset læsus offendit. Et sicut per ipsius imperium carceres illi funesti fuerunt inventi: Ad eundem planè modum ipse quoq; ante mortem, consimilibus omnino vinculis sese induit, inq; majori versabatur metu, quam illi, quos aliquando captivos detinuerat. Quod eò pertinet, ut ostendam neminem esse omnium hominum, qui non aliquo dolore & incommodo afficiatur. Postremò, densis ac ferreis cancellis totum castellum cinxit. Hi cum essent proximè murum, ad vestibulum pertinebant, ut supra quoq; diximus. In fossa perpetuò excubabant deni sagittarii, quibus mandaverat, ut in omneis, qui alieno diei*

tempore appropinquassent, tela conjicerent. Sciebat quidem, hanc munitionem non posse majori alicui vi resistere: verum eò spectabat potius, & omni ratione providebat, ne Principes, conjuratione facta, partim vi & imperio, partim gratia castellum occuparent, & sumpta authoritate, in ordinem ipsum cogerent, ut hominem parum sanæ mentis, & administratione indignum. Ante octavam horam non aperiebatur porta castelli, & tunc solum admittebantur ejus domestici famuli, & præfecti, ac centuriones: qui ad vestibulum & portam disponebant custodias, quemadmodum in locis, quæ sunt ad hostium fines, fieri consvevit. Ingredienti autem erat omnibus, non quidem per patentem portam, sed per parvulum ostium, & præter paucos aliquot familiares, quorum erat opera necessaria, nemo quisquam, nisi voluntate ipsius introibat. Quid? an aliquis arctiori custodia coërceri possit, quam ille seipsum cohibuit? Ea, quibus alios complures aliquando constrinxerat, caveæ, erant altæ pedes octo: & ipse tantus Princeps habebat perexiguum, in quo deambularet, vestibulum. An non maximas credibile est ejus fuisse acerbitates, qui se ad eum modum incluſit ipse? qui propinquos & necessarios omnes ita metuebat, ut suam salutem non auderet eorum fidei permittere?

Carolus IIX. expers literarum fuit, parente Ludovico XI. ita jubente, ne esset, ut ajebat, in consiliis capiendis refractior & tenacior sui sensus: Qvod quidem assecutus fuit, sed nullo Regni commodo: Nam illum jam Regem duo tresve homines huc illuc pro arbitrio circumegerunt cum magna sæpe Subditorum indignatione. Unicam tamen sententiam Latinam ut sciret parens voluit: *Qui nescit simulare, nescit imperare.* Paul. Æmilius *De Reb. Franc. in Carol. VIII.* Ipse etiam post obitum parentis animum studiis & inter ea Lingvæ Latinæ applicuit, testanturq; animum ejus in literas propensum optimi autores complures, qvos in lingvam patriam versos didicit. Magistratus etiam non nisi eruditissimis viris dedit. *Ferron. de Reb. Gestis Gall. Lib. I. fol. 31.* Parisiensibus iniqvus fuit, qui misis Legatis conati fuerant ipsum ab expeditione Neapolitana deterrere, quos ille inauditos dimisit, dictitans nequaquam sibi opus esse tot consultoribus. Causa potior indignationis v. fuit, qvod pecuniam ad id Bellum à Rege petitam libere negassent. Bellum Neapolitanum celeriter aggressus ipsamq; Neapolim ingressus fuit, sed & Bellum & Regnum non minori celeritate deseruit, fœdere vicinorum Principum omnium perterritus. Singularis circumstantia mortis ejus hæc fuit, quod cum ex cubiculo uxoris prodiens simul ea in Ambula-

ero apud Ambasium subsisteret, ut eos qui in castris pila ludebant, spectaret, ibique orto sermone cum Johanne Episcopo Andegavensi de prioris vitæ erratis, *ita futurum sibi propitium Deum obtestaretur, si non speraret posthac futurum, ut Deum neq; culpa ulla piabili neq; expiabili, quoad ejus fieri posset, offenderet:* Hæc dicens mox aversus corruit, ac hora noctis undecima expiravit. Præterea ubi primum corruit, in vicinum ambulacro cubiculum, quo nullum sordidius toto castro erat perductus fuit, ubi casu non culcitra, non torus linteis ornatus, palearium tantum aderat linteis sordidis substratum, atq; ibi is cui tot castra ornatissima, tot urbes florentissimæ parebant, animam egit, magno sui desiderio relicto, annum agens XXVII. *Ferron. l. ante cit.* Vita & res gestæ ejus describuntur à *Cominæo*, *Belcario*, item *Johan. Molinetto*, cujus Historia incipit ab An. MCCCCLXXIII & desinit ad A. MDV.

LUDOVICUS XII æqve ac antecessor CAROLUS IIX. expeditionibus Italicis celebris, sed infelix fuit, cujus causam *Thuanus* reddit, qvod tam arctam cum Alexandro VI. P. M. affinitatem contraxisset & impuri patris omniqve scelerum genere cooperti filii crudelitatem, libidinem, perfidiam, fortunas deinde fovisset & amplificasset. *Qvid enim*, ait porro, *Italiæ, quid orbi Christiano non metuendum fuit, si res prospere in Italia Gallis evenissent, & cum felicitate nostra Borgiarum fortuna adolevisset.* Histor. Lib. I. p. 3. Idem *Justi* nomen à Fr. Guicciardino meruit, ac populo suo carissimus extitit, *cujus adeo sancta & venerabilis*, inqvit iterum Thuanus de suo tempore, *inter Gallos memoria viget, ut qvoties in consortio Principis, in Regni curiis & Comitiis de optimo regimine & rebus in meliorem statum reducendis agitur, toties Ludovici temporum & ordinis, qui nunc sub eo in publica Regni administratione servabatur, honorifica mentio habeatur.* Adolescens plane incognita pro cognitis habuit, hisq; temere assensus fuit, nec ad considerandos rerum exitus aut tempus aut diligentiam adhibuit: Unde in varias angustias præcipitatus est; At Regnum adeptus raro lapsus fuit, eaq; vitia adolescentiæ facile declinavit, cum multam operam in investigandis aliorum consiliis conferret. Pecuniæ quoque tam tenax extitit, ut Neapolim & Mediolanum, dum jacturam pecuniæ timuit, perdidisse credatur: Ideo & Duces Præfectosq; è Bello Mediolanensi reversos, cum munera à Rege expectarent, oppido frustraturus fuisset, nisi extantiores eorum Anna Regina muneribus affecisset: Qvæ prudentia virili siqua parte erraret Ludovicus corrigebat. Qvod tantum abest

ut inique tulerit, ut Populi qvoq; Libertatem hac in parte benigne ſuſceperit; Qvæ ſub eo tanta erat, ut Mimos aliqvando non puduerit ludis publicis Lutetiæ editis perſonatum Regem ægrum, pallidum, capite obvoluto, ſoleatum & aurum potui aptum ſitientem in Scenam traducere: Neque Rex iis commotior redditus, ſed riſit & libertatem populi collaudavit. Ejusdem Conjugis inſtinctu quoq; in Virorum Doctorum amorem primo perductus fuit, qvos poſthac ſua ſponte maxime coluit. Propendit etiam in veterum Scriptorum lectionem, eosdemq; ſicubi videbantur modum non ſervaſſe, libere perſtrinxit: Ideo cum Commentariis Julii Cæſaris delectaretur, ac Hieron. Aleander clementiam Cæſaris laudaret, *ipſe quidem laude non indignam, temporariam tamen & alliciendis Romanis oſtentam ajebat, exemplum afferens ex Uxeloduni deditione, cum deditis Cæſar omnibus, qui arma tuliſſent, manus præcidiſſet, vitamq; conceſſiſſet, & Galliam ipſam paratam per ſe, ſpecie Belli undiq; conqviſita vexaſſet & ſpoliaſſet. Fidelitatem quoq; Cæſaris ſe deſiderare ajebat his in Commentariis, in numero aut cæſorum aut eorum, qui ex urbibus ad Bellum prodiiſſent, referendo: Aleandroq; Xerxis numerum terreſtrium copiarum referente, quos fuiſſe CLXX. myriades, & Semiramidis Aſſyriorum Reginæ, cui fuerat peditatus centum millia, eqvitatus centum myriades, falciferorum & plauſtrorum decies decem millia, virorum in Camelis pugnantium item numerus, aliorum Camelorum, ubi opus erat, vicies dena millia, naves in Bactris ter mille: Elegantia venuſtateq; verborum abundantes exteros hiſtoriæ veritatem ajebat transgreſſos, tantumq; abeſſe, ut aut quæ de Xerxe aut Semiramide ſcripſiſſent, vera ſibi eſſe perſvaderet, ut in probatiſſimis Hiſtoriis corruptos interdum numeros Bellatorum vereretur.* Ferron. *L. III.* Obiit d. I. Januar. A. MDXIV.

FRANCISCUS I. Lege Regni proximus Ludovici agnatus, quiq; Claudiam Ludovici filiam natu majorem uxorem habuit, emortuali Ludovici menſe adhuc coronatus fuit, plebe fauſta omnia eo Rege ſibi ſpondente, qui & ætate & *inſigni corporis magnitudine* polleret. *Ferron. Lib. V. init* Sed vitio vocis ob uvulam morbo amiſſam laboravit, ut non facile niſi ab iis, qui aſſveverant eum audire, intelligeretur. *Leod. Vit. Frider. L. X.* Eruditionis maximus Patronus extitit, adeo ut ipſi mortuo cognomen PATRIS LITERARUM delatum fuerit. *Ferron. Lib. IX.* Et ſancte jurat *Leodius*, Se aſtitiſſe ſæpe Regibus prandentibus, atq; ipſi Romano Pontifici, Cardinalibus, & Epiſcopis, doctiori tamen menſæ, qvam hæc Regis Galliæ fuerit, ſe adfuiſſe

non

non recordari, *ubi à Lectione, disputatione & collocatione nemo tam doctus, qui non doctior, tam eruditus, qui non eruditior, nemo tam egregius Dux vel miles, qui non præstantior. Et si ad ea descendere licet, nemo faber, nullus hortulanus, nullus agricola, qui non melior inde discederet, ipso Rege disceptante. cit. Vit. Frid. Lib. X.* Rhythmos Gallicos qvoqve ea concinnitate edidit, ut nec fluere rotundius, nec cadere numerosius, nec cohærere aptius ullo pacto possent, dubitarentq; qui eo in genere versati sunt, an res verbis, an verba sententiis magis illustrarentur. *Ferron. L. VII.* Anteqvam Regnum adipiscereturjusto liberalior visus fuit, quam in rem cum Regiam pecuniam aliqvando à Quæstoribus mutuo sumsisset, & anxius esset, quomodo rationes hæ in fiscum referrentur, Ludovicus XII. ipsum bono animo esse jussum, hoc Apologo admonuit: *Eqvitabam, dixit, cum Patre: Proximus mihi videbar oppido, in quod nobis perveniendum erat: Itaq; visis Templi pinnis altiusculis cum è via langverem, ad patrem conversus: En jam, ajo, confecta via, pervenimus in oppidum, Aberamus vero adhuc multis stadiis, ideo ille ad me conversus: Adolescens*, inqvit, *ne posthac visis pinnis Templorum iter Te executum dixeris: Tacite innuens indignum esse, ut spe & specie largitionis nondum adepti Principatus commoda se percepturum existimaret.* Ferron. *Lib. III.* Neq; tamen ingenium mutavit Regno potitus, sed splendore & magnificentia superiores Reges omnes longe superavit, arcibus Regiis, quæ passim per Galliam visuntur aut à fundamentis excitatis, aut instauratis; *Adhæc quicquid Signorum, Tabularum, aulæorum ab excellentissimis artificibus depictorum, tapetum, stragulorum, & Regiæ supellectilis, atq; adeo immodicæ æstimationis Gemmarum hodie in Regum nostrorum palatiis & scriniis extat, hujus curæ studio & liberalitati debetur: Ut mirandum sit, cum semper splendidissime vixerit, magnis ac damnosis continuo bellis tota vita implicatus, tot illum tamen palatia extruere, tot res ingentis precii comparare potuisse, & post omnia ære alieno omni exsoluto CCCC. Aureorum millia & qvartam* Regni *vectigalium partem nondum coactam in morte reliquisse*, inquit *Thuanus Lib. III.* & fidei Ministrorum illius temporis causam transcribit. Cum Carolo V. Imper. ipsi haut bene convenit, qvæ res passim in Historiis prostat, accusantq; imprimis Adrianum P.M. qui simultates illas foverit, cum facile componere potuisset: Succubuit tamen Franciscus Carolo, victus captusq; in prælio ad Papiam, eoq; factum

ut

ut Galli tandem Cæsaris vires adeo sæpe contemptas vereri cœperint, qvod *Ferroni* judicium est *Lib. IIX. in Histor. Captiv. Francisc.* At Carolus audita tanta victoria supplicationibus passim decretis vetuit ignes accendi, cæteraq; victoriæ encomia & triumphi prænuncia adhiberi: Palamq; populo ad Sacram Concionem vocato edici jussit, victoriam uni Deo O. M. referendam, nihil nec sibi nec suis eo nomine blandiendum, Teste *eod. Ferrono.* Dimissus, sed pactorum immemor, cum à Carolo asperius admoneretur, insolito Regibus exemplo singularem dimicationem ipsi per Fecialem indixit: Et Cæsar ad Regem & ipse Fecialem misit, sed rogatus à Rege, afferretne locum Duelli, isq; Rege orato ut audiretur, cum iterum atq; iterum ferocissime à Rege rogaretur, ecqvid afferret locum Duelli? Diceretq; se id afferre, qvod Regi satis esse deberet, sibi vero diserte imperatum à Cæsare esse, uti prius qvædam Regi referret, qvæ paratus esset referre, non est exauditus. Iterum *Ferron. Lib. IIX.* Literas Caroli hoc nomine missas V. *Part. I. cap. V. §. XI.* Sed minor illa servandorum promissorum tenacitas etiam aliis animadversa, & Henricus IIX. Rex Angliæ quoque altum suspirare & multum de Gallorum inconstantia queri aliqvando auditus fuit. Vid. *Leod. Vit. Frid. Lib. IX. fin.* Cum hoc tamen alias summam morum & naturæ similitudinem aluit, *ut nulla inter duos Principes vel temporum quovis intervallo disparatos major usquam commemorari possit: Quod inter eos, nisi quando aut æmulatione aut Regnorum commodo & utilitate in contrarium raperentur, secretam benevolentiam alebat*, Thuan. *Lib. II.* Ideo & mortem Henrici acerbe tulit, animadversumq; ab eo tempore à familiaribus, ipsum abjecta pristina hilaritate semper subtristi vultu & mente ad mortem usq; perseverasse. *Thuan. ibid.* Obiit A. MDXLVI. d. *XXXI.* Martii.

HENRICUS II. Princeps Bellicosus, ac idcirco pacis consiliis repudiatis Belli occasiones, quamdiu per fortunam licuit, semper amplexus, qvibus & Carolum V. fortunæ senescentis tædio ad vitam privatam adegisse creditur: Cæterum facilis & alieno potius, quam suo vivens Ingenio, qvod in *Diana Pictavienſi*, fœmina superbi & impotentis animi, eluxit, quæ cum animum Henrici sibi ita devinxisset, ut nunquam alienatâ voluntate ad vitæ exitum usque in amore ejus constanter perseveraverit, arbitrio suo omnia rexit, ut ipse præcipuus tunc Minister Momorantius, ut autoritatem & potentiam, quam apud Regem obtinebat, incolumem tueretur,

tur, morem gerere & prudentiam ad turpe obsequium flectere satageret *pessimo exemplo summi Imperii ad impotentis fœminæ libidinem prostituti*, inquit *Thuan L. III. ad A. MDXLVII.* Confer eundem L. XXII. ad A. MDLIX, qui emortualis Henrici fuit, extincti inter Nuptialia Filiæ hastiludia, cùm cum Comite Montgomerio hastiludio concurrisset & festuca fractæ hastæ vulnus in oculo accepisset. Quod mortis genus ac tempus à *Luca Gaurico* Mathematico Pauli III. perfamiliari prædictum constat, cum Catharina uxor futuri anxia fœmina eum super viri ac filiorum fato consuluisset: Fore nimirum, ut in Duello cæderetur, vulnere in oculo accepto. Quod irrisum à multis ac pro tempore neglectum fuit, quasi Regis conditio supra Duelli aleam posita esset, annotatumq; postea à curiosis, *Regem qui ferium Duellum, rem Christiana Religione vetitam, infaustis Regni auspiciis approbasset, in ludrico Duello vitam amisisse.* Thuan. cit. L. XXII. fin. Vitam ejus seorsim descripsit *Thomas Cormerius de R. G. Henrici II. Paris. 1584.* Cum aliis *Thuanus* a L. III. ad A. XXIII. *Et L' Histoire de France enrichée depuis l' an 1550 jusques a l' an. 1581. par Jean S. de Popellinere.*

FRANCISCUS II, primus Henrici filius, Regnum Anno uno & decem mensibus post Patrem tenuit mortuus A MDLX, cum XVII. Annos & X. menses vixisset; Inter bonosne an malos Principes numerari deberet ob Imperii brevitatem & ætatis infirmitatem in incerto relinquens. *Thuan. L. XXVI* Uxorem habuit Mariam, Jacobi Regis Matrem Scotiæ Reginam, quæ ideo & *Franciæ Dotaria* salutari solita fuit.

CAROLUS IX. Secundus Henrici Filius idemq; notissimus Lanienâ Parisiensi in extirpandos Protestantes instituta, invitatoq; nuptiarum inter Sororem Margaritam & Henricum tunc Navarræ post Galliæ Regem prætextu ad urbem Colinio, supremo ipsorum moderatore, atq; hac amicitiæ specie obtruncato: Quemadmodum & Commodus olim Julianum, quem ut patrem coluerat, è medio sustulit, & Antoninus Caracalla primariam urbis juventutem per speciem habendi delectus interfici jussit. V. *Thuan. init. L. LV.* quo totus & parte sequentis de Lanienæ hujus negocio agit. Carolum ex eo tempore nocturnis horroribus sæpe infestatum fuisse, adeo ut Symphoniacos pueros adhiberi oportuerit, qui expergefacto somnum conciliarent, indeque partem morbi contraxisse idem docet *L. LVII ad A. MDLXXIV*; Et Guisius, cujus auspiciis tanta cædes facta fuit, quique in

occisi Colinii caput pedibus sævierat idem fatum expertus fuit, ut jussu Henrici III. Regis occideretur & occisus ipsius Regis pedibus calcaretur. In excusationem Caroli tamen affert *Thuanus*, cædem istam potius alienâ quam propria ipsius culpa accidisse, necessitate homini feroci ad iram præcipiti rei exequendæ artificiose injecta, nec spacio ad deliberandum concesso: Ipsum quoque, licet serius, animadvertisse iniquitatem rei, & consultores potius privata odia & propriam ambitionem spectasse, quam fidem & quietem publicam, ideo & à consistorio eos removisse, matremq; ipsam honesto Regis Poloniæ in Regno novo invisendi colore à se ad tempus ablegare constituisse. Obiit Pentecostes die A. MDLXXIV. post graves & longos dolores, ita ut se mori diu ante mortem senserit Annos natus XXIV. Singularia in Charactere ejus fuerunt Ingenium Sagax, sed in vafriciem degenerans, morositas in pensitandis cujusq; meritis, proclivitas ad iram & crudelitatem, quam aluit venandi aliorumque violentorum exercitiorum studio, adeo ut fabricandis etiam armis & ferro, malleo ac forcipe versando desudaret; Nec leve crudelitatis signum fuit, quod ferarum cruore manus imbuere gauderet. Musica tamen & Poetica inter eas ab humanitate abhorrentes exercitationes summopere delectatus fuit, Orlando Lasso è Norico, ubi Alberto Bavariæ Duci operam navabat, paulo ante mortem evocato: Versus quoq; ipse scite pepigit, Poëtasq; summo in honore habuit, *Sed instar Equorum generosorum alendos, non saginandos dixit.* In his Petrum Ronsardum Virum natalibus sed ingenio longe nobilissimum, atque adeo cuivis ex antiquitate comparandum, crebris sed modicis Beneficiis cohonestavit, ad quem & versus aliquoties, qui etiam editi sunt, scripsit Regia majestate non indignos. Suprema vox & Principe digna, summæque erga suos charitatis testis fuit, gaudere se, quod in ea ætate moriturus nullos liberos Regni heredes relinqueret, quippe qui proprio exemplo abunde expertus esset, quam misera Regum Puerorum conditio existeret, quamq; deplorandus Regni status foret, cui pueri turbata Republica præessent, sic autem res esse, ut Regno Galliæ viro opus esset. *Thuan. cit. L. LVII. fin.*

HENRICUS III. tertius Henrici II. filius, *Edvardus Alexander* ante dictus, primum Poloniæ, deinde cum post Fratris mortem è Polonia se subduxisset Galliæ Rex factus. A Jacobo Clemente Ordinis S. Augustini interfectus An. MDLXXXIX. obiit. Turbis civilibus implicatum Regnum tenuit,

tenuit, petitus Guisianorum hisque adhærentium factionibus, atque ipsi Pontifici Maximo exosus, quod crederetur partes Protestantium clam fovisse, qui & percepto de morte Regis nuncio præmeditatam in Consistorio orationem habuit, qua factum Clementis operi assumptæ à Domino Carnis & Resurrectionis ejusdem mysterio ab Habacuco vate prædicato propter magnitudinem & admirationem rei comparavit, ipsumq; supra Eleazarum & Juditham extulit. E Plebe etiam fuere, qvi discerpto primum, post combusto Clementis cadavere (Parricida ipse enim statim ante oculos Regis confossus obiit) cineres per flumen dispersos conscensa cymba collectum irent; Sed illa simul omnibus istis curiosis collectoribus in medio flumine interiit, insigni Justiciæ Divinæ argumento, qvæ non passa fuit tantam in Principem, vicarium suum, injuriam redundare, sed ferenda esse Regum Ingenia, etiam qualiumcunq; ita comprobavit. Henricus interea ipso exitu suo iniquitatem fati, quam sæpe senserat, expertus fuit, ut quæ cariora habebat, illi semper fere in perniciem verterent; Et velutiab iis, quos opibus & honoribus invidiose amplificaverat, gravia damna accepit, Beneficentiam naturæ potius sponte currenti, quam judicio tribuentibus; Ita cum Monachorum ordines præcipua veneratione semper coluisset, postremum à Monacho interfectus fuit. In Plebis odium quoq; incurrit, quam immensis Tributis & vectigalibus presfit, ut immodicam liberalitatem suam exercendi materiem haberet. Nunquam tam receptam de Principe ullo omnium opinionem adeo dispar eventus secutus fuit: Nam Ephebis egressus statim exercituum Dux creatus est, partisq; anni fere curriculo ingentibus victoriis Bassacensi & Moncanturiana felicissimi Imperatoris laudem meruit. Deinde fama crescente, de Matrimonio ejus cum Angliæ Regina actum, & res parum ab exitu abfuit: Postea cum Regina Parens prædicta sibi sua filiorumve facta ex animi sententia fingeret, neve filiorum alterum alteri in idem Regnum succedentem turbato naturæ ordine adspicere cogeretur, per Legatum ad Portam Ottomannicam de Algeriæ Regno in Africa ei Imperatoris Turcici gratificatione concedendo actum fuit, ad quod Regina & Sardiniam proximam se addituram sperabat, quam Philippus II. pro Regni Navarræ compensatione traditurus, & à Navarro aliis ipsi ditionibus in Regno concessis permutationis titulo comparatura esset: Sed inter hæc electo illo in Regem Poloniæ negotium inchoatum omissum est; Ac postremo qui ad tot Regna vocatus seu destinatus fuerat vix avitum retinere potuit, ejusque

possessione fere tota à suis dejectus, & antequam in illud restitueretur, ipsa quoq; vita ab iisdem spoliatus est. Sub hiemem Melancholico Morbo vexari solitus fuit, Domesticis tantum noto, qui tractabile ejus reliquo anno Ingenium intensis frigoribus morosum & difficile experti fuere, tunc enim omissis voluptatibus parci somni fuit, ac totam noctem vigilans, & temporius surgens, quatuor Viros à secretis Epistolis & Cancellarium tractandis attentius negotiis fatigavit, res ad disciplinam revocavit & edicta severa condidit. Narrat *Thuanus*, Cancellarium ipsum sibi id paulo ante Guisii mortem narrasse, & prædixisse fore, ut Rex, si Guisius ulterius eum lacessere pergeret, illum sine strepitu quadam die in cubiculo interfecturus esset, nam ejus ingenium hoc anni tempore facile irritari & paulum à furore abesse. Res magnas utpote otij amans, non facile aggressus est, in capiendis consiliis lentus, fatali tarditate potius quam metu, futuri non improvidus, sed præsentibus intentus, futurorum negligens ac præclaras rerum agendarum occasiones plerumq; omittens, in periculis subeundis segnis, in mediis intrepidus, præteritis securus. Vulneratus doluit, quod Sacrum ordinem atq; adeo Francicum nomen pietate erga Reges suos patriamq; semper olim præcipuum morte sua sceleratum facturus esset. *Thuanus L. XCVI. ad A. MDLXXXIX.*

Henricus IV. Autor Borboniæ Familiæ & primo Rex Navarræ, quod Regnum jure matris Johanne Labretanæ obtinuit, *Magni* nomen meruit post tot casus, per quos fortuna, more magnis ingeniis non insolito, ipsum continuo ducere visa fuit: Unde & summam prudentiam raroq; dispares ab intentione sua eventus inprimis ultimis vitæ suæ annis obtinuit. Novem Principes existebant, quibus moriendum ante fuit, quam corona potiri posset. Henricus II. quinque Filii ejus, Antonius Navarrus Parens ipsius Fratresq; duo, Filii Antonii natu majores: Qvod ipsum inter causas allegant, cur prudentius ac felicius antecessoribus suis regnaverit; Principes enim à spe Coronæ capiendæ longius remoti majoribus curis exerceri, penitiusq; in causas subditorum inspicere solent, quam Filii Regii, Nativitatis jure statim successioni destinati. Vid. H. *Perefixe L. IV. p. 460.* Matri debuit Religionem Reformatam, quam initio professus fuit, sed A. MDXCIII. cum Catholica mutavit. I. Ut disidiis internis eapropter excitatis finis tandem imponeretur. II. Ut Hispanorum, quorum interrerat turbulentum Galliæ statum foveri, obex poneretur. Breviter ut Regno Galliæ pacatius potiretur

tur; Accesit III. Quod putaret, se majora beneficia hac ratione in Reformatos conferre posse, quod etiam revera præstitit, quoad in vivis fuit. Hinc *Gramondus*, cum summam libertatem ipsis tunc datam ex propenso Regis in Religionem Reformatam animo fluxisse probe perspiceret, rem non aliter excusare potuit, quam id factum esse aut ex metu, posito supra vires negocio, aut ex charitate erga suos, prævalente in tranquillitatem Bono Publico. *Histor. Gall. L. I. Perefixius* antea quoq; animum in Religionem Catholicam propensum gessisse dicit, sed nihil aliud allegat, quam toties protestatum fuisse se velle meliora doceri, viamq; meliorem si qvæ ostendi posset, eligere, interea se tolerandum, non persequendum esse. Ritum transitus ejus inter alios prolixe descripsit *Piasec. Chron. ad A. MDxciii.* Primæ nuptiæ ejus prorsus funestæ extiterunt: Jam jam instantibus enim Mater obiit; Durantibus Laniena Parisiensis intervenit, finitis captivitatem qvatuor annorum subire coactus est: Cui captivitati etiam inclinationes ejus in Venerem transcribunt, cujus duritiem crebra cum Gynecæo Aulico conversatione emollire conatus fuit. Sed eo ipso & primum istud & alterum cum Maria Medicæa conjugium minus svave sibi reddidit, ambabus uxoribus ipsi externos amores continuo exprobantibus. Ad prima vitæ ipsius initia singulare est, natum fuisse præter morem infantum aliorum, sine ullo fletus aut ejulatus indicio. Mater quoq; cantando ipsum enixa est, quod Parenti suo Henrico Labretano se facturam receperat, qui Testamentum abs se conditum Filiæ, licet enixe id requirenti, non ante se traditurum dixerat, quam illa sibi prolem & quidem cantando reddidisset, causatus se nepotem in ejulatus proclivem non cupere. Illa igitur cum pariendi tempus instaret, atq; Parentem conclave suum ingredi animadverteret, spretis doloribus partus, adventantem Cantiuncula Benearnica excepit. Ab eodem postea educatus fuit, sed sine ullis deliciis & splendore, nec Regio habitu aut alio ditiori apparatu indui, nec quicquam ei exhiberi voluit, quo illustrioris nativitatis personæ affici solent: Quæ omnia vana esse, neq; generosos adeo quam pertinaces reddere infantes, non male asserebat; Sed communi habitu infantum inferioris conditionis indui, nudis pedibus & capite sæpe incedere, pane secalino & carne bubula & caseo vesci, currendo scandendoq; fatigari permisit. Cito quoq; canis adspersus fuit, Anno nempe XXXV. de quo dicere solitus fuit, ventum adversitatum hos sibi afflasse. Conspirationes contra ipsum ferme L. numerantur. Inter gesta nobiliora

sunt, Victoria Cortrasiensis, Arguensis, Qværensis, Fontanensis, deinde negocium pacis Vervinensis, Conciliatio Venetorum cum Papa, Induciæ inter Hispanos & Hollandos, & denique notabile fœdus, quo Christiani Orbis Principes fere omnes implicuit ad depressionem potentiæ Hispanicæ compactum, sed ad finem non deductum. Obiit interfectus à Franc. Ravaillaco A. MDCX. Melancholica hominis rabie, ut loquitur *Gramondus*, & superstitione, qua Reformatis Regem favere crediderat. Statim à funere *Magni* nomen ipsi delatum fuit, & si casum Religionis separes, unum à Venere nævum habuit, Sed noxa ideo Regibus leviori; quia populus raro opprimitur ea labe; Vix enim sævire potest, qui amat: Quod iterum est *Gramondi* judicium *l. ante cit.* Videndi de eo *Petr. Matthæus de Vit. Henrici IV. Wilhelm. Soffus, Thuanus* Libris ultimis Hist. suæ, *Hieronymi de Benevento discours des faits du Roy Henry le Grand.* Hardouini de Perefixe *Histoire du Roy Henry le Grand.* Apophthegmata ejus singulariter scripserunt *Zinckgrafius*, item *Perefixius* in fine Historiæ. De morte ejus V. inter alios *L' Abbe du Boys discours sur l' Assasinat de Henry le Grand.*

LUDOVICUS XIII. natus fuit A. MDCI. quinq; diebus à nativitate Annæ Infantæ Hispanicæ, conjugis ejus posthac redditæ: Nativitatem antecessit ingens terræ motus: Partus fuit difficillimus, indeq; sana constitutio corporis ejus noxam accepisse creditur. Vid. *Perefixe de Henr. IV. ad A. MDCI.* Puer novem annorum, Rex renunciatus fuit, statim ab obitu Parentis: Sed mox disfidiis suorum varie exercitus. *Ab excessu Henrici IV. annis sex continuis patuit per Bella Civilia, ut interdum Reges infra subditos sunt, aut ponuntur. Quid repetam disfidia intestina per ea tempora toties mota, quoties è primorum re fuit? Quid expletas & auctas in immensum hirudines populi sanguine? Quid desolatas ferro flammaque provincias perduellium facto? Quid dictas Regi Leges imperberi Principes exoranti*, ut pacem ferre vellent. *Gramond. L. II.* Postea Mater & Frater Gastonus quoq; bellis lacessiverunt, cum ferre non posset mulicbre Matris fastigium citra sui diminutionem, nec tamen, perinde ac fratrem, licet toties perduellem & in pace ulcus familiæ, ulla molestia affecit. de illa, *esse Matrem*, de hoc *esse fratrem suum* crebro dictitans. Idem Rupellam A. MDCXXIX, occupata Protestantes subegit, quod nemo antecessorum suorum effectum dare potuerat. Titulum *Justi* post mortem adeptus fuit, quem ipse vivus quoq; ambiit: Ut in edicto *de l' Establissement des Grands*

Jours

Jours à Poictiers de An. MDCXXXIV. *Nous n'avons point eu de plus ardent désir du commencement de nostre Regne, que de meriter* le Titre de Juste, *en faisant regner la Justice dans toutes les parties de nostre Royaume.* Mercur. Franç *Tom. XX. fol. 813.* Et eundem à Franc. Guicciardino abstulit Ludovicus XII. Obitus ejus Anno MDCXLIII. gemino casu memorabilis fuit. I. Quod eodem tempore contigerit, quo ante Annos XXXIII. Parens ejus interfectus fuerat. *Bruchel. Histor. Lib. VI. pag. 76. Plerique vana minati sunt*, inquit Priolus, sed solito sibi de iis, quæ supra nos posita sunt, loqvendi more, *quod idem dies accepti Imperii & vitæ supremus: Pater enim Henricus eodem die Maji trucidatus est.* II. Quod nondum vertente anno Matrem & Cardinalem Richelium amisisset; Cujusmodi fatorum propinquitas antehac etiam in Anglia visa fuit, Mariâ Reginâ & primario Ministro ejus Cardinali Polo eodem tempore fato functis. Ministris obnoxium fuisse exemplo Luynæi & Richelii constitit: Ideo queritur *Priolus*, largiori omnium Gallorum fletu componendum fuisse, si quæ per se potuit, non egisset per Collegas iniquo suo & Galliæ voto. *L. I. c. XIV.* Summa illi comitas in suos: Cum arrogantiam effugerat, retinuit majestatem & magnitudinem, modicus voluptatum, Regni sui supra modum amans, & si longiores moras in luce fata concessissent, optimus Regum evasurus. *Id ibid.* Impotentiæ Dominandi sub eo aliquid datum fuisse in tot exulibus & carcere detentis eluxit; Sed Rex supremis diebus sibi conscientia dictante, seu derivandæ in Richelium culpæ & ut sævitiam ei totam imputaret, revocaverat extorres & longo pedore obsitos liberaverat. Paulo ante mortem Condæum intuitus, Filius tuus, inquit, insignem victoriam reportabit, quod in mentis alienatæ signo tunc habuere; Sed verum præsagium fuisse eventus docuit: Angvianus enim Condæi filius Hispanos Rocroyum intempestiva obsidione aggressos ingenti prælio fudit, solutaq; obsidione insecutus terga dantes & late populatus eorum fines. Iterum *Priolus L. I. c. XIII & XV.* Videndi de eo *Gabriel Bartholom. Gramond. Histor. Gall. L. XVIII. ab A. MDCX. ad A. MDCXXIX. Scipionis* du Plex *Historia Ludovici XIII.* Baronis de Chabans *Belli Hugonottarum sub Ludovico XIII. Historia*, *Histoire du Roy Louys XIII. Composée par Messire* Charles Bernard *Conseiller & Historiographe du Roy Paris. 1642.* De initio Regiminis ejus eoque tempore administrationis Reginæ Matris emissæ prostant *Les Memoires de la Regence*

gence de la Reine Marie de Medicis A. MDCLXVI, quæ creduntur conscriptæ à Cardin. Richelio, & continent Fortunam Mareschalli Ancræi, initia Fortunæ Luynæi & Card. Richelii, contentiones Principum cum Ministris istius temporis &c.

Ludovicus XIV. hodiernus Galliæ Rex cum admiratione totius orbis natus An. MDCXXXIIX. d. V. Septemb. ex Anna Maria Hispaniæ Regis sorore post XXIII. Annos sterilitatis: Creditur enim Catharrus Parentem Regium male habuisse & à capite ad vitalia membra defluxisse, huicque demum à sagaci Medico Medicinam allatam Regem bonæ corporis habitudini & fœcunditati restituisse, adeo ut A. MDCXL alterum etiam filium ex eadem Uxore susciperet, cui nomen Philippi datum *Piasec. p. 580.* Pueritia ejus præceptis & monitis Mazarini adolevit, cui & admotus tenens secundas Villaregius. A. MDCXLIX. civilibus motibus petitus fuit finitis An. MDCLIII: Coronatus A. MDCLIV: Conjugium quod cum Margarita Sabauda primo agitatum, sed salutis publicæ causa neglectum fuerat, iniit cum Maria Theresia Hispana A MDCLX. ex eaque non nisi unam prolem masculam superstitem habet Delphinum hodiernum Ludovicum XV Conjugio Mariæ Annæ Victoriæ Bavaræ nunc implicandum. Successus consiliorum ejus Suis impotentiorum laudum materiem præbuere: Ipsum deleviisse vel deleturum adhuc gloriam Caroli Magni, Imperium ejus nonnisi Cœlo & Oceano terminandum esse, eidem deberi Titulum Maximi, & Delphino heredi ejus, quintam Monarchiam. Vid Specimina horum talium in Excerptis *Auberii de Prærogativa Regis Galliæ L. I. c. I. & Lib. III. cap. ult.* Quæ discusit Martinius peculiari Tract. *Libertas Aquilæ Triumphantis.* Sed de hisce pasim in sequentibus agetur; Nec insolita sunt talia Galliæ Regum Galliorumq; molimina. *Decumani fluctus & repentina malacia: Ab origine Gentis hæc fuere & erunt: Non mutantur elementa & per hæc regnatur apud nos, regnabitur sine fine.* Dixit de rebus sui temporis, qvanquam alia in causa *Priolus L. VI c. X.* Quæ Deus hodieq; rata esse jubeat! Quæ de eo consignata sunt, habentur potisimum in *Thuldeni* Libris ultimis, item *Theatro, & Diario Europæo; Benjamin Priolus*, quem sæpius jam citavimus, scripsit de Rebus Gallicis ab excessu Ludovici XIII. Historiarum Libros XIV. usq; ad A. MDCLX.

V.

Hæc ad singularia Monarcharum Gallicorum: Præterea Scriptores

res vitæ eorum alia quædam ipsisq; veluti communia & in universis aut plerisq; saltim observata annotant, quæ itidem attingere voluimus, non aliis tamen quam ipsorummet Autorum verbis exhibenda. Tales. I. *Amores Regum Galliæ:* Ut Ludovici XI. *Bien estoit il chaste assez, quoyque de Lyon il fit venir deux belles femmes, qui depuis il maria richement à Paris.* Nic. Gilles *f. 503.* Qvibus tamen post mortem filii abstinuit. *Dum vixi cum eo non sectabatur alienos amores: Nam quo primum tempore ad ipsum accessi, mortuus est ei Filius, gravissimo ipsius cum dolore, atq; tum me præsente votum Deo faciebat, nullius fœminæ noticiam se habiturum esse præterquam uxoris. Et quanquam hoc ad ejus officium alioqui pertinebat, tamen ea virtus & constantia multum in ipso laudanda fuit, præsertim cum & obsequentes haberet plerasq; omnes & ipsius uxor non esset ea forma, quæ magnopere aliquem afficeret, tametsi alioquin egregia & honesta fœmina.* Comin. L.X. Caroli IIX. *Annus agebatur Mcccxcv cum Rex nunc Moliniam, nunc Lugdunum adiens pulcherrimarum mulierum amore tenebatur, conviviis etiam eas adhibens, certa loca designans, quibus hæ mulieres, quibus ipse consuevenat, convenirent, nactus etiam homines non ignobiles emissarios, architectosq; Libidinum. Ita diei brevitatem conviviis, noctis longitudinem voluptatibus conterebat.* Sed & hic resipuit ab Anna sorore admonitus, voluptatumque occasiones bellicis cogitationibus occupationibusq; fallere conatus fuit: Unde *non sine venustissimarum mulierum lacrymis, quæ ægre ab eo divellebantur, accinxit se ad Neapolitanam profectionem.* Ferron. *L. I. f. 3. 4.* Et singulare continentiæ specimen fuit, quod posthac ab ipso editum Scriptores istorum temporum perhibent: Virginem, in qua erat forma & species liberalis, direpta urbe vim militum fugientem ad pedes ipsius se prostravisse, *Regem vero mox exarsisse in eam, seductamq; lectulo mox collocatam: In eam cum insiliret, aspecta Tabula, ubi Diva Virgo puellum gestabat, oratum à virgine per intactam illibatamq; Divinam matrem, integra sponso redderetur, Regem vim lachrymarum profudisse, compressisse & constrinxisse voluptatem, quæ se jam profundebat & eliciebat, intactam virginem quoque sponso captivo liberato reddidisse, dote constituta de suo quingentorum numûm aureorum libenatis una sponsæ omnibus proximis & affinibus.* Ferron. L. II. fin. De Ludovico XII. idem L. III. fin. *Adolescens plane animi fuit fluxioris remissioris q; vitæ, ut in aulicam, quæ purgandis lin-*

teis vacabat, forma non ineleganti, oculos admovens mox seductam amplexus sit: Astæ quoq; in Hospitæ filiam, etsi forma mediocri, scitam tamen & dulces modos cytharæ edoctam, mox exarserit pudicitiæq; ejus, etsi pedibus æger illuserit. Post nuptias tamen Annæ maxime contrahebat & cohibebat eas voluptates. Atq; iterum de Francisco I. L. IIX. f. 163. *Burdigalæ magnifice exceptus ibi dies aliquot consumsit nactusq; cum Ludovica Matre Annam Pisselevam, quæ postea Pontieuria à mariti nomine vocitata est, ut vidit liberali facie puellam, delectatus est ejus comitate & suavitate.* De *Diana*, seu ut alias scribi solet, *Valentina Pictavia* dictum in charactere Henrici II. Hic addendum, mortuo Henrico statim ignominiose Aula exactam, Regia gaza ac gemmis ingentis precii, quas illa penes se habebat, non sine exprobatione repetitis: *Quod insigne fluxæ Aulicorum fidei testimonium fuit*, inquit Thuanus: *Nam ex iis omnibus, quos, dum rerum potiretur, multos sed fere indignos ad honores evexerat, nemo unus repertus, qui jacentis & à suis relictæ fortunam sublevaret, prævalente adversus beneficia privata odio publico.* L. XXIII. ad A. MD LIX. Carolus IX. quia violenta exercitia amavit, eo minus quidem in Venerem mollis fuit, at nihilominus Puellam Aurelianensem, Mariam Touchet, adamasse compertus fuit, ex qua Carolum Avernorum Comitem suscepit. V. *Thuan. L. LVII. fin.* Henrici IV. Amores erga *Gabrielidem d'Estrees, Jacobam de Bueil, Carolam des Essars, Henricam de Balsac* passim noti sunt: Iisdem in Mommorantiam Condæi Principis conjugem ut exarserit, ut Mommorancia restiterit, tandemq; se fuga in Belgium subduxerit V. ap. *Gramond. L. II. Et sans mentir il avoit l'ame trop tendre du costé des Dames; Il estoit maistre de toutes ses autres passions, mais il estoit esclave de celle là. On ne sçauroit justifier sa memoire de ce reproche, & s'il est admirable quasi en toutes les autres parties de sa vie, il ne doit pas estre imité en ce point la.* Perefixe ad A. MDXCIX. Unus illi à venere nævus, sed noxa Regibus ideo leviori, quia raro sævit, qui amat, dixit supra *Gramondus*. Quod tamen & veterum Gallorū solamen fuit, cum sublato Ægidio Romano Childericum Regem, quem amorum causa ejecerant, revocarent: *Tolerabilius fore eum pati Regno præsidere, qui natis uxoribusq; abuteretur subditorum, quam illum sustinere diutius, qui nihil sitiret amplius, quam sanguinem Principum* ap. *Trithen. L. I. Annal. Vit. Childerici.* II. Alterum est ad sexum fœmineum æque pertinens dispari tamen

ex

ex causa: *In Gallia moris esse, ut autoribus mulieribus res magnæ geran-tur.* Ita loquitur de consiliis Burgundiæ Ducis Aurelianensem ab Anglis detentum sibi conciliandi *Æmilius Vit. Car. VII. f. 333. Negocium injungitur Ducis uxori, fœminæ Regia majestate, erat enim filia Regis Lusitani: Ei maritus attribuit prudentissimos viros, quorum consilio uteretur, & quid fieri placeat, ostendit more præcipue in Gallia recepto, ut autoribus mulieribus res magnæ gerantur. Ea agendo moliendoq; pervicit, ut Oratores ab Anglo Rege Calitium ac deinde in finitima oppida convenirent, quo & ipsa ex Flandria se contulit, ibi primum de communi pace agi cœptum, re ingentis molis ac lentioris spei: Deinde copia loquendi Aurelianensi facta, quem ad id Calitium Angli ea rogante transvexerant, cum eo convenit, ut oblivio injuriarum sanciretur & cœlibe toro duceret Margaritam filiam Clivensis Ducis ex sorore Burgundionis procreatam: Proinde XLM. Scutatorum redemptus opera Burgundionis post annos XXV. in patriam restitutus perfancte affinitatem amicitiamq; coluit.* Similiter Articuli Cameracenses A. MDxxix conditi inter Cæsarem & Regem Galliæ, autoribus Ludovica Regis & Margarita Cæsaris amita, quos ideo Pacificationem Fœmineam, *Traité des Dames* dixerunt. V. *seq. §. X.* Iterum Pacis Cameracensis An. MDLIX. inter Philippum II. & Henricum II. *conciliatæ laus penes Christiernam Lotharingiæ Ducem fuit, mediam inter utrumq; Regem, quippe Philippi consobrinam & recenti affinitate Henrico gratam.* Strad. *Dec. I. Lib. I.* Rursus tempore ultimorum civilium motuum Galliæ *quatuor fœminæ omnem Galliam commiserunt, ipsæ postea improsperis, ut fit, rebus se prædamnantes Numini fidem obligarunt per Religionis mendacem simulationem.* Priolus L. *II. XLIII. & IIX. 10.* III. In suspiciones propendere. *Equidem puto nostris temporibus neminem suspicionibus indulsisse magis*, dixit supra de Ludovico XI. Cominæus. Et de Ludovico XII. Ferronus Lib. III. fin. *Idem propensissimus levibus ex causis ad varias suspiciones fuit.* Et generalius iterum *Cominæus* de B. Neap. L. V. *Hic est morbus occultus, qui in familiis Principum regnat & plurimis incommodis materiam subministrat, in Gallia quidem adeo freqvens, ut à Carolo M. vix pauci Galliæ Reges annum ætatis sexagesimum excesserint*, collecta sæpe ægritudine ex suspicionibus *& iis qvæ clanculum ac falso essent delata.* Atq; adeo IV. *nec ultra LX. Annos vivunt*, qvod à temporibus Ludovici XI. in Annales relatum. *Sexagesimum ætatis annum, ut fatalem sibi, semper horruerat,*

quem Francorum Regum vivendo jam inde ab Hugone Capeto generis sui autore nemo transcenderat. Ipse id spacium quindecim diebus excesit: Inqvit Æmil. de R. G. Ludov. XI f. 357. Et Cominæus Comm. Lib. X. de eodem: *Attigit Annum sexagesimum primum, & judicabat ipse, non se victurum esse supra sexagesimum, ac dicebat Galliæ Reges à multis temporibus eum terminum non excessisse.* Qvæ tamen in Gallicis paulum aliter sonant: *Il vesquit environ soixante & un an, toutesfois il avoit tousjours imagination de ne passer point soixante ans, & disoit, que puis long temps Roy de France ne les passa, Aucuns veulent dire, que depuis Charles le Grand: Toutes fois le Roy nostre maistre fut bien avant au soixante & unieſme.* Qvibus & Barthii versio optime respondet. Causam idem Cominæus supra reddidit, eademque V. subinde factum porro scribit, ut mente parum moti fuerint: *Ludovicus XI. paulo ante qvam decederet, cum suspicionibus nimium indulgeret, nulli prorsus homini fidebat & omnes insidiari sibi putabat. Ejus Pater cum decumberet ægrotus persvasum habebat, paratum sibi esse venenum, ideoq; ab omni cibo abstinuit. Caroli VI. eo fuit deterior conditio, quod deliraret ac mente captus esset.* De Carolo VII. confer. Æmil. fol. 339. De Henrico III. supra Characteres ejus. VI. *Nec cum Delphinis ipsis bene convenit*: Vide Exempla Ludovici XI. cum Carolo VII. Caroli VI. cum Carolo VII. Carolo IIX. quoq; Delphini ferocia exosa. *Ex quo omnibus sortem magnatum intuentibus videri necesse est miserrimam: Sic distrahuntur in contrarias voluntates eorum cupiditates, ut à liberis eisq; infantibus sibi metuant*: Inquit *Ferron. L. I.* Alienarum rerum arbitrium quoq; non nunc demum ad se traxerunt. V. exemplum Ludovici XI. ap. Comin. sæpe cit. *Comm. L. X.* Repentinos motus, & celeres victorias, sed subitam jacturam videre fuit in Bellis Caroli IIX. & Ludovici XII. Henricorum nomen fatale extitisse dicetur infra §. XIIX.

VI.

De Titulo *Christianissimi*, qvem Seren. Galliæ Reges gerunt prolixè egimus *Notic. Dign. Illust. Dis. II. c. II. §. III. IV.* De Nomine *Primogeniti Ecclesiæ ibid. §. V.* Et generaliter de usu Titulorum talium *præc. c. I. §. VII.* A Porta Otomannica Titulum *Podeshair* accipiunt, qvem illa alias nulli Principi, qvam Imperatori suo convenire autumat. Vid. pluribus *Aut. Stat. Turc. I. Lib. I. c. XXI.* De *Delphini* nomine itidem dictum *Not. Dign.*

Dign. Illuſt. Diſſ. III. c. ult. Cur ſolo Titulo Franciæ Rex contentus ſit, ratio eſt, qvia inter Leges Regni eſt, ut qvicqvid Rex acqvirit, id omne Galliæ accedat, Coronæqve Gallicæ innectatur, unde nihil ſeorſim commemorari poteſt, qvin Galliæ nomine jam comprehendatur, de qvo pluribus dictum P. I. hujus Scripti *cap. VI. §. III.* Galli hanc addunt, qvod id fiat ad imitationem antiqvi Romani Imperii, qvod unico tantum & ſimplici Titulo uſum fuit; Et magis affectari fruitionem divitis prædæ rerum acqviſitarum, qvam ornatum ex ſubjugatarum nationum inſcriptionibus. Vid. Excerpta Aubery ante cit. Interim poſſe ajunt, ſi velit, uti Titulo acqviſitarum Regionum, veluti Henricus III. ſemper uſus fuit Titulo Regis Poloniæ, & Henricus IV. uti cœpit Titulo Regis Navarræ. Inſignium loco habent *tria Lilia* ad exprimendam perpetuam excluſionem fœminarum à ſucceſſione in Regno, autoribus forte Monachis è mediis ſeculis, qvi qvoniam legerant in Evangelio, *Lilia non nere*, nere autem vel Lanam ducere, fœminarum proprium ſit, Lanam ducentes, h. Fœminas arceri à Sceptro Francorum, Liliis indicare voluerunt: Nam ex ejusmodi fontibus imagines tales olim peti fuerunt ſolitæ. *Boxhorn. Hiſt. Un. p. 343.* Alii tradunt Veteres Francos Bufones in inſignibus habuiſſe, qvi ſuccedenti tempore in Liliorum figuram qvantitate non diſparem abierint. Veroſimilius Apes fuiſſe, qvæ volatu ſuo itidem analogum qvid Liliis Gallicis exprimunt: Talesq; priſcum Clodevæum in Inſignibus habuiſſe reliqviæ Clinodiorum ejus oſtendunt, qvæ hodienum Viennæ in Gazophylacio Leopoldino videntur. Poterit tamen & Scuto Liliato, qvod ferunt Clodovæo I. cœlitus miſſum eſſe, origo transſcribi, qvemadmodum Portugallicorum Inſignium origo qvoqve à cœleſtibus pendet, de qvo ſupra. Jactantur enim vulgo Tria Francorum Cimelia: *Ampulla Rhemenſis*, *Scutum Liliatum*, *& Auriflamma*, qvæ cœlitus delata putantur: Unde *Steph. Forcatulus Lib. VI. de Gall. Imper. Tria pignora de cœlo miſſa Imperii Gallici ſempiterna*, Scutum Liliatum, Phiala Odorata & Vexillum ſplendidum, *purpuram ætheream confitens pro Certo.* Sed illa jam ſenſim ab ipſis Gallis in dubium vocari cœperunt. De Ampulla Vid. *Not. Dign. Ill. Diſſ. IV. c. II. §. IV.* De Scuto Liliato itidem recentiores Scriptores Gallici candide: Fides illa Francorum de Liliis nulla probati Scriptoris autoritate confirmatur. *Bern. Girad du Haillan. Lib. I. Rer. Franc.* Et *Joh. Tillet. de Dign. Franc.* Fabula de Scuto Francico, qvod Clodovæo Regi è Cœlo miſſum fuerit in cœnobio Gaudii Vallis, ubi Scutum cum

tribus Liliis oſtenditur, adinventa fuit poſt Carolum VI. Regem. *Claud. Fauchet* Senatus Monetalis Præſes *L. de Inſign.* De Scuto Regio per Angelum ad Clodovæum Regem delato nihil invenitur in Hiſtoria Gregorii Turonenſis. *Alibi* : Apud nullum bonæ notæ Scriptorem legi illam Scuti Francici Divino nuncio ſignificationem, creduntqve viri docti Inſignia familiarum recentiora eſſe : *Scipio Dupleix* Hiſtoricus Regius *in Clodov. I. Qvod attinet ad Scutum cæruleum Liliis pictum, neque hiſtoria, neque traditio ullam fidem facit, qvod è cælo transmiſſum fuerit.* Et Scutum Regium qvidem Atlantum loco binos Angelos habet, ſed illi demum introducti ſunt, poſtqvam Ludovicus XI. Angelicam S. Michaelis militiam inſtituit : De qvo Vid. *Chiflet. de Ampull. Rhem. c. I. Auriflamma* deinde fuit Vexillum Eccleſiæ S. Dionyſii, qvo utebantur Monachi ad ſtatas & ſolennes pro Regis ac Regni felicitate ſupplicationes : De qva iterum *Scipio Dupleix*, poſtqvam de Liliis ſe explicuit : *Fabuloſum eſt ſimiliter*, Auriflammam *Clodovæo Regi è cælo miſſam fuiſſe. Erat enim Vexillum Eccleſiæ S. Dionyſii, qvod olim Reges noſtri ad bellicas magni momenti expeditiones deferri jubebant.* Marlotus item Lib. II. c. V. *Chronica antiqva ſilent videturque antiqvitas aut veneratio, qvæ olim vexillo illi exhibebatur, hujus miraculi fidem ſimplicibus impreſſiſſe, qva in literatorum animos ſe tandem inſinuavit.* Vid. iterum *Chiflet. l. c.* De Dono Strumas ſanandi prolixe actum *Not. Dign. Illuſt. Diſſ. V. c. II. §. IV. & ſeqq.*

VII.

Gallia ab Anglis debilitata fuit regnantibus Philippo Valeſio, Johanne, Carolo V. & Carolo VI. de qvo in negocijs Anglicis dicendum erit; Sed eluctari cœpit ſub Carolo VII. Anglorum ſegneſcente induſtria, ipſiſqve in inteſtinas Lancaſtrenſium & Eboracenſium factiones divertentibus, quo latisſimus Carolo jus ſuum vindicandi campus apertus; Accedebant incitamenta *Johannæ d' Arc*, Puellæ Ruſticæ è Lotharingia, & ab initio rerum geſtarum ſuarum Puellæ Aurelianenſis nomen meritæ : Quæ tempore obſidionis Aurelianenſis circa A. MCCCCXV. ac deſperatis rebus omnibus ſe Carolo Regi divinitus in auxilium miſſam palam prodebat, ac pulſis Anglis ab obſidione Aureliæ victricia arma longe lateque circumferebat, diſparem tamen à virtutibus ſuis exitum ſortita; Ab Anglis enim capta & publice in foro Rotomagenſi combuſta fuit, odio magis iraque, quod ab ignobili Puella Viri Bello illuſtres tot clades accepiſſent, quam quod aliqvid tam

ſævo

sævo supplicio dignum commisisset. *V. Joh. Is. Pontan. L. IX. Rer. Geldr. Boxhorn. Hist. Un. p. 945.* Quam Historiam diligenter pariter ac judicioſe examinavit Doctiſſ. Voetius, ac peculiari Diſcurſu Hiſtorico-Theologico complexus fuit *Vol. II. Diſp. de Sign. & Mirac.* Quem, quoniam non adeo prolixus eſt, aliisq; in Hiſtoria Civili caſibus lucem addere poteſt, hic inferere voluimus.

DE PUELLA AURELIANENSI.

Problema eſt de Johanna Darc Lotharingicâ, dictâ Puellâ Aurelianenſi, cujus facta miraculis & ſpiritui prophetico imputantur. Plurimi Scriptores tum coætanei, tum recentiores ejus meminerunt: Et ante paucos annos A. MDCXII. peculiari tractatu *hiſtoriam ejusq; Apologiam complexus eſt* Joh. Hordali *Conſiliar. Lotharing. & Juris in Acad. Muſipont. Anteceſſor, qui genus ſuum refert ad fratrem hujus Johannæ Darc Lotharingicæ, dictæ Puellæ Aurelianenſis. Sed prætenſum hoc miraculum inveſtigaturis occurrunt tres qvæſtiones: 1. An qvæ de ea feruntur, ita facta ſint. 2. An ſi dentur facta eſſe aut omnia, aut pleraque, neceſſario inde miraculum, ſpiritus propheticus, & immediata atq; extraordinaria ejus divina miſſio, ad liberationem Regni Gallici, exſtruenda ſit. 3. An Jure damnata & rogo adjudicata. Qvod ad* 1. Qvæſt. *Facta referuntur duplicia:* 1. Alia *fortiter & conſilio & manu in bello geſta, qvæ illi cum militibus & heroicis animis etiam nonnullis fœminis bellatricibus communia: Nec tam mirum, cum equitando, & jaculando à pueritiâ inter paſtores ſe ſubinde exercuiſſet, dum patris oves paſceret, uti fatetur* Hordalius ex autor. cit. *Et hæc facta communiter ab omnibus Scriptoribus referuntur: Quæ tamen nullum faciunt miraculum: Quod ex comparatione ſingulorum cum ſimilibus inter Gentiles, Mahumediſtas, Chriſtianos, haut infrequenter patratis optimè conſtabit.* 2. Alia, *quæ prodigium, aut miraculum aliqvid videntur ſapere, ut ſunt abſentium & futurorum cognitio ac revelatio, regis agnitio inter multos alios, quem ante nunqvam viderat, apparitio ſpeciei humanâ anguſtioris (Angelum Michaelem qvidam interpretantur) per qvam aliqvoties recurrentem ipſi Mandatum*

qæ

ut Carolum VII. adiret, Aureliam obsidione liberaret, Regnum Gallicum Regi asfereret. Hæc facta, si qvis ficta suspicari velit, utiq; non video eum tam paradoxum fore. Primo, *qvia apud Autores coætaneos de apparitione illâ (quæ maximè θαυματώδης esset) altum silentium.* Hordalius *qvi omnia conqvisivit ad causæ hujus vindicias, non citat nisi duos recentiores Gallos* Paschasium scil: lib. VI. Disq. Gallic. c. V. & Matthæum in Ludov. XI. lib. V. Paschasius, *qui militiam & res gestas ejus inter miracula & mysteria divina numerat, præcipuè nititur ipsius Johannæ confessione coram judicibus, ex actis judicialibus descriptâ. Ubi de voce sæpius ex cœlo auditâ & conspecta claritate, quam putabat (sic ipsa interrogata respondebat) fuisse angeli; Qva voce monitam se dicebat, ut virilem habitum assumeret, & se conferret in Galliam &c.* Secundo, *qvia ipsi Episcopi judices à Papa delegati ad processus revisionem tantum à criminibus Magiæ aliisque eam absolvunt: Spiritus autem Prophetici & miraculorum, nedum apparitionis istius divinæ, ne semel quidem meminerunt: Quod tamen omnino faciendum fuisset.* Tertio, *quia ex Scriptoribus coætaneis, & illi ætati proximis (reliqui enim nullo numero hic habendi) pauci facta illa historicè affirmant; Sed alii dicunt,* fama est, *ut creditur,* vulgus dicit. *Sic* Æneas Sylvius in descript. Europæ cap. 43. Antoninus Archiep. Florentinus in Chronico, Nauclerus generat. 48. *aliiq; scriptores ab* Autore Sibyllæ Franciæ & Hordalio *adducti, alii in genere tantum ajunt, divinitus missam esse. Jam vero possunt Heroica & generosa pectora divinitus excitari, & tamen absq; miraculo, ad res præclarè gerendas.* Quarto, *quia seculum illud erat plane θαυματομανές, fabulis & fictionibus innumeris fœtum, immo superfœtatum: Adeo ut verisimè dixerit* Gerson (*qui tamen pro causâ hujus citatur.*) *Mundum senescentem tunc miracula phantasiasse.* Quinto, *quia validæ sunt præsumptiones divina illa miraculosa aut à Johannâ, aut à Gallis, aut à superstitiosis (ut tunc erant tempora) nimis facile credita & ficta fuisse.* A Johannâ, *ut militarem cupiditatem, impetum, & provinciam puellis non ita decoram hâc ratione ab insolentiæ opprobrio vindicaret; aut ut famam sanctitatis sibi conciliaret: aut ut aliis obsecundaret. Cogitentur exempla virginis Cantiæ, Martinæ Brosseriæ, Magdalenæ de la Cruz, Evæ Vliegen tot annis admirandæ, abstinentis &c. aut amabili quâdam insaniâ & delirio melancholico: forte & illusionem ac phantasiæ per-*

perturbationem à dæmone passa potuit sibi imaginari, facta esse, quæ facta non erant; Ita ut volens sciensq; non fefellerit. A Gallis, *aut ut honori gentis & priscæ fortitudinis consulerent; Ne videretur rebus desperatis & Gallis languentibus auxilium immo & consilium ac ductus in illo bello à fortitudine puellæ 18. annorum debuisse præstari: Aut ut suos languentes & nutantes confirmarent, & hostes Anglos terrerent. Non est insolens, divini aut miraculosi quid sæpe ab hominibus politicis fuisse rebus suis pretensum: Nota sunt exempla Numæ, Lycurgi &c. Et huic strategemati totum hoc miraculosæ puellæ acroama adscribit* Lipsius in notis ad Politic. lib. 1. cap. 3. *Et fatetur* Paschasius lib. 6. cap. 5. *aliquos scriptores Gallos sic sentire, inter eos* Dominum de Langey lib. 3. de disciplina militari cap. 3. *Alios addere, proceres quosdam Galliæ subornasse hanc puellam, eiq; signum aliquod indicasse, ex quo regem nunquam sibi conspectum inter complures alios purpuratos sedentem cognosceret.* A Superstitiosis, *ut populum tunc pro more recepto in superstitione confirmarent, nominatim in merito superogatorio virginitatis.* Vid. Hordal. p. 29. 100. 175. *II.* Quæst. *Cui adscribenda hæc facta?* Resp. *Tres sunt sententiæ: quarum prima divino miraculo; Secunda partim Magiæ, partim fraudulentæ fictioni; tertia meris fraudibus & fictioni totum hoc adscribit. I. Pro divino miraculo ex recentioribus* Paschasius lib. 6. des Recherches de la France c. 4. & 5. Matthæus supra cit. Tholosanus lib. 7. de Rep. c. 11. Bellefores. in Carol. VII. Thevetus de vitis illustr. virorum lib. 4. 25. Barthol. Fayus in energumenico p. 15. Papyrius Massonus. (*quem indico fide* Cornmanni, *ipse librum & totum non inspexi.*) Symphor. Champegius in parall. heroum Galliæ: Hubertus Morus *Paris. Theologus & Rhemensis Ecclesiastes* lib. 3. de sacris unctionibus, sub finem, & Hordalius: *qui omnes Galli, aut necessarii. Ex extraneis* Delrio Disquis. Magic. l. 4. c. 1. qv. 3. Henricus Kornmannus in tract. de Virginitate, Virginum statu & jure c. 41. Idem *in* Tract. de Miraculis mortuorum part. 3. c. 30. *Et ex antiquioribus* Henricus de Gorichem *Theologus*, & Gerson tract. peculiar. Philippus Bergomas de præclaris mulieribus. Mayerus lib. 16. annal Flandriæ: Rob. Gaguinus in Carolo VII. *Sed nihil certi habet hæc sententia. Nam* primo, *possunt facta illa negari, propter quæ sola miraculum, prophetia, & missio immediatè divina hic inveniri putantur; ut supra ostensum est.* Secundo, *possunt ea, siquidem ita in formâ aut saltem præter pro-*

pter contigerint, aliis causis adscribi; non quidem Magiæ (à quo crimine post mortem absoluta est,) sed illis quas infra indicabimus. Tertio, *siquidem miracula illa præstita tunc creditum fuisset, si non omnimoda fide, saltem Pontificia credulitate; cur numero Sanctorum non est adscripta? cur Gallia Canonizationem ejus non procuravit? præsertim cum Papa & Gallicanæ, & Johannæ illius causæ particulari faveret. Quæ miracula post mortem ejus facta refert* Hordalius pag 185. *ex* Valerando Varanio, *ea examen non sustinent.* Quarto, *de revelationibus & miraculis minime divinis peremtoriè judicari potest, ex propria illius confessione apud* Paschasium cap. 5. pag. 461. *cum ad quæstionem, An unquam vidisset Feas* „ (*erant spectra forma & habitu fœminarum apparentia, dicta in Germa-*„ *niâ* Albæ, Alvinnen, *in Belgio* Witte-Vrouwen); *& quinam aut quæ-*„*nam essent, qui cum ipsa loquerentur?* Responderet: *Ad prius, Neg. Ad* „*posterius, esse sanctam Catharinam & Margaretam, quas sæpe vidisset,* „*& tetigisset, dum fuisset in carcere, & quod terram seu pavimentum* „*deosculata fuisset, per quod illæ transiissent, & quod consilium ab illis ac-*„*ciperet super omnibus responsis suis p. 462. Quod ad arborem Fearum,* „ *& apud fontem prope vicum* Dompre, *locuta fuisset cum sancta Ca-*„ *tharina & Margareta, & non cum Feis. Et quod jam ab anno ætatis* „*13. cum dictis duabus sanctis loqui cæpisset. Addebat, sibi quidem sæpe* „*impurtatum fuisse (in Lotharingia scil.) quod loqueretur cum Feis;* „*negabat tamen unquam factum, aut Feas unquam sibi visas,* quod sci-„*ret. Interim fatebatur (p. 261.) fœminam quandam susceptricem suam* „*jactare solitam, Feas à se visas ad* arborem scil *Fearum, ita dictam in* „*vico paterno in Lotharingia. Sed unde misera sciebat ab aliis conspe-*„*ctas istic fuisse Feas, à se vero dictas Sanctas, cum Catharina & Marga-*„*reta nunquam fuerint in rerum natura: uti probamus* disp. de Sanctis Chimericis. *Vide jam specimen revelationis & apparitionis divinæ.* 2. Pro Magiâ & fraudibus *stant judices;* 3. *Et Angli ad quorum postulatum Johanna igni adjudicata.* Pro meris fraudibus *& fictionibus*, Lipsius loc. cit. 4. *Sunt alii qui in medio relinquunt, & admirantes nihil determinant. Nos omnibus illis sententiis omissis, putamus adscribi posse:* Primo *aut delirio & enthusiasmo melancholico, fortiq; imaginationi, sed confusa & corrupta; cum quâ conjuncta erat dementia superstitiosa: Utriusq; quanta vis sit, docet experientia, &* autores *alibi nobis* cit. *Sed excipis:*

cipis: Si de visione ita se haberet, quo referres prædictionem futuri &c. Resp. *Si semel atq; iterum hoc accidit (quamvis putamus hic esse proclivior̃ additionem quam subtractionem,) id per accidens est. Qui multa conjiciunt, non raro inscii in ipsam veritatem incidunt*: Secundo, *aut energemati, seu mavis illusioni diabolicæ tam internæ per phantasiæ turbationem, quam externæ per visionem seu apparitionem*: Tertio, *aut omnibus illis simul. Confer.* Disp. de Energumenis. *Unum illud de apparitione Catharinæ & Margaretæ modo notatum, illusionem Phantasticam, aut diabolicam, aut utramq; evidentissimè evincit.* III. Quæst *An jure fuerit vivicomburio adjudicata?* Resp. *Incl. in* Neg. *Neq; enim habitus virilis, quo utebatur in bello, nec vita militaris, (quæ utrumq; Regis & procerum publicâ autoritate illi concessa) nec res fortiter gestæ, nec enthusiasmus & Melancholia (siquidem adfuerit;) nec denique energemata, aut raptus, aut externa illusio diabolica, tam acerbum supplicium merebantur. Quot præsumti Sancti & Sanctæ, quod monachi & moniales à Diabolo in Papatu delusi sunt? Si hostes noluissent eam laudare, debuissent saltem ejus misereri. Et hactenus hanc causam ab* Hordalio, Delrio, *aliisq; bene agi putamus. Quibus præiverunt* Joh. Laziardus in c. 274. epitomarum histor. Universalis; Genebrardus lib. 4. Chronographiæ; Mariana lib. 20. de rebus Hispanicis; *aliiq; adducti Jurisconsi. Historici, & Politici ab* Hordalio à p. 69. usque 158 cit. & p. 103. 192. 206. *ubi habet historiam & instrumentum justificationis. Quacunq; censura in vitam ipsius militarem ab adversariis stringatur, saltem ad crimina absolutè referri nequit, nedum vivicomburio vindicanda. Exempla bellatricum & fortiter dimicantium fœminarum & olim & nuper suppetunt quam plurima. Aliqua vide relata ab* Æneâ Sylvio 2. part. Asiæ cap. 20. Rhodigino lib. 13. antiquar. lection. c. 33. Lipsio in monitis & exemplis politicis lib. 2 c. 2. *Et* Marconville, Beverovicius, aliique scriptores de Laudibus Fœminarum. *Et defendit* Cornmannus loc. cit. *adducto ab aliis non observato textu. L. 18.* libello amiss. D. de excus. tutelæ *Subjicio hic, quæ invenio in libro ante 150. annos præter propter Parisiis edito tit. Mirabilis liber, qui prophetias, revelationesq;, nec non res mirandas &c. apertè demonstrat, Sic ergo autor seu mavis editor ille, quisquis est, in præfatione.* Super omnes reges & excellentia regna terrena habetur Gallorum Rex cum regno omnium religiosissimus: ac beneficiis: non solum humanis; Sed &

divinis insignitus: Quod pluribus licet probare rationibus, Prima: Quoniam ab Angelo divinitus allata est phiala: Quam sanctam ampullam vocant: dataq; beato Remigio divino unguento plena: Quo præfatus Rex Gallicus liniri solet. Secunda: Quoniam per nuncium cœlitus missum Olympi moderator Gallorum Regis insignia in longe præstantiora: Videlicet Lilii flores commutare dignatus est. Tertia: Quoniam illi ab optimo maximoq; rege datum est miracula facere: Utpote in morbo illo guttura differenti: Quem scruellas Galli vocant: Curando. Quarta: Propter aureæ illius: Quam Auriflandum, seu sanctum vexilium vocant, divinam receptionem. Quinta: Quoniam ex Francorum Regibus suæ beatitudinis testimonia relinquentibus plures fuisse sanctos in confesso est. Sexta: Quoniam Francorum Reges summos Pontifices non sine fidei jactura pulsos sæpe in suam sanctam sedem remiserunt, Septima: Hoc argumento colligi potest, quoniam Rex ille Regum Francorum Regibus hostium injuriis oppressis, atque humano auxilio pæne destitutis suppetias fere non dedignatus est, quod omnibus patuit Anno Domini MCCCCXXV: Quo puellâ viginti annos nata duce, Angli profligati fuere. Cæteras causas (quas etiam facile persequi non possem) brevitatis causa omitto.

Problema. *An rectè ab Aurelianensibus coli & statuâ honorari potuerit?* Resp. *De civili cultu & honore tantum ob res fortiter & feliciter gestas, non contendo: Si quis ulterius tendat* (*quod videtur facere* Hordalius P. 21) *nefas duco: Nullum enim cultum religiosum sanctis defunctis, nec ullam exemplarem sanctitatem cum miraculis & prophetiâ Johannæ tribuendam censeo.* Hactenus *Voetius*: Plura quæ ad Historiam Virginis hujus pertinent petenda ex *Hordalio* à Voetio citato, tum ex Goldasti Libro de eadem materie, *Sybillæ Francicæ* nomine edito.

VII.

Secutis temporibus magis magisq; emersit Gallia, & stabilita demum à Borboniis Henrico IV, Ludovico XIII. ac Ludovico XIV, ab internis dissidiis liberius agere, exteris autem formidabilis reddi cœpit; Neque dubium est potentiam Regum Galliæ nunc majorem esse, quam unquam proxime antegressis seculis extitit: Cujus causa generalis in Providentia Divina indubie sita; Ut enim homines, ita Imperia nascuntur, crescunt, decrescunt

crescunt, ac tandem moriuntur, certique temporum limites divinitus præstituti sunt, qui nulla vi nostra transiri possunt. Speciales si quærendæ, fuerint I. Senescens Hispanorum fortuna, de qua non abs re dicetur, ibi rerum potiri Gallos cœpisse, ubi Hispani desierint, veluti de tempore Ferdinandi Aragonii & deterius se tunc habente Gallia inverso ordine à *Thuano* dictum: *Ubi Galli desierunt, ibi rerum potiri Hispanos incepisse. Hist. L. I.* II. Oppressio dissidentium in Gallia & in iis Hugonotarum, qui consiliis exterorum, ac præcipue Hispanorum fulti CC. fere urbes tenebant, earumq; non paucas præsidiis munitas, quæ ipse Rex ex parte sustentare cogebatur. De qvo V. §. *seq.* His accesserunt occupatæ nobilissimæ urbes vicinorum Regnorum & quasi Claves, in Germaniam Brisacum, in Italiam Pinarolum, in Hispaniam Perpinianum; Deinde accepta tot loca in Belgio; Item occupata Alsatia & Lotharingia, quæ alias inter Galliam & Germaniam media erat. Quæ omnia tamen non æque justis consiliis gesta fuisse toties questi sunt, qui Res Gallicas accuratius spectavere. Hoc fine enim jam olim dissidentes in Germania Principes foto fuisse; Imperium hostiliter impetitum; Turcam fœderis obtentu in Italiam concitatum; Catalonos in rebellionem armatos, Neapolitanos, Siculos, Insubres ad eandem soli. citatos &ſs. quæ jamdudum exposuit Anonymus Autor *Biblioth. Gallo-Svec. n. XII.* Isdemq; multo largior querendi materies apud plurimos succrevit, ex quo nostro tempore nimis clare eluxit Regia ista Rerum Europæarum arbitrium in se transferendi, si non universalius quoddam Imperium condendi cupiditas. De quo passim *in seqq.*

IIX.

Dissidia intestina quæ Galliam superiori seculo exercuerunt maxima ex parte Religionis causa, aut certe obtentu cœperunt. Illuxerat etiam Galliæ, cum maxima pars Europæ Reformationem Sacrorum meditaretur, instaurata Religio: In hanc igitur extirpandam *Liga Sacra* à Catholicis condita, cujus initia sub Francisco I. & Henrico II. sumpta, complementum circa A. MDLXV. interveniente Philippo II. Hispaniæ Rege additum. V. *Thuan. L. XXXVII.* Inde factionum nomina audita, hinc *Catholicórum* & Papistarum, isthinc *Hugonotarum*, tanta acerbitate, ut Carolum IX. ea publico Edicto A. MDLXVII. inhibere, ac ne talia contumeliose amplius usurparentur mandare oportuerit, V. *Thuan.* L. XXVIII. Accesserunt cum progressu temporis *Politicorum*, & Zelotarum vocabula, Catholicis imprudentioris

Zeli factioni Guisianæ subscribentibus, quæ colore à Religione quæsito celabat Regni ambitum, Politicis debitam Regi fidem & Pacis consilia amplexantibus: Qva de re extant qverelæ *Thuani Lib. XL. init. Perniciosa fœderatorum, qvi & Zelotæ dici gaudebant, factione alienatis ubiq; plebis animis, Civitates toto Regno à Rege & Legitimo Magistratu defecerunt.* Et Lib. LII. Politici *nomen factionis fuit & à seditiosis Regiarum partium & pacis Studiosis attributum. Conf. Lib. XLV. ad An. MDLXVIII.* Vis qvoqve subinde adhibita, cujus horrendum exemplum præbuit atrox illa Laniena San-Bartholomæana, qva internecio Reformatis universis decreta, cæsaq; triginta ferme millia hominum noxiorum juxta & innocentum pro libidine percusforum, ut quemq; res privatæ agebant aut odia. Sed crudelitatis hujus prudentiores Gallo omnes in hanc usq; diem puduit: Effectus quoq; internecionem prodidit inutilem; *Neq; enim ut spes erat, ex cæde concordia fuit inter indigenas; aut veneratio & cultus erga Regem. qvin potius armavit in illum inermes, subditosq; prompti nuper capaces obsequii in rebellionem induxit.* Gramond. *Lib. VI.* Ac Naudæus quidem inter paucissimos cædem hanc defendit *aux Coups d' Estat.* Sed huic retundendo verba modo citata sufficient: Prolixius de eadem sententia non ita pridem egit *Joh. Cyprianus de Statu & motibus Galliæ in Lanienam Parisiensem desinentibus contra Naudæum Lipsi. MDCLXXIV.* His itaq; principiis constitere Protestantium Bella in Gallia, non alio fine ab ipsis suscepta, qvam ut in Regno Galliæ tuto consisterent, liberoqve exercitio Religionis suæ gauderent. Qvibus & variis Pacificationibus illusum, donec sub Henrico III. interposita veluti cautione ipsis Urbes concederentur, quas Fidei obsides, *les Villes d' Ostage*, item *de Mariage*, *de Seureté* dixere. Tandem A. MDXCVIII. Edicto Nannetico ab Henrico IV. ipsis plenius cautum: *Renovata illa in longos annos Urbium possessiones, pignus fidei data, Urbes item (qvos matrimonii, fœderis, securitatis appellitant) numero plures loci genio & arte munitas ea illis religione conservavit, aut adjecit tanta munificentia, ut potiorem habuisse causam ipsorum plerisq; fit creditus*, Gramondus Lib. VI. Ac dubia nonnulla qvidem in contrarium à Catholicis, Nuncio Apostolico, Rectore Sorbonæ ipsoq; Parlamento Parisiensi mota; Sed pervicit nihilominus Henrici autoritas, Edictumq; in vigore suo perstitit, postqvam gravi hac Oratione Parlamenti proceres aliqvot ad se convocatos compellaverat. *Videtis me stantem*, dixit, *in conclavi meo secretiori, ubi advos verba facio, non*

non ornamentis Regiis indutus, nec gladio cinctus, ac sago militari tectus, ut mos fuit meorum antecessorum, nec ut Principes solent, ubi legatos ad se admittunt; sed ut paterfamilias thoracatus, qui familiariter loquitur cum liberis suis. Quæso approbetis edictum, quod feci in gratiam Reformatæ Religioni addictorum; Quod feci, pro fine habet bonum pacis. Hanc, ut extra Regnum firmavi, sic & in Regno meo volo constitutam. Obedientiam mihi debetis, etiamsi solam qualitatem meam consideretis, ac subditorum munus, & specialiter vestrum, quod in Parlamento meo geritis. Nonnullis restitui penates, à quibus longe recedere fuerant coacti; aliis religionem, quam amiserunt. Si prædecessoribus meis debuerunt obedire, certe magis ad id mihi obligati sunt, qui statum restauravi. Deus me elegit, ut mihi conferret Regnum, quod meum est & successione & acquisitione. Senatores Parlamenti meo beneficio ibi suas occupant sedes. Nolo gloriari, dicam tamen me non habere alia exempla, ad quæ me componam, nisi mea propria. Novi machinationes in Parlamento institutas, ac excitatos fuisse concionatores seditiosos: sed securitati meæ ipse providebo contra eosdem, nec vestrum expectabo remedium. Severe aliquando in illis animadversum fuit, quando minori studio seditionum autores esse voluerunt, ac nunc esse laborant. His instrumentis doliarium septum Lutetiæ constructum fuit, ac gradatim perventum ad parricidium Regis. Radicitus evellam has factiones, & amputabo omnes, qui his vires suppeditant. Transcendi muros urbium, facili saltu superbo doliaria septa. Non opus est allegare religionem Catholicam, aut respectum sacræ Sedis: Novi quid illis debeam, tanquam Rex Christianissimus, & propter honorem nominis, quo afficior, ac audio primogenitus Ecclesiæ filius. Fallantur qui putant se apud Pontificem in gratia esse: ego favore longe ante illos sum. Ubi voluero, omnes vos faciam declarari hæreticos, propter denegatam, quam mihi debetis, obedientiam. Semper læditur majestas Regum, quando constitutiones illorum contemnuntur; major tamen est læsio, quando contemnuntur ab illis, qui debebant curare eas observari. Qui remonm subjiciunt edicto meo, amant bellum. Indicam illud crastino die Reformatæ Religionis cultoribus, sed non infenam ipse, mittam eo istos, quibus hoc bellum placet. Volo edictum, quod ipse feci, observari pro ratione sufficere deberet voluntas mea, illam nemo unquam à Principe requirit, in statu integræ obedientiæ. Voluntas Principis executionem paratam requirit,

quirit, non interpretationem; Attamen dico vobis, necessitatem & utilitatem me permovisse, ut hoc edictum facerem. Feci illud ex sententia meorum consiliariorum, qui rebus, & statui meo, bonum ac necessarium esse judicarunt, ad stabiliendam concordiam, & dissipandas nubes calamitatum, quas discordia conglomerat. Querelæ auditæ sunt, quod velim conscribere milites Helvetios, aut alios. Id si facerem, bene de facto sentiendum esset, & fieri optimum ob finem, propter actiones meas praeteritas. Testimonii loco erit, quod feci pro recuperanda civitate Ambiana, pro cujus salute expendi omnem pecuniam, quam collegi vi Edictorum, quæ nunquam vobis placuissent, nisi ipse præsens fuissem in Parlamento. Necessitate ductus edictum confeci, eadem ductus antea egi militem, varii de hoc sermones habiti, at ego illos surdis prætermisi auribus: nunc Rex sum & loquor ut Rex, volo ut mihi præstetur obedientia. Nemo vestrum est, qui non sentiat bonitatem meam, quando ea opus habet & tamen erga me quia adeo bonus sum, vos estis tam maligni. Quod si alia Parlamenta, resistendo voluntati meæ, causam dederunt Reformatæ Religionis cultoribus ut novâ peterent, nolo vos vestra repulsa causam dare novitatibus aliis. Anno MDXCIV & MDXCV. quando vobis transmisi declarationem super Edicto concernente promotionem ad officia, recepi me nulli ex Reformatæ Religionis cultoribus collaturum officium in Curia Parlamenti sed mutata postea fuerunt tempora, & cum illis rerum status; his servire oportet, ero tamen providus in electione, ut exploratum habeam, illos, quos istis officiis præficiam, satisfacturos esse expectationi nostræ. Nolite tam frequentem mentionem Catholicæ Religionis facere; Si unius magnis illis declamatoribus Catholicis & Ecclesiasticis, beneficium, ex cujus reditibus possit percipere duo millia Scutatorum annua, alteri asignem quater mille libellas, pro reditu annuo, certe omnis ille cessabit clamor. Idem fero judicium de cæteris quoq; qui se Edicto voluerunt opponere. Sunt qui oderunt peccatum formidine pœnæ; Boni autem illud oderunt amore virtutis. Dei causa hoc agite, ut cognoscam illos inter vos, qui oderunt peccatum, illud prosequi odio amore virtutis; aut certe eos castigabo, qui illud oderunt formidine pœnæ, & deinde mihi agent gratias, ut filius patri. Concionatores verbis potius instruunt populum in seditione, quam ut eam destruant: Nemo illis obloquitur, silentio transmittuntur omnia, quæ mihi objiciuntur, nemo refellit. Impediam tamen ego, ne

hæc

hæc tonitrua in tempestatem desinant, effectum dabo, ut prognostica in fumum abeant. Nolo remediis, quæ illis placent, uti; sunt enim intempestiva & morbum exasperantia. Perpendite edictum, cujus causa ad vos verba facio, esse præmortui Regis, simulq; meum, quoniam hodie à me confirmatur. Mihi haud placet aliud sentire, aliud literis exprimere; Quod si ab aliis factum, nolo me ad ipsorum exempla componere. Fraus ubiq; odium meretur, at magis si Principes in eam incumbant, quorum verba debent esse immutabilia. Ultimo loco vos admonebo, ut exemplum obedientiæ à Duce Mayenio petatis: Cum incitaretur, ut voluntati meæ se opponeret, respondit, se nimis mihi obligatum, æque ut omnes subditos meos, inter quos se semper ex illorum numero futurum, qui parati vitam morti exponere in testimonium obsequii: me enim Franciam à ruina vindicasse, frustra frementibus illis, qui in eam conjuraverant. Si hæc fuit oratio ejus, qui caput & dux Ligæ fuit, quæso vestrane alia, quos restitui in pristinas sedes, unde Liga vos ejecerat? Concedite precibus meis, quod nolletis dare minis: nullas à me audietis; facite quod jubeo, aut potius, quod peto: non mihi tantum, sed etiam vobis, & paci communi id erit proficuum. Hactenus oratio Regis. Ex eoqve tempore tranqville vixerunt usque ad An. MDC XXI. Quo nova veteribus flammis materies submini-strata, resq; varie agitata, donec Rupella fortissimo Munimento suo eoque spe ulteriorum progressuum orbarentur; Qua in re quantum negocii situm fuerit, quantaq; cum Catholicorum lætitia hæc expugnatio excepta sit, testatur inscriptio, quæ cruci in urbe occupatâ affixa fuit, qvam iterum ex *Gramondo* suppeditamus L. XVIII p. 779. *Fusis terra mariq; Anglis, fractis Sectariorum partibus, victa Subditorũ Rebellantium pervicacia, vero Dei Cultu restituto, Oceano compedibus vincto, Rupella in deditionem accepta, dubium majoris Clementiæ an fortitudinis exemplo, Regibus & Principibus frustra conjurantibus Victor exercitus Deo Opt. Max. & Ludovico XIII. Galliarum Navarræq; Regi invictissimo, Pio, Justo, Triumphatori hoc munimentum Sacravit, Principibus decus, terror hostibus, applausus Gallis, Exemplum posteris, Orbi universo portentum.* Cardinali Richelio certe sæpius tunc in ore fuit, obsidionem hanc à se susceptam, *au dessus des trois Rois*, indignantibus tribus Regibus, primum suo, qui expugnationem Rupellæ impossibilem judicaverat, deinde Anglo, cujus auxiliares copiæ Rupellam missæ profligatæ fuerant, denique Hispano, qui ipse Ru-

pellensibus auxilia suppeditasset, nisi Anglum jam parem huic rei futurum censuisset. Pontifex M quoq; Urbanus HX summopere eo nomine lætatus fuit, ideo Cardinali Borgiæ quærenti, cur Bredæ expugnatio ipsum non æque affecisset? Respondit, Breda capta non nisi unam urbem lucrifactam, cujus vindictam Belgæ mox sumpturi essent; At Rupellæ expugnatione integrum corpus capite truncatum vastamq; domum fundamento privatam esse. De tristissima fame Rupellensi *Vid. Gramond. p. 776.* Cujus inter alia memoranda hæc verba sunt: *Jam mensis volvebatur ex quo desierunt pane vesci, nedum vulgus, sed & præcipui oppidanorum; canum & equorum carnes in hanc diem carò venales desierant vendi, quia plane defecerunt: Rohanæi mater. & soror, omnisq; ipsorum familia, quatuor equos, quorum erat ad rhedam usus, sale & pipere respersos pani substituerant, totoq; bimestri, equina carne expleta fœminarum Principum fames. Defecerunt oppidanis quicquid in urbe animalium, feles, mures, canes, & equi: fames ultima veteribus animantium coriis explebatur, calceamenta, crepidæ, ocreæ, coria longo usu exsiccata, ipsa soleæ, impuro pedum & luti contractu fœtidæ, missæ in lebetes, infusa largius aqua macerata, mollescebant; dein ubi igne submisso efferbuerat liquor bovino sevo respergebantur, mollitaq; duritie transibant in escam. Ubi defecerat robustiorum pellium usus, fiebant edulia ex pellibus agniculorum aridis, & exhaustis, quæ pro scribarum usu transierant in pergamena: hic parandi eduli modus erat; gelida detersæ pelles in ollam mittebantur, ebulliente aqua calescebant, attrita calore pellis aquam condensabat, donec liquefacta materies in pulmentum transiret, quod rariore saccharo respersum in deliciis habebatur, donec Notariorum instrumenta deficerent. Hæc Rupellæ calamitas, hic toto trimestri cibus fuit.* Interim & hic Politicum respectum latuisse idem Gramondus non diffitetur, Ludovicum nempe specie Religionis & Reformatorum opprimendorum Monarchiam Gallicam stabilivisse, & capta Rupella libertatem Procerum depressisse. Tandem *Pax Nemausensis* condita A. MDCXXIX. ac de novo Edictum Nanneticum confirmatum libertasq; conscientiæ, Usus Religionis, ac libera per totam Galliam mansio Reformatis concessa, *exceptis Insulis Rea & Olerona, demptis item urbibus Rupella & Privatio:* Additum vero, ut munimenta urbium qualiacunq; exceptis muris diruerentur, idq; municipes procurarent sub autoritate Magistratus in id muneris delegati. V. *Gramond.*

mond. L. XIIX. ad A. MDCXUX. Ex eo autem tempore res Proteſtantium indies pejus habere cœperunt, & eſt quidem Edicto Nannetenſi ſua adhuc qualiscunq; firmitas, ſed ſenſim deficiens, cujus rationes allegantur, quia pacto perpetuo illud firmatum non ſit, neque in Leges publicas Regni receptum, Henricum IV. quoq; cauſas hujus pacis & Hugonotarum non in Parliamento, ſed in extraordinario & temporario tribunali, quod Cameram Edicti appellavit, voluiſſe tractari. V. *Irenæum Eubulum de Pace perpetua Proteſtantibus danda p. 105.*

Gallia vero non eo minus Motibus Civilibus poſthac patuit, iisdemq; A. MDCXLIIX de novo concuti cœpit: In partes venere Principes Aurelianus Regis Patruus, Condæus, Longavillæus, ipſæ fœminæ, Mompenſeria Aureliani filia, Longavillæa, aliæque, quo & hinc conſtaret magna in Gallia autoribus mulieribus geri: Acceſſere Parlamenta Pariſienſe, Rothomagenſe, Burdigalenſe ac Britannicum, ipſa quoque Regia Lutetia, quæ Regem tantum non excluſit; Ac neqvid deeſſet rebellioni, Paleam inſigne partium in urbe eligi placuit, ab ipſis principibus geſtatam, eamq; non ferentibus vis illata. Cauſæ obtendebantur gravamina populi immenſa, Provincias ab Exactoribus expilari, urbem ipſam ſub Tributorum pondere ingemere; Ærarium exhauſtum, Gazam Gallicam in Italiam transferri. Tandem fulmen in Card. Mazarinum detonuit reumq; læſæ majeſtatis & perturbatorem publicæ quietis pronunciatum Regno excedere oportuit. Sed Lutetia cum abſente Rege ſe proventu rerum valde minui experta eſſet, paulo poſt ad fidem rediit: Idem à Parlamento factum, poſtquam Pontizarenſi, quod velut Anti-Pariſinum erat, ſe elangvere ſenſerat: Factio Paleata quoq; deleta, cujus ſignum qui gererent, paſſim per plateas impetiti, & è contrario Chartacea ſegmenta in teſſeram fidei Regiæ aſſumpta: Mazarinus denique, contra quem tot infeſta Decreta edita fuerant, revocatus fuit, adventiq; d. III. Febr. A. MDCLIII. Rex cum Fratre ac Aulæ primoribus ad ſecundum ab urbe Lapidem obviam proceſſit; Sicq; flamma iſta cohibita: Quæ quidem iterum A. MDCLXXIII. & LXXIV. Galliæ minitari viſa fuit, ſed invalidius & paucis tantum ſcintillis in Britannia, apud Nannetenſes, Rhedanenſes, Burdigalenſes ſparſis, unde componendæ minori labore opus fuit. Videndi de poſtremis hiſce motibus *Autores des Verwirr. Europæ*, de iſtis *Priolus L. III. & ſeqq.*

X.

Negociorum Gallicorum cum Hiſpanis cauſæ impellentes haut dubie Odium Nationale & Regum ex vicinia orta æmulatio: Materiæ loco fuerunt reciprocæ prætenſiones Regum in varias partes Hiſpaniæ, Comitatum Ruſcinonenſem, Sardiniam, Regnum Neapolitanum, Ducatum Mediolanenſem, utramq; Burgundiam, Flandriam, Arteſiam, Hannoniam &c. variis Bellis quæſitæ, mox ad tempus compoſitæ, tunc iterum reſumptæ, maxime ex quo Caroli V. & Succeſſorum ipſius potentia Europæ ſuſpecta eſſe cœpit. V. *Les affaires de France & d' Auſtriche Ed. Amſtel. 1648. 12o.* & alibi jam commemoratum volumen *des divers traitez ſur les Droits & les prerogatives des Roys de France in Append. Cont. XV. Diar. Eur.* E quibus pacta & tranſactiones extantiores hoc nomine initas numeramus ſeqq.

I. Articulos Attrebatenſes, *Le traité d' Arras*, initos A. MCCCCXXXV.

II. *Articulos Madritenſes* compoſitos Madriti A. MDXXV. inter Carolum V. & Franciſcum I. poſt Bellum IV. Annorum & A. MDXXI excitatum, Franciſco felicia Carolo incrementa invidente, eoque ut cauſam Belli haberet, Navarram, Neapolim, Flandriam & Arteſiam petente; Carolo contra Ducatus Burgundiæ & Mediolanenſem à Franciſco ſibi præreptos querente. Cui finem dedit clades Franciſci A. MDXXIV Feſto S. Matthiæ accepta, qua ipſe etiam captus & paulo poſt Madritum in cuſtodiam datus ita cum Carolo tranſegit: Ut Ducatum Burgundiæ ipſi reſignaret, Dominio utriusq; Burgundiæ, Juri in Regnum Neapolitanum & Ducatum Mediolanenſem cederet, procuraret deniq;, nequid Henricus Labretanus in Regnum Navarræ amplius prætenderet; Et obſidum loco duos Filios Franciſcum Delphinum, & Henricum Ducem Aurelianenſem relinqueret. Quæ omnia quidem ſe facturum Franciſcus recepit, ſed quoniam è re Gallorum illa minime erant, paulo poſt à Parliamento irrita eſſe juſſa ſunt.

III. Igitur ſtatim novam Belli materiem arripi oportuit, quod iterum quadriennio duravit & tandem An. MDXXIX. *Articulis Cameracenſibus* (*Le Traité de Cambray*) finitum fuit, Louysâ Regis & Margarita Imperatoris amitâ id negocii promoventibus, unde & Articulos iſtos Articulos Fœmineos, *Le Traité des Dames*, ſubinde dixerunt. His, Franciſcus juri ſuo

ſuo in univerſam Italiam & Comitatus Flandriæ & Arteſiæ renunciavit, ac Filios duobus Auri millionibus redemit.

IV. *Articuli Criſpiacenſes* (*Le Traité de Creſpy*) initi A. MDXLIV, Bello gravisſimo quod denuo inter Carolum & Franciſcum usque ab A. MDXXXVI geſtum fuerat, finem dedere. Eo præter alia Franciſcus totam Sabaudiam & Pedimontium Duci Sabaudiæ eripuit & usq; ad A. MDLIX. retinuit. Articulis iſtis v. ſancitum fuit: Ut Carolus Dux Aurelianenſis Filius Franciſci intra proximos ſex Annos duceret vel Imperatoris vel Ferdinandi Romanorum Regis Filiam, ipſumque Imperator vel Mediolanenſi Ducatu, vel Comitatu Flandriæ vel Comitatu Burgundiæ, vel Caroleſio inveſtiret, interea v. donec filius extaret ex hoc conjugio Caſtella Mediolani & Cremonæ retineret; Franciſcus a. ereptas Sabaudo ditiones redderet.

V. *Articuli Cambreſienſes*, (*Traité de Chaſteau en Cambreſis*) initi A. MDLIX, cum toto novennio inter Henricum II. Franciſci Filium & Carolum, ac poſt eum Philippum II. iterum belligeratum fuiſſet: Quibus juri ſuo in ſæpius comemorata loca Henricus de novo renunciavit, Sabaudo ditiones paternas reſtituit & ereptas Philippo Urbes è Ducatu Lucenburgico Theonvillam, Mariæburgum, Ivoſium, Damvillam, Mommedium reſtituit. Integros Articulos videre eſt in *Natal. Com. Hiſtor. Sui Temp. ad A. MDLIX.* & ex eo Articulis Pyrenæis annexos inter Tractatus Hiſtorico-Pol. ad *P. IV. Hiſtor. Thulden. p. 104.*

VI. *Articuli Vervinenſes*, (*Le Traité de Vervins*) compoſiti A. MDXCIX inter Henricum IV. & Philippum II. poſt Bellum ab A. MDXCIV. inter ipſos geſtum, quibus Articuli Cameracenſes potisſimum confirmati ſunt. Ipſorum ſumma extat in *Thuan. Hiſtor. L. CXX. ad A. MDXCIIX.* & ex eo annexa *Artic. Pyrenæis c. l. Thulden. p. 99.*

VII. *Articuli Pyrenæi*, ſeu ut alias vocatur, *Pacificatio Faſianica*, initi A. MDCLIX. d. VII. Nov. in Faſianorum Inſula, & matrimonio Infantæ Hiſpanicæ Mariæ Thereſiæ cum Rege Galliæ confirmati. Qui finem dedere Bello ab A. MDCXXXV. eoque totis XXIV. annis inter Gallos & Hiſponos geſto, Rege Galliæ tunc temporis pro cauſa Belli allegante, quod Hiſpanus Fœderatis ſuis, Regi Suediæ ac Belgis bellum intuliſſet, Archiepiſcopum Trevirenſem, qui in protectionem ſuam conceſſerit, indigne haberet &c. Loca quæ Regi Galliæ Tranſactione hac acceſſerunt ex parte

designata præc. §. II. Ipsos Articulos Vid. *Append. ad P. IV. Thulden. p. 23. & seqq.*

IIX. *Articulis Aquensibus* A. MDCLXIIX, d. II. Maj. iterum rupta præcedenti A. LXVII. pax instaurata fuit, & præter confirmationem Articulorum Pyrenæorum Regi Galliæ loco quæ occupaverat relicta: *En contemplation de la Paix le Roy Tres Chrétien retiendra, demeurera saisi & jouira effectivement de toutes les Places, & Forts & Postes que ses armes ont occupées ou fortifiées pendant la Campagne de l' année passée. Assavoir de la Forteresse de Charle-Roy, de Villes de Binch & d' Athe, des places de Douvay, Fort de Scarpé, Tournay, Audenarde, L' Isle, Armentiers, Courtray, Bergh, & Furne, & toute l' estendue de leurs Baillages, Chastellenies, Territoires, Gouvernances, Prevotez, appartenances, dependances & annexes de quelque nom qu' elles puissent estre appellées.* In Betrachtung dieses Friedens/ solle der Aller Christlichste König alle Plätze/ Vestungen und Posten/ so er im verwichnem Jahre währenden Feldzugs mit den Waffen erobert oder fortificirt/ behalten/ inhaben/ und derselben würcklich genießen. Nemlich die Vestung Charle-Roy, die Stätte Binch und Athe; Deßgleichen Douay, Fort de Scarpé, Tournay, Audenarde, Rüssel/ Armentiers, Courtray, Bergh und Furne, so weit sich dereu Vogtheyen/ Chastelleneyen/ Gebiet/ Herrschafften/ Probsteyen/ Zugehörden/ Dependentien/ und was deme anhängig/ wie es Namen haben möchte/ erstrecken. Quæ verba sunt *Artic. III. Pacif. Aquensis in* Append. ad. *Contin. XVI. Diar. Eur.* Causas v. susceptæ tunc Belli Gallus prætendit: I. Ad Reginam suam pertinere Ducatum Brabantiæ cum appertinentiis, Dominia Mechliniæ & Antverpiæ, superiorem partem Geldriæ, Comitatum Namurcensem, Ducatum Limbugensem cum ditionibus Dalhem, Falkenburg, Herzogenrade, Comitatum Hannoniæ & Arteſiæ, Ducatum Cameracensem, Comitatum Burgundiæ & Ducatum Lutzenburgensem, idq; Jure Devolutionnis, quippe quo per dissolutionem matrimonii bonis immobilibus superstitis Conjugis vinculum injiciatur, ne ille ea ullo modo alienet, sed integra conservet ejusdem matrimonii Liberis, ut in ea succedere possint, si parenti suo superfuerint, vel ipsi, vel qui ab ipsis nati fuerint, exclusis liberis secundi vel ulterioris matrimonii: Jus hoc enim in antedictis Regionibus vigere, eoque Regem Carolum, utpote ex posteriore Philippi Conjugio natum excludi

II. Ei-

II. Eidem deberi 500000. Coronatorum auri, quos Elisabetha mater ipsius dotis loco Regi Hispaniæ attulerit, ac totidem Coronatos, quos Philippus Rex ipsi in augmentum Dotis dederit, his accessisse pro usuris à tempore initi Conjugii Anno MDCLX. 100000. Coronatos & totidem qvos Elisabetha in Cimeliis habuerit. Quibus responderunt Hispani I. Prætensum Jus Devolutionis adversari primæ investituræ Brabantiæ, cujus vi fœminæ à successione exclusæ fuerint. II. Constitutioni Philippi Regis Romanorum circa Ducatum Brabantiæ, qua successio fœminarum quidem ratihabita fuerit, sed in casu, si Dux masculum heredem non haberet. III. Caroli V. Sanctione cautum & omnium Ordinum consensu confirmatum fuisse, ne Belgicæ Provinciæ ulla succedendi varietate unquam à se invicem separarentur, sed perpetua conjunctione ab uno semper Principe possiderentur, quæ conjunctio non potuisset firma esse, si juri Devolutionis in Ditionibus ante dictis locus necessario fuisset. IV. Ipsum Philippum IV. licet Viduum Devolutioni se non subjecisse, sed varia prædia & toparchias Brabantiæ distraxisse, nulla facta mentione aut oppositione in causa Devolutionis. V. Unicum exemplum prostare, quo Margarita Ducis Johannis I. filia sibi partem aliquam Brabantiæ cedi postulaverit, sed solennem repulsam passam fuisse. VI. Non omnes partes Brabantiæ & cæterorum locorum Devolutionem agnoscere; Præter Antvverpiam n. & Bruxellam urbes exemptas esse ab eo jure, urbem Bredam & circumjacentes Pagos qui Baronatum Bredanum constituunt, Bergam ad Somam, ejusq; agrum qui Marchionatum Bergensem componit, Herenthalium insuper ac Lyranum Oppidum, Nivellam cum suo districtu, Turnhoutanam deniq; & Ryensem ditionem illud jus ignorare. VII. Infantam Hispanicam ipso statim initio Conjugii cum Rege Galliæ omni juri suo in Ditiones quascunq; Regis Hispaniæ renunciasse, intuitu incompatibilitatis Constitutionum fundamentalium utriusq; Regni: Indem die Satzungen der Cron Spanien an der einen Seite die Succession an der Cron den Töchtern wann keine Söhne verhanden conferirten/worvon die Töchter in Franckreich ex Lege Salica außgeschlossen wehren/auff der andern seite aber verbieten thätē die alienirung oder Vereusserung des Königreichs oder der Cron Spanien/ als die da von ihren eigenen Konigen muste regieret werden/ohne selbige Cron oder derselben Herrschafften weder gantz noch zum Theil einer andern Monarchie oder einem andern Monarchen zu annectiren oder ein zu-

ver-

verleiben / da im gegentheil alles das jenige / was die Könige in Franckreich qvovis modo aut titulo nur hätten und bekomen theten an die Crone verfiele / von welcher ein solch Stück / weil es dadurch eine Herrschafft selbiger Cron worden / nimmermehr könte wieder abgerissen werden / und eine solche Beschaffenheit hätte es umb dieselbe Satzungen und Form / daß Königreich zu regieren / so wol was anlanget die Souveraine Succession, als was den gemeinen Stat und Regiment antrifft: V. Recueil oder Summarische Deduction der beyden Kronen Fr. und Sp. zu dieser zeit obschwebenden strittigkeiten wegen des Devolutions Rechts ꝛc. de hoc argument: p. 7. Neque etiam aliter pacta Matrimonialia rata esse potuisse, adeo ut renunciatio illa quasi anima & inseparabilis conditio matrimonii fuerit. Ad Secundum responderunt I. Patres in Hispania Liberis succedere exclusis Fratribus & Sororibus, itaq; dimidiam partem ex summa ista ad Philippum rediisse per obitum Balthasaris Reginæ Galliæ fratris. II. Tenore Statutorum Hispaniæ non posse augmentum dotis posci, nisi uxor post Maritum vixerit. III. Iisdem cessisse Regem Galliæ *Art. V. Instr. Matrimon.*: Daß die Infantin keinen recurs, action oder recht mehr haben soll zu begehren oder zu prætendiren, das ihr andere Güter recht oder actiones (quibus verbis ex Hispanorum sententia omnia & singula comprehenduntur) competirten oder competiren könten auff die Erbschafften ihrer Catholischen Majestäten als ihrer Eltern in Ansehung derselben ihrer Person oder auff andere Art und weise / oder unter was Nahmen bewusten oder unbewusten / dieweil sie von allen diesen Dingen von waß Natur und Beschaffenheit Sie auch seyn möchten / müste secludiret und außgeschlossen bleiben. Recueil. p. 10. Quod *Vid. App. ad Contin. XV. D. E. parte II.* Ipsa in utramq; partem edita Scripta sunt, pro Gallis Tractatus de Juribus Reginæ Christianissimæ, Dialogus de Juribus Reginæ, Notæ in Scripta duo contra Reginæ jura edita. Pro Hispanis Tractatus Petri Stockmans de Jure Devolutionis, Clypeus Status & Justitiæ, seu *Bouclier d'Etat & Justice, Deduction* wodurch mit außbündigen rationibus bewiesen wird / daß in dem Hertzogthumb Braband kein Devolutions Recht gültig sey &c. Qvæ Vid. in Append. ad *Continuat.* XIV. *XV. & XVI. Diar. Europ.*

IX. Tandem Hispania & secuto Bello Gallo-Belgico A. MDCLXXIII. implicita fuit, Fœdusq; in XX. Annos cum Belgis M. Augusto initum, inde Bellum

Bellum Gallis indictum in Belgio Regio M. Octobri, Madriti aliisq; Hispaniæ locis M. Decembri, sed iterum cum ingenti jactura Ditionum Hispanicarum Neomagi A. MDCLXXXIX. M. Decembri compositum, relicta Gallis tota Burgundia, exectisq; de novo partibus Belgii, quarum series breviter exhibita *præc. §. III.* Verba Articulorum, prout nunc in manibus nostris sunt, hoc tenore constant: Der König in Franckreich soll würcklich behalten/inhaben und geniessen/so wohl die gantze Grafschafft Burgund/sonsten die freye Grafschafft genannt/sambt denen dazu gehörigen Städten/Festungen und Landen/worunter auch die Stadt Bisantz mit ihrem Bezirck begriffen seyn soll/wie ingleichen Valenciennes mit ihren Zugehörungen/Bouchain und ihre Zugehörungen/ Condé und ihre Zugehörungen/wiewol diese Stadt für ein Glied der Landvogthey Ath gerechnet worden/Cammerich und Cambresis/Aire/St. Omer und ihre Zugehörungen/Ipern sambt ihrer Landvogthey/Warwick/Warneton auff der Liß/Poperinge/Bailleul und Cassel mit ihren Zugehörungen/Bauvay und Maubeuge, mit ihren Zugehören. Gemeldte Grafschafft Burgund/sambt denen darzu gehörigen Städten/Festungen und Landen/worunter auch die Stadt Bisantz mit dero Bezirck begriffen/wie ingleichen gedachte Städte und Festungen Valenciennes/Bouchain/Conde/Cammerich St. Omer/Ipern/Warwick und Warneton/Poperinge/Bailleul/Cassel/Bauvay und Maubeuge/dero Aembtern/Vogtheyen/Regierungen/Probsteyen/Gebieten/Herschafften/Herrligkeiten/An- und Zugehörungen/wie solche immer Namen haben mögen/sambt allen Menschen/Lehens-Leuten/Untherthanen/Städten/Flecken/Dörffern/Weilern/Wäldern/Flüssen/Platten Landen/Saltzgruben/und allen und jeden Sachen/so darzu gehören/sollen vermittelst gegenwärtiger Friedens-Handlung der Aller-Christlichsten Majestät/dero Erben/Nachfolgern/und Erbnahmen unwiederrufflich und zu allen Zeiten/sambt allen Rechten des höchsten Gewalts/Eygenthumbs/Königlichen Pfarr- und Schutz-Rechten/Gerichts-Zwang/Benennung/Prærogativen und Vorzügen auff die Bisthümer/Haupt- oder Dom-Kirchen/Abtheyen/Klöster/Würden/Pfarren/und sonst allen andern Pfründen/welche in besagten abgetrettenen Landen/Plätzen und Aembtern gelegen/nebest einigen Abtheyen/denen gemeldte Klöster unterworffen sind/auch allen andern Gerechtsamen/die hiebevor dem Catholischen Könige zugehöret haben/ob dieselbe schon

allhier nichtbenahmet worden/verbleiben/ohne daß die Aller-Christlichste Majestät in das künfftige/auff einige Weise es sey mit Recht oder Thätlichkeit/von dem Catholischen Könige/dessen Nachfolgern/oder andern Fürsten seines Hauses/oder durch wen/und unter was Schein und Gelegenheit es auch geschehen solte/in gemeldtem höchsten Gewalt/Eygenthumb/Gerichts-Zwang/Gebiete/Besitz-und Nieſſung aller gedachten Länder/Städte/Plätze/Schlösser/Güter und Herrligkeiten/Probsteyen/Herrschafften/Landvogtheyen und Aembtern/wie ingleichen aller andern Oerter und Sachen/so dazu gehören/möge verhindert und beunruhiget werden.

XI.

Negociorum Italicorum materies potisima fuerunt Regnum Neapolitanum & Ducatus Mediolanensis, quorum Dominium Reges Galliæ prætextis seculis sæpe quæsivere, tandem vero Articulis Crispiacensibus & Cameracensibus abdicarunt. Controversiæ cum *Sabaudiæ Ducibus* variæ extiterunt. Franciscus I. cum Carolo Sabaudiæ Duci Bellum inferret, Sabaudiam jure matris sibi deberi, Nicæam quoq; Villam Francam, Turinum in fide Comitum Provinciæ fuisse ac injuste à Sabaudo detineri similiave causatus fuit, cum vera interim causa odium Cæsaris esset, in cujus amicitiam Carolus se insinuaverat, exuitq; tunc Ducem omnibus ditionibus suis, quibus ille demum dictis Articulis Crispiacensibus & Cameracensibus restitutus fuit. Belli fine præcedentis seculi suscepti materies fuit Salasiorum seu Saluciarum Principatus, qvo tandem Henricus IV. An. MDC. cum antea Sabaudus iterum toto fere Ducatu exutus fuisset, cessit, accepta loco ejus tot Bresia, h. omni intra Rhodanum à Geneva urbe tractu, ipsoque fluvio comprehenso, Burgi arce, Seissello, Daira, Chausio, Arlæponte, Chava, Castello: Quæ quidem commutatio plurimis admirationem movit, cum Principatus Saluc. ipsi in Italiam clavis loco & Hispaniæ in cerriculamentum esset; Creditur tamen Henricus id ideo feciſſe, quod Bressia Galliæ proxima esset. *V. Thuan. ad A. MDC. L. CXXV. Trut. Stat. Eur. P. II. Disc. II.* Et memorabilis est Lemmatum lusus, quo Sabaudus & Henricus se invicem tunc exagitarunt, Sabaudo cum Saluciarum Principatum invaderet, Numos emittente cum Voce, *Opportune*; Henrico autem cum eundem recepisset, Sabaudumq; propriis ditionibus fere ejecisset, alius cum inscriptione non dissimili respondente, *Opportunius*. Pacta hæc redintegrata sunt Articulis Cherascensibus A. MDCXXXI. cum iterum controversiarum aliquid

ob

ob tranſitum Exercitus Gallici in cauſa Mantuana motum fuiſſet, iisq; Pinarolum Regno Galliæ adjectum fuit, cujus tradendi conſilia jam Articulis Cameracenſibus agitata. *Mantuæ* cauſa A MDCXXIX. bellatum fuit, Carolusq; Nivernus in protectionem receptus, Caſalis Hiſpanorum obſidione liberata, ac Ducatus Mantuanus & Monferratenſis Carolo vindicatus. *Genuenſes* itidem durantibus Bellis Mediolanenſibus & Neapolitanis ſæpe expetiti, à Ludovico XII. quoq; occupati, ſed relicti iterum in protectione Hiſpanorum manſere, quos teneri quantopere Galliæ Regum interſit dictum *P. I. c. VI. §. III.* A. MDCXXVI. eis de novo à Ludovico XIII. & Emanuele Sabaudo conjunctim vis illata, cautumq; inter Principes ut Genua & Savona incluſis quicquid Galliæ & Pedimontio adjaceret Ludovico, reliqua Sabaudo cederent; Sed orta inter Duces Belli diſcordia expeditio irrita fuit. Interim obſervatum à Politicis ſuperiorum temporum, Principibus Italiæ expedire amicitiam Regis Galliæ tres potiſſimum ob cauſas. I. Propter viciniam & terra mariq; ipſis ſubveniendi commoditatem. II. Ob ſummas vires, quas Gallia ſubito colligere poteſt. III. Quod Hiſpanus hac ratione coerceatur, ne pro libitu cum ipſis agat. V. *Tr. Stat. Eur. Diſc. III.* Quæ quousq; tempori noſtro congruant, ipſe fluxus rerum hodiernarum palam facit, à quo propius forte abeſt Savedræ iſtud *Symb. XCV.* qvo Italiam Iſthmo inter duo Maria quieſcenti comparat, eoque Hiſpanorum pariter ac Gallorum amicitiam ipſi ſuadet.

XII.

Quid Pontificibus Maximis & Regno Galliæ interceſſerit ex parte dictum *Notic. Dign. Ill. Diff. XIII. cap. I. §. VII.* Neq; ignota hodienum Ludovici XII. à Julio II. facta proſcriptio, ſed qui inanes iſtas diras *contraria obnunciatione generoſe revicit, cuſo etiam aureo Numo, qui Titulos Regis Franciæ Regnique Neapolitani cum effigie ſua ex una parte, & Inſignia Franciæ ex altera referebant, cum hoc Elogio:* Perdam Babylonis Nomen. *Thuan. L. I.* Et noſtro tempore Ludovicus XIV. non diſſimilia Alexandro VII. minitari viſus fuit, violato Romæ Anno LXII. à Corſenſibus Legato ipſius *Duce de Crecquy*, cauſisq; occupati à Sede Romana Caſtri & Commachij accedentibus. Sed Piſæ poſtea An. LXIV. res compoſita fuit, & reſtitutio Dominii Caſtro Ronciglione Parmenſi, Comachii v. Modenenſi in certum tempus promiſſa, Nepotibus Pontificiis injunctum, ut Regi probarent innocentiam ſuam in commiſſo à Corſenſibus

facinore, Corſenſes vero violatæ Gallicæ Legationis rei ex urbe pulſi & æterno exilio mulctati. V. Articulos Pacis *in Diar. Europ. Continuat. X. pag. 68. & ſeqq.* Impatientiam Regis in Pontificem M. teſtantur verba Literarum, quas paulo poſt tumultum Corſenſium ad Alexandrum VII. exaravit: *Nous ne demandons rien à Voſtre Saincteté en ce recontre, puiſqu' elle à fait une ſi longue habitude de nous refuſer toutes choſes, & à tesmoigner jusques icy tant d' averſion, pour ce qui regarde noſtre perſonne & noſtre Couronne, que nous croyons, qu' il faut mieux remettre à ſa prudence propre ces Reſolutions, ſur les quels les noſtres ſe regleront, Souhaitant ſeulement, que celles de voſtre Saincteté ſoient telles, quelles nous obligent à continuer de prier Dieu, qu' il conſerve tres St. Pere voſtre Saincteté au Regime de noſtre Mere St. Egliſe.* Conſilia, qvæ Pontifex M. hoc in negocio Regi Hiſpaniæ proponi curavit, conſtirerunt oblatione Tituli *Protectoris Eccleſiæ*, juxta Ordinarium Titulum *Catholici*, Prærogativæ deinde Decreto pro Corona Hiſpanica contra Galliæ Regem, ac denique Privilegiorum Eccleſiæ Gallicæ concesſorum in Hiſpaniæ Regnum translatione. Sed Hiſpanus ea generoſe rejecit: Der Titel des Catholiſchen Königs/ſey ſo herrlich und anſehnlich/daß der eines Protectoris wenig oder gar nichts könne hinzuthun/als welcher nichts anders ſagen wil/als eben das/was der gantzen Welt allbereits bekant iſt/ nehmlich daß die Krohn Spanien eine rechte Vormauer der Catholiſchen Religion ſey/demnach nun keine wohlgegründte und rechtmäßige Urſache verhanden/weßwegen man zu Beſchützung des H. Stuhls ſich alſo verbinden ſolte/ ſo würde ſothaner Titul bey jederman das Anſehn haben/als wann er bloß erbettelt/oder heraus geſchmeichelt und alſo gantz lächerlich auff J. Majeſt. Haupt geſetzet wäre/ ꝛc. Die præcedentz betreffend/ſo ſey das eine prærogativ, derer ſich die Frantzoſen ſo wenig gebrauchen/ daß in dem gemeiniglich ſich beyde Abgeſandten mit einander vergleichen/daß ſie in öffentliche functiones ſich nicht zugleich wollen einſtellen/noch finden laſſen/ ſothaner Accord die Sache gleich auffhebet/ und unter den Principalen eine Gleichheit machet ꝛc. Was aber die Translation der Privilegien der Gallicaniſchen Kirchen anlangt/ſo komme Ihm ſolches für als eine Sache/ darüber ſich ein jeder/ der davon höret billig zum höchſten verwundern ſolte/daß nehmlich ein ſo kluger und verſtändiger Pabſt/ wie Jh. Heil. ſind/habe glauben können/daß Franckreich ſolche Privilegien/ die von ſo vielen

vielen Päbsten ihnen rechtmäßiger weise ertheilet und confirmiret worden / Sich solte wegnehmen lassen / und daß Er nicht zuvor gesehen hat / was für schädlichen Anfang das blosse Geschrey sothaner Translation nach sich ziehen könte. Vid. *Diar. Eur. App. ad Contin. XIX.* Quodque Turca eodem tempore in Europa tumultuaretur, non insulsum Phrenoschema concinnavit, quisquis fuit, Autor imaginis pugnantium Caponis & Galli, ac juxta istos Coqui Turcici cultrum rei culinariæ apparantis cum inscriptione: *Jam mea res agitur*: Cui seqq. Rhythmi Gallici adjecti.

L'Autheur.

CHers spectateurs approchez
Et ce combat regardez:
Ou le cocq saute de furië
De quoi le chapon se rië;
C' est pourquoi il vaudra mieux,
De les accorder tous deux.

Le Chapon Romain.

Le chapon Romain voyant,
Le cocq ainsi s' eclatant
Au combat pour resister
Hardi se va preparer,
Et excite sa chaleur
Pour demonstrer sa valeur.
Mais je crains que son effort
Ne le gardera de mort:
Car le cocq de grand rudesse,
Le pourchassera sans cesse,
De ses ailles le frappant
Et de son bec tres picquant,

Le Cocq Francoys.

Le cocq fort animé d' ire,
Contre le chapon se vire,
Pour lui faire sentir a l' heur
Les effects de sa fureur;
Et ses ergots il aiguise
Pour finir son entepriſe.
Car il fait tout son effort,
Pour bien tost le mettre à mort.
De ses ailles il debat;
Pour s' eschauffer au combat,
Et levant sa cresť il lance
Ses ergots dedans sa Panse.

Le Mediateur.

Messieurs qui de vous pourra,
Dire ce qu il en adviendra,
Veu qu ils sont si eschauffez,
Et tierement animez:
Ils se perdroyent bien tout deux,
C est pourquoi il vaudra mieux,
Que tost y remediant,
On aille les accordant.
Ce coup nous seroit fatal,
Et nous touche en general;
Car leur perte accablera
Tout, & à rien nous rendra.

Le Cuisinier.

Mais voici le cuisinier,
Regardant ce combat fier,
Qui met la main aux cousteaux,
Pour leur faire sentir des maux.

Car ſi le coeq vehement,
Suit le chapon ardement,
Bien toſt il l' atterrera,
Ou en fuite le mettra,
Puis ce cuiſinier ruſé,
Le voyant ſi bien graiſlé
De ſes mains le ravira,
Si le bon Dieu n' empeſchera:
Les Poets on beau de feindre
Des trois Furies, & les depeindre
Ayantes les cheveux de vipere,
Et allumans le feu de guerre;
Voicy la Megere veritable,
Un boute feu plus effroyable,
Le Turc vray Prince des Tenebres
Jettant ſur nous flames funebres,
S' en va offrir a Mahomet,
Son Dieu d' Enfer & faux Prophet,
Un holocauſt de Germanie,
Et puis de toute la Chreſtienté.
O la choſe digne de pitié,
Qu' il Pere d' Egliſe & Fils aiſné,
En fin tous deux, le Pape & Roy,
A l' Infidel viendront en proy!

Ab alio in rem iſtam hoc Diſticho luſum fuit:

Agnoſcit ſe Roma ream, miremur Amici,
Ad cantum Galli pœnituiſſe Petrum.

XIII.

Negocia Gallorum cum Imperio eodem, quod de rebus Hiſpanicis allegavimus, fundamento nituntur, Regibus Galliæ æmulatione qvadam ac ſtudio impediendi progreſſus Auſtriacos, Imperii incrementis ſerio obſtantibus. Hinc Franciſcus I. Rex Galliæ per Papam Leonem X. Imperator Orientis proclamari voluit, effecturus hoc modo, ut Imperatoribus Germaniæ anteponeretur, eo quod hi Imperatoribus Orientis recentiores eſſent. Idemque Carolum V. licet jam Electum Imperatorem nunquam in Literis ad Legatos ſuos aliter appellavit, quam Regem Caſtiliæ. Confer. præced. *Cap. I. §. XIII.* Ex eadem ratione fluxit iſtud diſſidentes à Cæſare Principes fovendi ſtudium, quod exemplis Franciſci I. & Henrici II. inprimis conſtitit, quibus nihil antiquius fuit, quam Proteſtantes Germaniæ contra Cæſarem juvare, utut Proteſtantibus in proprio Regno ſuo maximopere adverſarentur, eoq; Henrici II. & Mauritii Electoris Saxoniæ fœdus, quod appellabatur Chamborticum, tantopere commendat Ancellus Henrici IV. ad Principes Germaniæ Legatus ap. *Thuan. Hiſt. L. CXVIII.* Idem deinde Ludovicus XIII. & Ludovicus XIV. inito cum Suedis fœdere confirmarunt; Henricum IV. etiam animum Imperio applicuiſſe Scriptores iſtorum temporum paſſim obſervant: Vid. *Forſtn.*

Forſtn. in Lib. VI. Ann. Tac. p. 862. Indeq; qvod fœderatis in Germania contra Imperatorem in cauſa Juliacenſi & aliis opem laturus crederetur, interfectum fuiſſe aliqvi, licet ſine fundamento, ſuſpicati ſunt. Succeſſit tandem transactio inter Imperatorem noſtrum & Regem Galliæ inſtituta Anno MDC XLVIII. & Articulis Pacis Germano-Gallicæ confirmata. De Locis qvæ Gallo tunc ceſſa fuerunt § II. actum; Ex adverſo autem Rex Galliæ ſe recepit Archi-Duci Oenipontano Ferdinando Carolo pro compenſatione partium ceſſarum III. Milliones librarum Turonenſium trïennii ſpacio ſoluturum, item duas Tertias debitorum Cameræ Enſishemianæ ſuſcepturum &c. *Vid. Art. Pac. Germano-Gall.* in Theatro Pacis A. LXXIII. edito, item in *Append ad Hiſtor Brachelij. p. 104. & ſeqq.* Sed nec pecuniæ juſta ſolutio ſecuta nec finis impoſitus agitandis adverſus Germaniam conſiliis: Ideo plurimæ prætenſiones in Civitates Alſaticas poſthac qvæſitæ: Mox An. MDCLXVII imminente Bello Hiſpano-Belgico Caſtella Hasſiaca ad Rhenum petita, obtinenda quoque, niſi aliunde maturius occurſum fuiſſet: Inde occaſione Belli Belgici A MDCLXXII. Germaniæ denuo aperta vis illata, tandemq; factum, ut Pacificatione Neomagenſi A. MDCLXXIX. Menſe Februario Friburgum cum locis eo pertinentibus loco Philipsburgi Regi Galliæ cederetur: Quæ pluribus infra ediſſerenda in Hiſtoria Germaniæ.

XIV.

Parlamentorum in Gallia præſens uſus vix alius, quam ut privatas lites dirimant. Singulis ſui Præſides, Senatores, Procuratores Generales & Advocati Regii. Qua originem creduntur *Miſſis* ſucceſſiſſe *Dominicis*, qvorum naſcente Regno Galliæ prima autoritas fuit hinc ducto nomine, quod extra ordinem in Provincias mitterentur à Rege Domino dirimendis controverſiis, quam ipſi Parlamentarii allegarunt in Comitiis Notabilium A. MDCXVII Rothomagi celebratis ap. *Grumond. L. III. p. 183.* Numerum & Ordinem docuimus *P. I. cap. VI. §. II. fin. Pariſienſe* Supremum eſt, à quo & Edicta Regia confirmari, ſ. phraſi uſitatâ, verificari ſolent. Id v. utrum in ſpeciem fiat, an ut robur aliquod inde hauriatur, is facile æſtimabit, qui abſolutam hodiernorum Regum Galliæ Monarchiam conſideraverit. Ideo cum A. MDCXX procraſtinaret Edicta pecuniæ populo exitioſa Actis inſerere, Væræus Procancellarius Ludovici XIII. præſente Rege ipſi objicere: *Præpoſtere juſſis obluctatum fuiſſe: Primam aut alteram ad ſummum admoni-*

monitionem permissam esse, si perstet Rex propositi tenax, superesse coactam obedientiam. Instituta apud Gallos Parlamenta molliendæ, non adimendæ Regibus potestati, qui secus dixerit plane ignarum esse aut contumacem: Eo circulo circumscribi Parlamenti potentiam: Quod extra fiet conatus esse irritos, corporisq; in animam, (per quam stat & vivit) motus ferocitate truces, impotentia imbelles, quæ gratis à Regibus publicæ libertatis amantibus concessa Parlamentis: Ut de Edictis censeant, male ab ipsis in Officii necessitatem transmitti: Posse pro Regis arbitrio adimi, quæ precario possidentur: Edictorum & de Rep. cognitionem Parlamentis indebitam penitus, nisi quatenus Regi placuerit; Inhibente eo, ut sæpe inhibet, privatorum esse judicia, nulla autoritate fulcita: Privatas controversias in Parlamentis, causas publicas arctiore in Concilio transigi oportere, Rege coram. Pertinaci Edictorum refutatione instrui pernicioſe populum, ut Regum jussis contradici possit, ut alieno arbitrio regnent, non aliter valituris ipsorum Legibus, quam si Senatus Consulto firmentur. Exhiberent se posthac in officia quisq; sua, quod cæca obedientia fecerint, qui contra faxit, exciturum in se Regis iras, proximoq; perduellioni crimine & daturum impotentiæ specimen & pœnas luiturum &c. ap. *Gramond. L. V. p. 177.* Cui responderunt quidem, & coævam Parlamentis de Edictis cognitionem, usu deinde confirmatam ostenderunt: Ludovicum XI. Parlamenti membra, à quibus repulsam passus fuerat, postquam tempore ira desæviisset, Patres Patriæ appellasse, gratias ipsis egisse, rogasse enixius, ut perstarent posthac iisdem in Remp. fide & animo, malle se Regem esse tam strenue audentium, quam parasitorum, quorum adulatio exitiosa sit Regibus æque ac populo; Hunc tamen regnandi fuisse avidissimum, ac de eo circumferri, non ante pleno jure regnasse Reges & positam ab ipso autoritatem Regum extra ephebos. Nec minus Parlamenta adhibita administrationi publicæ. Post captum ab Anglis Johannem Regem Proceres Regni una cum Parlamento prospexisse, nequid detrimenti Resp. caperet, restitutasq; res Gallicas sapientibus Parlamenti consiliis: Carolum V. cognomine sapientem Bellum indixisse Anglorum Regi Edvardo III. Parlamentiq; consilio Aquitaniæ & Pictonum Provincias recepisse: Parlamento deberi reconciliationem familiarum Aurelianensis & Burgundæ. Oppressum à Julio II. P. M. Ludovicum XII. ex consilio Parlamenti sui prospexisse autoritati Regiæ; Eundem Senatum huic Ludovivo fu-

co fuisse autorem nuptiis filiæ cum Francisco I. ineundis, atque tunc ad Turones vocatos Parlamenti Proceres autorando facto: Franciscum I. Ludovici successorem prælio infelici in Italia victum & captum à matre Parlamenti ope regno restitutum. Adhuc Carolo *IX.* regnante latam Legem, qva vocatis Principibus & Regni Gallici Primoribus in arctiore Regis Concilio cautum, siquæ ad fidem Catholicam aut rem Galliæ spectantia proponi opus, ut non alibi proponerentur, qvam in Parlamento; Id actum magno omnium Ordinum applausu, provisumqve dein in Parlamento per celebre Edictum, cui à mense Julio nomen, neqvid detrimenti Resp. caperet, Deniq; ipsam Regis Matrem Galliæ Regentem & Regem paulo post majorem ætate solenni placito pronunciatum. Vid. *cit. l. Gramond. p. 280. 281.* Sed prævaluit nihilominus Regis Autoritas: Similia exempla collegit *Hippol. à Lap. de R. St. & Burgold. Part. I. Disc. VI. n. 6.* Nunqvam vero duriorem sortem, qvam nostro tempore Parlamentum subiit; Et pars ejus An. MDCLXI. cum adhuc præfracte inhæreret potestati suæ, à Rege in exilium ire jussa fuit, reliqvis exemplo illorum sapientibus & Regis supremam potestatem adorantibus. Plura de Natura Parlamentorum, & reliqvorum Ministrorum Justiciæ Vid. in Libris de Statu Regni Galliæ; Et A. *MDCXXXIIX.* prodiit *Girardi* Advocati Curiæ Scriptum à *Jac. Jolly* Parisiis editum: *Trois Livres des offices de France; Le Premier des Parlemens & officiares d'iceux; Le second des Chanceliers, Gardes des Seaux &c. Le Troisieme des Baillifs, Seneschaux, Prevots, Juges* &c.

XV.

De *Paribus* Franciæ actum Notic. Dignitat. Illustr. *Dissertat. VII. cap. I. §. V. De aliis Dignitatibus Galliæ ead. Dissert. & seqq.* Ordines præterea Gallia tres habet, Clerum, Nobilitatem & Tertium ordinem, *Le Clergé, La Noblesse, Le Tiers Estat*: Tertius ordo Magistratibus, qvos Subalternos vocant & minore populo constat; Nobilitas Nobilibus, qvi arma profitentur. His Comitia Galliæ Generalia constant, qvæ haberi invaluit, ubi pravorum libidine aut desvetudine Legum vetera Regni jura, qvæ fundamentalia vocant, aut convulsa penitus, aut ne convellantur, justus est timor. Nec valent Politicæ Leges, nisi in qvas trium ordinum consensus est; Qvi tamen non sufficit, confirmare enim Regium est munus pro arbitrio. *Gramond. Lib. I. p. 58.* Plura vid. in Scriptis *de l'Estat de la France.*

XVI.

Jus Gallicum duûm generum hactenus fuit, Scriptum & Consuetudinarium: Scriptum Romanum est, Consvetudinarium mores & consvetudines Gallorum propriæ. Qvo qvidem respectu & JCti Gallici Galliam in duas partes dividunt, in Provincias Juris Scripti, qvæ Jure Romano utuntur, & Provincias Consvetudinarias, qvæ Consvetudinibus propriis reguntur. Provinciæ Juris Scripti generaliter omnes sunt, qvæ Territoriis Parliamentorum Tholosani, Burdegalensis & Gratianopolitani comprehenduntur, in qvibus omnes causæ secundum Jus Civile Romanorum exacte dijudicantur, tanto cum juris hujus amore, ut cum aliqvæ earum ad coronam redirent, conditionem apposuerint, ne Legibus & Consvetudinibus Gallicis obnoxiæ essent, sed omnia judicia ex Jure Romano exercerentur. Quod etiam in ipsis appellationibus ad Senatum Parisiensem observatur, ut causæ earum ab his Provinciis profectæ ex Jure Romano decidantur. Juris Consvetudinarii prima origo à Francis, Vandalis, Burgundionibus, qui variis in partibus Galliæ egerunt. Quibus postmodo Reges Francici suas addiderunt Constitutiones pro regimine Gallorum, quæ omnes generali nomine *Legis Salicæ* appellatæ sunt, notusq; est celebris Legis Salicæ hujus Articulus de Fœminarum succesione in Terrâ Salica, de quo Angli Galliq; bello diuturno certarunt & JCti Gallici adhuc contendunt, utrum de Terra Coronæ Regiæ sola, an etiam de privatorum hereditatibus intelligendus sit? Legem Salicam deinde Carolus M. auxit suis Capitularibus, ipsiq; XXIII. Articulos addidit. Sed secuto Capetinorum Regimine in desvetudinem abiit, Regibus novas Constitutiones pro Majestate sua sancientibus, qvarum quidem priores pleræq; temporum injuria perditæ sunt, eæ vero quæ post D. Ludovicum & ab A MCCXXIIX. prodierunt conservatæ & editæ apud Gallos habentur, quæ in immensum numerum jam excreverunt: Quo factum etiam, ut posteri Reges de Jure Gallico inde formando sæpe cogitaverint, & Henricus III. in Conventu Ordinem Blesensi tale munus Juris Gallici ex Consuetudinibus Provinciarum & Regum Constitutionibus colligendi demandavit celeberrimo JCto Barnabæ Brissonio, aliisque primariis Galliæ JCtis, qui illud perfeciſſent, nisi Regis & Brissonii mors propositum interrupisset. Vid. plura de hisce talibus ap. *Arth. Duke de Usu & Aut. Jur. Civ. Rom. L. II. c. V.* Sed felicius res hodierno Seren. Regi Ludovico XIV. succesisse videtur, cujus autoritate ac jussu *Codex* ita dictus *Ludovicianus* MDCLXVII.

A. MDCLXVII. in normam exercendorum judiciorum introductus fuit: De quo, cum alia ad manus non sint, ita Autor *Diar. Eur. Contin. XVII. p.* 671. Mitwochs am 6. 16. saß der Ober-Præsident des Parlaments zu Paris in der grossen Kammer / und gab die Abschiede nach dem Codice Ludovici: Dieser befahl danebest den procuratoren des Parlaments an / das sie den Codicem examiniren und zusehen solten / ob etwas darinnen enthalten seyn möchte / das nicht werckstellig könte gemacht werden; Worauff nachgehends die alten Procuratores dem General-Procuratorn, Harley / Bittweise vortrugen / warumb sie den Codicem Ludovici in etlichen Stücken zur Execution nicht bringen könten. Nichts destoweniger ward wochentlich mehrmals Versamlung gehalten beym Staats Rathe / Hn. Pusion, umb auch den andern Theil des Codicis, begreiffend die Criminal-Sachen / vollends in Richtigkeit zu bringen. Nicht lange hernach liessen der Ober-Præsident und der General-Advocat / Herr Talon, jeder sich mit einer wolsprechenden Rede in Parlament hören / worinnen sie deß Königs Victorien, und insonderheit dessen Sorge für die Ruhe der Gemeine / sehr umbständig mit anführten / und daß zu solchem Ende der Codex Ludovici mit in Execution müste gebracht werden / wobey der Herr Talon insonderheit den General-Procuratorn deßhalben rühmete. Nach diesem wurde beym Staats Rathe eine Schrifft eingereicht / vermittelst welcher der König haben wolte / das man in Sachen die Sr. Majestät betreffen / den Codicem Ludovici nicht gebrauchen solte / auch nicht bey den Electionen / und so offt sich deßwegen Schwerigkeit hervor thäte / solte man es Sr. Majestät hinterbringen; Unterdessen war in dem Parlament alleweil auff mehrgedachten Codicem gesprochen. *Cæterum* inter celebriores Consvetudinum Gallicarum Scriptores sunt: *Le grand Coustumier general contenant toutes les coustumes generales & particulieres du Royaume de France & des Gaules par* Charles du Moulin. *Pandectes ou Digestes du Droict François par* Louys Charondas le Caron *JC.* Paris. T. II. *La Bibliotheque ou Thresor du Droict François, auquel sont traitées les matieres Civiles, criminelles & Beneficiales tant reglées par les ordonances & Coustumes de France, que decidées par Arrests des Cours Souveraines par* M. Laurens Bouchel *Advocat en la Cour de Parlement, &c.*

XVII.

Regnum Galliæ ut superioribus Annis per *Ministros Status* administratum fuerit, Orbi notissimum est, quemadmodum & olim sub prima Merovinorum familia tales admisit, licet alio & quidem *Majorum Domus* nomine. Sed horum potentia eo usq; excrescebat, ut ipsi juberent, decernerent, sua autoritate rescripta conderent, solo Regio titulo relicto Regibus. Cujusmodi exemplum de Carolo Marcello occurrit in *Constitutionibus Imp. Goldasti Tom. I. p. 14.* unde factum tandem, ut ipsi loco Regum se throno intruserint, & Pipinus Major Domus ejecto Childerico Regnum occuparit. Vid. *pluribus de Majoribus Domûs Regiæ libellum vetusti Scriptoris in Tom. II. Script. Gall. du Chesne p. 1. Confer. Boxhorn. in Hist. Univers.* Henricum M. plurium consilio & autoritate res publicas concessisse, nec unqvam in unum contulisse Imperii molem, Scriptores Vitæ ejus passim annotant: Ideo cum Rosnæus qvi credebatur primas in Aula ejus tenere, aliqvando instantius rogaret, ut Henricus Petro Fenouilleto, Viro Docto & Ecclesiasticæ insigni Episcopatum Pictaviensem conferret, Rex præter omnium opinionem Episcopatum hunc Abbati Rochepozæo contulit. Paulo post v. cum vacaret Episcopatus Mompelienſis, proprio instinctu misit quæsitum Fenouilletum, venientiq; se conferre Episcopatum hunc dixit, sed ea lege, necui alii, qvam sibi soli eum acceptum ferret. V. *Perefixe ad An. MDCII.* Conf. *Gramond. Lib. I. fol. 9.* Sed statim post mortem ejus transmissa in Reginam, Ludovici XIII. matrem administratione, *Marchio Ancræus* nomine gentilitio Conchinus dictus emersit, qvi titulo Mareschalli Galliæ primum ministerium capessivit, sed seu qvod insolentius se gereret, seu qvod invidiæ declinandæ impar esset, jussu Regis obtruncatus & mox frustillatim discerptꝰ fuit An. MDCXVII. d. 24. April. in cujus Tragicum occasum à Maphæo Barbarino post P. M. Urbano VIII. hoc Epitaphio tunc lusum fuit:

Ebeu rerum vices! Gallicum Sejanum, Regno propinqvum, Regi proximum pœnitens aut fatigata fortuna destituit. Principum invidiæ victima mactatur, ut Sacer homo saginatus sangvine publico Galliam expiet: Ferrum expertus, male qvi cupivit aurum. Regnum qvi vivus in partes secuit, mortuus secatur in frusta. Æqvius an immanius? Diris, sibilis, inclamationibus, plebs furens justa fecit: Tracto, discerpto, nullibi aut ubiq; sepulto. Ebeu qvam dissimili exitu clauditur aulicorum fabula. O rerum vices! O fata!

cem

Vid. *pluribus Gramond. Lib. II. pag. 126.* Et Appendicem ad Autorem *des Hiſtoires des plus Illuſtres Favoris*: Secutus *Luynæus*, qvi Regi ſvaſor cædis Ancræi fuiſſe creditus, unusque ſecuto tempore omnia poſſedit ac diſtribuit immenſa autoritate, ſed brevi, qvippe Epidemica lue mortuus An. MDCXXI. & minori cum Regis ac ſuorum, qvam creditum, deſiderio, nec ſine triſti humanæ vitæ ſpeculo, ut, dum nondum exhalaverat animam, deeſſent amici, familiares, Medici, & ſupellex omnis: De qvo Vid. *ſæpe cit. Gramond. Lib. XI. p. 520.* Hunc excepit *Cardinalis Richelius* & Richelium *Mazarinus*, uterq; feliciori cum progreſſu & exitu, neuter tamen ab omni fortunæ ſeqvioris impulſu immunis. Statim enim poſt cædem Ancræi, Richelium tunc Epiſcopum Lucionenſem, Avenionem inhoneſtum aliqvod exilium migrare oportuit, qvo in ſeceſſu etiam libros contra Reformatos conſignavit. Vid. *Gramond loc. proximè cit.* Nec ſi in vivis manſiſſet diutius, ſummo loco ſtaturus fuiſſe putatur, Rege prementis potentiæ pertæſo, multaq; de moribus ejus conqveſto. V. *Priol. Lib. I. cap. III. IV.* Mazarinus autem aperto exilio Galliam relinqvere coactus fuit. V. *præc. §. IX.* Interim fortuna utriq; ſerviit, qvod Principes Servatores & Vindices haberent. Richelius Regem ipſum adverſus blanditias maternas obdurandum, qvem etiam primum motâ, mox planè excluſâ Matre rexit; Mazarinus Reginam, qvacum & communem invidiam ſæpè ſuſtinuit. Origo ipſorum diſpar erat, Richelius in Gallia natus trito jam à Majoribus itinere ſupremam dignitatem adiit; Mazarinus in Sicilia progenitus nemine præeunte ad culmen iſtud evaſit; Ingenium Richelii erat acre & vehemens, Mazarini ſubtile & morarum patiens. Richelius in Rempubl. omnes curas conſumebat. Mazarinus ita Reip. conſulebat, ut ſua etiam reſpiceret & communes cum privatis rationes conjungeret. Richelius ſeverior erat, ſed in ſuperbiam inclinans; Mazarinus humanior, ſed avarus. Tempora nacti ſunt diverſa, Richelius turbatam Rempub. & tum Proteſtantium bellis tum diſcordia Principum acciſam; Mazarinus magis pacatam, & in qua factiones pleræque ſublatæ erant, quæ & ſimilia *Vid. in Keuchenii comparatione Cardinal. Mazarini & Richelii*, quam & hoc alloqvio ad Galliam claudit:

Par impar, tamen ambo pares virtutibus, ambo
Ingenioque pares, Imperioque pares.
Richelius Regni fautor ſit, Julius Autor,
Ambo decus ſceptris conſtituere Tuis,

Disce quod advertas, pia Gallia, disce quod istis,
Rexerit Imperium dextra sinistra Tuum:
Nempe salus, Lex summa, Themis, Rex, omnia Regis
Omnia Cardinibus ritè stetere suis.

Conf. Autor Vitæ & ministerii amborum *Richelii & Mazarini.* Obiit Cardin Richelius M Decembri Ao. MDCXLII. Mazarinus A. MDCLXI. d. XXVII. Februarii, cujus mortem qvam ægre Rex tulerit, testantur literæ ejus ad Regem Hispaniæ datæ, qvas Vid. in *Diar. Europ. Cont. V. pag. 510.* Ejusdem Testamentum testem amplisimarum opum ipsius, habes *ibid. p. 411. & seqq.* Richelii TESTAMENTUM POLITICUM hoc circumfertur:

ABITURUS è vita loquor vera, eo momento, quo nemo mentitur, audi posteritas verba extra vitam prolata & viva, lege testamentum ultra tempus scriptum ne fallat, intra æternitatem ne pereat.

Electus in primarium Regis mei Ministrum, id primum intendi, ut Regem meum facerem Regum primum, volui Christianissimum esse & potentissimum, volui primogenitum esse Ecclesiæ & Europæ, volui esse Justum, ut sua Orbi restitueret, & Orbem sibi. Hæc prima mea cogitatio, Majestas Regis, altera magnitudo Regni.

Inveni Galliam minorem seipsâ, decrevenant omnia præter linguam, hæc quoque excedebat Galliam & erat Gallica, populi olim subditi negabant se esse nostros lingua nostra, Galli erant ut hostes Gallorum, armabatur Gallia in seipsam, utebatur hostis nobis in nos ipsos, & victus, & victor Gallus erat: Idem fortis in gloriam alienam, & perniciem suam,

Hic igitur ministerii mei scopus, restituere Galliæ limites, quos natura præfixit, reddere Gallis Regem Gallum, confundere Galliam cum Francia, & ubicunq; fuit antiqua Gallia, ibi restaurare novam.

Tria opponebant se votis meis, obsistebat Gallia ipsa sibi hostis sui, obstabat Hispania, quæ ex Orbe facere unam domum cogitabat, si Galliam efficere posset partem domus: Obstabant finitimi populi, idcirco amici Hispaniæ, quia hostes esse non poterant.

Ut perrumperem hos obices conciliavi Galliam sibi, ut extra se hostis esset; Occupavi Hispaniam domi, ne esset negotiosa foris, ostendi sociis libertatem, & coegi aliquos etiam invitos liberos esse.

Duo

Duo malè habebant Galliam, hæresis & libertas, emendavit utrumque malum Ludovicus armis suis, & consiliis meis.

Primum malum adeò excreverat, ut intra unum regnum plura regna censerentur; Tolerata à Regibus Religio, legitimum Regem vix tolerabat, ex ducentis arcibus securitatis totidem effecerat propugnacula rebellionis, intra centum urbes centum conflarat Respublicas, intra Rupellam incluserat rebellionem & seipsam: Inde imperabat mari, nectebat fœdera cum hostibus Galliæ, partiebatur authoritatem Regiam, & ne uni Regi serviret, pluribus Regulis serviebat.

Aggressus sum hoc monstrum, quod alii ante me Ministri irritare metuebant, expugnavit Rupellam Ludovicus, & intra unam urbem omnia elementa vicit, recepit trecentas arces anno uno, & singulis ferè diebus triumphavit: Intra Galliam superavit alterum regnum, & bis Regem se fecit, & nequis de pietate causa dubitaret, pugnavit armis Ludovicus & Deus miraculis.

Alterum Galliæ malum erat libertas; Amabatur Regia dignitas non potestas, timebantur subditi, & peccabant ut timeri possent, emebantur obsequia quæ gratis debebantur, redimebantur auro offensiones suppliciis digna, attribuebantur pensiones, ne quis rebellis esset, libertas erat conscientiarum & necessitas criminum, leniebatur malum muneribus & crescebat lenitate.

Ut mederer huic malo, volui amari Ludovicum & timeri Justum; Volui Imperium esse penes unum & penes omnes obsequium, volui deberi amorem Regi, non emi, volui aurum virtutis præmium esse non sceleris, volui fidelitatem necessariam esse non liberam, docui obedientiam cœcam, atq; hac in parte penè Religiosos volui esse Francos.

Post erectam Galliam, Hispania deprimenda erat, quæ tot annis Galliam oppresserat: Duæ res fundabant Hispaniæ majestatem, consilii gravitas, & regni potestas.

Adeo sanctum erat Madritense consilium, ut componere illud omnes virtutes crederentur, præsidebat Religio, ut pietatem rebus prætenderet, aut colorem; Assistebat sapientia, ut res futuras exhiberet, antequam essent, comitabatur fidelitas, quæ tunc tantùm revelabat facienda, cùm erant facta.

Perturbavi Madritensem sapientiam, dum arcana detexi, occultavi

res

res futuras ne viderent, præoccupavi agenda ne inciperent, objeci res factas ne faciendas decernerent, supplantavi consilia dum materiam subtraxi, impedivi agenda dum prior egi, decoloravi Madritensem sapientiam, dum fucum detersi, miratæ est Hispania revelari arcana quæ nondum texerat, evulgari consilia, quæ nondum ceperat, & fieri ab aliis quæ meditabatur facienda, tunc primum doceri cœpit artem sapiendi, quam ante docuerat, tunc imitari coacta est quod invenerat, tunc miratæ est Madritum esse Parisiis, nec Parisios Madriti.

Alterum Hispanicæ fortunæ fundamentum erat potentia: Una domus erat & multiplex, eadem & diversa, particula mundi, & mundus minor erat hac parte suâ: hæc intra se oriri videbat solem & occidere, hæc eos mundos invenerat quos Alexander cogitabat, hæc tribus Orbis partibus quartam adjecerat, hæc cùm implere patriam non posset, occupare Europam ambiebat.

Id ut perficeret, exhauriebat novum orbem, ut antiqvum ditaret: & jam tantum metallorum profuderat, ut rarius aurum esset ubi nascitur, quam ubi venditur: Eo auro emerat Europam ferè totam, aut corruperat; Amabant populi hoc metallum, vel timebant, eo primùm amicos, deinde socios, postremò servos mercabatur, nulla ferè urbs erat, cui Hispania non commodaret, quod deinde repeteret.

Nullibi tamen studiosius miscebat hoc venenum, quàm intra Galliam, quia emptam putabat Europam, si emere posset Galliam, eo auro corrumpebatur fides subditorum, tentabatur favor Nobilium, solicitabatur amicitia hæreticorum, & quorum displicebat fides, eorum emebatur fidelitas.

Ut mederer huic malo, divisi unam domum ne major esset, interrupi commercia ne orbem emeret, ingressus sum domum ipsam, & inveni vacuam, dum hospes occupat, alienam: Centum urbes, septem Provincia, aucta tertiâ sui parte Gallia, imminuta meliore sui parte Hispania, docet quantum acquisierit Gallia, & quantum amiserit Hispania, utraq; tamen recepit antiquos terminos, sed altera amisit novos.

Nec tantùm restitui Galliæ fines suos, sed Affines (quod erat tertium malum) deserebant Galliam socij, quia eos Gallia deserebat, fiebant amici Hispaniæ, ut servi essent, emebantur promissis, onerabantur titulis & omnis hæc amicitia honesta servitus erat.

Ostem-

Ostendi Europæ libertatem, dum ostendi Regem, ostendi Ludovicum fortem, ut alios defenderet, Justum ne aliena retineret, amicum ut gratis beneficus esse vellet, ostendi Romæ asilum intra Galliam, quod debuit esse Orbi intra Romam, ostendi Italiæ, Galliam tueri velle quod dedit, non repetere, ostendi Germaniæ liberam esse posse, si neutra esse vellet, ostendi Electoribus quis eligi posset, & quis eligi nollet, ostendi Protestantibus placere eorum libertatem non fidem, ostendi Catalaunis quid sperare possint subditi, si tantum impetrarunt amici, ostendi Lusitaniæ portum intra Galliam, & Galliæ portum intra Lusitaniam.

Sic correxi timorem Orbis, dum ostendi quid timeret, sic docui superari posse, quod victum est, sic ostendi Orbi, præterire ætatem Hispaniæ, & redire seculum Galliæ.

Perge Ludovice, ut cœpisti, absolve victorias, quas inchoasti, ostendi quò progredi posses, & ubi desinere, ostendi aliena nunc regna, & quondam tua, ostendi quid debeas Orbi, & quid tibi.

Accipe librum quem tu ipse dictasti, habes in prima parte artem belli, quam ex Heroë desumpsi, habes in altera parte artem pacis, quam ex te pacifico didici, habes in tertia parte artem Regis, quam ex te Rege descripsi, habes ubique artem Ministri Politici, quem tu ipse formasti.

Autor ejus P. Labbé, prodiitq; nuper de novo simul *Testamento* Ejusdem *Christiano* cum judicio *Forsteneri de moderno Imperii Statu:* Sed alius paulo sequius tale in eum protulit.

Asta Viator, qui properas, quod usquam fuit,
Videbis & audies,
Hic tegitur.
JOHANNES ARMANDUS DU PLESSIS
DE RICHELIEU.
Clarus Origine,
Magnus Ingenio,
Fortuna Eminentissimus.
QUODQUE MIRERIS,
Sacerdos in Castris,
Theologus in Aula,
Episcopus sine plebe,
Cardinalis sine titulo,

Rex sine nomine,
UNUS TAMEN OMNIA,
Naturam habuit in numerato,
Felicitatem in Consilio,
Ærarium in peculio,
Securitatem in bello,
Victoriam sub signis,
Socios in procinctu,
Amicos in Obsequio,
Inimicos in carcere,
Cives in servitute:
Hoc uno miser, quod omnes fecit miseros.
TAM SECULI SUI TORMENTUM,
QVAM ORNAMENTUM.
Galliam subegit,
Italiam terruit,
Germaniam quassavit,
Afflixit Hispaniam,
Coronavit Lusitaniam,
Cepit Lotharingiam,
Accepit Cataloniam,
Fovit Sveciam,
Truncavit Flandriam,
Turbavit Angliam,
LUSIT EUROPAM,
POETA PURPURATUS:
Cui scena Mundus,
Gloria Siparium,
Regia Gaza Choragium fuit.
TRAGICUS MAXIME QVI FABULAM
MALE SOLVIT.
Post Regnum suis distributum
Paupertatem populo imperatam,
Dissipatos Principes,
Nobilitatem exiliis & supplicis exhaustam,

Sena-

Senatum autoritate spoliatum,
Exteras gentes, bellis & discordiis vastatas,
Pacem terrâ marique profligatam.

Cum fatiscente corpore, animus ægre grandioribus consiliis vegetaret, & nullius non interesset, aut vivere, aut ipsum mori, jamq; bona sui parte mortuus, aliorum tantùm morte viveret, derepentè spirare desiit & timeri.

O FLUXA MORTALITAS, QVAM TENUE MOMENTUM EST, INTER OMNIA, NIHIL!

Mortui corpus rheda extulit,
Sequuti pedites equitesque magno numero
Facem prætulerunt Ephebi,
Crucem nemo:
QVIA CURRUS VEHEBAT PUBLICAM.
Deniq; hunc tumulum implet non totum,
Quem Europa non implevit,
Inter Theologos situs magnum disputandi argumentum.
Fidem Regi servavit,
Spem Civibus reliquit,
Charitatem ab hæredibus abstulit,
Quo migravit, Sacramentum est.
HOC TE VOLUI VIATOR:
HIC TE METIRE ET ABI.

Ac ut Mazarinea quoq; attingamus, allegamus ex iis, quod à *Dionys. Salvagnio Boesio* Consiliario Regio & in suprema Rationum Fisci in Delphinatu Præside in memoriam ejus conditum est, additum quoque *Gatear. Gualdi* Historiæ Pacis Pyrenææ à *Petro Axenio* editæ, hoc tenore.

JULIUS hic jaceo, Latius natalibus, ortu
Sicanius, summo Regni moderamine Gallus,
Alter ab Armando, sedenim quem nemo sequetur,
MAZARIS. Europæ tam notum nomen, iniquæ
Arduus invidiæ domitor, qui fœdere pacto
Francigenas inter, solerter inter Iberos
TERESIAM, qua non angustior altera, junxi
Connubio LUDOVICE, Tibi propriamque dicavi
Ille ego Mazarides, qui nulla cæde cruentus

Impavido'vidi mortis confinia vultu,
Extinctum pullo quem Regia luxit amictu;
Nunc etiam è tumulo Francorum consulo rebus
Usq; adeo fidis, quæ verba novissima dixi
Consiliis memori Ludovicus pectore servat.

Proſtant & alia in ſequiorem partem de ambobus tradita; Sed qvis ſine vituperio fuit, cui in arduis verſari contigit? Inhumanum certe publicare occulta clarorum virorum vitia, nec ſine ratione Plutarchus in Vita Cimonis ſcripſit: *Arduum eſſe, vel potius fieri non poſſe, uti ullius hominis vita oſtendatur, quæ omni vacet macula, aut pura ſit, ac proinde recitandis honeſtis veritati ſatisfieri debere, Offenſas autem & vitia, quæ ex aliquo animi motu aut ex temporibus Reip. actionibus intercurrunt pro claudicationibus potius alicujus virtutis, quam pro improbitate habendas, neq; in ſcribendo nimis diligenter & ad amuſim explicari, ſed veluti rubore ſortis humanæ ſuffundi debere, quæ nihil boni ſincerum, neq; mores ac virtutem edat omnis culpæ expertes*: Quam ſententiam quoque ſuam facit & prolixe tractat iniquus alias Hominum cenſor *Scioppius, L. de Stil. Hiſtor. p. 250. & ſeqq.*

Hodiernus Status Galliæ quamvis Henrici temporibus accedat, nec unum ferat, penes quem ſumma rerum ſit, ſelectos tamen arcanorum participes Miniſtros Rex admiſit Dominos *Tellerium, Lyonnæum atq; Colbertum*, nunc Marchionem de Croiſy: Qvem ipſe Mazarinus morti vicinus deſtinata mentione commendavit, *in eoq; plurima ſe amaſſe profeſſus eſt, præcipue fidem & curas, ac cum limatiſſimo judicio pleriſq; mortalium ignotam ſinceritatem, quem nemo & qui neminem unquam falleret.* Priol. L. XI. c. XI.

XIIX.

Inter Singularia Galliæ reponendum vulgare iſtud: *Galliam Servos non pati*: Servos peregrinosq; quotquot Gallicos fines attingunt, eo ipſo liberos fieri. Vid Exempla hujus rei ap. *Bodin. De Rep. Lib. I. cap. V. p. 41. Lanſ. Orat. pro Gallia pag. 116. 117.* Sed quam verum ſit, ipſi Galli ambigunt. Quam in rem *Lanſius* citat verba *Car. Molin. Annot. ad Conſv. Biturig. Tit. I. Art. I. Urbs Pariſiorum non habet hoc privilegium: Car le Seigneur de Chaſteauroux en Berry vendica ſon ſerf, qui s' eſtoit retiré, & fait Bourgeois de Paris, & obtint la proviſion. Itaq; Senatus judicio patroni cauſa obtinuit adverſus Abbatem Divæ Genovefæ. Quidam dicunt,*

pour

pour le regard des ſerfs des Seigneurs, qui ſont hors de ce Royaume; Sed non eſt expeditum. Or. Contr. Gall. p. 252.

Colorem Album pro Regio habent; Nec cuiquam antehac permiſſum Albo Eqvo urbem ingredi, quod alborem Summæ in Regno poteſtatis indicem putent. Quamobrem cum Carolus V. Imper. Lutetiam Pariſiorum ingrederetur, & Franciſcus alias ipſum variis honorũ argumentis proſecutus fuiſſet, atro tamen Eqvo ad ingreſſum donavit, ſolo interim Franciſco Eqvo Albo incedente. *Bellaj. Lib. XVI.*

Nomen *Ludovici* in bonum omen interpretati ſunt, ex quo tot Ludovicos res ſuas ſtabiliviſſe ſenſerunt; *Henrici* pro infauſto habent, ob tragicos trium Henricorum exitus, cecinitq; hanc rem in Henricos pariter ac Jacobos Scotiæ non nemo è Poetis Gallicis ap. *Lanſ. or contr. Gall. p. 205.*

Il ne faut plus nommer HENRYS les Roys de France:
La mort par deux couſteaux & un eſclat de Lance,
A tué trois HENRYS: L' un jouſtant a Cheval,
L' autre en ſon Cabinet, le tiers en ſa Caroſſe.
Cinq Roys du nom de JACQVES ont fait croire a l' Eſcoſſe,
Qu' il y a dans les noms quelque ſecret Fatal.

In Sacris Reges Galliæ tempore Inaugurationis ſuæ *Sacramentum ſub utraque percipere* dictum *Notic. Dign. Ill. Diſſ. V. c. I. § IV.* Iidem Majorennes fiunt Anno ætatis XIV, quod & Portugalli imitantur. Vid. *Thuan. L. LXV. ad A. MDLXXIIX.* & Hiſpani, V. *prac c. I. §. VII fin.* Pro Tutelari antehac *S. Dionyſium* habitum, nunc v. *Divam Mariam* ſubſtitutam traditum *cit. l. Diſſ. VI. c. III. § X.*

XIX.

Comitatus Avenionenſis ſ. Veniſſæ, *La Comté de Veniſſy*, pars Galliæ Narbonenſis, olim Romanos habuit Dominos; His ſucceſſerunt Gothi, Burgundiones, Franci. A Johanna Regina Neapolis & Siciliæ Clementi VI traditus fuit circa A. MCCCXLIII. Qua ratione, docet inſcriptio in atrio quodam Palatii, quo imagines exhibentur Pontificum, qui Avenione ſederunt, legenda: *Clemens VI. Avenionem Sanctæ Apoſtolicæ S. emptionis Titulo acquiſivit A. MCCCLIII.* Franciſcus de Clapperiis in Hiſtoria de Comitibus Provinciæ, Johannam id ideo feciſſe ſcribit, ut Ludovico Tarentinorum Principi, cui poſt mortem primi mariti nupſerat, Regis nomen conciliaretur: *In eamq; cauſam Pontifici M. Clementi VI & Romanæ Eccleſiæ*

cleſiæ Avenionem Civitatem cum Directorio omni & Jurisdictione octoginta millibus Florenorum Auri Florentiæ vendidit A. 1348. die 9. Junij; Sed id non ſine ſuſpicione fiduciariæ aut ſimulatæ venditionis, ut illa venditione pellectus Pontifex nomine Regio maritum Ludovicum cohoneſtaret: Nam ſola precii ſoluti confeſſio, nulla autem pecuniæ numeratio intervenit. ap. Jod. Sincer. Itin. Gall. p. 145. Sed ea hujus Johannæ infelicitas fuit, ut omnia ejus ſiniſtre acciperentur; Injuriam tamen in plerisq; paſſam manifeſtat *Meibom. Apol. pro Ottone IV. Imp.* Secuto tempore ac durante Pontificum Schiſmate Avenio Antipapas aliquamdiu tenuit: Quo ſublato, Romamq; reverſis Pontificibus, ſedem Legato Apoſtolico præbuit, ſed triennio quovis mutando. Gallicam Jurisdictionem v. tam propinquam habet, ut ipſius Avenionis extra amnem ſuburbia nomine Villæ novæ, *Ville neufve*, nota partem Galliæ faciant. Nec à Gallis neglectim haberi jam docuit Ludovici XIII. in urbem ingreſſus, quo ſeſe in omnibus pro Rege gerebat. Præibat primo in Urbem ingreſſus Coneſtabilis enſe nudo, quod omnimodæ poteſtatis indicium eſt, circumſtabant præſidiarii vigiles Galli, Scoti & Helvetii; Stationes militum poſtmodum renovatæ, *quales in Gallia ſtatis horis, tympanis de more pulſatis & expanſis per urbem ſignis; Teſſera militaris, qua diſtingui ſolent excubiæ, ab ipſo Rege diſtributæ: Patuere recte & interdiu ſine cuſtodia Urbis portæ, qui mos in Gallicis urbibus, Rege intromiſſo; Noxii pœna, captivi exempti vinculis judicio Regis; Denig. Chriſtianiſſimus Rex, qualis in Gallia, talis Avenione fuit condigne honorante primogenitum ſuum parente.* Gramond. Lib. XIII. Id quod contigit A. MDCXXII. Idem gliſcente inter Pontificem M. & hodiernum Regem Bello videre licuit, cum Dux Mercurius militem Regium Urbi induceret, ejecto præſidio Pontificio, ipſisq; operam ei commodantibus Civibus, qui jam dudum animum à Regimine Eccleſiaſtio alienum geſſerant. Reddita tamen fuit Sedi Romanæ tenore ſecutæ A. MDCLXIV. transactionis, de quo V. *Artic. XIV. Tranſ. Piſanæ*, Civibus interea in alieno ſuo à Pontifice M. animo perſiſtentibus, quod A. MDCLXV. ſtatim teſtati fuere, cum occupato Caſtello pulſisq; urbe militibus præſidiariis ac ipſo Vice-Legato in palatio ſuo obſeſſo, Regis protectionem denuo implorarunt: De quo V. *Diar Eur. Contin. XI. p. 206. & ſeqq.*

XIV.

Arauſionenſem Principatum ſuperioribus Seculis Cabiloni fiduciario jure

jure à Gallis habuerunt; Ab his ad Nasſovios translatus fuit, Philiberto ultimo Cabilonorum Renatum Nasſovium Claudiæ Sororis F. heredem Principatus inſtituente, atq; in Cabiloni nomen adoptante. Primò ſupremum Jus tributum Johanni Cabilono à Ludovico XII Qvodq; Franciſcus gratiam à deceſſore ſuo factam revocaſſet, Nasſoviis Jus illud Articulis, primo Madritenſibus, ac poſtea Cameracenſibus reſtitutum fuit, & Wilhelmus Nasſovius præfectum Urbi impoſuit ac magiſtratus denuo inſtituit, qvi citra provocationem (qvam antea ad Parliamentum Gratianopolitanum facere licuerat) cum ſumma poteſtate jus dicerent. V. *Thuan. Lib. XXXI. ad An. MDLXII.* Qvo in Statu Principatus permanſit usq; ad *An. MDCLX.* qvo Araufio à Rege Galliæ prætextu Tutelæ Wilhelmi Henrici Principis occupata, ſub fide data omnia Principi ad majorem ætatem venienti citra immutationem reſtituendi; At nihilominus propugnacula ejus diruta, ſicqve Reſtitutio demum facta An. MDCLXV. M. Martio, de qva Vid. *Diar. Europ. Continuat. XI. pag. 437.* Sed occaſione Belli Belgici A. MDCLXXIII M Novembri iterum occupata & Comiti Arverniæ loco adempti ipſi à Belgis Marchionatus Bergozomenſis tradita, demum vero Pace Neomagenſi A. MDCLXXIIX. ſingulari Receſſu reddita fuit.

XV.

Res Lotharingicæ noſtro ſeculo fere tales fuerunt: Carolus Lotharingiæ Dux odium Ludovici XIII. multis modis incurrerat: Tradiderat enim invito Rege An. MD CXXXII. Ferdinando II. Imperatori exercitum [XM. militum; Renueratq; *A. MDCXXXIV.* debitam nomine Ducatus Barrenſis, tanqvam Feudi Gallici, fidelitatem Regi præſtare, cuſis interea numis, non ſine contemptus Regis indicio: *Carolus Rex Auſtraſiæ* (cujus metropolis olim Metis fuit) *Dux Wurtenbergenſis & Montisbeligardi, Landgravius Alſatiæ*: Et in Averſa: *Habeo & Habebo.* Acceſſit conjugium Gaſtonis Fratris Regii cum Ducis ſorore, invito Rege initum: Qvare Ducatu Barrenſi Decreto Paris. Senatus excidiſſe judicatus fuit, ac mox ipſa Lotharingia vi & armis magnam partem occupata, capta etiam ſedes Ducis Nancejum. Carolo interea in Bello Hiſpano-Gallico partes Hiſpanicas ſuſcipiente, in qvibus perſtitit usq; ad A MDCLIV. Sed promiſſis ab Hiſpaniæ Rege Condæo factis offenſus eoq; ſuſpicionibus oneratus, Bruxellis captus & in Caſtellum Antwerpienſe ac poſt in Hiſpaniam Toletum abductus ibiq; ad Pacificationem Pyrenæam usq; detem-

tentus fuit, qva liberatus Lotharingiam qvidem simul Nanceio sede sua recepit, sed munimentis denudanda, aliarum præterea partium gravi jactura.

Ac primum qnidem Mojenvico; *quod licet undiq; terris* Lotharingicis *circumdatum ad imperium pertinuit, Majestatiq; suæ Christianissimæ per tractatum anno millesimo, sexcentesimo*, quadragesimo octavo, *mensis* Octobris *die* vigesima quartâ, Monasterii *conclusum, cessum est.*

Secundo reservatis & exceptis, toto Ducatu Barrensi, *regionibus, urbibus & locis tam partem illam, quæ à regno* Franciæ *movetur, quam eam, qvæ pretensè non ab eo movetur, componentibus.*

Tertio, reservantur & excipiuntur comitatus Claromontanus, *cum regalibus sive dominiis suis, locis*, præfecturis, *ac terris suis*: Stenæa, Dunum, Jametium *cum omnibo proventibus suis ac territoriis inde dependētibus*; *Qvod* Mojenvicum, *uti & ducatus* Barrensis, *oppidi & perfecturæ* Marvillæ *parte illâ, quæ, uti supra dictum est, ad Ducem* Barrensem *pertinuit, comprehensâ simul quæ loca, comitatus, præfecturæ, terræ, dominiaq;* Claromonti, Stenææ, Duni & Jametii *cum* appertinentiis, dependentiis, annexisq; *suis ex hoc in perpetuum regno* Franciæ, *unitæ ac contributæ manebunt.* Quæ verba sunt Articulorum Pyrenæorum LXII. LXIII. & LXIV. Quibus addendi sequentes Articuli usq; ad LXXIIX. Sed novam transactionis hujus rupturam An. LXX. tulit, Duce medio tempore Wildfangiatus controversiis in superiori Germania, mox exercitu Palatino detenta ab eo castella Landsthul & Hohenegk vindicante fatigato; Occupavitque denuo exercitus Gallicus Lotharingiam, ejecto in exilium jam fere septuagenario Duce Carolo: Cujus causæ allegatæ fuerunt: Ducem Subditos Regios novis oneribus obruisse: Lapides dirimendæ jurisdictioni Lotharingicæ ac Gallicæ positos loco movisse: Contra Pacta & commoda Regis militem aluisse & Fœderibus aliorum Principum se implicuisse. Atque ex eo tempore Ducatus in Galliæ Regis potestate mansit, Carolusq; A. MDCLXXIV. Francofurti mortuus jura sua Carolo ex Francisco Fratre Nepoti reliquit, in quæ etiam Pacificatione Cæsareo Gallica A. LXXIX restituendus fuit, Nancejo & Longvico exceptis, quorum loco Rex Galliæ Civitatem Tullum aliamque præfecturam è tribus Episcopatibus Longvico æquivalentem obtulit *Art. XII. & seqq.* Sed princeps acceptare dubitavit, cujus rei successum futura tempora manifestabunt.

CAPUT

CAPUT IV.
DE
REGNO ANGLIÆ.

I. *Scriptores Rerum Anglicarum.* 1. *Collecta Volumina.* 2. *Scriptores Historiæ Antiquæ.* 3. *Scriptores Historiæ Geographicæ.* 4. *Chronographi universales: Plagia Lelando illata.* 5. *Scriptores Specialium Status Regni & Biographi.* 6. *Scriptores Sacri.*

II. *Loca Jurisdictione Anglica comprehensa: De Imperio Maris excursus.*

III. *Scotia & Hibernia quomodo Angliæ accesserint?*

IV. *Periodi Regni Anglicani veteres ac recentiores*

V. *Henrici VII. Character, ac gesta.*

VI. *Henrici IIX. Vita; Ejus divortium fuisse causam secutarum in Anglia mutationum; Annæ Boleniæ fata: Secutarum Conjugum Henrici series: Status Religionis sub eo.*

VII. *Edvardi VI. regimen.*

IIX. *Mariæ regimen, nuptiæ, mortis causæ.*

IX. *Elisabethæ vita, virginitas.*

X. *Jacobi Character, Summa Eruditio.*

XI. *Caroli I. fata, Causæ motuum in eum excitatorum, Martyrium.*

XII. *Interregni Status: Cromwelli Character & res gestæ.*

XIII. *Caroli II. Nativitas, varia fata, restitutio: Res sub regimine ejus notabiles; Incendium Londinense: Catholicorum motus, Conspiratio Pulveris Tormentarii.*

XIV. *Veteres Rosæ Rubræ & Rosæ Albæ in Anglia factiones: Similium factionum in aliis Europæ partibus series.*

XV. *Negocia Anglorum cum Hispanis; Sub Henrico VII. IIX. Maria, Elisabetha. Classis Invincibilis, Clades ejus, Catholicorum ante Victoriam triumphus; Negocia sub Jacobo, Carolo I. Cromwello, Carolo II.*

XVI. *Negocia Anglorum cum Gallis: Anglorum in Regno Galliæ progressus; decrementa, secutaq; ex toto Regno exclusio. Res sub Carolo I. Cromwello & Carolo II. gestæ.*

XVII. *Negocia Belgica, Trium Bellorum causæ, progressus, finis; Triplex Confœderatio.*

XIIX. Qui Anglorum Reges se Imperio Germanico quadantenus submiserint?

XIX. Tituli ac Potestas Regis Angliæ.

XX. Regum Angliæ in Ecclesiam suprema autoritas; Antiquiorum conatus in stabilienda ea: Statutum de Mortmaine, Statutum Præmunire, Causa Wicleſi, Henrici IIX. conatus.

XXI. Parlamenta Angliæ.

XXII. Jus Anglorum: Cur Lingua Gallica adhuc in Formulis Parlamenti alibive in usu sit?

XXIII. Ministri Status Angliæ, eorumq; Fata.

XXIV. Singularia Anglorum: De S. Georgio Tutelari Angliæ.

SEquitur Regnum ANGLIÆ: E cujus Autoribus prodimus I. Collecta volumina: *Rerum Anglicarum Scriptores post Bedam præcipui* Ed. Henr. Savilio Francof. 1601. *Anglica, Hibernica, Normannica, Cambrica à Veteribus scripta ex Bibl. Guil. Camdeni* Franc. 1602. *Rerum Britannicarum Scriptores Vetustiores ac præcipui* Heidelb. 1587. Ed. Hier. Commelino. *Historiæ Anglicanæ Scriptores quatuordecim* Lond. 1652. Quibus in calce adjectum *Guil. Sommeri* Glossarium.

II. Historiæ Antiquæ Scriptores: Richardus Verstegan *Intelligence of decayed Antiquities*, Rob. Sheringham *De Anglorum Gentis Origine Cantabr. 1670.* Quo etiam referimus ante cit. *Glossarium Guil. Sommeri*, & Doctiss. *Henrici Spelmanni Glossarium*, quod *Archæologi* nomine indigitavit. *De Lingua Anglica Veteri ſ. Saxonica* ejusque cum Græca cognatione scripsit *Mericus Causabonus* Lond 1650.

III. Scriptores Historiæ Geographicæ: *Guilielmi Camdeni Britannia*, quæ inter alias Editiones etiam *Parte IV. Atlantis Blaeul* habetur. Theatrum Magnæ Britanniæ, Hiberniæ & Insularum circumjacentium, Autore *Joh. Speedæo Anglice Ed. A. MDCXI. fol. maj.* Latine redditum à *Philemone Hollando* & Ed. Amstelod. MDCXVI. E quo pariter ac Camdeno collectus *Tomus IV. Atlantis Janſonij. England described or the ſeveral Counties and Shires therrof briefly handled by* Eduard Leigh *Lond. 1659. 8vo.* Extant etiam *Pauli Jovij Descriptiones Britanniæ, Scotiæ, Hiberniæ, Orcadum &c. Tomo II. operum ejus.*

IV. Chronographi Universales: *Historia Majoris Britanniæ tam Angliæ, quam Scotiæ* per Johan. Majorem Ed. Paris. 1521. Definit in Conjugio Henrici IIX. cum Catharina Hispanica. In rebus Scoticis tamen diffusior est, quemadmodum & Titulus paginarum *de Gestis Scotorum*

sorum inscribitur. *Polydori Vergilij Anglicæ Historiæ Libri XXVII.* Sed qui apud Anglos minori in precio est. Ita *Savilius* præf. Rer. Angl. Scr. ad Reg. Elizab. *Homo fuit Italus, & in rebus nostris hospes, & quod caput est, neque in Rep. versatus, nec magni alioqui vel Judicij vel Ingenij. Adde Voss. de Hist. Lat. L. III. p. 678.* Pejus est eum plagij accusari, scriptisq; *Lelandi*, Doctissimi inter Anglos Viri, magnopere adjutum dicunt, cujus nomen tamen reticuerit, quam ob rem & à *Fullero* non illepido carmine petitur, quo illum aperte, & alium recentiorem, quem Lectoris conjecturæ se committere dicit, occultiùs illati Lelando plagij accusat, *Church History of England Cent. XVI. L. V. S. III. §. 53.*

Leyland's *supposed Ghost:*

Am I deceiv'd? Or doth not Leyland's *Ghost,*
Complain of wrong sustained after death,
As Virgil's Polidore *accus'd his host*
The Thracian King for cruell breath of faith,
And Treasur's gain'd by stopping of his breath?
Ah greedy Gardian! t' enjoy his goods
Didst plange his princely word into the floods.
Am I deceiv'd; Or doth not Leyland's *spirit*
Complain With the Ghosts of English Notaries,
Whom Polidorus Virgil *robb'd of merit*
Bereft of name and sacke of Histories,
While (wretch!) *he ravish' English Libraries.*
Ah wicked Booke-thief, who so ever did it,
Should one turn al, to get one single credit?
Am I deceiv'd? Or doth not Leyland's Spirit
Make heu and cry for some Book-treasure stealth
Rifling his works and raising name and merit,
Whereby are smothered a Prince given wealth
A Learned writers travel, wits and health
All these he spent to doe his Countrey pleasure,
O save his name, the world may know his treasure.
I am deceiv'd, for Leyland's *Ghost doth rest,*
From plaints and cry's, with souls and blessed men:
But heaven and humaine Laws can not digest
That such rare fruits of a Laborious Pen
Came to be drown'd in such a thanckless Den;

Thus heaven and all humanity doth sue,
That Leyland *dead may have his Titles due.*

Georgij Lilij *Chronicon Regum Anglorum a Bruto ad Elizabetham A. 1559. The History of great Britaine under the Conquests of the Romans, Saxons, Danes, Normans, their original manners, warres, coines, seales &c. by* Joh. Speed, quam perducit usque ad Regem Jacobum. *Choice observations of all the Kings of England by* Edvard Leigh *Lond. 1661. &c.* Chronographi particulares recensebuntur ad §. IV. & seqq.

V. De præstantia Regis Anglorum scripsit Jacobus I. *James Howel.* Biographi extant, *Joh. Lelandus, Johannes Balæus*, de Scriptoribus Angliæ Illustribus usque ad A. 1540. *Joh. Pitsei* Relationum Historicarum de Rebus Anglicis Parte II. & III. *Is. Hollandi Heroologia Anglicana*, i. Anglorum Illustrium ab A. MD. ad. AMDCXX.

VI. In Rebus Sacris recentiores extant, *The Church History of Britain from the Birth of Jesus* Christ *untill the year 1648. endeavoured by Thomas* Fuller *Lond. 1655. fol.* Jacobi Ussherij *de Antiquitate Ecclesiarum Britannicarum. Concilia in Re Ecclesiarum Orbis Britannici Tomi II.* Ed. Henr. Spelmanno. *Monasticum Anglicanum* ibid. II. Tomis comprehensum à *Rogerio Dodsworth & Wilh. Dugdale.* Franciscus Goodwinus de *Præsulibus Anglicanis:* Quo pertinet etiam *de Antiquitate Ecclesiæ Britannicæ & nominatim de Privilegiis Ecclesiæ Cantuarienſis atque de Archiepiscopis ejus LXX. Historia*, cujus Autor *Parkerus* Archiepiscopus. Ex Antiquis sunt Venerabilis Bedæ *Historiæ Ecclesiasticæ Gentis Anglorum Libri V.* Et Wilhelmi Malmesburiensis *de Gestis Pontificum Angliæ Libri IV. in Scr. Savilij p. 195.* Noticia Episcopatuum Antiquiorum M. Britanniæ extat in *Geograph. Sacra Caroli à S. Paulo p. 157.* E Catholicis hac in re aliquid conati fuerunt *Nicol. Harpsfeldius, Richardus Smithæus* & alij, qui ibidem in seqq. pluribus commemorandi veniunt.

II.

Jurisdictione Regum Angliæ comprehenduntur Magna Britannia, Hibernia, iisque adjacentes Insulæ Orcades, Hebrides, Sullingæ &c. Etiam ad Galliam sitæ Garnsea & Jarsea; In America, N. Anglia, N. Belgium, Virginia, Jamaica &c. Quæsitum quoque ipsius Maris circa M. Britanniam Dominium: Quam in rem, ne vetera allegemus, non tantum A. MDCLXV. flagrante Bello Anglo-Belgico numi

cusi

cusi fuerunt, quibus imago M. Britanniæ exhibitacum Elogio: QUATUOR MARIA VINDICO. Sed & Velorum Demissio ab aliarum Rerump. Navibus exacta: Quemadmodū & inter causas Belli Anglo Belgici A. MDCLXXII. allegatum, Belgas præstationem istam abnuisse: Das Recht der Flaggen ist so alt / daß es eine von den ersten Prærogativen unserer Königl. Vorfassen ist/und deßwegen auch die letzte seyn muß/davon dem Königreich nie abzustehen: Ist auch nie in Quæstion gezogen / und wird expresse im Vertrag zu Breda für bekant angenommen: Dennoch wurde es den letzten Sommer nicht allein von ihren See-Commendanten / und die Vbertretung im Haag gerechtfertiget / Sondern sie liessens auch noch in den meisten Höfen der Christenheit als belächerlich vorstellen / daß wir solches enderten / und wäre eine unerhörte Vngereimtheit / daß Sie mit uns wegen der Herrschafft der See zancken solten. *Art. X. Manifest. Angl.* Hinc̄ occasio præbita Doctissimis nostri seculi Scriptoribus quærendi: *An Mare demum Imperii capax sit?* Nec ignota sunt celebria Scripta, *Job. Seldeni* pro Imperio Maris cum Titulo *Mare Clausum; Et Grotij* pro Libertate ejus cum Inscriptione: *Mare Liberum.* Sed Affirmativa nimis evidens est; Mare & integri & partium ratione commodis humanis inservire aptum est: Proprium e. fieri potest, adeoqve Imperii capax est. Ac verum quidem tantam esse Maris magnitudinem, ut omnibus populis sufficiat; Sed I. ad usum innoxium, qualis transitus, aquatio etc. II. Totum Mare toti generi humano sufficit, sed ideo totum singulis hominibus aut populis non subjacet. Terra quoqve omnium usui sufficit, sed ratione distinctarum partium, non ut universa singulorum sit. Nec limites Mare abnuit, non quidem ad sensum, ad rationem tamen, qualis fuit illa linea, Rescripto Pontificis à Polo Arctico ad Antarcticum ducta & C. Leucis ab Azoribus & Insulis Promontorij viridis distans, de qua *P. I. c. I. § XII.* Grotius, Libertatis Marinæ Defensor, frugi Civem egit, dum eam asseruit; Patriæ suæ enim tunc maxime intererat, interestque hodienum, Libertatem Maris servari; Contrarii interim non ignarus fuit, cujus vestigia *c. II. & III. Libri II. de J. B.* non obscure elucent.

III.

Elocis istis *Scotia* uno cum Anglia Imperio comprehensa fuit, cum Jacobus VI. Rex Scotorum Imper. Angliæ susciperet, tq. proximus Elizabethæ heres; Sine unione tamen, de quo *V. Part. I. c. V. §. IV. Hiberniam* Henricus II. Angliæ adjecit: Idqve cum animo volveret, Legatos primo ad Pon-

tificem M. Adrianum misit, *ut sibi liceret Hiberniæ Insulam hostiliter intrare & terram subjugare atque homines illos Bestiales ad fidem & viam deducere veritatis, extirpatis ibi plantariis vitiorum. Matth. Paris.* Quod magno Diplomate ipsi concessum fuit, quo præter alia hæc habebantur: *Et illius terræ Populus Te recipiat & sicut* Dominum *veneretur, jure Ecclesiarum illibato & integro permanente & salva B. Petro de singulis domibus annua unius denarij pensione*; Et investitura Anulo facta, T. Joh. Salisberiensi, qui primarius Legatus fuerat, *in Metalogic. IV. c. XLII. Ad preces meas Illustri Regi Anglorum Henrico Secundo concessit* (Pontifex M.) *& dedit Hiberniam jure hereditario possidendam, sicut litera ipsius testantur in hodiernum diem: Nam omnes Insulæ de jure antiquo ex Donatione Constantini, qui eam fundavit & dotavit, dicuntur ad Ecclesiam pertinere*. Quæ juris Pontificij ratio etiam ipsâ Bullâ allegatur; Ac pergit Salisber. *Anulum quoque per me transmisit Aureum Smaragdo optimo decoratum, quo fieret Investitura Juris in gerenda Hiberniæ. Idemque adhuc Anulus in curiali Archio publico custodiri jussus.* Sed nihil horum effectum datum. Post Annos aliquot vero Dermitio Lageniæ in Hibernia Regulo, cui res erat cum vicinis Regulis, in auxilia itum, missusque primum *R. Strongbow*, post verò Rex ipse secutus Reges Hiberniæ sibi subjecit, quod factum XVII. ab impetrato Diplomate Pontificio Annis. Inde verba Diplomatis secutus *Dominum Hiberniæ* se scribi jussit, Titulo ante Ducis Guiennæ Inscriptionem, qua Angli tunc etiam gaudebant, posito; Additaque ab Urbano III. in Confirmationem Corona è Pavonum pennis contexta *Synod. I. & II. Cassil. & Armach. ap. Camden.* *Domini* nomen tamen suprema ipsaq; potestas Regia comitata fuit: Sic Richardus II. Robertum de Veer, Comitem Oxonienſem in Marchionem Dubliniæ evexit, cujus Rei Diploma exhibet *Seldenus Titl. of Honour L. I. c IV. p. 37.* Ida. facere non potuisset, nisi ipse Majestatem habuisset. Tandem v. cum Anglia Potestatem Pontificiam abdicasset, Henricus IIX. Titulum Regium Statuto Parliamenti susceptit, cujus verba sunt; *That forasmuch as the King our most gracious dread souveraigne Lord &c. That the kings highnesse, his heirs and successors have the name, stile, Title and honor of King of this land of Ireland. Stat. Hib. A. XXXIII. Henrici IIX. c. I.* Quem postea etiam Paulus IV. Pontifex M. Philippo & Mariæ concessit. *De potestatis plenitudine, Apostolica Autoritate Regnum Hiberniæ perpetuo erigimus.* Confer. *Not. Dign. Ill. P. I. Diss. I. c. I.* Selden. *Titl. of Hon.*

Hon. L. I. c. IV. De Manniæ ſ. Monæ acceſſu ad Angliam *eund. L. I. cap. 3. §. 1.*

IV.

Periodos Regni Anglorum numeramus: I. *Britannicam à* Veteri Bruto usque ad Cæſarem, ſed quæ procul dubio fabulis refertisſima eſt. Legi tamen poterunt *Galfridus Monmuthenſis de Origine & geſtis Britannorum* in Scr. Britann. p. 1. & qui primos hujus VI. Libros in compendium redegit *Ponticus Virunnius*, Galfrido etiam correctior & fide dignior. *Joh. Priſei Defenſio Hiſtoriæ Britannicæ, Richardus Vitus* (White) *Baſinſtochius* Hiſtor. Britannicæ Libris IX. à prima origine usque ad Conſtantinum & Cadvalladorem.

II. *Romanam*, a. Cæſare usque ad Conſtantinum M. qua Britannia magnam partem (Cambria enim intacta manſit) in Romanorum poteſtate fuit, ſed nudata primum ſub Conſtantino M. milite, mox plane relicta cum Romani impares fierent, qui ſeipſos amplius defenderent Videndi *Cæſaris Commentarij L. IV. V. VI. Tacitus V. Agricolæ, Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ, Baſinſtochius, With. Malmesbur. l. I. init. &c.*

III. *Saxonicam:* Cum n. Romanis recedentibus Britanni à Pictis Scotisque ſummopere divexarentur, illi Anglos & Saxones à Germania in auxilium evocarunt: Qui Ducibus Hengiſto & Horſa fratribus ex antiqua Wodani Stirpe oriundis mox advenerunt A. CCCCXLIX. circiter, & rebus adverſus Scotos præclare geſtis ipſi ſedem in Britannia fixerunt, evocatis iterum iterumque aliis è Germania, adeo ut immenſa multitudine obruti Britanni tandem retrocedere & in montana Cambriæ ſe recipere cogerentur, quæ loca deinde usque ad Normannorum tempora tuto retinuere, Veterum morum Britannicorum ac linguæ in hunc usque diem tenaciſſimi. In Angliæ Regno a. inde orta celebris Heptarchia Regulorum Anglo Saxonicorum, quam usque ad Normannorum tempora qualitercumque produxere, indeque & Affinitas Linguæ Anglicæ cum Germanica noſtra contracta fuit. *Vid. pluribus de hac Periodo Wilhelmus Malmesburienſis, Scriptor optimus & judicioſiſſimus hujus Periodi, in Scriptoribus Anglicis Savilij p. 1. Joh. Seldenus in Analecto Anglo-Britannico Francof. A. MDCXV. Venerabilis Beda Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Gentis Anglorum Libris V.* quique Bedam continuavit *Rogerius Hoveden in Script. Angl. Savilij p. 404. Flores Hiſtoriarum*

riarum ex Matthæo Weſtmonaſterienſi ab A. CCCC XLIX. ad A. MLXVI. Simeon Dunelmenſis de Regibus Danorum & Anglorum ab A. DCXVI. ad A. MCXXIX.

IV. *Danicam*, eam quidem non adeo diuturnam, ſed tamen rebus geſtis illuſtrem. Dani enim totis CCCXXX Annis Angliam variis invaſionibus turbaverant, adeo ut certum tributum ab Anglis tandem exigerent, primo XVI. mox C. & plurium Librarum quotannis pendendum; Angli etiam è contrario ad reprimendos eos *Danegeldum* excogitarunt, h. pecuniam annuatim pendendam, pro alendis militibus contra Danos, quæ erat XII. Denariorum ex unaquaque decuria & aliquando una die maximam partem Danorum nationis trucidarunt tempore Ethelredi Regis. Interim plerumque non tam dominandi, quam prædandi animo expeditiones hæ ſuſcipiebantur, donec tandem Sueno Danorum Rex Imperij in Anglia initium faceret, circa MIIX. Annum eumque ſecutus Canutus filius initio dimidia Anglia ex pacto cum Edmundo Rege Anglo-Saxonum, paulo poſt autem integra, interfecto Edmundo potiretur: Sed in poſteris ipſorum jacta hæc fundamenta Imperij continuari non potuerunt, Heraldo & Hardecnuto ſucceſſoribus Canuti ſenſim enervatis & extinctis, Regnoque ad *Edvardum Confeſſorem* Ethelredi Regis è Saxonum Familia filium devoluto, ab eoque ad Normannos transmiſſo. *V. Wilhelmum Malmesburienſem L. II.* Quem Edvardum à ſingulari pietate *Sanctum & Confeſſorem* vocare ſolent, ſervantque hodienum Veſtes ejus & Sceptrum cum columba, denotandæ paci tempore ipſius, inter Regalia.

V. *Periodus Normannica, à Wilhelmo Conqueſtore* cœpit, quem Edvardus Confeſſor ſucceſſorem ſuum conſtituerat; Is itaque Angliam ingreſſus cum aliter non poſſet, vi armatâ eam ſubjugavit, occiſo qui interea Regnum uſurpaverat, Haraldo Comite; Atque in ejus familia hactenus conſervatum fuit Regnum Anglicanum, de qua porro videndi *Matthæus Paris ſ. Pariſius Hiſt. ab A. MLXVII. ad A. MCCLIX. Matthæus Weſtmonaſterienſis L. II. & ſeqq. Wilhelmus Gemiticenſis de Ducibus Normannicis in Scriptor. Angl. Camdeni p. 648. Thomas Walſingham Hiſtoria ab Edvardo I. ad Henricum V. ibid. p. 32.*

Reges antiquiores Regnum hoc habuit.

Wilhelmum Conqueſtorem, *Henricum I.*
Wilhelmum Rufum, *Stephanum.*

Henri-

Henricum	*II.*	*Richardum*	*II.*
Richardum	*I.*	*Henricum*	*IV.*
Johannem		*Henricum*	*V.*
Henricum	*III.*	*Henricum*	*VI.*
Edvardum	*I.*	*Edvardum*	*IV.*
Edvardum	*II.*	*Edvardum*	*V.*
Edvardum	*III.*	*Richardum*	*III.*

V.

Propiores noſtro tempori Reges fuere: *Henricus VII.* Princeps magni apud Anglos nominis, quique *Roſæ Rubræ & Roſæ Albæ* ſ. Lancaſtrenſium & Eboracenſium factiones ſublatas in unam familiam conjunxit, eoq; Regnum internis diſſidiis per plurimos annos fatigatum pacavit. Singulari prudentia ſua Elogium *Salomonis Anglorum* paſſim meruit, & contemporaneis Regibus Galliæ ac Hiſpaniæ, Ludovico XII. quidem prudentia Civili, Ferdinando Catholico vero candore & fide anteponendum cenſet *Verulamius.* Armorum inviolata felicitate fuit, cujus cauſam reddunt, quod ſemper aliquam Belli partem ipſe attigerit, nihilo quoque commotior, ſi quis turbarum in ſe concitatarum rumor ad ipſum perferretur; Ideo cum inter motus Pſeudo-Plantageneta-rum Conſiliarii aliquando vices ejus dolerent, indignarenturq; Regi tam ſapienti tot larvis illudi: Nihil hæc eſſe, reſpondit, *Divinæ Majeſtatis proprium eſſe Idolis vexari.* Pacem interea amavit crebroqve in ore habuit, *Pacem cum Chriſtus in Terram veniſſet, Angelos præcinuiſſe, cum inde exceſſiſſet, ipſum Diſcipulis ſuis legaſſe.* Deliciarum & voluptatum ejus nulla prorſus eſt memoria, cum iisqve ſic egit, ut cum menſis Bellariorum, quas paulatim inſpicimus, mox v. terga vertimus: Ideo pugnarum ſimulacris & ſaltationibus vivis ac perſonatis non niſi cum Dignitate & Comitate intereſſe voluit, ut ſpectatorem potius agere, quam iis magnopere delectari videretur. At plerumq; ſubtriſtis, ſerius & cogitabundus apparuiſſe dicitur, qui geſtus naturam intellectualem maxime decent, quippe qui in animo rerum gerendarum avido obſervationes & curas fovent. Vid. pluribus *Verulamium in Hiſtoria Henrici VII.* Quam & notabili hoc de Charactere Henrici Epilogo finit: Henricum, ſi quem rerum ſuarum defectum ſenſerit, eum ſibi imputare habuiſſe, non fortunæ, ipſumq; in cauſa fuiſſe, ſicubi res majores non geſſerit; Quicquid enim ſuſceperit, perfeciſſe.

VI.

I. Henricus IIX. Princeps magnanimus, in cujus maximo ingenio inerant confuso quodam temperamento virtutes magnæ & vitia non minora, quod *Camdeni* de eo judicium est *Appar. ad Ann. Eliz.* idemq; motuum & mutationum in Anglia secutarum autor: De quo consulendus *Herbertus in Histor. Henrici IIX. Angl. Lond. Ann. MDCLIX. fol. Adde Annal. Godwini Rerum Angl. de Rebus gestis sub Henrico VIII. Edvardo VI. & Maria.* Summa vitæ ipsius hæc fere: Fuit Secundo-genitus Henrici VII. & Archi-Episcopatui Cantuariensi destinatus, hinc Libris Sacris aliquando incubuit, cujus specimen positum, cum jam Rex Angliæ constitutus Librum adversus Lutherum *de VII. Sacramentis* scriberet, sed quem Lutherus acerrime refutavit, quod Scriptum extat *Tom. II. Jenensi Edit. MDLXXII. fol. 130.* Postmodo cum Arthurus primogenitus Henrici VII. & Princeps Walliæ maturius decederet, Henricus Parenti in Regno successit, ducta simul Catharina Arthuri Vidua, quæ nuptiæ postea secreta Dei providentia ordinante omnium eventuum secutorum causa extitere. *Verul. Hist. Henr. VII. p. 1609. & seqq.* Et Henricus quidem eas invitus iniit, parenti tamen ita volenti morem gessit, qui (I.) tenax erat, nec libenter alij, quam Henricus forte ducturus fuisset, reditus novos assignaturus videbatur. (II.) Peculiari affectu, tum ex naturæ inclinatione, tum propter rationes politicas Ferdinandum Catholicum, cujus filia erat Catharina, prosequebatur.

II. Post XX. annos v. demum de Divortio cogitari cœptum, cujus occasio sumpta ab ardore Henrici, qui novorum amorum appetens Catharinam fastidiebat, quippe fœminam austeris moribus & ab omni cultu & venustatis cura abhorrentem. Causa fuit Cardinalis Wolsæus, qui ut ægre faceret Imperatori Carolo V. cujus matertera erat Catharina (Carolus enim Archi-Episcopatum Toletanum ipsi denegaverat, & aspiranti ad Pontificiam Dignitatem impedimento fuerat) primum Confessionario Regis Episcopo *Longlands*, mox ipsi Regi persvasit, Nuptias illas Lege Divina prohibitas esse, nec Pontificem M. Julium II. in iis dispensare potuisse, tanto majus vero peccatum committi, quo diutius Catharina retineretur. Rex itaque ut hinc desideriis suis, isthinc conscientiæ satisfaceret, Pontifici M. Clementi VII. supplicat, irritas pronunciaret has nuptias, nec Pontifex abnuere videbatur, autoritate hanc litem decidendi data Cardinali Campegio

gio & Wolsæo; ambobus Henrici Subditis, Wolsæo Naturali, Campegio assumpto, hunc n. Henricus creaverat Episcopum Salisburiensem. Addiderat quoque Pontifex Bullam in favorem Henrici scriptam, sed quam Campegius vel propalaret, vel celaret pro ratione successuum Caroli V. in Italia. Quodque hic prospera uteretur fortuna, Campegius post longas tergiversationes & procrastinationes ex Anglia re infecta, nec sine magna Regis offensione discessit; Wolsæum quoque qui Margaritam Caroli Alençonii Comitis viduam, Francisci I. Regis Galliæ Sororem, Regi in Uxorem destinaverat, cœpti pœnituit, cum sentiret, eum ferri in Annam Boleniam, quæ erat in Comitatu Margaritæ: Quo suo tepore v. effecit, ut gratia Regis sensim excideret, ac paulo post A. MDXXX. à Superiori Parliamento XLIV. delictorum accusatus bonis ac honoribus exueretur, & mox correpta ex angore animi dysenteria diem suum obiret.

III. Tradunt Anglici Scriptores, comparuisse publice in loco Judicij Regem ac Reginam coram Campegio & Wolsæo, illum Doctoribus stipatum, Richardo Samson, Johanne Bell, Petro & Joh. Tregonwell; Hanc Episcopis, Nicol. West, Ep. Elienſi, Joh. Fisher, Ep. Rocestrenſi, Henr. Standish, Ep. S. Asaphi; Ac Reginam pedes Regis advolutam erupisse: Nihil admissum esse, quod matrimonium ipsorum dissolveret; Neminem, ne ipsos quidem sapientissimos Regum Henricum VII. & Ferdinandum Catholicum utriusque parentes, antehac illegitimi quidpiam in eo agnovisse; Regi se obedientem fuisse, subolem peperisse, etiam virginem ad ipsum venisse, idque conscientiam ipsius testaturam, rogare, spacium consilia è patria petendi concedat &c. Finito sermone abijsse ac nullatenus revocari potuisse: Quo factum, ut postea contumacem proclamaverint. Rationes deinde in utramque partem propositæ, quas etiam exteri pariter ac Angli publicis Scriptis varie agitarunt, improbantibus Conjugium C. circiter Scriptoribus Protestantium, qui omnes secuto Parlamento Regi exhibiti; At defendentibus ex Anglis Joh. Fishero, Ep. Rocestrenſi, Joh. Holiman. Ep. Bristol. Joh. Clerck, Ep. Bathon - & Well. Cuthberto Dunstal Ep. Londinenſi, Nic. West Ep. Elienſi, Thoma Abel, Edwardo Powel, Rich. Featherstone Juris Canonici in Anglia Interpretibus; Ex Hispanis Franc. Royas, Alph de Veruez, Alph. de Castro, J. G. Sepulveda; Ex Italis Card. Cajetano, Lud. Nugarola; E Portugallis Alvaro Gomesio; E Germanis

manis Joh. Cochlæo ; E Gallis Egvinario Barone, Franc. Duareno; E Belgis Ludovico à Schora.

IV. Sed Pontifex M. causam Romæ agi volens data opera moras nectebat, & in Collegio Cardinalium super unica hac quæstione: Num Arthurus Catharinam carnaliter cognovisset? plus quam anni spacium confici patiebatur: Quarum Quæstionum quia XXIII. erant & aliquæ earum ista longe graviores, Henricus patientiam in desperationem vertens, occasione consilij Danielis Crameri, qui Cressæi, ad quem Rex diverterat, filiorum studiis præpositus erat, Academias plerasq; per Europam consuluit, quæ cum unanimiter ferè divortium approbarent, & Pontificem M, male causam hanc protrahere scriberent, Henricus sua autoritate divortium instituendum ratus, semetipsum esse Supremum Caput Ecclesiæ in Anglia edixit, Crameroque ad Archi Episcopatum Cantuariensem evecto, Divortium ab eodem publicari jussit, moxque cum Annâ Boleniâ nuptias celebravit.

V. Ex *Bolenia* hac Elisabetham suscepit, veluti Mariam Elisabethæ sororem ex Catharina antea habuerat. Fuitque Bolenia in causa, ut Religioni Reformatæ locus aliquis daretur in Anglia, quippe quam ipsa amplectebatur. Inde vero gravissima Catholicorum odia incurrit, quibus oppressa tristi fato interijt, ob suspicionem violati tori capite plexa, pervincente sola Regis pertinacia & in amoribus inconstantia, cum interea & Pares eam innocuam declarassent, & ipso Diplomate Domuum Convocationis ac Parliamenti, quo Divortium ejus à Rege sanciebatur, honoratissima ejus fieret mentio nomine *Præclaræ Dominæ*, *Serenissi. Reginæ* etc. Repetunt tamen hodienum hanc Calumniam Catholici, quibus volupe eramben toties coctam resumere, cujus specimen *V. in Dan. Bartoli Europæ Histor. Soc. Jesu p. I. L. I. c. I.* Cui simile est, quod in Vaticano peregrinis ac seorsim Anglis Literas Amatorias Henrici manu ad Boleniam (*to his dear Nan*; Sic n. ipsam appellare solebat) scriptas ostentent. Quasi v. id Annæ pudicitiæ præjudicasset; Cum notum sit, ideo Regem magis inflammatum fuisse, quia repulsam ab ea acceperat.

VI. Secuta *Jana Seimora*, quam Henricus sibi junxit postridiè, cum Bolenia capite plexa esset, sed quæ intra anni spacium & post enixum Edvardum VI. statim fato functa fuit. Quod tamen vulgo tradunt, Edvardum utero excisum fuisse, aliter se habere adnotat *Fuller. Church. H. L.*

H. L. Vil. p. 421. Extare n. ejus ad Parlamentum literas post editum Principem scriptas, præterea Literas Medicorum sequenti die, cum Regina valde langueret, ad Parlam. datas. Postea Henricus Annam Clivensem duxit, sed statim repudiavit, causatus eam forma Principe indigna præditam esse. Tunc Catharinam Howardam sibi junxit, & paulo post violatæ pudicitiæ ream obtruncari jussit. Denique Catharinam Parram allexit, quam etiam Superstitem reliquit: Statu Religionis interea dubio manente, & Pontificiis æque ac Protestantibus ad Supplicia tractis; His quia Missam, Confessionem auricularem & similia Pontificiorum placita respuebant; Illis quia recusabant Henricum pro Summo Capite Ecclesiæ Anglicanæ agnoscere: Qua in re etiam usque ad finem vitæ Henricus perstitit, sine ullo vel ad Protestantes transitu vel ad Pontificios plenario reditu, fato functus A. MDXLVII. Quod n. *Foxus* habet in Martyrologio, ipsum, nisi morte præreptus fuisset, totum Missæ negocium eversurum fuisse, videtur refutari posse Testamenti ejus verbis: *And that there* (loquitur de Sepulcro suo Windesoriæ) *be provided, ordained and set at the costs and Charges of Our Executors, if it be not done in our life time, a convenient Altar honorably præpared and apparelled with all manner of things requisite and necessary for daily Masses, there to be said perpetually, while the World shall endure.* Quibus Missam ad Altare in memoriam sui erectum perpetuo celebrandam sanxit. Totum Testamentum extat *in Fuller. Church Hist. L. V. p. 243. Vid. pluribus Camden. in Præf. super Annal. Elisabethæ. Herbert. loc. cit. Annales rerum Anglican.*

VII.

Sub Edvardo, qui minorennis erat, & à Patruo Seimoro gubernabatur, Religio Reformata in plenum vigorem deducta fuit, Biblia translata, Psalmodiæ concinnatæ & XXXIX. Articuli, qui Anglis loco Confessionis sunt, primo conditi. Cæterum vero, addit Camdenus, *avaritia in res Ecclesiasticas, Collegia, Nosocomia q. superstitiosa involavit rapaciter, ambitio & æmulatio inter proceres, audacia & inobedientia inter plebejos adeo insolenter exultarunt, ut Anglia q. lymphatica intemperiis agi sibi videretur, rebellionibus, tumultibus, partium studiis, pecuniæ depravatione & omnibus malis, quæ sub Rege puero accidere solent intus misere intabescens; Accesserunt etiam damna foris accepta, propugnacula Anglorum in Scotia, nec non in Gallia amissa, Bononia quæ tanti con-*

stitit, & omnes arces in Agro Bononiensi ab Anglis extructæ cum tormentis & omni apparatu bellico pacta pecunia non sine insigni Anglici nominis probro Gallis tradita. Seimorum etiam capitis supplicium subire oportuit, fraude Dudlæi Northumbriæ Ducis subrutum; Et Edvardus Anno ætatis XVI. vitam finivit, relictis Successorum loco Sororibus Maria & Elisabetha, quas & Henricus, si contingeret Edvardum temporius fato fungi, heredes instituerat.

VIII.

Has vero, antequam Testamento Henrici heredes Regi fierent, peculiariter legitimari oportuit; Natales earum enim incompatibiles erant: Mariæ, quia ex incestis nuptiis prognata; Elisabethæ, quia nata ex Bolenia, superstite adhuc Catharina Mariæ Matre. Successionem tamen vigore Statuti Parlamentarii stabilitam accepere, adeoque *Maria*, utpote ætate major, Edvardo successit, quæ Religionem Pontificiam à Matre acceptam reduxit, ac Protestantes ferro flammaq; persecuta fuit: Uno tamen actu Pontifici adversata, quod Cardinalem Wilhelm. Peitum, quem Paulus IV. miserat, ut Cardinal. Poli loco, quem ille tanquam autorem Belli Gallici oderat, Legati vices sustineret, aditu in Angliam prohiberet, & Polum in munere suo confirmaret. Philippo II. Regi Hispaniæ deinde nupsit, sed conjugium improles coluit & Anno V. Regni obiit. Causæ putabantur I. Quia Philippus cum spe Angliæ capessendæ caderet, eam aspernatus fuerat, utpote forma minus grata præditam, ideo tamen ducam, ut Regno per eam potiretur. II. Propter amissum Caletum, unicum adhuc superstes Anglorum munimentum in Gallia, quove amisso *Anglos Clavem ad Galliam amisisse*, proverbium vulgare erat.

IX.

Mariæ *Elisabetha* successit, Princeps Populo pariter ac Proceribus acceptissima, quorum etiam *Edvardi* tempore singulari gratia polluit, ipsique Regi Fratri charissima, quam non alio, quam *Dulcis Sororis Temperantiæ* nomine salutare solitus fuit: Longè majori deinde subditorum favore excepta, cum regimini admota esset, *nec alteram unquam populus Principem proniore & constantiore mente & amore, majore observantia, lætiori applausu & votis repetitis, quoties in publicum prodiret, toto vitæ decursu unquam prosecutus est. Camden.* Tempore Mariæ in carcerem conjecta fuit Oxoniæ, ubi locum hodienum ostendunt,

dunt, & ut spem vitæ retineret aliquam, Missam adiit, licet Religione Reformata esset. Statim v. postquam Regnum suscepit, persecutio Protestantium inhibita: Inde Lex fundamentalis condita, ne alia quam Reformata Religio in Anglia toleraretur, ac perpetuæ Regulæ loco ab ea observatum, ut Protestantes quoquo modo defenderet. Visa initio fuerat Aulicis Reformationjs negocium retardatura esse; Ideo Sacello aliquando egredientem, ac recepto novis Principibus more captivos dimitti jubentem non nemo monuit: Restare adhuc quinque captivos dimittendos; Et quærenti, quinam essent, cum diceret esse *Matthæum, Marcum, Lucam, Johannem, quatuor Evangelistas, & Apostolum Paulum*: Illa nihil intempestive movendum rata, *Expectandum esse*, festive respondit, *quærendosve prius, num dimitti vellent.* Nuptias ejus ambiit Philippus II. sed repulsam tulit, licet universæ Anglorum Historiæ testentur, solum Philippum obstitisse, quo minus Maria è medio sublata fuerit; Sed quoniam id non amore Elizabethæ, sed ex mera Status Ratione profectum fuerat, ne videlicet Maria Scotica, tq. indubia post Elizabetham heres Regni, & per eam Scoti Gallive Regno Angliæ potirentur, impedire non potuit, quo minus inter Regulas Status sui illa reponeret, ut Hispanum quovis modo enervaret. Contigit eâdem si non jubente, saltim non invita, at certe Procerum precibus obruta, cædes Mariæ Reginæ Scotiæ illata, ægre ferentibus Catholicis, unde dirum istud Carmen de Lupis in Anglia non extantibus, de quo *P. I. c. V. §. V. n. 4.* Sed non sine ingenti applausu Subditorum, indignantium, tot insidias Elizabethæ structas, molimináque adversus Regnum ac Religionem susceptа impune auferri. Eandem notavit Jacobus filius Mariæ ac Successor Elizabethæ erecto in Templo West-Monasterienſi hoc Epitaphio: *D. O. M. Bonæ Memoriæ & Spei Æternæ MARIÆ STUARTÆ Scotorum Reginæ, Franciæ Dotariæ, Jacobi V. Scotorum Regis Filiæ & Hæredi unicæ, Henrici VII. Angl. Regis ex Margareta majori natu filia Jacobo IIII. Regi Scotorum matrimonio copulata Proneptis, Edvardi IIII. Angliæ Regis ex Elizabetha filiarum suarum natu maxima Abneptis, Franciſci II. Gallorum R. Conjugis, Coronæ Angliæ dum vixit, certæ & indubitatæ Hæredis & Jacobi Magnæ Britanniæ Monarchæ Potentisſimi Matris. Stirpe vere Regia & antiquisſima prognata erat, maximis totius Europæ Principibus agnatione & cognatione conjuncta & exquisitisſimis omnium animi & corporis dotibus*

& or-

& ornamentis cumulatissima; Verum (ut sunt variæ rerum humanarum vices) postquam annis plus minus viginti in custodia detenta fortiter & strenue, sed frustra, cum Malevolorum obtrectationibus, tum invidorum suspicionibus & inimicorum capitalium insidiis conflictata esset, tandem inaudito & infesto Regibus exemplo securi percutitur: *Et contempto mundo, devicta morte, lassato Carnifice, Christo Servatori animæ salutem, Jacobo filio spem Regni, ac posteritati & universis cædis infaustæ Spectatoribus exemplum patientiæ commendans pie, patienter, intrepide* Cervicem Regiam securi maledictæ subjecit, *& vitæ caducæ sortem cum cœlestis Regni perennitate commutavit VI. Idus Februarii Anno Christi MD LXXXVII. Ætatis XXXXVI.* Sed filialem Jacobi Pietatem hinc potius, quam virtutes Mariæ æstimare licebit: Quod Doctiss. *Thomæ Fulleri* cum aliis judicium est; *King James caused her corps to be solemnly removed from Peterborough to West-Minster, where &c. he erected a monument to her memory, and thereon this Epitaph, wherein such can not but commend the Piety of her Son, which will not believe all the praises of his mother.* Church Hiſtory *of Great Britain L. IX. pag. 18.* Inclaruit deinde Elizabetha maxima victoria, de Invincibili Classe Hispanica reportata, qua Hispanica consilia de occupando Regno Angliæ disjecit: Quibus etiam factum est, ut post A. Regiminis XXIII. in Catholicos durius consuluisse visa fuerit, quia partes Hispanorum amplexuri esse deprehensi fuerant. Vid. *plur. seq. §. XVI.* De cœlibatu ejus varia tunc temporis circumlata fuêre & Alençonium aliquando non odisse, Historici istorum temporum testantur. Sed ita tulerunt mores ejus ut coli, ambiri & amatorio nomine se celebrari passa fuerit etiam ultra sortem ætatis, sed sine lascivia, eoque nullo nævo Majestatis: Ipsaque sæpe animum in cœlibatum propensum testata fuit, & cum Parlamenti Inferioris Orator eam ad Conjugium hortatus esset, composita oratione respondit, sibi satis ad gloriam futurum, si monumento suo aliquando inscriptum esset: *Hic sita Elisabetha, qua Virgo regnavit, Virgo obiit.* Camden. ad A. MDLIX.. Obiit A. Æt. LXX. Christi MDCV Princeps quæ si etiam in privata & meliori fortuna ætatem traduxisset, nihilominus non absque aliqua excellentiæ nota apud homines victura fuisset: Quæ conclusio est *Memoriæ Elizabethæ* ab Ill. *Verulamio* conditæ, Scripti brevis, sed ut omnia Verulamii, prudentissimi. Summam Rerum gestarum ejus Jacobus Rex insigni hac Inscriptione Monumento ipsius in Templo West-Monasterienſi addita expressit.

MEMO-

MEMORIÆ SACRUM.

Religione ad Primævam Sinceritatem reducta, Pace fundata, Moneta ad justum valorem reducta, Rebellione Domestica vindicata, Gallia malis intestinis liberata, Belgio sustentato, Hispanica Classe profligata, Hibernia, pulsis Hispanis & rebellibus ad deditionem coactis, pacata, reditibus utriusque Academiæ lege Annonaria plurimum adauctis, tota denique Anglia ditata, prudentissimeque annos XLV administrata, Elizabetha Regina *Victrix, Triumphatrix, Pietatis studiosissima, felicissima, placida morte septuagenaria soluta mortales reliquias, dum Christo jubente resurgant immortales, in hac Ecclesia celeberrima ab ipsa conservata & denuo fundata deposuit.*

MEMORIÆ

ÆTERNÆ

ELIZABETHÆ Angliæ, Franciæ & Hiberniæ Reginæ, Henrici VIII Filiæ, Henrici VII nepti, Edwardi IIII. proneptì, patriæ parenti, religionis & bonarum artium altrici, plurimarum linguarum peritia præclaris tum animi tum corporis dotibus Regiisque virtutibus supra sexum.

PRINCIPI INCOMPARABILI

Jacobus Magnæ Britanniæ Franciæ & Hiberniæ Rex virtutum & Regnorum hæres bene merenti pie posuit.

X.

Post Elisabetham rerum summa pervenit ad *Jacobum* Regem Scotiæ, Mariæ Scoticæ filium, quippe proximum Regni heredem, & ex Margaritæ filiæ Henrici VII. primogenitæ cum Jacobo IV. Rege Scotiæ conjugio prognatum, ab ipsaque Elisabetha designatum immediatum Successorem. In cujus Charactere annotant. I. Insignem eruditionem: Unde *Regum Doctissimus* salutari amavit, & Libris scribendis maximopere delectatus fuit, quales *Paraphrasis Apocalypseos, Meditationes in*

c. XX. ejusdem, item in I. Chron. XV. Dæmonologia, Misocapnus seu de Abusu Tobacci, Jus Liberæ Monarchiæ, Conjuratio Sulphurea, Apologia pro Juramento Fidelitatis, Monitoria Præfatio ad eandem, Protestatio Anti-Vorstia, Apol. pro Jure Regio adv. Card. Perronum, Meditatio in Or. Dominicam; Inprimis vero Aureum istud & vere Regium Scriptum, *Donum Regium*, quod seorsim variis in locis editum, ac à nobis quoque nuperrime simul Jure Liberæ Monarchiæ recusum fuit: Omnesve uno Volumine comprehendit & titulo Operum Regiorum edidit *Jac. Montacutus* Wintonienſis Episcopus. Imitatusq; ita fuit plurimos majores ſuos, quos itidem hoc laboris genus cepit. Sic *Alfredus Rex* occiduorum Saxonum in Lingvam Anglicam transtulit *P. Oſorium & S. Gregorium de Cura Paſtorali, ejusdemq; autoris Dialogos, Bedam de Actis Anglorum, Böethium de Conſolatione Philoſophiæ, Davidis Pſalmos.* Idem *adverſus improbos judices Codicem Juris ſcripſit & Inſtitutiones, dicta etiam ſapientum, de Regum fortuna* Librum ſingularem, *Chronicorum Faſciculum & Meditationum Enchiridion. Athelſtanus Rex Librum de Aſtrologia & Conſtitutiones Cleri* ſcripſit, *Biblia* item curavit ex Hebraica in Saxonicam Lingvam transferri. *Henricus I.* Wilhelmi Conqueſtoris filius natu minimus in Cantabrigienſi Academia educatus ex artium ſcientiarumque inſigni noticia cognomentum *Beauclerk*, Pulchri Clerici meruit: *Achajus Scotorum Rex majorum ſuorum hiſtoriam* contexuit. *Kennelmus* Scotorum Juſtinianus, *omnes Leges in unum volumen* redegit. *Jacobus I.* non pauca ligata Oratione reliquit *Anglica & Latina*; Et Baleus autor eſt eum *de futura uxore* tractatum exaraſſe. *Henricus IIX.* ſcripſit *de Hominis Chriſtiani & de Juventutis Inſtitutione*, item *de ſeptem Sacramentis contra Lutherum*, quem Librum ipſi *Defenſoris Fidei* titulum peperiſſe ſupra indicatum. At poſtea cum duos alios publicaret nihilo priori deteriores ſive ſtili ſive argumenti intuitu, *de Autoritate Regia contra Papam, & de Concilio Mantuano ſententiam ſuam*, quia aliud quiddam ſpirare viſus eſt, Pontificem non habuit famæ ſuæ tubicinem. *Edvardus VI.* in tanta vitæ brevitate *hiſtoriam tamen ſui temporis* ſcripſit & tractatus tres Lingva Gallica *de Fide, de Idololatria* ſeu Imaginum cultu *& de Papa primatu*, quos Duci Somerſetenſi avunculo ſuo inſcripſit. *Regina Elizabetha preces Catharinæ Reginæ* transtulit in Lingvam Latinam, Gallicam & Italicam. *Centuriam ſententiarum* à ſe collectarum & triplici ſimiliter idiomate ſcriptarum Patri Regio inſcripſit, Saluſtium quoq; transtuliſſe dicitur,

tur. Ipsaque Jacobi nostri mater, *Maria Regina, Institutionem Principis Gallicis* versibus persecuta est, cujus autographum involucro acu materna picto Jacobus sancte custodivit. Quæ similiave pluribus exposuit ante laudatus *Jacobus Montacutus, Præfat. in Opera Regia.* Sed an Negociis Regiis conveniat cum exquisito ejusmodi literarum cultu in ambiguo est. *Tu regere Imperio populos Romane memento, Hæ Tibi erunt artes*, vetus idemque verissimum viri Docti, sed Doctrinam vere æstimantis dictum fuit. Libros promiscue scribere signum remotioris à publicis negociis vitæ est: Quibus vacuos esse Principes, nec incumbentium ipsis curarum numerus, nec concessa vicaria Divina Potestas patitur, quippe quæ in universis Reipubl. singulorumque negociis nunquam non actuosissimos exigit, æque ac Dei in inferiora hæc influxus non tantum efficacissimus, sed continuus est. Sed mores amoresve hominum ab ingeniis eorum pendent, ac proinde quicquid hac in parte laude culpaque dignum est, animo Jacobi transscribendum, quippe in quo II. singularem quandam lenitatem, seu quæ durior aliorum vox est, mollitiem observarunt: Cujus non leve specimen fuit, quod non potuerit evaginatum gladium aspicere, meminitque Digbæus *in Tr. de Pulvere Sympathet.* Sibi cum Eques crearetur, hinc ingens periculum impendisse, & Regem, qui more recepto dorsum ejus ferire debuisset, aversa facie gladium stringentem sibi propemodum oculum excussisse. Inde vero evenit, ut alii Principes eum non magni fecerint, Hispanusque ad lubitum suum per Comitem de Gundemar composuerit. Et Imp. Ferdinandus II. cum in causa Palatina deliberaretur, quid Angliæ Rex effecturus esset, jocatus respondisse dicitur: *Ipsum Legatos missurum.* Angli quoque non minus hac re affecti, inter quos, cum effœtam, certe inclinatam sentirent felicitatem ab Elizabetha sibi relictam, dicterium tunc natum: *Rex erat Elizabeth, nunc est Regina Jacobus.* Adeoque reipsa comprobatum vetus illud: *Si Principi, qui excellenti animo & virtute fuit, alius succedat virtute inferior, posse eum Imperium quidem conservare, sed prædecessoris virtute; Ipse autem si vel diuturnioris vitæ fuerit, aut post illum alius succedat, qui ita non insistat vestigiis primi, ejusque virtutem imitetur, necesse esse ut Imperium corruat.* Seu quod perinde est: *Posse post Principem bellicosum atque excellentem Imperium conservari etiam à Successore pusillanimi, sed si eundem pusillanimum atque Infirmum, h. Belli artibus non exercitatum, sequatur alius similis, eum non posse Imperi-*

um conservare. Quod singulari discursu expositum à *Machiavello Disc. in Liv. L. I. c. XIX.* Angliæ exemplo autem de novo confirmatum. Anglia sub Elizabetha feliciter ac tranquille egit, sub Jacobo in eadem tranquillitate perstitit, superiorum tamen, non istorum temporum virtute, flammamque tunc concepit, qua secutis annis universæ propemodum conflagrandum fuit: Videnda inprimis Acta Historica Regiminis Elizabethæ & Jacobi Lond. A. MDCLVIII. in 12. seu prout Anglice sonat, *Historical memories on the Reignes of Queen Elizabeth and King James. Arthurus Wilson Vita Regis Jacobi, Anglice.* Wilhelmus Sanderson, *Vita Mariæ Reginæ Scotiæ & Jacobi Regni Anglice: Historia Rerum Britannicarum ab An. MDLXXII. & initio Rerum Jacobi VI. ad An. MDCXXIX. Libri XXII.* à Roberto Jonstono *Scoto-Britanno.*

XI.

Carolus I. Jacobo Parenti successit, quo adhuc superstite jam varie matrimonij causa agitatus fuerat, expetita initio Infanta Hispanica, post mutato proposito ad Henriettam Mariam Ludovici XIII. Regis Galliæ Sororem animo applicato. In Regno deinde gravissimis motibus implicitus fuit, & tandem horribili exemplo capitis supplicium à Subditis sibi intentatum subiit; Jacobus enim nævis in Regno Anglicano tollendis parum operæ dederat, quibus tollendis hic postmodo impar fuit, & Anglia quæ sub Jacobo primum fumare cœpit, sub Carolo in apertum ignem erupit: Qua de causa jam dictum. Occasio horum motuum v. extitit intempestivũ Studium novandi Religionem, natumq; inde in dissidentes odium, fœcunda illa tragicorum Orbis casuum mater. Dissidia hæc Anglorum nationem jam à temporibus Elizabethæ habuerant, illaq; præter Episcopales in Puritanos, Presbyterianos, Independentes, Browniastas passim scissa fuit. Et Elizabetha quidem hanc Ingenioluxuriem toleraverat, nunquam tamen permisit, ut aliquo usqve emergerent Presbyteriani & cæteri Episcopalium adversarii, aut Hierarchiæ Ecclesiasticæ Statutis Parlamentariis semel confirmatæ facesserent negocia: Notaque ejus in *Johannem Foxum celebrem Martyrologum* benignitas, quem, licet pertinacior Puritanus esset, non minus atque alium suæ Religionis amore complexa fuit, Parentis titulo ipsum subinde honorans, *Father John Fox*, nec præbenda Ecclesiæ Saliburiensis exuit; Interim sedulo cavit, ne vel ille, vel quisquam ê sociis ejus occasionem dissidii arriperet. Tempore Jacobi vero cum tristi pacis studio sopiretur Anglia,

Anglia, Presbyteriani & reliqua Non-Conformistarum farrago audentiores facti, res suas magis magisque corroborarunt, quippe certi brevi eventuram illam tam diu speratam in Sacro Ordine æqualitatem s. potius Anarchiam. Ac licet Jacobus ab Episcopalibus stare videretur, idemqve statim atqve in Angliam evocatus fuit, promisisset, Synodo quoque, super hasce Controversias Anno MDCIII. habita, ipse Disputantis partes contra Presbyterianos sumsisset, eosque deinde damnasset; Nihilominus Presbyterianis clanculum favere creditus fuit, utpote memor adhuc Scoticorum morum, hosqve proinde & rebus sacris spe futuræ ad placitum eorum emendationis non semel admovit. Hi interim & quoquot Non-Conformistarum erant, jam dudum hac Regula usi fuerant; Hierarchiam non leve fundamentum Religionis Pontificiæ atq; Anti-Christici Regiminis esse. Itaq; cum Regi Carolo posthac ægre facere constituissent, clam populi animis insusurrabant, Regem, quia Episcopalibus faveret, pariter ac ministros ejus & extantiores Episcopos Religioni Pontificiæ non obscuris indiciis addictum esse, ac fore tandem, ut cum progressu temporis omnes Pontificios evadere oporteret. Qui tanto plus fidei habebatur, quia coram videbant, Catholicos liberius haberi & Henriettæ Mariæ ductæ è Gallia Uxoris ministros licentisime agere, ipsisque vi pactorum matrimonialium permitti Religionem Pontificiam, quantum possent, propagandi licentiam. Nec ipsi Pontificii partibus suis deerant & Archiepiscopo Wilhelmo Laudo Cardinalitia Dignitas à Pontifice M. oblata, quam tamen ille constanter respuit. Accedebat pro alienando populi à Rege animo nimius favor, quo Rex Ducem Buckinghamiæ prosequebatur, quem impense oderant, deniqve & infelix succesus auxiliorum Rupellanis missorum. Ex his igitur scintillis prodiere secuti casus tragici, quibus maxima incrementa addita à motibus Scoticis An. MDCXXXVII. factis. Cum enim Scotis Liber Liturgiarum s. Communium precum & Officiorum in Anglia accipiendus offerretur, idque studio tria regna tanto arctius uniendi, ut, sicuti sub uno Rege erant, ita etiam una eademqve Religione continerentur, illi Librum primo damnare, mox armis rem continuare & Regem, qui malevolis suorum animis jam obrutus erat, ad pacem qualemcunqve adigere. Secuta deinde Rebellio Catholicorum in Hibernia, quæ ingenti Reformatorum multitudine trucidata, Anglos & Scotos maximè exasperavit ratos, à Rege subornatos hanc cladem Sociis

Religionis suæ intulisse, videbanturque confirmari, quia in hos mitiori proscriptione, quam in Scotos antea actum fuerat. Tandem igitur ad apertam Rebellionem ventum, armaque nomine Parlamenti populique Anglicani contra Regem sumta, idem Castello Hullæ, quæ prima fuit Parlamenti adversus Regem hostilis actio, sub Præfecto Johanne Hothamo, inde aliis Urbibus excluſus, ac denique ipso Regno ac vita privatus, Scotis etiam novo fœdere cum Anglis contra Regem se implicantibus, condito singulari Instrumento, quod in specie *Covenant* dixere; Regii vero, quia constabat VI. Articulis, Parallelum habuere sex Articulis sanguinariis ab Henrico IIX. olim sancitis; Alii Antichristianismi etiam postularunt, quod DCLXVI literis constare curiosissima indagine observassent. Facta cædes Caroli A. MDCXLIX. d. XXX. Januar. Stylo nostro, MDCXLVIII. Stylo Anglicano, cujus memoriam Anniversariam Angli eadem die hodienum indicto jejunio aliisque sacris ritibus celebrant, cum titulo *Martyrii* Regis Caroli, *King Charles Martyrdom*; Inscriptione item imagini ejus in Bursa Regia positæ expresserunt: *Carolus primus, Monarcharum Mag. Britanniæ secundus, Franciæ & Hiberniæ Rex*, Martyr *ad cœlum missus penultimo Januarij 1648.* Cum Parlamentarii antehac loco imagine vacuo inscripsissent: *Exiit Tyrannus, Regum ultimus, Anno Libert. Angliæ Reipubl. I. Domini 1648. 30. Jan. Vid. inter nostros Sesquiseculum Anglicanum*; Inter Anglos *Martyrologium Wilhelmi Wistanley edit. MDCLXV. Batei Elenchum Motuum nuperorum in Anglia. Wilhelmi Sanderson Hist. Vitæ & Regni Caroli Londini MDCLVIII. in fol. Miltoni Defensionem Populi Anglicani.* Inter Belgas *Salmasium contra Regicidas Anglicos. Regii Sanguinis clamorem ad cœlum adverſo Parricidas Anglicanos. Hagæ A. MDCLII. in 4to.* Metamorphosin Anglorum s. varias mutationes Regum, Regni Rerumque Angliæ A. MDCLIII. Quibuscum & indicanda esset *Historia Caroli Regis Angliæ* A. MDCLVI. Londini edita, nisi affectibus nimis scateret, quos ipsi fronti præfixum Phrenoschema statim indicat, superius Ecclesiam Anglicanam ægrotantem referens cum verbis, πολλοὶ ἰατροὶ ἐμὲ ἀπώλεσαν; Inferius Regem Carolum addito: Καλὸν ἐνταῦθον ἡ τύραννις. De vita & interitu Laudi Archiepiscopi, quem motus hi itidem absorpserunt, singulariter actum tribus voluminibus à *Wilh. Prynne: A Breviate of the Life of William Laud Arch-Bishop of Canterbury extracted out of his owne Diary* ed. Lond. MDCXLIV. Et; *An Introduction to the History*

story of the Arch-Bishops of Canterbury trial, discovering tho the world the Several secret dangerous plots, practises, proceedings of the Pope and his Confederates against England etc. Lond. MDDXLV. fol. Ac denique: *A compleat History of the Tryal and condemnation of Will. Laud.* etc. Lond. MDCXLVI. fol.

XII.

Secutum Inter-regnum excepere primum Parliamentarii, mox *Oliverius Cromwellus*, vir bellicosissimus pa iter ac sagacissimus, verbo, *Politicus sine exemplo*, qui cuncta discordiis tessa nomine *Protectoris* sub imperium accepit. Constitit tunc Anglorum exemplo, non posse Populum Regibꝰ svetum partam nuper libertatem conservare: *Nam plebs habet simile quiddam cum fera, quæ etsi sua natura in silvis pastum quærere & latebras suas habere soleat: Si quæ tamen captiva à teneris annis in carcere nutrita fuerit, eagꝫ deinde in campos libera dimittatur, negꝫ pastum quærere, negꝫ latebras, in quibus se occultare possit, novit: Itaque facile rursus incidit in casses cujusvis, qui illam deinceps venari conabitur. Idem accidit populo, qui consvevit sub aliorum Imperio vivere & ad nutum aliorum gubernari. Nam etsi casu quodam libertatem consequatur, tamen neque rationes novit, quibus se defendere, aut alios offendere possit, nec cum principibus vicinis aliquam noticiam habet, per quos auxilium aliquod sperare queat ad conservandam libertatem. Itaqꝫ sponte redit sub idem jugum, aut etiam deterius, quam id, quod modo excusserat.* Ita Machiavell. *Disc. in Liv. L. I. c. XVI.* & exertis quasi digitis toto seculo & amplius ante novam hanc Reipublicæ larvam commonstravit. Administraverat Cromvvellus aliquam diu Supremi Præfecti militum munus, ab iisque primo nomen Protectoris eoꝙ dominatus sui fundamenta accepit, mox Veteri Parliamento, cujus membra pleraque negligenter & avare res suas tractaverant, dissoluto, ut morientis Libertatis vestigia manerent, novum ex amicis obnoxiisque sibi hominibus constituit, qui potestate omni in ipsum translata ejus imperio se subjecerunt, ac tanquam trium Regnorum Protectorem venerati fuere. Conditum hunc in finem *Instrumentum Protectorium*, Londini A. MDCLIII. d. 16. Decemb. ac tandem Statuto Parlamentario Anno MDCLVII. concluſum, ut Protectoris titulus nomen Summi capitis in Anglia esset, & Cromwellus hoc nomine omnia plenissime dirigeret. Additi etiam Inaugurationis ritus eod Anno d. 26. Junii; Numiꝙ posthac potestatis ejus indi-

indices publice emissi, quorum Limbo inscriptum, licet sensu ambiguo: *Has nisi perituras mihi adimat nemo.* Solus titulus Regius potestati tantæ defuit, quem, quoniam sibi præjudicio futurus fuisset, constantissime recusavit. Nam I. Oportuisset eum restituere Domum Superiorem Parlamentariam, â quâ utpote ex Proceribus Majoris Nobilitatis constante, eoque memori priscorum Regum suorum summopere abhorrebat. II. Non potuisset tam libere de exercitu disponere, sed placita Parlamenti respicienda fuissent, quibus molestiis exemptus erat dum titulo isto carebat. Videatur pro ipso *Vita Cromwelli Germanice edita Norimberg. A. MDCLXIII. in 12. Panegyricus Cromwelli Londini An. MDCLVI in fol.* Contra eum, *Elenchus motuum nuperorum Batæi, Part. II. Nota Politicæ in Vit. Cromwelli etc.* In Charactere ejus observant, ipsum per totam vitam suam nihil majori conatu egisse, quam ut alius videretur & alius esset, semper sui dissimillimum, & id unice curantem, ut libere dominaretur, contraria ratione ad animum & symbolum Reginæ Elisabethæ, quod erat, ut esset *semper eadem.* Itaque, inquit Autor Notarum Politicarum modo indicatarum, Protector Libertatis audiit, cum revera supplantaret eam acerrime, quod patuit ex convocatione & dissolutione Parlamentorum, quæ jusserat quovis triennio instituti & VI. Mensium spatio absolvi, medio tempore vero patiebatur ea minutiis sese atterere, ut tunc re infecta discederetur, & rerum arbitrium ipsi soli relinqueretur. Idem Religiosissimus videbatur, sed qui Religionem inter Dominatus Instrumenta numerabat, in commodave sua trahebat inprimis, quando Parlamenta convocanda erant; Jubebantur n. speciosissimo cum prætextu à rebus Sacris incipere, sed in quibus nullum consensum membrorum Parlamenti secuturum esse certo præsciebat: Itaque præfixum ipsis tempus ea re extrahebatur, quo finito solvi quodque parum rebus ad Statum publicum pertinentibus consultum fuisset, Imperium ei relinqui oportebat. Et Regij nominis contemtor erat, sed Protectoris nomine plenius, quam ullus antea Regum imperabat, ut merito huc tractum Taciti istud de Augusto: *Eum cuncta discordiis civilibus fessa nomine*, non Principis, sed Protectoris *sub Imperium accepisse*, Res gestæ ejus extantiores fuêre: I. Quod Hiberniam pro Rege adhuc stantem subjugaverit. II. Quod Scotiam, quæ nunquam antea armis Anglorum tota superari potuerat, vi in verba sua jurare coegerit, indeque Carolum II. qui post mortem

Paren-

Parentis à Scotis receptus fuerat, ejecerit: Reipsa illud edens, quod Carolus tunc adversus Angliam arma movens in numis prodiderat: *Nemo me impune lacessat.* III. Bellum cum Belgis feliciter gestum, & gloriosa Pace finitum. IV. Fœdus Gallicum, cujus vi susceptum bellum cum Hispano, & Duynkerka Anglico Imperio adjecta, sine dubio ut pede in continenti posito vicini Belgæ ac Hispani ipsique Galli coerceri possent. Obiit Anno MDCLVIII. d. III. Septemb. Die Anglis fatali, quaque Scotos bis profligaverat, semel prælio Dumbarensi A. MDCL, deinde Wigornensi in Anglia A. MDCLI. qua etiam Londinum A. MDCLXVI. flagravit; Reliquitque Protectoratum *Richardo* filio, sed impari tanto oneri, eoq; proinde successu, quem prædixit autor sequentis Διαλυπώσεως vitæ ejus, ipso adhuc vivo conditæ.

ORACULUM ANGLICANUM
de
Futuro *Angliæ Statu.*

Adeste Haruspices!
Stellas ex Politicorum cœlo, Zelo disponamus,
Cui? Quæritur?
OLIVERIO CROMWELLO
Anglo, non Angelo,
nisi forte ex superbientium Cœtu
cœlo *delapsum Luciferum* vocare velis.
Hic
Ex non humili Familia, *ultimo loco natus,*
Ambitionis *Primogenitus* extitit,
Artis pariter & *Neptuni filius,*
Martis Strenuus *Alumnus,*
In Ætna Monte *ab Vulcano edoctus,*
Utriusq; gradivum honorem verè expertus est;
Rebus quippe turbatis insurgere paulatim cœpit,
Divina & humana jura, regnandi gratia, violanda,

Independentia æternarum Confusionum
nec irrito rerum Successu
temerè censuit.
Ecclesiæ bona à Majoribus DEO sacrata
Militum rapinis profanare
(Sed ad temporis injuriam referendum)
Parum est.
Eadem Menstruis Militum stipendiis,
ut solitudinem facerent, dividere
Parum est.
In propria Regni viscera sævire,
Malis artibus contra superiores grassari,
Populi favorem mendaciis ambire,
Parum est.
At
Regem suum, Unctum Domini
Conficti Criminis reum peragere,
Vinctum ad supplicium rapere
Imo
Sub schemate Justitiæ
Carnificis manu
Impie morti dare
post Homines natos
Res est inaudita, stupenda,
nefanda, horrenda.
Rex trium Regnorum ter infelix,
Securi, sed *parum secure* percussus,
quia
in hoc peccavit,
quod fasces, quos mortuus reliquit,
CROMWELLO
Vivus, sciens, volensque noluerat
Submittere, committere.
Enimvero Ille
Ferre non potuit, ut sese
Religionis & Regionis excidio

Impe-

Imperatorem Magnæ Britanniæ
in Throno Regali
Sic volo, sic jubeo, sit pro Arbitrio, Ratione, voluntas
(insolens & inaudita nomenclatura)
ad dies vitæ extolleret,
& sic
Nomen Regis abnuens, Potentiam
(Et quidem non Judicum, & circumcisam)
enixè *in se traheret;*
Rebus in deterius mutatis, etiam parum
Sincera Nomina obrepsisse:
Tyrannus, Libertatis publicæ Protector,
Regicida, Pater Patriæ,
Veterator, Justus, Pius, Felix, Augustus
consalutatur.
Quippe
Felicitati nunquam deest infelix adulatio:
Imo
nil veritus est, Formam Regiminis,
quantum unâ manu everti potest,
evertere.
Parlamenta, Firmamenta & Fundamenta *Status*
ut tutius regnaret,
efformare, reformare, infirmare.
Sartoribus & Sutoribus, non Senatoribus implere
nil pensi habuit:
De quo flagitio nemo priorum & piorum *Regum*
rite *cogitare ausus* est.
Porrò
Nequid usquam honesti proborum oculis occurreret,
Judæos, hominum quisquilias, *Civitate dignatus est*,
Terram & inexhaustum Mare abunde rapinis explevit,
Inimicorum pariter & Amicorum opimis spoliis insolens,
indigna quæque digna habuit.
Sed quis Dominationis modus?
Blandientium & Congratulantium *Regum Legati*

Hiſpaniæ & Galliæ
deſpectui habiti.
Jus belli & pacis pro lubitu uſurpatum;
Per Inquiſitiones loqvendi audiendiqve commercia interclusa.
Stuardorum Domus ex generis humani memoria *abolenda:*
Ut omnia hæc, omnia ſomnia præfigurarunt!
Eheu!
Res gravis eſt, *exſcindere Regalem Stirpem.*
Sed quid deniqve?
Flagitium in Conſcientiæ ſupplicium ceſſit,
Prout ſub omni Crimine diſcrimen latitat.
CROMWELLI auribus perpetim obſtrepit:
Nunquid Pax poteſt eſſe Zamri, qui interfecit Dominum ſuum?
Aut cuncta omnium politicorum ſcita falſa ſunt,
Aut *Violentum Cromwelli Imperium diuturnum non erit.*
Juſtus eſt Dominus, & juſtum eſt Judicium Ejus!
Proripiet ſe ex turba Boni publici *Zelotes*,
Ultricem patriæ dextram commodaturus:
Redibit legitimus Regni hæres

CAROLUS,

Uſurpatoris ſævitiam Clementia excutiet,
nec ſine Triumpho:
Quia de civibus Victoria erit,
Cuncti bello feſſi, Pacis ſtudio ad debita concedent obſequia.
deturbato Turbone;
Priſtinisqve legibus moribusqve revocatis
Regnum
Feracisſimum Religionum, *Sterilisſimum Pietatis*
feliciter vindicabit.
Ita,
Si DEUS favet,
vovet
J. M. M.

Poſt

XIV.

Post mortem ejus & interjectas exiguas nomine Protectoratus controversias, admirabili Divinæ Providentiæ exemplo *Carolus II.* sine ulla vi aut impetu armorum in Regnum rediit A. MDCLX. consiliis Edvardi Montacuti, Comitis de Sandwich & præcipue Georgii Monkij, Ducis de Albemarle adjutus. Ipse cum in Pacificatione Pyrenæa negligenter habitus fuisset, Burdigalæ apud Præsidem Olstenium non semel ingenti constantia asseverasse legitur, intra vertentem annum se paternis Regnis redditum iri: Quod occultum præsagium fidem ab eventu contra omnium opinionem habuit. In eo duntaxat opinione sua falsus fuit, quod diceret, non sine labore, cæde ac sangvine illam sui restitutionem futuram. *Galeat. Guald. Hist. Pac. Pyr. f. 65.* Natus est A. MDCXXX. d. XXIX. Mart. quo ipso tempore ingens Ecclipsis Solis facta, stellaq; ipso meridie in cœlis visa fuit. A. MDCL. à Scotis in Regem susceptus, sed victus A. MDCLI. ad Wigorniam exilium subiit, elusis Parlamentariorum capturæ ejus satagentium consiliis, servatusq; primum in quercu, quam *Quercum Regiam, the Royal Oake*, ex eo dixere, post inter amicos clam habitus, ad Maritima contendit servum Johannæ Nobilis Fœminæ se gerens, ac Diepæ pedem extulit, inde in Belgio, Germania, Gallia, ultimoq; in Flandria substitit, postquam Cromwellus apud Galliæ Regem acrius institerat, obtinueratq; ut Regno illo exigeretur. Revocatus Schevelinga loco prope Hagam Comitis Classem ex Anglia missam conscendit, ac Doveræ exscendens prono osculo solum Patrium salutavit, ipse innumera Procerum ac populiq; multitudine applausuqve exceptus ac Londinum ductus, ubi primam orationem ad Parlamenta fecit Mense Junio dicti A. MDCLX. Ritus inaugurationis ipsius peracti sunt A. MDCLXI. XXIII. April. Quos iterum singulare in cœlis Phænomenon, transitus Mercurij per Solem comitatus fuit; Ac describuntur in *Diar. Europ. ad hunc Annum:* Inde Catharinam Infantam Portugalliæ sibi matrimonio junxit, sed sterili, unde varij animorum de Successione futura motus. Res, quæ Imperium ejus memorabile reddidere, sunt. I. Bellum cum Belgis ab Anno MDCLXIV. ad A. MDCLXVII. non magno cum successu Anglorum gestum, idemq; A. MDCLXXII. & LXXIII. repetitum. II. Horribilis pestis, quæ Anno MDCLXV. sex mensium spacio in sola *Urbe* Londinensi 97000. Hominum absumsit. III. Gravissimum incendium, quod Anno MDCLXVI. à II. ad VI. Sept. Londinum habuit & 13200. domos

mos absumsit: Cujus causa creduntur Pontificij fuisse, quorum & carmen mense Novembr. ejusdem anni in Aula Westmonasterienſi repertum fuit, hac summa: Babylonem Bestiamqve Apocalypticam numero 666. designatam jam cecidisse, præsentemqve annum proinde primum instaurandæ Ecclesiæ Romanæ in Anglia existere: Ipse tenor ejus talis:

Covere la feu yee Hugonots,
That have so branded us with plots,
And henceforth no more Bonfires make,
Till ye arrive the Stygian Lake;
For dovvn ye must yee Hereticks
For all your hopes of Sixiy Six.
The hand against you is so steady,
Your Babylon is falln all ready;
And if you will avoyd that happ,
Return into your mothers Lapp;
The Devil a mercy is for those,
That Holy mother Church oppose.
Let not your Clergey you betray,
Great Eyes are op' e, and see the vvay
Return in time, if you vvill save,
Your souls, your lives, and ought you have,
And if you live till sixty seven,
Confeß you had fair vvarning given:
Then see in time, or e're be blind,
Short time vvill shevv you vvhat's behind.
Dated the fifth of November in the year 1666. and the first
Year of the Restoration of the Church of Rome in England.

Repertæ & Literæ sine subscripto nomine, quibus Autor testatus fuit, se è Pontificijs illis fuisse, qui consilium de incendenda Urbe inierint, hos jam in eo esse, ut procurent à Gallis invasionem Angliæ, Doveramqꝫ ad primum impetum destinatam esse, quia milites Præsidiarij ibi sint Pontificij; Se rogare, nollent inquirere in nomen suum, se illo statu in quo adhuc esset, melius Regno consulturum, abhorrere interea à sanguinolentis istis consiliis, eoque ipso adductum jam Religionem Pontificiam cum Reformata mutasse. Prostat de Rebus huc perti-

pertinentibus peculiare Scriptum autoritate Parlamentaria Anno MDCLXVII. editum. *A true and faithfull Account of the several Informations exhibited to the Honorable Committee appointed by the Parliament to inquire into the dreadfull Burning of the City of London together with other Informations touching the Insolency of Popish Priests and Jesuits.* Sed vetera illa sunt Catholicorũ consilia Regem Regnumq; subruendi ac Religionẽ suam reducendi, qualia etiam non tantũ Elisabethæ, sed Jacobi inprimis tempore innotuerunt, cum A. MDCV. Domum Parlamentariam simul Proceribus, Rege ac Prole Regia subjecto Pulvere Pyrio incendere disjicereqve molirentur. Quod facinus Angli *Conjurationem Sulphuream*, & Conspirationem Pulveris Tormentarii, *the Gunpouders Treason*, vocare solent, detectiqve memoriam hodienum solenni Festo d. V. Novembris, indignantibus Catholicis, celebrant. Historia ejus singulariter descripta extat in *Opp. Regiis Jacobi R.* variisve posthac locis linguisqve prodiit. Neque meliora istis tulerunt nostra tempora Anno præcipue MDCLXXVII. LXXIIX. LXXIX. in Regis personam agitata detectaque molimina: Unde severius quidem in conscios agi cœptum, dubitantibus interea prudentioribus, an paribus tanto malo consiliis, suspicantibusque, hic quoque locum inventurum, quod Tacitus alicubi de hominibus nonnullis sui temporis scripsit: *Esse genus hominum, quod in Civitate nostra & vetabitur semper & retinebitur.*

XV.

Interna Dissidia, quæ Angliam olim exercuere, fuerunt, *Rosæ Albæ & Rosæ Rubræ*, Familiis duabus *Eboracensi & Lancastrensi* de Regno contendentibus, quarum hæc *Rosæ Rubræ*, illa *Rosæ Albæ* insignia gessit: Quæ tandem ab Henrico VII. tunc temporis Comite Richmondiæ, sopita sunt, qui victo & interfecto Richardo III. Rege Elisabetham superstitem ex Eboracensi familia filiam, in uxorem duxit, & Fratrem ejus Edvardum Plantagenetum ultimum Eboracensium Londini captivum detinuit, post consiliis *Parkini* implicitum è medio tolli curavit. *V. Verulam. in Histor. Henrici VII.* Fuereque ejusmodi factionum nomina etiam circa ista tempora, *Morosinorum & Caloprinorum* in Rep. Veneta: In Frisia factiones *van de Schiringers ende Vet Kopers*: In Flandria *de Witte Munkskappen*. Totum Belgium fatigarunt *Cabeljavÿ & Hoschhoschj* seu Hoekschj, de *Kabeljauschen en de Hoeckschen*, quorum hi Margaritæ Ludo vici

dovici Bavari uxori, illi Wilhelmi Margaritæ filio addicti erant. *Quâ de re V. Aventin. L. VII. Annal. Boicor. & ex eo Boxhorn. Hist. Universf. ad A. MCCCCIX. p. 937.* In Germania & Italia durantibus controversiis inter Pontifices M. & Imperatores fuere *Gibellini* & *Guelphi*, hi à Pontificiis partibus, isti ab Imperatoriis. Vid. *Boxhorn. Histor. Universf. ad A. MCXXV. p. 687. & 688.*

XVI.

In negociis Anglorum cum exteris indicanda primo *Hispanica*: De quibus notamus. I. Bellum cum *Classe Invincibili* Hispanica gestum A. MDLXXXVIII, in quod paribus animis tunc itum fuit: Causæ apud Philippum II. Ne Galli ab Elisabetha in posterum auxilia acciperent, vel si Elisabetha moreretur, Scoti aliquando Angliam simul Scotia & Hibernia Galliæ adjicerent. Accedebat studium juvandi Religionem Catholicam, quam Elisabetha Regnis suis ejecerat; Deniqve privatum in Elisaberham odium, à qua repulsam nuptiarum tulerat, atque alias minus gratam in se extitisse putabat, cum ille tamen complura favoris sui specimina erga eam edidisset. Elisabethæ contra commune cum aliis Principibus Europæ propositum erat, summam Philippi potentiam in Indiis pariter ac Europa omnibus æque suspectam, coërcere, quem in finem & Franciscum Dracke, Thomam Candish, & alios emisit, qui multas in utraqve India Philippo molestias creavere, Angliam a. opimis prædis locupletarunt. Eandem ob causam Belgium Fœderatum maximopere adjuvit, & Galliæ secuto A. MDXCVI. non levia auxilia tulit, ne ruina ejus Hispano incrementum præberet. Clasis illa à Philippo adornata trium annorum spacio, & à summa rerum omnium copia *Invincibilis* nomen tulit. Militibus constitit fere 19000. Nautis vero 7049. Dynastis 220. ipsis Religiosis & Chirurgis 669. & toto numero. exacte computato hominibus 28239, navibus denique CXXXV. Sed unius Mensis spacio quantacunqve erat disjecta fuit, præcipue quidem dirigente Divina Providentia, atqve ne Regno Reginæqve optimæ vis inferreretur, ventos, tempestates aliaqve naturæ ministeria opponente. In causis humanis verò, primo incuria & tarditate Ducis Parmensis, qui cum XL. navibus minoribus è Belgio præsto esse jussus, ob causas intervenientes id effectum non dederat: Deinde punctuali observantia mandatorum Regiorum, quibus strictissime imperatum erat, nequid tentarent, priusquam Parmen-

Parmenſis copias ſuas adjiceret, quod ſi in mandatis non habuiſſent & occaſioni quidpiam relictum fuiſſet, Claſſem Anglicam facile in portu opprimere potuiſſent; Denique virtute Anglorum, quorum naves immanibus & tardiſſimis navibus Hiſpanorum minores & agiliores maxima damna Hiſpanis inferebant: Qua ratione & Romani olim Claſſem Carthaginenſium ad Inſulas Ægades ſuperarunt, quia illa commeatibus, exercitu, propugnaculis & armis nimium gravata fuerat; Romanorum Claſſis vero promta, levis & ad ſimilitudinem equeſtris pugnæ inſtituta, ut remis quaſi habenis agi potuerit *V. Flor. L. II. De Bello Punico C. II.* Eodemqve modo poſthac Belgæ, quia minores naves habebant, quas Avila Hiſpanorum Dux Piſcatorias appellare ſolebat, Anno MDCVII. Duce Hemskerkio numeroſam atque à vicinis arcibus defenſam Philippi III. claſſem in ipſo ſinu Gaditano ſuperarunt. Ferunt Philippum II. hanc cladem placidiſſime tuliſſe & reſpondiſſe nuncio ejus: Se Deo gratias agere à cujus Liberali manu tantum potentiæ viriumque ſibi datum fuerit, ut aliam rurſus in Mare Claſſem educere non dubie poſſet. *V. præc. c. I. §. VII.* Quo nomine & Octaviano Cæſari Strada antefert, quippe ad nuncium Varrianæ cladis mente tantum non motum; Et glorioſorem ab hac conſtantia fuiſſe, quam futurus fuiſſet ab Anglicana victoria, idem jactitat, cum illam ejus milites demum ipſi parere potuiſſent, hanc vero Lauream ipſe ſibi Dux & miles impoſuerit. De Triumpho Anglorum judicat, victoriam ipſis ab irato Deo conceſſam fuiſſe, qui permiſerit abuti ipſos proſpero illo ſucceſſu ad hæreſin ſtabiliendam, cujus jugo per ipſam cladem excuti potuiſſent, neqve gloriandi materiam magnam ipſis ventos tempeſtatesqve reliquiſſe, neqve ex fortuna hac ſe magis pios venditare potuiſſe, niſi Saracenorum Turcarumqve perfidiam Chriſtianæ Religioni anteponendam aliquis velit, quod collectas multo Chriſtianorum apparatu vires illi tam ſæpe ſecundis prælijs profligaverint. *Vid. Decad. II. in fin. L. IX.* Sed ratiocinia hæc è verſatilis Topicæ, non prudentiæ fontibus petita ſunt; Et ſi ita fuit, cur Catholici tam confidenter obtinendam Regi Hiſpaniæ victoriam polliciti fuerant, nihil veriti Anglos ſimili ſolamine ſe confirmaturos; Aut quid erat, qvod veniente Claſſe adeo minax ſcriptum Card. Alani nomine (cujus Autor tamen Perſonus, V. *Watſons Quodlibet. p. 240.*) ediderint: Jam peſſum ituram cum Hæreticis ſuis Reginam; Imminere cædem omnium: Expenderent Angli

gravitatem periculi, redirent ad priſtinam fidem; Ita gratiam indepturos, & Cardinalem eo fine affuturum, qui manibus hoſtium pœnitentes ereptu-rus ſit. Quæ Libri exemplaria tamen, cum res ſiniſtre ſucceſſiſſet, Per-ſonus omnia, quæ nanciſci potuit, comburi curavit. Interim Eliſabetha ſupplicationem & gratiarũ actionem per omnes Angliæ Eccleſias decrevit, ipſaque quaſi triumphum agens cum ſpectatiſſimo Nobilium agmine per plateas Londini cœruleo panno veſtitas & Civium Societates cum ſuis Bannerijs pulcherrimo ſpectaculo utrinque aſtantes pilento bijugi Tem-plum Paulinum adiit (ubi vexilla hoſti rapta propoſita) gratias Divino Numini demiſſiſſime egit & Concioni, qua DEO ſoli gloria relata, interfuit: Admiralio quosdam reditus ob operam tam feliciter navatam aſſignavit; Eum & navium præfectos ut Patriæ conſervandæ natos ſubinde laudavit, cæteros nominatim, quoties vidit ut præclare meritos gratanter ſalutavit, quod inſtar præmii illi habuerunt, Saucios & egentiores penſionibus ho-neſtis remuneravit. Eruditi vero domi foriſque animis lætitia præge-ſtientibus victoriæ congratulantes Triumphalia omnibus Linguis ceci-nerunt. *Camden. Ann. Elizab. ad A. MDLXXXIIX.* Numi præterea cuſi in memoriam nobiliſſimæ victoriæ his fere Inſcriptionibus: *Venit, Ivit, Fuit.* Alius: *Flavit & Diſſipati ſunt.* Et: *Allidor: non Lædor.*

II. Tempora Jacobi cum Hiſpano pacata fuere, quibus tamen Hiſpa-nus Jacobi ingenio potius abuſus fuit, quam ut fidam cum eo amicitiam coleret, adhibita hanc in rem opera Legati ſui Comitis de Gundemar.

III. Nova amicitia inter duo Regna coalitura videbatur, cum Carolus I. adhuc Princeps Walliæ Infantam Hiſpanicam ambiret, quæ res tamen, quia reſtitutione Palatinatus niti debebat, ſucceſſu caruit: Unde factum, ut cum Carolus in Angliam reverſus eſſet, amicitia in Bellum mutaretur, nul-lo tamen cum notabili effectu, Jacobo quippe apparatui ejus immoriente.

IV. Tempore Interregni adverſus Hiſpanum iterum bellatum fuit occaſione fœderis à Cromvvello cum Galliæ Rege initi, quo Bello du-rante Hiſpani paſſi fuere I. Cladem Duce Blackio in Canariis acceptam A. MDCLVII. d. XIII. April. Blackius enim reſciverat, Claſſem ex India Orientali in Portum S. Crucis ad Inſulam Teneriffam appuliſſe: Itaq; facto ob omni memoria digno, nihil moratus circumjacentia Caſtella, vel innumera tormenta inde in naves ſuas confertim jactata, portum in-greſſus eſt & totam Claſſem Hiſpanicam deſtruxit: Pro quo egregio faci-nore & anulum quinque millium Librarum à Parlamento meritus fuit.

II. Amis-

II. Jacturam Duynkerkæ, quæ vi pacti inter Gallum & Cromvvellum in Anglorum poteſtatem venit, nova Clavis Galliæ ac Belgii ipſi futura, ſed paulo poſt reſtituto Carolo II. ærarioqve nondum ſatis inſtructo accepto 500000. Librarum pretio Galliæ tradita. III. In America quoq; Jamaica tunc Hiſpanis erepta, ex eoqve, Bello etiam ceſſante, crebrius inter utramque nationem ibi controverſatum fuit, & inprimis A. MDCLXX. prope abfuit, quin ad apertum Bellum iretur: Hiſpani n. dicto A. LXX. partem Septentrionalem Jamaicæ invaſerant, & loca nonnulla combuſſerant; Morganus itaque Gubernator Jamaicæ paria relaturus in continentem Americæ involavit & ocupatis *Panama & Porto Vejo*, Clavibus Regni Peruviani & Mexicani, prædam inſignem egit, pedem tamen mox referens, audito Comitis de Lemos Vice-Regis Peruviæ adventu. Sed quia commune incendium Europæ illo tempore jam imminere credebatur, ultione ulteriori utrinque abſtinuerunt.

XVII.

Negociorum Gallicorum præcipua materies prætenſio Regis Angliæ in Regnum Galliæ, cujus etiam titulum & Inſignia ille adhuc gerit. Initium prætenſionis fuit ſub Edvardo III. cujus parens Edvardus II. Iſabellam Philippi Pulchri unicam filiam in uxorem duxerat, eoqve Philippo moriente Succesſionis jure Regnum Galliæ ſibi vindicabat. Et Galli quidem cauſabantur Legem Salicam ipſi obſtare, ac Regnum Galliæ colui alligatum non eſſe, ſed ille ſe gladio ſuo id alligaturum reſpondens, Gallos invaſit, illisque aliquot præliis fuſis magnam Regni partem ademit: Secutus deinde aliquanto tempore poſt Henricus V. Rex Angliæ, Carolum VI. Regem Galliæ in tantas anguſtias redegit, ut Carolus, quia non nunquam mentis impos erat, licet dilucidis intervallis non deſtitutus, ipſi adminiſtrationem Regni Galliæ ſe ad huc ſuperſtite concedere, & excluſo Carolo VII. filio ſuo, Henrici filium Henricum Sextum, tunc temporis adhuc minorennem, heredem Galliæ ſcribere cogeretur, hac unica conditione poſita, ut Iſabellam filiam Caroli in Uxorem duceret. Interim decreſcente Anglorum induſtria Galli ſenſim vires reſumſere & cum progreſſu temporis Anglos tota Gallia excluſerunt. *V. prac. c. III. §.* Ultimum fuit Caletum tempore Reginæ Mariæ Anglis ereptum, quod licet plus impenſarum, quam redituum quotannis numerarit, (qua excuſatione Angli & jacturam iſtam, & noſtro tempore Duynkerckanam extenuarunt) nihilominus magni momenti erat, locum

ejusmodi amitti, qui incredibili sumptu & accurata diligentia, contra quoscunque hostium insultus ducentos & undecim annos conservatus fuerat, quique Regum Britannicorum Janua Clavisque tamdiu extiterat. Munimenta instar armorum sunt, quæ fructus per se sterilia sunt, at ne fundi fructusque nostri sterilescant prohibent. Conditum tunc in hanc expugnationem egregium carmen à Mich. Hospitalio Galliæ Cancellario, quod tanquam Epiphonema expeditionũ Anglicarum in Galliam, ac simul Paræneſin ad Statum nostrorum temporum hic subjiciendum duximus:

Sic mutat fortuna vices, & ludit atrocem
More suo ludum, nunc his, nunc æquior illis.
Nos adeo fusi & magno certamine victi
Nuper ab Hispanis fortes modo vicimus Anglos,
Ereptas Patribus tandemque recepimus urbes,
Oceano in medio jussis regnare Britannis:
Illi cum lacrymis terra cessere retenta,
Possessaque suis atavis jam tempore longo.
Namque erat in fatis rediturum haud ante Caletum
Ad veteres Dominos, quam se Regina marito
Traderet externo Veterumque propagine Regum
Posthabita, novus hic succederet advena Regnis.
Ipse Valesina venturum è stirpe nepotem,
Merlinus vates multo prædixerat ante,
Sangvinis ultorem nostri, cladisque futurum
Crescia cæ cecinit, qua Francica pene juventus
Omnis & extinctæ sunt longa in tempora vires:
Non magis ille suis, (quanquam verissimus auctor)
Creditus est, Trojæ Priami quam filia Regis.
Quin etiam tantum his animi victoria duplex
Addiderat, tantus nostri contemptus, ut arcis
In foribus summis legeretur marmore duro
Incisum carmen (valet id sermone Latino)
TUM DEMUM FRANCUS PREMET OBSIDIONE CALETUM,
CUM FERRUM PLUMBUMVE NATABIT SUBERIS INSTAR.
Barbara vox supraque hominum fiducia morem.
Sed neque tot circumductæ, fusæque paludes
Totque objecta vias passim castella per omneis

Præsi-

Præsidiis insessa virûm, potuere morari
Nostrorum turmas equitum peditumque cohortes etc.
Quas, ergo, tot opumque Deo tantæque datori
Lætitiæ, nobis fas est persolvere grates?
An delecta boum, pecudum vel corpora centum
Illius ante pias grati mactabimus aras?
An lætum pæana canemus, joque triumphe,
Quodque solet dici victorum carmen honori?
Usurpata malis cultoribus ista Deorum:
Nos hanc gloriolam potius laudemque sinamus
Invicto, fortique DEo: turgentia Regum
Colla superborum qui proterit, & pede calcat,
Subjectos, humilesque ipsique accepta ferentes
Omnia, tollit humo supera ad convexa polorum.
Qui nos successu nimio, rebusque secundis
Inflatos, ideo castigat more paterno,
Casibus exercens variis, nec nostra putemus,
Quæ nos ille frui secura mente sinebat:
Ut rerum & columen nostrarum, spemque salutis,
Privati, Regesque DEO ponamus in uno:
Nec fracti nimium, dura cum sorte gravamur;
Nec rursum elati, veniunt cum prospera nobis.

XIIX.

Anglorum & Belgarum disfidia videntur inprimis orta ex commerciorum utriusque gentis magnitudine, hincque nato metu mutuo, ne altera pars alterius vel remoraretur, vel prorsus obruta cuperet commoda. Ac ne lites Bello proximas tangamus, quæ Insularũ Bandanarum nomine ante LX. Años & amplius inter eos intercesserunt; Res primum aperto ac soleñi Bello commissa fuit A. MDCLII. occasione sumpta à captura Harengarum & damnis in utraq; India perceptis: Præliis tunc Belgæ infeliciores extitere, quorum ultimo ipse Archithalassus eorum Trompius occubuit; Sed non biennio diutius duravit hoc dissidium, cum Belgæ missis Legatis à Cromwello pacem impetrarent West-Monasterii initam d. V. April. A. MDCLIV. cujus summa fuit, ut liber inter ambas nationes inposterum esset commerciorum usus, de damnis usque ab A. MDCXI utrinque acceptis per Commissarios cognosceretur, Belgæ cædis in Amboina

boina Anglis illatæ reos punirent, ac denique in Maribus Britannicis coram Navibus Anglicis vela demitterent. Vid. *Articulos Pacis in Tractatibus. Hist. Polit. ad Brachel.* Restituto deinde Rege glisceteq; iterum æmulatione utriusque nationis res A. MDCLXV. Bello de novo commissa fuit, Anglis causantibus: Belgas nihil dum satisfeciisse nomine occupatæ Insulæ Poleroon, ibidemque in incolas & ipsas arbores exercitæ crudelitatis: Societatem Indiæ Orientalis obstacula posuisse duabus navibus A. MDCLXII. juxta Cochinum, quo minus mercaturam ibi exercerent, easque re infecta reverti coactas fuisse: Societatem Indiæ Occidentalis insuper tres alias naves suas à Gvineæ litoribus repulisse. Denique nec plenè satisfactum esse ob naves duas Bonaventuram & Bonnesperanzam Ann. MDCXLVII. sibi ereptas. Descriptionem Belli hujus aliquam dedit *Wilhelmus Sovinas* Tract. Englische/ Nederlandsche ende Münsterische Krakelen Ann. MDCLXVI. Finemq; accepit A. MDCLXVII. quo Bredæ mense Julio his fere Articulis Pax concluſa fuit. Ut omnes Coloniæ, regiones &c. quas alterutra pars d. XX. Maii istius Anni habuisset, ab eadem retinerentur: Qua ratione novum Belgium quidem ad Anglos, Insula Poleroon vero ad Belgas transiit, & Guinea penes eosdem mansit. Deinde ut navium invasio & similes Hostiles actiones intra duodecimum diem in Oceano Germanico, der West- und Nord-See/ cessarent; Intra VI. Hebdomades v. usque ad Caput S. Vincentij; Intra X. hebdomadas usque ad Æquatorem & post VIII. menses per totum Orbem: A Belgis præterea promissum fuit, se neminem rebellium Anglorum post hac recepturos vel defensuros. Vid. *Diar. Europ. Cont. XIV. Appendic. part. III.* Ex quo tempore arctior inter utrosque amicitia coalitura esse credita fuit, Fœdere, secuto An. MDCLXIIX. condito, in cujus partes etiam Sveviæ Regnum assumptum, quodqve posthac Triplum Fœdus, seu Confœderationem Triplicem, die *Triple Alliance*, h. Fœdus Anglis, Svedis & Belgis commune dixere, Articuli ejus extant *in Diar. Eur. Cont. XIIX. p. 229.* Finisque fuit ut æquilibrium rerum Europæarum servaretur, eoque opera daretur, ne Belgium Hispanicum à Galliæ Rege vel alio quoquam occuparetur: Cujus conservatio in eo Statu, quo nunc gaudet, quantum momenti afferat istiæquilibrio dictum supra *P. I. c. VI. S. I. §. VI.* Sollen nicht allein verpflichtet seyn / allen Fleiß und Embsigkeit anzuwenden / daß der Friede zwischen den benachbarten streitigen Königen aufs schleunigste geschlossen/ und darnach unver-

unverhindert conserviret werde; Sondern auch ihre Pflicht so viel möglich dahin zustrecken/ daß gantz Europa den Frieden / wornach so sehr verlanget wird/ lange Zeit möge genieſſen und beſitzen: Und so ferner dahin zu ſehen / das alles in dem ruhſamen Stande möge bleiben / darein es durch dergleichen offentliche Friedens-Verbündnüſſen gebracht worden. *Art. IV.* Sed nondum finitum erat quadriennium, cum gravis illa procella è Gallia Belgas concusſum iret, cui quoniam Rex Angliæ ſe quoque jungebat, Fœdus hoc ruptum Belgæque de novo petiti fuere, cujus cauſæ juſtificæ redditæ 1. Turbata à Belgis commercia Anglica in India Orientali. 2. Injuriæ in Americæ Provinciis Anglis & in ſpecie Coloniæ Surinamæ illatæ. 3. Velorum Demiſſionem, antiquiſſimam Angliæ Regum prærogativam, eandemque à Belgis toties agnitam, toties promiſſam, negatam fuiſſe. Initium factum ab invaſione Claſſis Smyrnenſis A. MDCLXXII. M. Martio, quæ tamen infeliciter ſucceſſit: Secuta deinde Belli indictio M. Aprili; Pax v. iterum Londini condita M. Februario A. MDCLXXIV. qua Pacificatio Bredana renovata & Velorum demiſſio Anglis promiſſa fuit, addita Summa octingenties mille Imperialium iisdem ſolvenda. Die General-Staaten der Vereinigten Niederlande auf ihrer Seite / und in Erkäntnüß deß gehörigen Rechts des Durchleuchtigſten Königes von Groß-Britannien ſollen erklären und zugeſtehen / gleich wie ſie hiermit erklären und zugeſtehen / daß alle Schiffe oder Fahrzeuge den ermeldten Vereinigten Niederlanden zuſtändig / es ſeyn Krieges-Schiffe/oder andere/allein/oder in Eſquadres zertheilet/ in den Seen von Capo Finis Terræ biß an den Mittel-Punct des Staaten Landes von Norwegen / ſo den Schiffen und Fahrzeugen des Durchleuchtigſten Königs von Groß-Britannien / welche höchſtgedachte Se. Majeſtät Wimpel oder Segel J. A. C. bezeichnet / führen/ſie ſeyn allein oder mehr an der Zahl begegnen/auf ſolchem Fall ihre Top-Wimpel von dem groſſen Maſt-Baum nehmen/und das Top-Segel ſollen fallen laſſen / alſo und mit dergleichen Ehren-Zeichen / als jemals zu einiger Zeit in einigen Plätzen zuvor den Schiffen Se. Majeſt. von Groß-Britannien oder Dero Vorfahren durch einige Schiffe der General-Staaten oder ihre Vorfahren iſt bewieſen worden oder gebräuchlich geweſen. *Art. IV. Pacif. Lond.*

XIX.

Angliam Imperio Germanico ſe aliquando ſubmiſiſſe Scriptores J. Publiçi noſtri docent *Limnæus L. I. c. IX. n. 25.* Reinking. *L. I. Cl. II. c. IX. n. 40.*

n. 40. Quam solide, non examinabimus. At liquidius id apparere videtur ex literis Henrici II. ad Frider. Barbarossam datis, ap. *Radevic. de Gest. Frider. l. L. I. c. VII.* quarum hic est tenor: *Præcordiali Amico suo Friderico, Dei gratia Romanorum Imperatori Invictissimo, Henricus Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, Comes Andegavensis Salutem & veræ Dilectionis Concordiam. Excellentiæ Vestræ quantas possumus referimus grates, Dominantium optime, quod Nos Nunciis Vestris visitare, salutare literis, muneribus prævenire, & quod his charius amplectimur, Pacis & Amoris invicem dignati estis fœdera inchoare. Exultavimus & quomodo animum Nobis crescere, & in majus sensimus evehi, dum Vestra promissio, in qua Nobis spem dedistis in disponendis Regni nostri negociis, alacriores Nos reddidit & promptiores. Exultavimus, inquam, & tota mente Magnificentiæ Vestræ assurreximus, id Vobis in sincero Cordis affectu respondentes, quod quicquid ad honorem Vestrum spectare noverimus pro posse nostro effectui mancipare parati sumus,* Regnum Nostrum *& quicquid ubig; nostræ subjicitur ditioni* Vobis exponimus & Vestræ committimus potestati, *ut ad Vestrum nutum omnia disponantur, & in omnibus Vestri fiat Voluntas Imperii. Sit igitur inter Nos & Populos nostros Dilectionis & Pacis Unitas indivisa, commercia tuta: Ita tamen, ut* Vobis qui Dignitate præminetis, imperando cedat autoritas, Nobis non deerit voluntas obsequendi. *Et sicut Vestræ Serenitatis memoriam Vestrorum excitat in Nobis munerum largitio, sic Vos Nostri quoque reminisci præoptamus, mittentes quæ pulchriora penes Nos erant, & Vobis magis placitura. Attendite itaque dantis affectum, non data, & eo animo quo dantur, excipete etc.* Adde Horn. au miroir des Justices cap. sive Libr. IV. §. de Jurisdictione. Et tempore captivitatis suæ Richardus I. *Consilio matris suæ deposuit se de Regno Angliæ & tradidit illud Imperatori* (qui erat Henricus VI.) *sicut universorum Domino, & investivit eum per pileum suum. Roger. Hoveden.* Utrumque agnoscit *Seldenus Titl. of Hon. L. I. c. II. §. V.* At diu id haut observatum fuisse excipit, opponitque Autoritatem Notariis ab Imperatore creatis paulo post abrogatam legi, *eo quod Regnum Angliæ ab omni subjectione Imperiali sit liberrimum:* Addito, tempore Henrici V. Sigismundum Imperatorem, cum in Angliam venisset faciendæ inter Henricum & Galliæ Regem pacis causa, coram duce Gloceſtriæ solenniter protestatum fuisse: *Nihil se in superioritatem Regis pretendere.*

XX. Regem

XX.

Regem Angliæ vocari *Defensorem Fidei* dictum *Notic. Dign. Diß. II. c. II. §. VI.* Primogenitū ejus Principē Walliæ *ib. Diß. 3. c. 4. §. 4.* De Dono strumas sanandi *Diß. 5. c. 2. §. 4.* De Insignibus *Diß. 6. c. 3. §. 7.* Potestatē Regiam absolutā non esse nemo ignorat, Reservatis extantioribus tamē Reges gaudere negari nequit, veluti & splendidissimaMajestatis Attributa inter elogia ipsorum passim apud Sciptores Anglicos inveniuntur. Talia: *Regem Angliæ nemini posse injuriam facere*, Princeps enim semper præsumendus talis esse, qualis esse debet. *Eundem non posse errare*, ex causa eadem; *Nec de factis ejus disputari fas esse*; Ob summam reverentiam ipsi debitam, & nequa parte obsequium luxetur. Omnium domos, inquit *Bractonus* JCtus Anglicanus, *Regis vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias ipsius industria, omnium vacationem illius occupatio.* Plura vid. ap. *Aut. Stat. Anglic. P. I. c. IV.* Singula Jura Majestatis quod attinet, *Jus Leges condendi* non solus, sed simul Parlamentis habet: Dantur tamen causæ, de quibus Parlamentis plane non licet decernere: Veluti de Rege Corona privando, nihil decernere possunt, etiamsi Rex ipse id peteret: Cui rei se obligasse dicuntur usque à temporibus Edvardi III. *Jus abrogandi LL.* itidem simul Parlamento exercet. *V. seq. §. XXII. Jus judicia exercendi* inter privatos Regis solius est. At Pares Regni à Paribus suis coram Magno Conestabili Regni judicantur. *Jus aggratiandi* soli fere relinquitur. *Jus Dignitates conferendi* libere exercet: Quod quidem cum aliis Principibus, quorum potestas absoluta non est, commune habet, hac tamen prærogativa præ illis gaudet, quod Pares seu Status Regni solus creare possit, quod Imperatori in Imperio nunc non licet. *In Sacris* supremum caput Ecclesiæ est, sed cum Limitata Potestate LL. condendarum; Exempla Vid. *seq. §. XXII. Jus constituendi Episcopos* solus habet, licet in speciem à Capitulo eligantur. *Jure Annatarum* itidem solus gaudet: *Jus convocandi & prorogandi Parlamentum* habet, certo tamen tempori alligatum, abrogandi neutiquam. *Jus Civitatem dandi* seu Indigenatus conferendi cum Parlamento videtur habere; Collationes Indigenatus enim Actis Parlamentariis inseri solent. *Jus Tributa imponendi* non habet, quo ipso constat, quo robore sit *Jus Bella gerendi & Fœdera sanciendi*, quæ solus habet, sed sine notabili effectu, qui Tributa imponere nequit. Deniq; & *Regalia minora* soli prope relicta, Reipublicæ n. ab usu eorum nihil periculi imminet, cum non ex natura Reip. sed ambiguitate Do-

minii fluant. *Germaniæ populi, cum Principibus ac Regibus Bona quædam essent assignanda, unde Dignitatem suam sustinerent, sapienter existimarunt ab illis esse incipiendum, quæ sine damno cujusquam tribui possint*, inquit *Grot. J. B. L. II. c. IIX. §. V.* Quo referenda quæ scribit *Bateus El. Mot. p. I.* Quod Patrimonia omnia ad Regem referantur, & quoties cunqve deficiant heredes, aut possessores jure suo per commissum Capitale crimen exciderint, omnia ad Fiscum Regium tanquam ad Oceanum suum refluant. Penes eundem est, Pupillorum & Idiotarum (h. latinitate Anglicana, eorum, qui mentis perfecte compotes non sunt) cura omnis; Hinc peculia eorum una cum reditibus pro suis reputat, nec quicquam inconsulto ipso ab iis peragi potest: Quod *Jus Deportus* vocant, Rexq; ex eo occasionem sumit Aulicos suos & eos quibus favet, personarum ejusmodi matrimonio ditandi. Pro ejusdem arbitrio monetæ cudendæ materia, forma, modus, precium denique variatur; Eidem, licet nondum inauguratus sit, ex veteri instituto omnes Subditi duodecennes fide peculiari astricti sunt, juramento insuper addito, quod Stilo suo allegiantiam vocant etc.

XXI.

I. In Sacris receptum est Regem Supremum Caput & Gubernatorem Ecclesiæ inscribi: Quod Majestatis natura corroborat; Etenim Ecclesia est in Republica, non a, Resp. in Ecclesia; Et Jus Sacrorum privato non competit, ne ex promiscua sentiendi & dissentiendi licentia humana Societas turbis & confusione affligatur: Vindicandum igitur Publico, eoque Majestati, tq. Publici arbitro. Quia tamen mediorum seculorum mores aliud tulere, nihil mirum est, si Anglorum Monarchia communi, quæ Europam tunc habuit, opinione implicita, aliud Caput Ecclesiæ aliquando supra se agnoverit. Augent quidem rem Catholici, & Angliam quoque Tributariam fuisse Romanæ Sedi prolixe asserunt, quam è singulis domibus collectum denarium Petri (*Romescot*) Romam quotannis mittere oportuerit. *V. Baron ad A. DCCXL. Polyd. Virg. L. IV. Histor.* Sed negant Angli, & Denarium Petri solùm eleemosynam in sustentationem Scholæ Anglorum Romæ institutæ erogatam fuisse liquido demonstrant. V. *Spelmann. Concil. Angl. T. I. pag. 230. & 311. Usser. de Christ. Eccles. Success. & Stat. C. VII. §. IIX. ac seqq.*

II. Cæterum non ita se gesserunt Anglorum Monarchæ, quin radios Sacræ Potestatis suæ subinde emiserint, è quibus hodiernus iste fulgor tandem accensus fuit. Ideo ne exempla Wilhelmi Conquestoris, Wil-

Wilhelmi Rufi, Henrici I, Henrici II. &c. congeramus, quæ fuse diduxit *Usser. loc. ante cit.* tempore Edvardi I. A. MCCLXXIX. *Statutum de Mortmaine* conditum, nequis Laicorum Donationes Monasteriis factas, quæ nomen præ se ferebant datæ esse *à Mortmaine*, Manui mortuæ, ac proinde exemptæ erant omnibus servitiis Regi ac Regno præstandis, in posterum Titulo Manus mortuæ emeret, aut alia quadam ratione in se transferret, quod antea frequentissime contigerat, ac Regni reditus non parum imminuerat: Quo tamen in Sacris nihil mutatum, sed Clerus tantum, qui Limites suos excesserat, in ordinem redactus.

III. Secutum deinde *Statutum Præmunire*, sancitum Anno Regis Richardi II. decimo sexto, Domini MCCCXXXIX. Pontifices n. insciis vel etiam invitis Rege, & Proceribus Ministros, Abbates, Episcopos intrudere ac pro lubitu transferre soliti fuerant. Sanxerunt itaque: Ne Episcopo Romano (sic n. Verba Anglica sonant, *that the Bishop of Rom*) inposterum liceret excommunicare Episcopos, transferre Clericos &c. Ac siquid ejusmodi ab uno vel altero subdito tentaretur, eum criminis læsæ Majestatis damnandum fore: *And that they be attached by their bodies, if they may be found and brought before the King and his Councel, there to answer to the Cases afore said, or that processes be made against them by* Præmunire facias, *in manner as it is ordained in other statuts of Provisors, and other, which doe sue in any other Court in derogation of the Regality of our Lord the King.* Quæ verba Statuti Lingua Anglica citanda fuerunt, quia diserta iis mentio fit *tit. Præmunire facias*, unde ipsi Statuto posthac nomen datum, q. Regem præmuniat: Quanquam alii pronunciatione ex *præmonere* corruptum putent, posito effectu pro causa, præmonitus n. est præmunitus. Sedem Romanam verò id male habuisse in literis Martini Papæ I. annis post ad Johannem Ducem Bedfordensem datis liquet, quarum verba: *Quamvis dudum in Regno Angliæ Jurisdictio Romanæ Ecclesiæ & Libertas Ecclesiastica fuerit oppressa vigore illius* Execrabilis Statuti: *Tamen adhuc non fuit ad tantam violentiam prolapsum, ut in Sedis Apostolicæ Nuncios & Legatos manus temere mitterentur, sicut novissime factum est &c.* Item: *Non videbatur eis satis offendisse Deum, Statuta condendo contra vicarium ejus, contra Ecclesiam & Ecclesiæ caput, nisi pertinaciter perseverantes in malo proposito in Nuncium Apostolicum manus injicerent etc.*

IV. Non minus Wiclefum, ut Sedi Romanæ Controversias move-

ret, Regis ac Procerum autoritas erexit; Unde tam libere in Doctrinam pariter ac regimen Pontificum invehi potuit, de quibus *V. Fuller. l. Jap. cit.*

V. Henricus IIX. denique, quod Sedes Romana petitum à Catharina divortium ratihabere nollet, ejus Autoritatem plane abjecit, ac sese supremum Caput Ecclesiæ Anglicanæ statuit, salva interim manente quoad cætera Religione Catholica. Quam in rem & Clerum Anglicanum pertraxit occasione accusationis ipsi intentatæ, quod contra Legem Præmunire commoda Pontificia in detrimentum Reip. promovisset; Atque jam Cantuariensis Provincia ut culpam redimeret centum mille Libras Regi obtulerat; Sed Rex in eo acquiescere nolebat, nisi Supremum Caput Ecclesiæ agnosceretur: Quare convocata Synodo in Superiori pariter ac Inferiori Convocationis Domo consensere in hanc Formulam: *Cujus* (Ecclesiæ Anglicanæ) *singularem Protectorem & quantum per Leges Christi licet Supremum Caput ipsius Majestatem cognoscimus.* Quod actum A. MDXXXI. d. XXII. Aug. Ac licet Eboracensis Provincia in Superiori & Inferiori Convocatione unanimiter reclamaret, Henricus tamen literis suis eam facile compescuit, non quidem vim intendentibus, sed rationibus cumprimis Praxin veteris Ecclesiæ, ejusque Principum urgentibus. Atque ex eo tempore Potestas hæc penes Reges mansit, publicisque Elogiis confirmata fuit, nisi quod Elizabethæ tempore Nomen Capitis Ecclesiæ, à quo Catholici tantopere abhorrebant, in Gubernatoris Ecclesiæ, *the Governour of the Church*, mutatum sit: Quæ tamen secutis temporibus conjuncta fuerunt, ac hodienum ita obtinent: *In all causes and over all persons our suprem Head and Governour.*

VI. In *Episcoporum & Archi Episcoporum* juribus, ne omnia attingamus, quæ ipsis cum aliarum Rerumpublicarum Episcopis communia sunt, de quibus V. *Scriptores J. Publici & Canonici*, indicamus 1. quod Episcopi in Curiis suis autoritate propria judicia exerceant, quæ licet ab Autoritate Regia dependeant, virtute Magistratus sui tamen, non ut Curiæ Regi subordinatæ habentur. 2. Potestatem suam aliis committendi jus habent, quod nulli officiario Angliæ alias licet. 3. Retinent qualitatem Dignitatis suæ in alienis territoriis, quibuscunque etiam extra Regnum, cum cæteris ex ipsa Nobilitate Superiori alibi, nonnisi honoris causa, non autem ex necessitate aliqua relinquatur. 4. Non possunt accusari nisi coram Membris Parlamenti Superioris seu Paribus Regni,

Regni, non judicari etiam nisi ab iisdem; Memorabile tamen est nullum hujus juris & Privilegii causa Statutum aut præjudicium justum extare, ex quo Anglia Catholicam Religionem abjecit, Episcopis omnibus hactenus à gravioribus criminibus immunibus habitis. 5. Deniq; ab oneribus immunes sunt; At Annatis solvendis obligantur, decimis item redituum quotannis reddendis, qua ratione reditus Regis non parum augentur, accedente præsertim hoc arcano, quod sæpe ad majores & pingviores Episcopatus ii quorum reditus minores sunt, promoveantur, unde tanto crebrior fit Annatarum præbitio. Una *Dunelmensis*, qui maxima Autoritate & tantum non Principali Dignitate Episcopus est, durissima omnium conditio, dum DCCCLXXX. libras quotannis sub specie mutui porrigere cogitur, nulla tamen cum spe restitutionis, quod factum usq; à temporibus Elisabethæ Reginæ. Specialia Episcoporum sunt, ipsos Baronibus quoad Autoritatem æquiparari, ideo & bona sua à Rege per modum Baroniæ habere dicuntur. Ordinis gratia tamen Baronibus Secularibus anteferuntur ob concurrentem Dignitatem Ecclesiasticam; Quæ προεδρία tamen subinde ab his in dubium vocata, & ingruentibus motibus sub Carolo I. ipsis adempta fuit; Sed cum id fieret die solenni jejunio sacra audita fuit sapiens *Junioris Baronis Spenceri* sententia: *Diei isti jejunia adeoq; humilitatem debitam, se autem eadem primo insuperbiam uti.* Nec perduravit ista depressio, sed restituto Carolo II. veteribus juribus suis redditi fuere. Archi-Episcoporum specialia sunt 1. quod ambo *Primates Regni* dicantur, cum hoc tamen discrimine, quod Cantuariensis *Primas totius Regni* scribatur, Eboracensis verò tantum *Primas Regni.* 2. Præcedentiam habent, ille ante omnes Duces & Principes Regni; exceptis Principibus Sanguinis, omnes item Ministros Regni; Eboracensis vero Cancellarium sequitur. 3. Jus coronandi habent, rursus tamen ita, ut Archi-Episcopus Cantuariensis *Jus* habeat coronandi Regem, sed Eboracensis jus coronandi *Reginam*, cujus etiam *Sacellanus* natus est. Denique jurisdictione ipsorum comprehenduntur omnes Ecclesiæ Angliæ, solo Templo Turris Londinensis excepto, quod unice dependet à *Rege*, *without Institution or induction*, ut loqvuntur. V. *Autorem Stat. Angl. P. II. f. 377.*

XXII.

Parlamenta Angliæ non Dicasteria significant, ut in Gallia, sed Ordines Regni, h. e. eos quibus facultas deliberandi & decidendi de publico da-

ta. Duo sunt Superius & Inferius: Illud Proceres, hoc Nobiles ac Civici constituunt: Utriusque consensu & autoritate, accedente jussu Regio, Leges Regni conduntur, Ideo singulis hæc Formula præfigitur: *It is*, seu *Be it Enacted by the Kings most excellent Majesty, with the Advice and assent of the Lords Spiritual and Temporal and Commons in this præsent Parliament assembled, and by Authority of the same.* Accipiuntq; tunc nomen *a Statut or Act of Parliament*; Sed si pars dissenserit: *An ordinance of Parliament* vocatur, nec Legis Universalis Titulo potest donari. Cujusmodi exemplum *Cokus* habet *p. 25.* quo Proceres Ecclesiastici, the Lords Spiritual, omittuntur: *Our Souveraigne Lord, bey the common consent of the Lords Temporal and the petition of the Commons.* Similiter Liber Canonum & Constitutionum Ecclesiasticarum consensu Cleri, & autoritate Jacobi Regis A. MDCIII. stabilitus Legum loco quidem est in Foro Ecclesiastico, sed non in Politico, quia Parlamenti confirmatio non accessit. Nec minor utriusque Autoritas in abolendis Legibus, si ratio status Publica id exigat: Quæ Decreta *Acts of Repeale* vocari solent: Erantq; talia, quibus Sedis Romanæ Authoritas instaurabatur A. I. Philippi ac Mariæ, *Acts of Repeale of all the Statutes againſt the See of Rome A.I. & II. Phil. & Mar. c.IIX. in Pulton. p. 955.* Et iterum, cum illa denuo abrogarentur A. I. Alizabethæ. *A Repeale of divers Statutes, and revivor of others and all Foraine power abolished*, in *Pulton. p. 999.* Proceres communi nomine *Lords* dicuntur, Scotice *Lairds*, & compellandi formula, *Mylords*, q. d. Domini mei, in cujus explicatione & usu exteri communiter labuntur. Nomen tamen ad alios etiam tractum, de quo vid. *Notic. Dign. Ill. Diff. VII. c. I.* Comprehenduntur iis Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites & Barones. Sed Dignitas non dependet à persona, verum à territorio, prout in Imperio nostro etiam moris est, ut Jus standi in Comitiis territorio annexum sit, nihilque notius, quam suffragia territoriis connumerari. *Burgold. ad Instr. Pac. P. I. Discur. XIIX. n. IV.* Quod tamen explicandum ducimus: Quod alligetur quidem nomini Territorii, non tamen ita, prout terræ aliqua portio est, sed quatenus Territorio censetur persona quædam moralis inesse, quam ille qui territorium habet repræsentet: Unde etiam plures Principes aliquando uno tantum voto gaudent, & è contrario unus Princeps multa vota habet, quia hic plures Personas ejusmodi, illi vero simul tantum unam gerunt. Atque hinc fit in Anglia, ut Primogeniti Procerum, licet *Lordi* vocentur, ac indubii heredes sint paternæ Dignitatis, votis tamen dum parentes in vivis sunt, excludantur, nisi ipsi Baroniam seorsim possideant,

déant, aut ſpeciali Reſcripto Regio advocentur, licet interea ingreſſus in Comitia ipſis pateat. Et Epiſcopi ideo comprehenduntur nomine ſuffragantium Procerum, quia cenſentur Bona ſua haber *per modum Baroniæ*, ut ſupra dictum. In Parlamento Inferiori membra ſunt Eqvites ac Municipes, h. Nobilitatis Inferioris, Civitatum ac Burgorum ſ. Oppidorum quibus jus votum ferendi datum, deputati. *Knigths, Citizens and Burghesſes*, & uno nomine *the Commons*, quorum bini pro ſingulis Burgis, & Civitatibus, ac totidem pro Nobilitate ſingularum Shirarum comparent. Seriem ſuffragantium V. *P. I. c. V. §. 11.* Plura vid. ap. *Smith. de Rep. Angl. L. II. c. II.* Autorem *Status Anglici P. II. f. 143. & ſeq.* In primis autē *Coke Inſtit. of Lawes. P. IV. c. 1. of the High Court of Parliament.* Collectionem Statutorum Parlamentariorum edidit *Ferdinand Pulton.* A. MDCXXXII. ab A. IX. Henrici III. ad A. IV. Caroli I. *A Collection of Sundrie Statutes frequent in uſe &c. by Ferd. Pulton.* Similes edidit *Wilh. Reſtallus*, & Leges Parlamentarias Interregni *Scobellus* A. MDCLIIX. *Collection of Acts and Ordinances donne in the Parliament begunn A. 1640. unto the adjournment A. 1656. by Henry Scobell Esq.* Prima à plerisque recenſeri ſolet ita dicta *Magna Chartæ*, quam *Duke* Chartam Libertatum vocat, à Johanne & Henrico III. Proceribus data in temperamentum aſperitatis Legum Normannicarum à Wilhelmo Conq. & ſecutis Regibus latarum.

XXIII.

Jus Angliæ conſtat ex Conſvetudinibus Angliæ & Statutis per Regem in Comitiis Parlamentariis cum conſenſu Ordinum Regni conditis. In quibus omnibus ſiqui caſus omiſſi ſint, vel ſiquid obſcuri aut ambigui emergat, quod Interpretationem deſideret, non recurrunt Judices ad jus Civile Romanorum, ut apud alias gentes Europæas, ſed ſuo arbitrio & conſcientiæ relinqvuntur, niſi tanta ſit Cauſæ difficultas, quam Judices non poſſint dirimere, tunc enim defertur ad Curiam Parliamenti terminanda. Huic acceſſerunt ſcripta antiquorum aliquot JCtorum inſignium *Glanvillæ*, *Bracloni*, *Brittoni*, *Thorntoni & Fletæ*, qui Conſvetudines & Leges Anglicanas Tractatibus ſuis, ut Papinianus, Ulpianus, Paulus & reliqui JCti Romani Edicta Prætorum & Conſtitutiones Principum ſuis Libris explicarunt. Et poſt hos acceſſerunt Relationes Annales rerum judicatarum in Curiis Regiis ſub ſingulis Regibus ab Eduardi III. ſeculo, in quibus recitantur ſingulorum Judicum rationes, quas pro Tribunali protulerunt. Ad quas noviſſime rerum ſuis ſeculis judicatarum relationes addiderunt Dyerus, Plowdenus, Cocus &c. *Arth. Duke de Aut. Jur. Civil.*

L. II. c. IIX. parte III. §. VI. VII. &c. Institutiones Juris Anglicani, sine autoritate publica tamen, edidit *J. Cowellus*. Quibus addendum, pleraque antiquiora Juris Anglicani Idiomate Gallico scripta esse, quod & hodienum in Judiciorum ac ipsorum Parlamentorum Formulis quibusdam superstes mansit, fuitque introductum à Wilhelmo Conquestore, cui non satis erat victæ nationi jura dare, nisi eadem & Lingva sua proponeret; Prorsus ac Romani olim Gentibus à se devictis in Judiciis & omnibus Actis publicis Lingva Romana uti præceperunt: Quod mandatum *S. Augustinus* Imperiosum vocat *L. XIX. de Civ. D. c. XVII.* Duravitque hæc res usque ad A. XXXVI. Eduardi III. quo permitti cœpit, ut Actiones in Curiis Regis sermone Anglico proponerentur. Vid. *Selden. Jan. Anglor. L. II. §. II. & seqq.*

XXIV.

In Viris ministerio ac gratia Regia præcipuis tempore Henrici VII. Verulamius numerat *Richardum Foxum & Reginaldum Brajum*, quibus tamen non aliter Rex usus fuit, qvum sicut Instrumentum plerumq; secum habet Artifex. Sub Henrico IIX. eminuit *Wolsæus*, Lanii, ut fertur, filius, sed variis honorum gradibus ad supremam Cancellarii Regni, Archiepiscopi Eboracensis, Cardinalis dignitatem evectus, adeo ut non dubitaret, summum rerum arbitrium tq. Sibi ac Regi commune omnibus æque palam facere nota Anglisque hodienum exosa Formula: *Ego & Rex meus*: Qua in Literis ad Pontificem M. & exteros Principes uti solitus fuit, ab iisdem itidem non exiguis reverentiæ signis exceptis, & à Carolo V. sæpe subscriptione honoratus: *Filius & Cognatus Vester* Carolus: *Vostre fils & Cousin Charles*. De fine ejus diximus, *præc. §. VI. n. 11.* Secutus *Thomas Cromwellus*, Fabri ferrarii filius, qui Wolsæi causam in Parlamento strenue defenderat, unde & quod Boleniæ in primis charus esset, aditus ad summos honores ipsi reclusus, abstulitque summam & Archi-Episcopali majorem autoritatem Supremi Superattendentis in Sacris, quam loco Regis, qui jam Supremum Ecclesiæ caput dici cœperat, gerebat. Sed ob religionem Reformatam Catholicis exosus, instigante Episcopo Exonienſi, paulo post capite truncatus fuit, nullius criminis reus, nec auditus etiam, cujus & Henricum pœnituisse Acta Anglicana docent. Sub Maria summæ rerum præfuit Cald. *Reginaldus Polus* sangvine pariter ac animo Mariæ conjunctus, quippe nepos Eduardi IV. Regis, & Religionis Pontificiæ studiosissimus, ac dn. ne morte quidem ab illa separatus, extinctus Febri Quartana, paucis horis post obitum Mariæ. Viri summam animi moderationem, cum

cum loco Pauli III. in Pontificem M. eligendus esset, laudat *Thuan. L. VI. ad A. 1549.* Repulisse jam accedentes, sed nocte, & adoraturos ipsum Cardinales, causatum: *Nolle se tantam rem, quam pertimescendam potius, quam appetendam censeret, tumultuose & temere, sed recte atq; ordine agi; Alienum, esse noctis tempus, Deum lucis, non tenebrarum esse; Rem igitur in lucem proximam differri debere, tunc enim, si Deo ita placeret, melius confici posse.* Sed hac ipsa re Pontificatu excidit, dilabentibus medio tempore eligentium animis. Similem quoque modestiam præ se fert Epitaphium ejus in Cathedrali Ecclesia Cantuariensi, paucis hisce comprehensum: *Depositum Cardinalis Poli.* Jacobo Regi charissimus fuit *Robertus Car*, secundo-genitus Nobilis è Scotia, sed ab eo in Comitem Somersseti evectus. Insolentiam ipsius, ingratum adversus Overburium, cui prima fortunæ suæ incrementa debuerat, animum, conjugium cum Comitissa Essexia vivo marito ejus, à quo, ut Carrio potiretur, Divortium obtinuit, tandemq; decretum perpetuum in Scotiam exilium prolixe tractat Autor *des Favoris p. 504. Tunc Georg. Villerius* emersit, Buckinghamiæ Dux creatus, qui Jacobi primo, deinde Caroli I. gratiam constanter quidem retinuit, populo tamen minus charus, à Feltono quodam occisus fuit. Habuit & Ingeniosissimus *Franciscus Baconus de Verulamio* suas sub Jacobo partes & Summi Cancellaritus munere fuuctus, sed rerum ob nimium Studiorum privatorum amorem neglectim administratarum accusatus depositusq; fuit, donatus interim annuo CC. Librarum reditu, quia rem suã omnem fere in rerum naturalium inquisitionem impenderat. Cujus causam tamen in ipsius Jacobi tacita æmulatione potissimum recubuisse ferunt, quia ferre non potuerit ejusmodi Ingenium, à quo majora & doctiora, quam sua essent, proficiscerentur. Nostro tempore sub Carolo II. innotuit Vir maximus, idemque autor restituti in Anglia Regis ac Regni *Georgius Monkius*, Dux Albemarlæ creatus & Parentis loco ab hodierno Rege habitus, cujus vita singulari Libro descripta sub Titulo der Stats-Kammer von England; Ingenium sequenti ingeniosa Διαλυπώσει exhibitum.

GEORGIO MONCK,
Duci de Albemarle,
Exercituum in ANGLIA sub Rege CAROLO II. Generali, à Consiliis Secretioribus, &c.

EPITAPHIUM.

***

Lege & Mirare, Quisquis ades:
Ecce jacet in Tumulo, qui Sedere noluit in Throno,
Fatis Communibus moritur,
Qui Communibus non vixit.
Naturâ Magnus, Fortuna Major, Seipso Maximus,
Miles audaciâ Secundus nulli,
Dux Prudentiâ,
Subditus Fide.
Tyrannum, & Populis & Regibus formidabilem,
Solus non timuit, sed terruit;
Defuncto Tyranno, & Superstite Tyrannide
Venit, Vidit, Vicit,
Non armorum Strepitu, sed Consiliorum alto silentio:
(Genus vincendi plane novum, quod nec voce, nec armis!)
Tria Regna obtinuit vel uno die
nec præliatus, nec locutus.
Obtinuit Tria, noluit vel Unum:
Sceptri enim factus Arbiter, maluit reddere, quam habere;
Pluris meritò æstimans, restituere Regem, quàm esse.
Restituit quidem, restitutumq; Observantissimè coluit,
CAROLO, non sibi, Victor;
Et Obedientia inclytus magis quàm Imperio,
Humilitate, quam Gloria;
Modestior Ipse post restitutam Majestatem,
quàm post læsam alii.
Felix, qui triplici Regno Regem demeruit, & hunc Regem
CAROLUM Secundum
præter injurias oblitum nihil,
nihil memorem præter officia,
nec triplici Regno, sed omni dignum.
Restituto Rege simul omnia restauravit,
Pacem, Justitiam, Religionem,
Restauratisq; omnibus, decennium adhuc vixit,
conservaturus, quæ restauravenat,
& conservando, quam restaurando clarior:

Curarum

Cururum nempe vitæ æquè Prodigus, ut semel restaurata
semper conservaret.
Amicos habuit BONOS omnes,
Inimicum neminem, nisi aut DEI, aut Regis, aut Patriæ:
Titulis, honoribus, Divitiis, crevit supra modum,
sed infra meritum;
Fortunis mutatis nihil mutatus Ipse,
Semper minor sibi, quò aliis Major.
Penè inter nuptias Filii hæredis obiit, lachrymas funeris
temperaturus nuptiarum gaudiis;
Domestico tamen solatio nihil placantur publici luctus,
Nec aliquod remedium Doloris est, ubi Calamitas Dolorem superat,
Ubi amittitur, quod nec reparatur in Herede dignissimo,
Virtus enim Successorem non habet,
quæ Antecessorem non habuit.
HEROES toti nascuntur, & toti pereunt;
Similem non viderat Anglia, nec Orbis videbit:
Sepelitur cum Regibus, qui Rex non fuit,
sed nec voluit esse.
Quidni cum Regibus jaceat, per quem stant ipsi Reges,
Tumulumq; accipiat, qui solium reddidit.
Superstes etiam post hæc Marmora futurus,
Nobilior & recentior, dum antiquior;
Dignus plane, qui celebretur mortuus, cum recusaverit Vivus;
Imo qui cœlum mercedem habeat, cui compensando terra non sufficit.

Hunc & Luge, & Mirare.

XXV.

Inter Singularia Anglorum est: Quod initium Annorum suorum ducant à XXV. Martii, quæ consvetudo & in Hispania recepta; Perinde ac apud Venetos est d. I. Martii & in Portugallia locisque nonnullis Africæ XXIX. Augusti, apud Russos Dies 1. Septembris vid. *Olear. Itin. Pers. L. I. c. IIX. f. 37.* In Instrumentis Publicis insuper moris est non tam Annos Domini, quam Regum numerari. Pœnæ genus habent, quod ipsi *Pœnam Fortem & Duram* vocant, qua siquis per contumaciam in Judicio Capitali vel mutus stet, vel illud non respondeat, quo Judicium ad exitum perduci possit, de cætero autem in confesso sit, illum criminis reum esse, nu-

dus super Terram inter duos asseres extenditur & ferri saxorumve maximis ponderibus pectori impositis tamdiu oneratur, donec vitam exhalet: Cujus hoc unum solatium est, quod Bona defuncti heredibus relinquantur, quæ alias vigore Statutorum Regni in Fiscum Regium concederent. Cowell. *Inst. de Judic. §. 35.* Torturam non admittunt, cujus rationes reddunt: Quia servile aliquid sapiat, nec Reip. prodesse possit, cujus membra adeo exhausta & detorta fuerint; Et dn. si insontem esse contingat, quæ par esse possit compensatio, ut illi de injuria satisfiat? Au si mori oporteat, cur prius excarnificari debeat? *Vid. Smith. de Rep. Angl. L. II. c. XXVII.* Patronus Angliæ est *S. Georgius*, æque ac Portugalliæ, seorsim etiam, Equitum Periscelidis, cujus Acta peculiariter descripta à Pasicrate servo ipsius & Simeone Metaphraste in *Lipomanno & T. II. Surij.* Encomium S. Georgii Μεγαλομάρτυρος (id enim Græco Titulo habetur) ab *Andr. Cretensi* scriptum habetur inter opera ejus p. 175. quod idem est cum Actis à Metaphraste recensitis. More etiam antiquissimo receptum D. Georgio templa consecrare: Ita *Procop. III. de Ædif. Just.* Καὶ ἱερὸν Γεωργίῳ τῷ Μάρτυρι ἐν Βυζάνοις ἐδείματο. Dubitatur tamen, an vere extiterit, nec pauci sunt, qui, siquem Georgium extitisse concedant, Arianum fuisse credunt & Episcopum Alexandriæ, ibidem trucidatum, cujus mentio ap. Amm. *Marcellin. L. XXIIX. Athanas. Apol. II. & de Fuga sua, & Ep. ad solit. vit. degentes, Georg. Nazianz. Or. in Laud. Athanas.* Quodque rem porro probabilem reddit est, quod in Encom. S. Georgii ap. And. Cretens. & Metaphrast. mentio fiat Athanasii Magi à S. Georgio conversi; Constat autem Athanasium ab Arianis Magiæ insimulatum fuisse; Nec patriâ discrepant, quæ ambobus assignatur Cappadocia. Sed *Seldenus* in contrarium urget, tot templa in honorem ejus consecrata, Liturgias ipsi assignatas & festa celebrata: Quæ plus videntur inferre, quam vel plane nullum, vel Heterodoxum aliquem Georgium; Nec veteres Christianos tempori Ariani Georgii adeo vicinos hanc fraudem ignoraturos fuisse addit: Tempore etiam divertere, ac S. Georgium sub Diocletiano circa A. CCXC. Martyrio coronatum, Arianum vero circa A. CCCLX interfectum fuisse; Præterea Georgium Arianum non Cappadocem, sed Cilicem fuisse, è Cappadocia vero missum, idque in *c. l.* Ammiani & scriptis Athanasii liquere. Interim in pictura S. Georgii, qua effingitur Eques armatus hastæ cuspide Draconem interficiens, juxtà posità Virgine, manibus extensis ejus auxilium implorante, plerique consentiunt, Symboli potius quam Historiæ esse imaginem; Agnoscitque Baronius nihil in Actis antiquis S. Georgii

hac

hac de re legi, sed à *Jacobo a Voragine* hæc absque aliqua majorum autoritate ad historiam relata fuisse: Quod & Seldenus suum facit; Et potuisse quidem S. Georgium, utpote Equitem, eqvestri imagine referri, Virgine autem non aliud intelligi, quam civitatem, quæ opem ejus imploraverit, cum civitates & regiones muliebri habitu pingi soleant. V. pluribus *Baron. Martyrolog. ad XXIII. April. Selden. Titl. of Honour. p. II. c. V.* Scotorum Patronus, seu si emollienda vox est, Sanctus, quem præ reliquis magni faciunt, est *S. Andreas*, in cujus honorem & Festo S. Andreæ crucem decussatam, quam Sant-Andream vocant, in vestibus humero affixam gerunt. A Cambris S. quidam David (*S. Davis*) qui avunculus Arthuri Regis fuisse & circa A. DXIX. vixisse creditur, simili honore afficitur, quem peculiari festo d. I. Martii, gestaque in pileis cepa, ne Rege qnidem excepto, quimori huic litat, ut Princeps Walliæ, exprimunt.



CAPUT V.

CAPUT V.
DE
REGNO DANIÆ.

I. *Scriptores Rerum Danicarum.*

II. *Loca Jurisdictioni Danicæ subjecta, Terriculamenta Abeli Regis, Controversia de Comitatu Oldenburgico, Prætensio in Civitatem Hamburgensem, item in Orcades.*

III. *Memorabilia in Titulis Danicis: Insignium Danicorum explicatio.*

IV. *Dynastiæ veteres Regum Daniæ.*

V. *Series & Characteres Regum tempori nostro propiorum.*

VI. *Regnum Daniæ hereditarium redditum.*

VII. *Danici Status incrementa & decrementa.*

IIX. *Danorum negocia cum Imperio aliisq; Nationibus: Lites ob Vectigal Sundense.*

IX. *Nobilitatis Superioris in ea raritas.*

I.

Scriptores rerum Danicarum sunt: *Albertus Crantzius in Daniæ, Svediæ & Norwegiæ Chronico.* Olaus Wormius in *Antiquitatibus Danicis, Literatura Runica, Lexico Runico, Monumentis Runicis & Fastis Danicis.* Johannes Isaacius Pontanus in *Chorographia Regni Daniæ*, idemque *in Hist. Daniæ*, Saxo Grammaticus *in Historia Danorum*, Adamus Bremensis *de Situ Daniæ*, Jacobus Zieglerus *in Schondia*, Johannes Swaningius *in Chronologia Danica*, Stephanus Johannes Stephanius in *tractatibus variis de Regno Daniæ & Norwegiæ Insulisque adjacentibus*, in quo & Politicum Statum Regni Daniæ reperire est p. 266. *Arnoldus s. Haraldus Huitfeldius* Cancellarius Daniæ Historiâ Daniæ Danice in fol. *Claud. Lyschander* in Genealog. Regum Daniæ. De Norwegia videndus *Johannes Martini Slangerupensis in Chronico Norwegiæ &* Crantzius *loco antecitato.*

II.

Partes Daniæ sunt Insulanæ vel ad continentem pertinentes: Insulanæ sunt *Zeelandia* & *Fionia*, aliæque minores ab his dependentes Insulæ, quas V. *P. I. c. V. §. IX.* Ad continentem pertinent I. *Chersonesus Cimbrica*, partesque nonnullæ Germaniæ Septentrionalis, ut Holsatia, Ditmarsia & pars Stormariæ, cujus principalis urbs est Glückstadt/ munitissimum ad Albim oppidum. Sed Holsatia maximam partem execta ac Secundo-genitis Regum Daniæ velut instar Apanagij attributa fuit, servato tantum in locis aliquibus Dominio simultaneo. Idq; adhuc factum sub Johannis in Regem Daniæ electione, qua illa Friderico Fratri ejus Secundo-genito concessa. *Sed quam recte novo Regi & Regno Daniæ consuluerint, qui Ducatum Slesvicensem sub Erico Pomerano separatum, nec recuperari facilem, vixq; per Adolphi mortem restitutum, iterum tunc disjungendum censuerunt, judicent prudentes rerum*, Meurs. *Hist. Dan. L. II. f. 63.* Atq; ultimo repetitum sub Christiano III. Rege, cujus Fratri Adolpho Holsatiæ possessio obtigit hodienum perdurans in posteris ejus. Audiuntur quoque adhuc circa Gottorpiam nocturnæ voces ejulantis & venatoria cornua inflantis, quas prisci Regis Daniæ Abelis esse dicunt, quasi veterum jurium vestigia & reliquias adhuc legeret. Sed voces istæ non nisi inanes soni sunt non re, sed specie terrentis Diaboli: Quales etiam in Gallia ad Fontem Beliaqueum sub specie *Venatoris Magni* objicit. V. *P. I. c. IIX. S. II.* Conf. *Pontan. Histor. Dan. L. VII.* II. *Norwegiæ Regnum*, quod Regno Daniæ univit Olaus V. Rex Daniæ in locum Waldemari III. electus & Haquini Regis Norwegiæ ex Margarita celebri ista Heroina Danorum filius, quod factum circa annum MCCCLXXVII. V. *Pontanum L. IIX.* Eidem pariter ac Ducibus Holsatiæ A. MDCLXVII. accessit *Comitatus Oldenburgicus*, tanquam proximis agnatis, præterito Naturali Filio ultimi Comitis Oldenburgici Antonio. Qua in re tamen ipsis à Duce Plönensi Joachimo Ernesto controversia mota fuit: Cujus varia acta V. *in App. ad Cont. XVII. XIX, XX. Diar. Europ.* Eodem & *Insula Islandia* refertur, cujus incolæ quod Norwegiorum Colonia essent, à Norwegicis Regibus primum subjugati, ac deinde una cum Norwegia ad Daniæ Reges transierunt; Præterea Reges Daniæ ac Duces Holsatiæ in Civitatem Hamburgensem jura sua prætendunt causati, eam Holsatiæ territorio comprehensam; Hamburgensibus è contrario Libertatem, quam ab Alberto Orlamundæ Comite ingenti pecunia emerint &

Succes-

Successor ejus Adolphus IV. confirmaverit, allegantibus: Quæ & similia prolixius exhibita à *Burgold. P. III. Disc. XIII. §. IV.* A. MDCLXXIX. autem à Rege Daniæ de novo mota fuerunt. Würde gnugsam bekant seyn / mit was Verbündligkeit und Nexu die Stadt Hamburg / als eine auf Holsteinischem Grund und Boden liegende Stat / dem Hertzogthum Holstein von vielen hundert Jahren her unveränderlich verbunden und verknüpffet gewesen / auch dieselbe solcher ihrer unterthänigen Pflichtschuldigkeit zufolge / allezeit den Grafen und Hertzogen zu Holstein den Homagial-Eid und Huldigung unweigerlich abgestattet. Und ob gleich von dem Kaiserl. Fiscal darinnen einige Oppositon geschehen / auch durch ein im Jahr 1618. gefälltes Urtheil solches hohe Regale in Zweiffel gezogen werden wollen: So wäre dennoch / nach dem die Revision solches Urthels begehret und erlanget worden / die Sache dadurch in vorigem Stande geblieben / und hätte die Stadt Hamburg im Jahr 1621. durch den Steinbergischen Vergleich sich verbunden und anheischig gemacht / ihrer von Alters her obliegenden Pflicht nichts desto weniger nachzuleben / und den künfftigen Nachfolgern an der Regierung des Hertzogthums Holstein die gewöhnliche Erb-Huldigung zu leisten. Ob nun wohl J. K. M. Herr Vater Glorw. And. als auch die itzt-Regierende Kön Maj. zu Dennemarck Norwegen unterschiedene mahl Sie solcher ihrer Schuldigkeit vielfältig erinnern lassen; So hätte doch solches bis anher wenig verfangen wollen ꝛc. Secuta vero iterum Compositio Pinnebergæ facta d. XXX. Octobr. ejusdem Anni, Civitasque imminentem obsidionem precio CCXXM. Imperialium, servato tamen Jure Regis, redemit. Werden zuforderst J. Kön. Maj. alle Ihre habende Jura und Prætensiones, wie auch der Stadt Hamburg ihre Gerechtigkeiten und Jura, bis zu anderwertiger / entweder gütlicher Abhandelung / oder rechtlicher Entscheidung des Homagial-Puncts und anderer Streitigkeiten / ungekräncket und ungeschmälert vorbehalten / also daß denselben durch gegenwärtigen Interims-Receß so wenig als Ihr. Käiserl. Maj. und des H. Römischen Reichs deßfals habender Gerechtsame / einiger massen præjudiciret / noch im geringsten derogiret seyn soll. Wobey Ihr. Königl. Maj. sich auch allergnädigst dahin erklären / daß Sie die Stadt bey der Neutralität und ihren Commercien / auch hergebrachten Rechten / Privilegien und Freyheiten ruhig und ungekräncket lassen wollen. Dahingegen 2. Bürgermeister und Raht / auch die Bürgerschafft der Stadt Hamburg mit unterthänigster und danckbarer Annehmung solches allergnädigsten Königl. Erbietens festiglich zugesaget und versprochen / daß sie ihres theils Ihr. Königl. Maj. in unterthänigst-geziemender Devotion zugethan bleiben / Dero bestes fördern / und Schaden / so viel an ihnen / abwenden /

wenden/ bey Jhr. Königl. Maj gebührlich halten/und im übrigen Jhr. Kön. Maj. Gnade sich fähig zu machen allerdings angelegen seyn lassen wollen/ wogegen auch Jhr. Königl. Maj. der Stadt Jhre beharrliche Königl. Gnade zugesagt. Dieselben erklären sich ferner vors 3. zu desto mehrern Bezeigung ihres unterthänigsten Gehorsams gegen Jhr. Königl. Majest. Deroselben durch eine Deputation aus ihren Mitteln solche ihre unterthänigste Intention in ihren und der gantzen Bürgerschafft Namen/nach dem desfalls beliebten und hierbey gefügten Formular, selbst demüthig eröffnen und vortragen zu lassen. Ferner erklären Sie sich auch 4. Weil Jhr. Königl. Maj. durch Jhr. Königl. Maj. in Franckreich/Sr. Churfürstl. Durchl. zu Brandenburg/und der Herrn Hertzoge zu Braunschweig Lüneburg D. D. D. sich dahin bewegē lassen/daß Sie dero wider die Stadt gefaßten Unwillen und Ungnade schwinden und fallen lassen/Deroselben zur unterthänigstē Erkäntligkeit innerhalb 2. Jahren/von heute an zu rechnen/ in fünff Terminen 220000. Rthlr. baar erlegen zu lassen; Dergestalt/ daß stracks bey erfolgender Königl. Ratification 70000. Rthl. halb in speciebus uñ halb in Dänischen Cronen/6. Monat hernach als den 1. künfftigen Monats May des 1680sten Jahren 40000. Rthlr. in Dänischen Cronen/ nach abermahligen 6. Monaten 40000. Rthlr. in Dänischē Cronen/und der Rest/als 30000 Rthlr. auch in Dänischen Cronen abgetragen werden sollen. Jedoch daß dargegen alle von J. Königl. M. wider die Stadt/ auch aus denen mit der Stadt Lübeck in Comunione besitzenden 4. Landen prætendirte Forderung/ausser dem so in dem ersten Articul ausgesetzet und reserviret worden/gäntzlich abgethan/alle der Stadt/auch dero Bürger und Einwohner angehaltene und arrestirte Schiffe/Waaren und Effecten/ und zwar auff der Elbe immediatè bey erfolgter Ratification und Genehmhaltung; Im übrigen aber/so bald an jedem Orte die deßwegen nöhtige Befehle werden einlangen können/erlassen und wiedergegeben werden. 5. Sind Jhr. Königl. Maj. des Allergnädigsten Erbietens/diesen Interims-Receß binnen 8. Tagen allergnädigst zu bestätigen / und darüber J. Königl. M. Genehmhaltung allergnädigst einliefern lassen. Wo hingegen Bürgermeister/Raht und Bürgerschafft der Stadt solchen ebenmässig innerhalb besagter Zeit confirmiren und demselben in allem getreulich nachzukommen gehalten seyn sollen. Denique & in *Orcades ac Hitlandiam* extant Regum Daniæ Prætensiones: Quarum causa & in Pacificatione Bredana A. M DC LXVII. Legati Danici singularem Articulum proposuerunt: Demnach mit gnugsamen Gründen erwiesen worden/ daß die

Eylanden Orcades zu dem Reiche Norwegen vor langen Zeiten durch eine unverbrüchliche Subjection gehöret haben und noch gehören; Dem Könige in Schotland aber umb eine gewisse Summa Geldes auff diese Condition verpfändet worden/daß nach derer Bezahl- und Erstattung dieselbe restituiret werden/und wieder an das Reich Norwegen kömen sollen: Und ob wohl diese Summa Geldes von Dänischer Seiten zu bezahlen zum öfftern præsentiret worden und doch keine Restitution geschehen ist: So ist endlich beschlossen und vereiniget worden: Vornehmlich aus Zuneigung diese Unruhen hinweg zu nehmē/zu welchen diese Strittigkeit zwischen den Durchleuchtigsten Königen in Dennemarck und Groß Britanien vielleicht einige Ursachen geben möchten/daß dieselbe Eylanden welche Orcades und Hitlanden genennet werden dem Könige in Dennemarck/oder dem jenigen/der seine Stelle zu betreten gevollmächtiget seyn wird/ohne einige Verminderung oder Auffschub restituiret werden soll. Sed exceperunt Anglici Legati, sibi de eō nihil in mandatis datum, neq; in Tractatib9 proxime antegressis Insularum harum mentionem factam, ac proinde Articulum hunc seponendum esse: Qvam in rem & Legati Svedici consenserunt, formato tamen in gratiam Danorum Concluso: Daß der Artickel/welcher wegen der Orcadischen Eylanden erwehnung thut/außgelassen werden möge/iedoch mit dieser Condition, daß die Auffschiebung dieses Wercks/oder die wieder-Abfoderung vorgedachter Eylanden ohne einigen Præjudiz ihres Durchl. Königes und Herrn seyn/ noch ichtwas hiermit an Deroselben prætension vermindert/sondern dieselbe unverbrochen und offen bleiben solle/ biß sich eine bessere Occasion solches zu prætendiren kurtz oder lang finden möchte. Vid. *Diar. Europ. App. ad Contin. XX p. 114.*

III.

In Daniæ Regum titulo memorabile est, qvod *Daniæ, Norwegiæ, Vandalorum & Gothorum* Reges scribantur: De qvo notandum I. Et Duces Holsatiæ se â Norvvegia denominare, sed singulari *Heredum* nomine, de qvo supra. II. *Vandalorum & Gothorum* titulum etiam Svediæ Reges admittere, sed inverso ordine, ut non Vandalorum & Gothorum, sed *Gothorum & Vandalorum Reges* se scribant. Ac ratione Vandalorum idem nomen & *Serenis. Elector Brandenburgi us ac Rex Svediæ* ratione Pomeraniæ adhibent, sed Ducū titulo: Item *Duces Megapolitani*, sed titulo Principum. V. *Not. Dignit. Differt. III. c. II. §. I.* Insignium, qvæ numerosis imaginibus abundant, hanc explicationem reddit *Swaningius*, Denotari Leone novem

novem corda transiliente *Cimbriam Septentrionalem & Gothiam*, Agno Amalonico albo *Gothlandiam*, Tribus Leonibus, qvibus singulis tria corda adjecta, *Daniam*, Dracone fulvo vel aureo in solo rubro *Regionem Vandalorum*, Leonem cum bipenni *Norvegiam*, Pisce coronato *Islandiam*, Coronis tribus *unionem III. Regnorum Daniæ, Svediæ ac Norvegiæ*, Geminis Trabibus *Oldenburgum*, Cruce Alba *Delmenhorstium*, Binis Leonibus cœruleis in Solo luteo *Cimbriam Meridionalem & Ducatum Slesvicensem*, Urtica Alba in Solo rubro *Holsatiam*, Cygno candido in rubro Solo, cujus collum Corona aurea ornatur *Stormariam*, Eqvite cataphracto albo insidenti eqvo in Solo rubro *Dithmarsiam*.

VI.

De Antiqvioribus Dynastiis Regni Daniæ compendiosè agit idem *Swaningius in Chronologia*, prolixius *Pontanus lib. ant. cit.* Suntq; hæ:

I. Danorum f. Selandorum, à Dano primo conditore Regni, ad Hotterū Svedo-Danum Regem XIV. Estqve Annorum DXIII. & Regum XIII. qvorum primus est Danus & XIII. seu ultimus Rolvo, novissimus etiam virilis prosapiæ à Dano Rege ortæ.

II. Dano-Svedorum ab Hottero è familia Regneri Regis Svediæ & Reginæ Svanhuidæ in aula Danorum Regia natæ oriundo, ad Unguinū Gothlandū Regem trigesimum tertium: Estq; annorum DC LXXII. & Regū XIX, qvorū primus Hotterus, ultimq; vero Haldanq II, cognomento Biergramq

III. Gothlandorum, ab Unguino Gothlando ad Borchardum Regem trigesimum septimum, estqve Annorum LV & Regum IV, qvorum I. Unguinus, II. Sivaldus, III. Sigarus & ultimus Sivaldus II.

IV. Scanorum à Burchardo Illustri Scaniæ Viro ad Olaum Vegetum Regem XLI, estq; Annorum CXXVI & Regum IV, qvi, Burchardus, Haldanus, Haraldus Hylletandus, & Rigno f. Haqvinus.

V. Norvegorum prior ab Olao Vegeto ad Sivardum II. Regem LXIII, Annorum CCCCLXXXV & Regum XXII.

VI. Norvegorum posterior à Sivardo II. ad Svenonem Esthritium, Regem octogesimum, Annorum CCXXXVII. & Regum XVII.

VII. Anglo-Danorum, f. Svenonidarum, à Svenone Esthritio ad Christianum I. Oldenburgicum, qvorum primus Sveno Esthritius, ultimus Christophorus Bavarus, qvo cum extincta est vetustissima atq; Aboriginum Daniæ Regum prosapia A. Domini MCCCCXLIIX Regni Daniæ conditi MMCCCCLXXXIIX. Svenonis majores Saxo Gramaticq ab Ursis derivat, traditqve Ulfonis, qvi parens Svenonis, avum fuisse Ursum f. Biornonem qvendam stupendo silvestris feræ cum Virgine concubitu editum.

Histor. Dan. L. X. fol. 174. 175. Sed rem hanc accuratiores Dani, tq. naturæ adversam, merito rejiciunt. Aut si qvid ejus agnoscendum est, inter Ursos educatum opinabimur: Cujusmodi exempla supra allegata *Part. I. c. IX. §. ult.*

V.

I. Succesit deniqve Familia Oldenburgica, à *Christiano Divite* uti ab *Authore Chronici Oldenburgensis* vocatur, fundata. Electus fuerat Adolphus Dux Holsatiæ, sed ille seu senio fractus, seu dubius, qvo succesu res Danicæ valituræ essent, honorem oblatum modeste recusavit, Christianumqꝫ commendavit. Hujusqꝫ Parens Dietericus, cum Legati Danici ipsum hoc nomine adiissent respondisse fertur: *Tres se Filios habere, sed ingenio differentes: Unum aleæ pariter ac luxuriæ studiosum; Alterum ad Bella justa aut injusta animo & manu promptum; Tertium metiri ratione cuncta, nec qvid inconsulto gerere. Hæc Senatui referrent, se qvem ipse prætulisset, libenter missurum.* Qvæ Legati reversi cum nunciassent, Christianū, cujus hæ virtutes erant, postulare visum fuit. Vixit usqve ad Annum MCCCCLXXXI. Princeps nullis qvidem imbutus literis, *qvod & merito in tam magno Rege Papa Sixtus IV, cùm religionis causâ Romam viseret, mirabatur: sed in Deum pietate, & justitiâ, animiq; magnitudine, moderatione, fide, armorum gloriâ, munificentiâ, nulli Principum secundus. Gothiam extorsit Svecis; inde Sveciam qvoq; ipsam subjugavit: tum Holsatiam, ære maximo redemptam, Daniæ addidit. Hinc Dithmarsiam, qvanqvam planè refragantem, cum Holsatiæ, ac Stormariæ, comitatibus, Ducis nomine sub imperium suum accepit. In toto verò ejus regno, annis tot administrato, nihil adeò est qvod culpes, qvam, qvod Archiepiscopum Upsaliensem, ac primatem regni Sveciæ, Johannem Benedicti F. Salistaum, tam præclarè de se meritum, nimis temerè delatoribus aurem præbens, dignitate deturbavit: & captivum in Daniam missum aliqvamdiu indignè habuit. Sed hoc Regum ferè fatum est; ut, fortunâ eminente, cùm periculis non exiguis, plurimiq; sint expositi, omnia sæpè, etiam tutâ, metuentes, facilè, qvod timent, credant: & præcipites crimina, nec cogitata, ulciscantur. At dilectum nihilominus emendavit; cum deinde, explorata ejus viri innocentiâ, agnitaq; suâ culpâ, perbenignè, maximoq; cum honore, priscæ libertati reddidit: & ostendit,* infelicitate potius, tam excelsæ posteritati qvasi propriâ, qvàm malitiâ, se peccasse. *Liberos è Dorotheâ uxore qvatuor sustulit; Olaum, in primâ ætate mortuum: Joannem, in regno successorem: Fridericum, Slesvici, & Holsatiæ Ducem; ipsum qvoqve post nepotem è fratre Regem: & Margaretam, Scotiæ*

regi,

Regi, Jacobo IV. elocatam: cui dotis loco datæ, præter cætera, Insulæ Orcades; sed hac lege, ut redimere liceret Daniæ Regi cuicunq;, qvovis tempore. Meurs. *Hist. Dan. L. I. fin.*

II. *Johannes* Filius ejus Regnorumq; Scandinaviæ heres fuit, in cujus Charactere summam ignoscendi facilitatem animadvertunt: Offensæ ultra debellatum hostem nunqvam tenacem fuisse, indeq; factum ut totum ejus Regnum nihil aliud, qvam perpetua qvædam lucta fuerit cum perfidia Stenonis, & Svantonis, sociorumq;: Qvibus toties ignoscendo animos & viros semper ad rebellionem novam confirmabat, raro exemplo, nec Principibus imitando. Nam in talibus ut non licet bis peccare, ita neq; bis ignoscere: Et crudelis est in Subditos, qvisqvis hosti, postea non nisi illorum sangvine coercendo, gratiam Delicti ejusdem iterum facit. *Meurs. Hist. Dan. L. II fin.* Memorabilis ipsoq; digna vox fuit, qva postqvam A. MCCCCXCVII. Rex Svediæ coronatus fuisset, Proceresq; Svediæ splendidissimo Convivio excepissent, instigatorem pœnitendi facinoris, qvod postea à filio Christiano II. patratum, dimisit: Qvæsiverat Rex, ecqvid Svedi satis dignè aut magnificè habiti viderentur, *&, convivio anne qvicqvam defuisse judicarent? Vbi curctis conticentibus, aliqvem Regi magis cæteris familiarem, ob navatam eo bello insignem operam, respondisse ferunt:* Unum eqvidem, rex, si pateris, ego defuisse censeo. *Cumq; rex interrogaret,* hoc qvid *esset:* nempe, *ajebat,* postqvam omnes qvàm lautissimè excepisti, spiculatorem advocasse te oportuit, qvi in veste holoserica, humi stratâ, eos gladio feriret; ut, perfidiâ suâ dignam pœnam nacti, cæteros exemplo terreant, ne deinceps datam Regi suo fidem violare unqvàm ausint. *Qvo responso rex obstupefactus planè, dejectisq; in terram oculis, cùm conticuisset paullum, mox, attollens rursum oculos, hominemq; torvè intuitus;* ego verò malim, *inqvit,* te cum hoc consilio tuo, tam immani, hinc ad corvos relegari: qvam ut ego tanto scelere innocentiam meam fœdem; aut hoc regnum, liberâ electione mihi debitum, detestandâ adeò crudelitate partum, aut firmatum eam. *Cum hoc dicto, sede surgens in conclave se recepit: neq; eum ex illo tempore ullâ gratiâ est dignatus.*

III. Tunc Christianus II. vulgo Christiernus, Johannis Filius Regnum accepit; Princeps qvi raro Summi Dei beneficio illud consecutus fuit, ut potentia Reges Daniæ universos, qvotqvot unqvam ante ipsum extitissent, superaverit. Daniam, Sveviam ac Norvegiam à Parente suo acceperat: Gallia, Anglia, Scotia fœdere; Hispania, Hungaria & Bohemia

atqve Imperium adeo totum Belgiumqve affinitate obstringebatur. Tria Regna possidebat, sex obnoxia sibi habebat fœdere aut matrimonio. Tanto tamen de fastigio deturbatus nec restitui tot potentium amicorũ ope qvitus, actis misere in exilio annis novem, septem ac viginti in carcere obiit A. MDLIX. Annos LXXVII. natus, *egregio Regibus ac Principibus documento & exemplo, ut si recte ac feliciter imperare velint, suis affectibus moderentur, ne nimia dominandi libidine abrepti sibi indulgeant, perspvasumqve habeant, præsto esse ultorem Deum, qvi vel maxime superbos, siqvidem potentia sibi commissa abutantur, de solio deturbare amet: Thuan. L. XXII. init.* Adde *Meurs.* factorum ejus non obscurum interpretem *Hist. Dan. L. III.* At nihilominus de Abdicatione ejus mitius sentientem *ead. Hist. L. III. fin. Sanè qvid in Danos, solio eum depellentes, adeò dignum reprehensione admiserit, si excipias supplicium, de Torberno Oxio sumptum, nimis rigidum, ac sævitiæ affine; tum superbiam, & contemptum senatorum, qveis Sigbrittam anteferret, fœminam valdè sceleratam, qvæ gratiam, malis artibus occupatam sola totam possidebat, nil Historia repræsentat; Nec id causæ satis erat, qvare Regnis pelleretur & majore metu suo, qvàm periculo, angebantur, cùm jam pœnam Sveciæ tam crudeliter habitæ, qvæ se denuò jugo excusso in libertatem vindicaverat, persentiret: idq; eum, ad clementius gubernandam deinceps Daniam, satis coercere posset. Neq; qvi momenta rerum rectè censeat, temerè sanè evenisse existimabit, qvod, occultâ qvâdam Dei voluntate, cùm obiret, mortuo pridem Christiano patruele, qvasi liber, etiamsi in custodiâ, ampliori dignitate toto Regno nullum agnosceret: Daniaq;, velut tacito qvodam opprobrio, Regem id temporis coronatum, qvàm captivum, non haberet.* Mitior adhuc Leodius *Ann. L. XI.* Cujus verba ibidem apponenda duximus, qvippe nihil incertius aut intutius esse rati, qvam Tyrannidem exprobrare Principibus: *Mortuo Rege Johanne & Christierno rerum potito inqvieta Danorum Nobilitas, qvemadmodum in Rege Erico & ejus Prædecessore egerant, eadem contra Christiernum intentare & moliri inceperant; Et nihil Regia Potestate facere Regem, sed tanqvam mancipium illorum omnia administrare volebat. Pauperes incolas tanta premebant servitute, ut non pecus vendere, non qvicqvàm distrahere, sed Nobili afferre cogerentur, illaq; qvantum volebat, dabat, utpote pro Bove duorum Aureorum vix tres Grossos Saxonicos, impune qvoq; occidendi & percutiendi qvemvis sibi liberum esse asseverabant. Hanc & similem tyrannidem Nobilitatis ferre nolens Nobilissimus Rex tantam sibi conflavit invidiam, ut illi conspiratione facta*

cum

cum Ecclesiasticis ad arma insurrexerint & inde in Regem impetum facere sint conati. Hactenus Leodius. *Verum DEus*, concludit Meursius, *omnium Regnorum arbiter, cum, qui se Sveciâ indignum nuper, ab perfidiam, ac scelestitiam; Daniâ autem ob superbiam, ipse offenderat, omnibus dejectum voluit: & qui animum Danis faceret, metum injecit: Quo jam dudum inquieti, id quod viri fortes solent, semel mori, quàm timere semper mortem, satius existimantes, rem, periculose ausi, felicissimè perfecerunt.* Regnum se cruentum admodum habiturum, statim ipsâ in nativitate ostendit; cùm, porrectâ alterâ manu, alteram contractam in pugillum efferret: obstetrixque, postquam eam explicasset, sanguine plenam inveniret. Quæ attonita, cum Joanni patri factum retulisset, ipse quoque nihil velans, prodigum humani sanguinis filium fore prædicavit. Alterum item memoratur, quod, priusquam natus esset, dum eniteretur mater, intra uterum ejus flere audiretur: manifesto portento, vitam ipsum peracerbam habiturum, & aliis facturum esse. Nec virtutes tamen planè nullas habuit; ac militiæ clarus fuit, actæ vivo adhuc patre, contra Norvegos, & Svecos, quos rebelles ad obsequium reduxit. Tum de regno benè meritus, constituto Hafniæ emporio, adeoque, quàm nobilitati invisus, tam acceptus civibus, rusticisque erat. Iterum *Meurs. l. c.*

Fridericus I. Christiani I. secundo-genitus, & Holsatiæ Dux à Danis loco ejecti Christierni II. electus, quibus annuit seu odio Nepotis, seu metu consiliorum familiæ suæ exitialium. Leodius ut Principem bonum & simplicem commendat, allegasseque Nobilitatem, quod si non arriperet, se Ducem Geldriæ, vel alium quempiam ad Regnum vocaturos. *Quid faceret*, inquit, *Bonus Princeps, admisit conditiones, & se Regem appellari permisit.* Laudatur idem Libertatis Danicæ Nobilitatis singularis fautor fuisse, tantumque iis indulsisse, ut singuli ex eo demto tantum nomine Comites vel Barones videri potuerint: Cujus causa in aprico est, ipse n. hujus favore potissimum nitebatur, de quo repetenda, quæ de vita Christierni dicta sunt. Ab eodem primo Religio Catholica Daniæ Regno eliminari cœpit: Unde & Clerum ibi adversum habuit, cum Christiernus Regnum repetitum veniret. Memorant Fridericum ad Christierni nuptias vocatum adduxisse inter reliquum comitatum *Reffenclovium, virum genere non obscuro, ac peritum juris, & Astrologiæ. Hic, cùm forte cum nobilitate cætera compotaret, & dux illac transiturus*

turus advenirent, verso ad Danos sermone, qvi intererant; Surgite, *ait*, & futuro Regi vestro obviam ite. *Illi dictum, tanqvam hominis temulenti, magno risu excepere; sed eventus velut à vaticinante id prolatum mox ostendit.*

Christianus III. Friderici Filius, cujus maxime notabilia: *Qvod Clementem pinxtam, Jutiæ vastatorem ceperit & capitis damnatum qvatuor rotis imposuerit: Lubecensium & Christophori Oldenburgici instructissimas copias, qvæ ditionem paternam invaserant, ad Asniam Fioniæ urbem edita ingenti strage profligaverit: Partam pace S. Biblia in Danicam Lingvam transferenda curaverit; Hafniensem scholam & in ea Bibliothecam, instituerit. Thuan. L. XXII. init.* Fertur diei emortualis divinitus præmonitus fuisse, de qvo *Jonas Koldingens. Descr. Dan. p. II. Arnsburgi humanis rebus miraculose subductus animam Deo reddidit A. C. MDLIX. Decumbens n. graviqve morbo ipse ut flos elangvescens per Angelum Dei confortatus est & de suæ mortis termino admonitus. Ante obitum Illustriss. Conjugem, liberos dilectissimos aliosqve de sublevamine suæ crucis admonuit, eosqve bene sperare jussit. Nec eum fefellit prædictio; Eodem siqvidem momento, monitore Angelo non sine ingenti totius Regni luctu ipsis Calendis Januarii ad metam sui ævi placidissime pervenit. Confer Hamelman. Chron. Old. p. III. in V. ipsiq.* Paulo anteqvam moreretur Patruum captivum perhumane invisit, cumqve multa in familiari Colloqvio ambo simul contulissent, deprecati alternas inimicitias invicem sibi injurias condonavere. Iterum *Thuan. l. c.*

Fridericus II. Ditmarsia subacta & bello septennali cum Erico Svedorum Rege celebris. Princeps sinceri judicii, literarumqve & inprimis Astronomiæ amantissimus, qva de causa & Tychonem Brahe nobilissimum Astronomum clementissime fovit. *V. P. I. c. V. §. IX. n. 2.* Extruxit Croneburgum, de qvo dicere solitus est, se nolle lapidem in ædificio tolerare, siqvem Subditorum suorum numo comparatum esse sciret. Objit A. MDLXXXIIX.

Christianus IV. Regnum suscepit Anno ætatis XI. Christi MDLXXXIIX. A. MDXCIII. Rudolphus II. ipsi veniam ætatis solenni Decreto dedit ratione Holsatiæ. *V. Reinking. de R. S. I. III XII. 57. Limn. J. P. L. II, c. IX.* Arces & oppida extrui curavit, *Christianstat* in Scania, *Christianiam* in Norwegia, in Opsloæ combustæ locum conditam, *Christianopolin* in Blekingia, *Glückstadium* s. Tychopolin ad Albim, *Christianpreis* in Agro Slesvicensi: Qvæ ipsium Ingenio magis ad

Pacis

Pacis ſtudium, quem ad Bellum propendenti fuiſſe indicant. Bella cum Carolo, Guſtavo Adolpho & Chriſtina Regibus Sveviæ ab eo geſta, ſed minus feliciter; Nec diſſimilis fere ſucceſſus ejus, cum Bello Bohemo-Germanico ſe immiſceret, de quibus in ſeqq. Regnavit raro inter Principes exemplo totis LX. Annis ab A. MDLXXXIIX. ad A. MDCXLIIX. quo obiit d. XXIIX. Februar. Princeps prudentisſimus, *ſed infelicitate tam excelſæ poſteritati quaſi propriâ*, preſſus, quam jam tum in Charactere Chriſtiani I. annotavit *ſæpe cit. Meurſ. Hiſt. Dan. L. I. fin.* Filios habuit *Chriſtianum, Ulricum & Fridericum*, quorum illi ante parentem mortui; Naturalis è Chriſtina Munckia fuit *Waldemarus Comes*, qui in Moſcovia multum moleſtiæ exhauſit, dum filiam Magni Ducis ambijt, tandemq; in Polonia inter Svedos militavit: E filiabus ſex ex eadem ſuſceptis una monialis, quinque viris præcipuis è Dania & inter hos duæ Seeſtedio & Ulefeldio nupſerunt.

Fridericus III. primo Epiſcopus Verdenſis, deinde Archiepiſcopus Bremenſis, tandem Rex parenti ſucceſſit A. XLIIX. Obiit A. MDCLXX. Infelicisſimus idemque felicisſimus Regum Daniæ à multis retro ſeculis; A Svedis n. quicquid ſupererat ex citeriori Scandinavia & è Norwegia Præfectura Bahuſienſis erepta fuit, quibus majora decrementa Dania per aliquot ſecula non ſenſit. E contrario ſub eodem ad fortunam majoribus ſuis omnibus inſuperabilem Regnum Familiaque Regia ſurrexit, dum quod Electivum ante fuerat, hereditarium fuit redditum, cum novo omine ſecuturorum denuo incrementorum, quæ acceſſione Comitatus Oldenburgici ſumere cœpit. Filii ejus, *Chriſtianus* & *Georgius*; Filiæ quatuor, è quibus prima Johanni Georgio Principi Electorali Saxoniæ nupſit, Secunda Chriſtiano Alberto Duci Holſatiæ. Tertia Carolo Principi Electorali Palatino, Quarta Ulrica Eleonora Regi Sveviæ.

Chriſtianus V. natus A. MDCXLVI. Conjugem aſſumſit *Charlottam* Haſſiacam, coronatus Fridrichsburgi in Selandia M. Junio Anno MDCLXXI. cum alias anteceſſores ejus Londini Scanorum coronati ſolerent, electi ante in *Trollebarolbio colle* adſito. *T. Meurſ. L. I. f. 8.* Solennia Coronationis, extra id, quod Rex Clinodijs Regiis ſe conſpiciendum præbuerit, Corona 700000. Imperialium precio, Sceptro deinde & Enſe Regio, minori cum pompa peracta, eodemque tempore nuptiæ inter Sororem ejus tertiogenitam & Electoratus Palatini Heredem celebratæ. A. MDCLXXII. Equeſtrem Ordinem *Danebrogæ* inſtituit, ſeu potius

instauravit. Eodem A. à Gallis, post à Belgis in Societatem Bellicam solicitatus, horum partes elegit, inde Bellum Svedicum susceptit feliciterque gessit, at communi plerorumque Europæ Principum fato finiit.

VI.

Regnum Daniæ, quod ante hac Electivum fuerat, confecto Bello Svedico Anno MDCLX. medio Octobri consensu Statuum Ecclesiasticorum, Civicorum & Rusticorum in hereditarium transiit, hereditate ejus Friderico III. ipsiusq; liberis utriusque Sexus in perpetuum adjudicata: Cui tandem & Nobiles assensere, quanquam eo ipso haut leviter depressi, atque aliis insuper legibus postmodum malehabiti. Sanciebatur enim inter alia, ut Codanoniæ, Falstriæ, Lalæ & Mœnæ Rustici, quos Nobiles mancipiorum loco habuerant, libertatem acciperent, ac præponerentur ipsis, qui de rebus eorum judicarent; Nobilium vero nemo, nisi de Rep. optime meritus atque Baronis Liberi titulo à Rege cohonestatus, vitæ ac mortis potestatem in aliquem haberet: Qua ratione prædia sua clientelaria novis conditionibus à Rege præscriptis quasi conducere cogebantur. *Vide Thuldenum ad A. 1660. p. 391. & seq. Et Diar. Europ. Contin. IV. p. 385. 386.* Ab Academia Hafnienſi hanc in rem tunc applausum fuit sequentibus:

ADESTE REGES, ACCURRITE PRINCIPES,
SPECTATE PROVIDENTIAM DEI ADMIRABILEM, EXEMPLUM SINE EXEMPLO,
FRIDERICUS TERTIUS DANIÆ REX

Inter Maxima Belli discrimina,
Quovis Rege visus Infelicior;
At Inter Maxima Pericula,
Quovis Rege Constantior.
Postquam cum mala Fortuna diu Colluctatus esset
Meliorem Non Sorte sed Virtute,
Adeptus est:
Nam Vigilias, Laborem, Prudentiamque Fortissimi Principis
Diu Admiratus Daniæ Populus,
Quem Regem Pridem Dominumque Elegerat,
Nunc Titulo Novo Appellat Monarcham.

Hoc

Hoc Deesse Suæ Felicitati Existimans
Ut Romanos Imitatus,
Omne suum Jus Omnemque Potestatem
In Hunc solum Conferret,
Et Romanos Supergressus
Inter Tanti Principis Hereditaria Bona
Suam quoque Numeraret Patriam.
Sic TANDEM FRIDERICUS TERTIUS,
Quovis Daniæ Rege Felicior,
Qui Post Exantlatum Bellum Atrocissimum
Tanta Hereditate Auctus est.
Sic FRIDERICUS TERTIUS,
Quovis Daniæ Rege Major,
Quippe cujus Virtuti Debent Nepotes,
Quod non Fiant Reges, sed Nascantur.
VIVAT FRIDERICUS TERTIUS PRIMUS DANIÆ HERES,
Et Tantas Opes Feliciter Transmittat
Ad Posteros.
Applaudite Reges, Applaudite Principes.

VII.

Vices ac mutationes Status Danicus expertus fuit varias, nec uno tempore in maximam amplitudinem extensus fuit. Gotricus Rex LI. Gormonis R. filius, cum Carolo M. belligerasse victriciaq; ad Rhenum usque subjugatis Frisiis arma circumtulisse certa rerum memoria proditur. Factæ deinde in plerasque politioris Europæ partes excursiones Normannicarum nomine celebres Danos ubique formidabiles fecerunt, quæ tamen non adeo Regibus, quam Ducibus variis transscribendæ. Et Hastingus quidem in Italiam usque penetrans Lunam Liguriæ Civitatem diripuit; Alij Duce Sigefrido A. DCCCLXXXVII. Lutetiam Parisiorum obsederunt, totamque Carolo Calvo Neustriam extorserunt, quæ ex illo tempore in Normannorum nomen ac ditionem transiit, eandemque postea Carolus Simplex Rolloni de novo confirmavit, hoc pacto tamen, si Christianismum susciperet & pacem servaturus esset, unde Rollonis nomen Roberto commutans Regis vel so-

rorem vel filiam Ægidiam s. Gislam duxit, quod factum circa A. DCCCCXII. Magnæ Britanniæ v. non tantum vagis istis excursionibus Normannorum, sed ex ipso Daniæ Regno vis illata & Sveno Daniæ Rex cum post A. M. Anglos primo variis bellis ac tributis fregisset secuto A. MXIII. Regem Angliæ ejecto Ethelredo se pronunciari curavit. Post eum *Canutus* filius ipsius *Magni* nomen emeruit, qui Norwegiam & magnam partem Svediæ, dn. Slaviæ & *Sembiæ*, quæ in tractibus Vandalicis fuisse videntur, Regna paternis Regnis Daniæ & Angliæ adjecit, eoque sex præpollentium Regnorum Dominus evasit. Sed sub filio ejus Canuto Juniori tota hæc potentia iterum concidit, & Angli Edvardum Confessorem, Norwegi Magnum cognomine Bonum sibi constituerunt, temporius interea etiam moriente Canuto. Secuto tempore Imperium Danicum ad similem aspiravit amplitudinem, cum Margarita Daniæ Semiramis, quæ Regna Daniæ ac Norwegiæ hereditario jure jam acceperat, Albertum Megalopolitanum Svediæ Regem prælio vicisset, Regnumque ejurare coegisset: Unde trium Regnorum Domina facta eorum perpetuam unionem Ordinibus persvasit, quæ & aliquandiu servata fuit in Successoribus Margaritæ Erico, Christophoro & ex Oldenburgicis Christiano I, Johanne & Christiano II, non tamen sine omni querela, sæpe etiam gravissimis motibus. Christiani II. asperitate v. factum, ut Svedi tota unione sublata Reges peculiares sibi constituerent, qui enervando magis magisque Danico Imperio intenti magna sui parte id nostro seculo curtarunt, oportuitq; primò per Transactionem Bremsbroensem A. MDCXLIV. ditiones Jemptiæ ad Norwegiæ latus inter Medelpadiam & Lapmarkiam, tum Heredaliam, Godlandiam cum arce Wisby in Mari Balthico, & Oeseliam cum Aquilæburgo in Sinu Livonico Svedis tradi; Deinde A. MDCLX. additæ Halandia, Scania, Blekinga, Insula Huena & ditio Bahusiensis: De quibus plura in Historia Svediæ.

IIX.

Cum Imperio Germanico Dania plerumque amice vixit: Et Christianus I. A. MCCCCLXXV. legitur mediatorem egisse componendis motibus inter Fridericum III. Imp. & Carolum Audacem; Idem à Friderico Ditmarsiam plane refragantem cum Holsatiæ ac Stormariæ Comitatibus Ducis nomine sub Imperium accepit. *Meurs. LII. p. 52.* Christianus II. Isabellam Caroli V. sororem duxit, è qua & susceptam filiam

filiam Dorotheam Friderico II. Comiti Palatino in uxorem dedit: Cujusmodi vinculo astricta & hodierna Hassiacis, Saxonicis, Palatinis Conjugiis firmata amicitia; Et cum Svedica militia penultimo Bello Dano-Svedico Daniæ gravior fieret, auxilia ipsi à Cæsareis & Brandenburgicis lata. Quæ quidem Legatus Gallicus tunc apud Sereniss. Electorem Brandenburgicum in Fionia agens finistre interpretari conatus fuit. Es würde der König in Dennemarck nicht gerne sehen/ daß die Keiserliche mit auff die Insel Fühnen und Seeland kämen/ alle andere Potentaten würden auch grosse jalousie darüber nehmen/ und dafür halten/ daß der Keiser festen Fuß an der Ost-See setzen wolte. Sed responsum fuit per Illustrem Ministrum Aulæ Electoralis: Dennemarck hätte auf den Keiser keine jalousie, denn Se. Churfürstl. Durchl. führeten deroselben Völcker/restituirten dem Könige alle Oerther/ und könten Ihre Churfl. Durchl. nicht absehen/ was die Keiserl. Völcker ohne einige See-Macht auf den Inseln nützen solten. Was aber Schweden für Gefahr und Schaden auf sothanen Inseln verursachte/ das liege leider am Tage/ und hätten vielmehr die Potentaten sich zu hüten/ daß Schweden im Sunde Fuß behielte/ denn daß Sie ohne eintzige Noth vor dem Keiser sich fürchten solten. Solùm A. MDCXXV. Christianus IV. Bello Germanico se implicuit, assumpto Ducis Circuli Inferioris Saxonici Titulo, initoque cum Anglis, Belgis, Svedis ac Venetis fœdere: Sed infelicites rem gessit, cum promissa Fœderatorum subsidia pecuniaria non porrigerentur, & ex ipso Circulo Saxonico adversarios experiretur Georgium Ducem Brunsvicensem, Comitem Schaumburgicum & alios. Tandemque A. MDCXXIX. pacem cum Cæsare fecit, his conditionibus: Ut Titulo Ducis Holsatiæ contentus reliqua Germania abstineret, Episcopatus in Imperio mitteret, Femeram & Nordstrandiam Dominis redderet, sumptus compensaret & captivos dimitteret. *Brachel. Histor. L. III.* Ejusque opera posthac prima Pacis fundamenta per præliminaria Hamburgi jacta sunt. Cum Civitatibus Hanseaticis quoq; crebrius litigatum, sed harum res ipsis Imperii ordinibus sæpe suspectæ fuere.

Cum Anglis olim Danis non bene convenisse præced. §. dictum fuit; Fine præcedentis seculi amicius inter ipsos actum, cum Jacobus primum Scotiæ, deinde Angliæ Rex Annam Christiani IV. sororem in conjugem assumeret; Sed penultimo Bello Anglo-Belgico Dani Belgis contra Anglos adhæserunt, nec leve Damnum Anglis ad Portum Bergensem intulerunt; Unde Dissidia inter ipsos nata, quæ tamen Pace Bredana A. MDCLXVII. composita fuerunt.

Inter Hiſpanum & Daniæ Regem Frider. II. præterito ſeculo conſilia nonnulla agitata; Et Fridericus ſe Mediatorem inter Philippum & Eliſabetham A. MDLXXXI. gerere conatus fuit, ſed interventu offenſæ à Fœderatis Provinciis, quorũ cauſa hac Pace præcipue agebatur, ſuſcepta cura abſtinuit. Philippus etiam haut magnopere Fridericum attendiſſe viſus fuit: *Ideo in literis ad eum datis, quotiescunq; Majeſtatis nomen utendum erat, vacuum ſpatium reliquit, ambigens nimirum, qua Danum appellatione, Majeſtatis ne, an Regiæ Celſitudinis ſalutaret, quod eum nollet honore aut pari exæquatum, aut minori offenſum.* Strad. Dec. II. L. IX. ad A. MDLXXXVII.

Anno MDCLXXV. cum Chriſtiano Alberto Duce Holſatiæ, agnato eodemque affini Regio controverti cœptum. Inveterata enim cum Regno Svediæ amicitia, quæ Fridericum Ducis Parentem jam præterito bello Dano Svedico implicuerat, & per Pacificationem ſecutam nexu feudali Danico exemerat, quamque Dux itinere in Svediam ſuſcepto renovaverat, Regi ſuſpecta reddebatur. Itaque cum Dux nova conſilia pro Svedis videretur meditari, conſcripto 3000. admodum exercitu, Rex in conventu cum Duce Rendesburgi Menſe Julio inſtituto dirimendarum litium obtentu, cauſatus fuit majori ſibi ſecuritate à Duce opus eſſe, ſiquidem extra Regnum ſuum militatum abiret, eoque fortalitia & militem Ducis ſibi dedi poſtulavit, cui pauliſper quidem Dux abnuit, ſed exercitu Regio circumdatus, qui etiam Sedem ipſius Sleswicum obſedit, paulo poſt in has conditiones conſenſit: 1. Erſtlich empfangen Se. Königl. Majeſt. in ſeine Hände die Feſtung Tonningen und Stapelholmer Schantze mit aller Artollerie und Vorrath. 2. Nehmen Sie alle des Hertzogs Milice zu ſich / und ſtecken ſie unter bey den Königl. Völckern. 3. Nehmen Sie liberam Diſpoſitionem über die Collectation der Stände bey die Herzogthümer Schleßwig und Hollſtein. 4. Werden Sie auch in den Graffſchafften Oldenburg und Delmenhorſt hinfüro Regimen militare excluſo Duce Gottorpienſi, alleine führen / die Beſatzung alleine haben / auch alle Milice ſich allein ſchweren laſſen / doch alſo / daß Er quoad jurisdictionem & Dominium civile ſeine Poſſeſſion behalte / etc. *Diar. Europ. Nov. Contin. II. p. 508. & ſeq.* Sed & hæ Controverſiæ Pace A. MDCLXXIX. facta deſierunt, Duxq; prioribus juribus ſuis reſtitutus fuit.

IX. Cum

Cum Belgis Daniæ Reges itidem plerumq; amice vixerunt; Flos Rei Danicæ n. magnam partem Commerciis Belgicis constat: Quanquam Belgis non minus amicitia Daniæ Regis opus sit, quippe quorum interest imperturbata Commercia in Mari Balthico liberumque transitum Fretorum Danicorum servari. Ideo jacenti fortunæ Danicæ A. MDC LIX. auxilia lata; Et Rex Daniæ exadverso partes Belgarum secutus fuit Bello Anglo-Belgico A. MDCLXV. & LXVI. De quo *P. I. c. III. S. III. §. III.* Tum etiam secuto Bello Gallo-Belgico, quo inito Fœdere Belgæ Subsidium VIM militum & XXV. Navium in Casum necessitatis transmittendum à Daniæ Rege pacti fuerunt. A. MDCLXI. &. LXII. tamen non nihil litium inter eos viguit, ob vim commerciis Africanis illatam & damna in Littore Guineæ utrinque accepta. Similiter Fridericus II. cum Paci inter Philippum II. & Elizabetham Angliæ Reginam procurandæ intentus esset, & Belgæ interea Legatum ipsius cepissent, literisq; privassent, misso Pacificationis negocio Naves Belgicas in Regno suo detinuit Belloq; ipsis minitatus fuit. Præterea Sundæ causa sub Christiano IV. nonnulla mota fuerunt, de quibus jam jam singulariter dicendum.

IX.

Etenim, quia Sunda Clavis Maris Balthici est, hujus causa ac inprimis propter vectigalia hic pendenda inter Daniæ Reges & alias gentes sæpius controversatum fuit, & Belgæ sub Christiano IV. violentam perruptionem minitabantur, sed ultimo Bello Dano-Svedico liberum transitum obtinuere: Quo exitu & Svedi post Belli A. MDCXLIV. gesti finem potiti transactione Bremsbroensi, itidem liberum transitum & immunitatem à vectigalibus in Sunda & Freto Balthico obtinuerunt. V. *Transact. Bremsbr. ap. Thuld. p. 178. & seq.* Cui quidem Dani Pacificatione Lundensi iterum derogari voluerunt, sed nihil obtentum, nisi ut abusui à Subditis Svedicis inducto medela promitteretur. Weil auch Ihre Königl. Maj. von Dennemarck zu erkennen gegeben / daß die Privilegia und Freyheiten / welche denen Schwedischen Schiffen im Sunde und auf dem Belt accordiret worden / zu allerhand Mißbrauch Ursach geben / welches doch dem Inhalt und Meinung vorbenennter Tractaten allerdings zu wider / auch Ihrer Königl. Maj. von Schweden Vorsatz nicht ist / daß dero Unterthanen oder andere unter dem Prætext solcher Privilegien / sich solcher Freyheiten / zu Nachtheil Ihrer Königl. Maj. von Dennemarck / mißbrauchen sollen: So ist zu künfftiger bessern Richtigkeit vergbschiedet / daß Höchstgemeldte Königl.

Maj.

Maj. von Dennemarck / auf den 22. Febr. nächst kommenden Jahres / gewisse Commissarien abschicken will / welche mit Ihrer Konigl. Maj. von Schweden hierzu verordneten Commissarien / an einem / von beyden Theilen bestimten Ort / zusammen kommen / und daselbst in Beyseyn des Königs von Franckreich darzu deputirten Ministri / die hierüber entstandene Streitigkeiten in der Güte aufrichtig beylegen sollen / jedoch so / daß die Privilegia und Freyheiten / so denen Schwedischen Schiffen aus oft erwehnten Tractaten im Sunde und auf dem Belte zukommen / in ihrem vollen Vigor bleiben / und nur der Mißbrauch / so zum Præjuditz und Schaden Ihrer Königl. Maj. von Dennemarck und Dero Einkommen / der Meynung solcher Tractaten zu wider / eingeschlichen / aufgehoben und abgeschaffet werden soll. Sub Carolo Gustavo insuper consilia totam Sundam occupandi agitata fuerunt: Quam & Cromwello jam destinasse dicitur inter Conditiones, quibus ipsum in partes suas se pertracturum speraverat. Idque eo probabilius, quia non tantum commercia Anglica promoturum, sed inprimis Commerciis Belgicis in Mari Balthico remoras injecturum erat. Sed mutata tum Belli, tum aliarum rerum Europæarum istius temporis facie consilia hæc evanuerunt.

Cæterum Status in Regno Danico quatuor sunt: Nobiles, Ecclesiastici, Civici, Rustici. Nobiles sub Friderico III. in deteriorem sortem conjecti, de quo *præc. §. VI.* Conf. *Leodsi verba ad vitam Christiani II.* Ex quo tempore etiam, cum omnes antea æquali Dignitati gauderent, nec honores Ducum, Comitum, Baronum inter se haberent, illi Nobilitatis Superioris gradus evidentius conspici cœperunt: Quo plenius n. Regnum est, eo magis Regum interest varietatem talem Nobilitatis induci, ut sublata æqualitate Regia Domus eos magis obnoxios habeat, quos sublimiori Dignitate donavit. Alias rationes V. *supr. c. I. §. XVI.*

CAP. VI.

CAPUT. VI.
DE
REGNO SVEDIÆ.

I. Autores Rerum Svedicarum.
II. Loca Jurisdictione Regni Svedici comprehensa.
III. Reges Svediæ: Gustavi Ericsonii vita & character: Erici character & fata; Johannis regimen; Sigismundi successio & abdicatio: Svedorum fervor in Religione Evangelica; Caroli Sudermanniæ Ducis literæ ad Facult. Theol. Francofurtanam; Controversiæ Christinæ motæ ob mutatam Religionem; Caroli, Gustavi Adolphi regimen & characteres: Causa abdicationis Christinæ: Caroli Gustavi vita & gesta; Caroli XI regimen.
IV. Potestas Regnũ Svediæ: Regnũ ex Electivo hereditarium redditum.
V. Causa Bellorum Polonicorum, Induciæ, Pax conclusa, Transactionis Olivensis Articuli.
VI. Belli Germanici causa, progressus, finis, loca tradita; Negocia Brandenburgica, Recessus Setinensis; Negocia investituræ causa cum Imperio agitata.
VII. Prætensio in Civitatem Bremensem.
VIII. Bella Danica, Pacta varia, loca Danis adempta.
IX. Singularia status Svedici; Reges Svediæ jurant in Augustanam Confessionem.

I.

EX Autoribus de Regno Svediæ indicamus *Johannis Loccenii* Antiquitatum Sveo-Gothicarum Libros III. Holm. in 8vo. Ejusdem *Historiæ Svecanæ Libros IX.* simul Antiqvitatum cum hodiernis institutis comparatarum Libris III. Glossarium *Stiernhelmii*; *Andream*

dream Bureum in Orbis Arctoi inprimisque Regni Sveciæ nova & accurata descriptione. *Albertum Crantzium* in Chronico præced. cap §. I. citato; *Johannem Magnum* de omnibus Gothorum Svecorumq; Regibus, ed. ab *Olao Magno* Johannis fratre Romæ MDLIV. Sed quod in Reges Daniæ iniquior esset, adversarium singularem in Dania nactum *Petrum Parvum* Equitem Danum, cognomine *Rosapontanum*, qui Johannis Regis Daniæ res terso dicendi genere, ut loquitur Pontanus, executus, etiam calumnias uno eodemq; volumine confutavit Johannis Magni Gothi Upsalensis; *Andream Hildebrandum* in Genealogia Regum Sveciæ; *Joh. Theod. Sprengerum* Descriptione Noticiaq; Regni Sveciæ.

II.

Loca Jurisdictione Regni Svedici comprehensa (namq; & huic Regno videtur singulare esse, quod in Gallia alias locum habet, ut si quid terræ acqvirant, id non Regibus, sed Coronæ acquiratur) sunt præter Regnum Sveciæ, Lapponiam & Finlandiam *I. Scania* vicinæq; Provinciæ Danis ademptæ pace Roschildensi, postquam diutissime eas tenuerant ab Amundo Vile appellato titulo lucrativo Donationis olim acceptas. *II. Insula Gotlandia*, *Osilia*, *Huena*, Danis itidem ademptæ Pace Bremsbroensi & Roschildensi, Insula item *Runa* à Polonis accepta Pace Olivensi. *III. Livonia Trans-Dunana*, partesq; aliquot Cis Dunanæ eadem Pace à Polonis acceptæ. *IV.* E Russia *Ingria* ac Ducatus *Novogardiæ* partes, & cum iis *Kexholmia*, *Ivanogrodia*, *Jama*, *Coporia*, *Noteburgum*, Pace *Wiburgensi & Stolbowensi*. V. E Germania *Pomerania citerior*, *Archiepiscopatus Bremensis & Episcopatus Verdensis*, *Urbs item Wismaria*, tenore *Instrumenti Pacis Germano Suedicæ*. Qvæ omnia in seqq prolixus exponenda.

III.

Svedia Regnum postquam ultimo à Regno Daniæ avulsum fuit sub Daniæ Rege Christierno II. proprios Reges retinuit, qui fuerunt è Trollorum familia sequentes.

I *Gustavus Ericsonius*, instaurator Regni, autorq; Religionis Protestantium: A Christiano II. Danorum Rege captivus aliquando contra datam fidem detentus fuit, quod spe Stenonem Sturium, qui Regnum Sveciæ tunc gubernabat, & Gustavum tanquam Legatum ad ipsum miserat, capiendi excidisset; Sed inter venandum habitu piscatorio assumto ex Dania Lubecam se recepit, & inde clam in Sveciam traductus, specie procurandorum

dorum Christinæ Stenonis viduæ negociorum, & Stenonis filia in uxorem accepta, Procerum favore ac Lubecensium in primis opibus Regni vacui possessionem adeptus est. *Thuan. L. I.* Obiit A. MDLX. ætatis LXXmo, nonnihil tamen avaritiæ labe notatus, quæ inter tot magnas & summo fastigio dignas virtutes ei vitio data est; Attamen apud prudentiores rerum æstimatores excusari meruit, quod videlicet tanquam primus Imperii in familia sua conditor munimenta firmandæ novæ potentiæ quæsiverit, eoque facile fieri potuerit, ut in imponendis exigendisque vectigalibus interdum morosior extiterit. Vid. *Thuan. L. IV.* Et inprimis *Konung Gustaffs Historie* Edente *Erich. Jörensen Stokholm. 1622. fol.* Quæ incipit A. 1496. ac desinit An. 1560.

II. *Ericus II.* Uno merito Svediam sibi obligatam reddidit, qvod Revaliam in fidem receperit, Præcipitantiæ alias in actionibus publicis plerisque accusatus: Cui & transcribenda videntur facinora Principe indigna, quæ ipsi passim imputantur; Iisdemqve effecisse creditur, ut post regimen IIX annorum, à Johanne Fratre bello petitus & mox Regno exutus fuerit. Incentorem facinorum fertur habuisse Georgium Petri Secretarium. Petiit Elisabetham Angliæ Reginam in matrimonium, & ab hac cum repulsam ferret, Catharinam qvandam ex infima plebe, qvamq; alii lictoris, alii gregarii militis filiam fuisse scribunt, in Uxorem duxit, cum antea eam concubinæ loco habuisset, & ex ea duos liberos sustulisset. Matrimonium A. MDLXIIX. solenni ritu Stockholmiæ in Templo celebratum, Catharinæ etiam regali corona imposita; Pompæq; interfuit Magnus Saxoniæ Dux, qvanqvam invitus, cui postridie Sophia Erici Soror desponsata; Johannes vero tum Finlandiæ & Carolus Sudermanniæ Duces, ne interessent indignis genere suo nuptiis, aliqvot dies ante Aulâ excesserant, ad abdicationem Erici animum adjungentes; Nec morati ipsi Bellum intulere ac Stockholmiam obsedere, rationibus prolatis: Qvod inaudita levitate & imprudentia Filiam Lictoris ex concubina contra omnem honestatem in uxorem duxisset & ad Regale fastigium evexisset, tentatis & repudiatis vicinorum Regum & Principum affinitatibus: Præterea Johannem simul conjuge toto quadriennio in custodiam arctissimam conjecisset: Prædationibus & latrociniis mare infestum reddidisset; Proceres ac fidos Regni ministros convictis criminibus petitos nec auditos variis pœnis affecisset &c. Sicq; cum nulla Erico auxiliorum spes esset, ardentibus odio & indignatione ob nuptiarum nuper

contractarum infamiam animis, Stockholmia in extremas anguſtias redacta, mox Johanni dedita fuit, exauctoratus Ericus, & ſimul conjuge Catharina in cuſtodiam datus fuit. Vid. *Thuan. ad An. MDLXIIX. Lib. XLI.*

III. Succesſit itaq; Johannes Erici Frater, exemploq; ſuo obſervatam toties in regimine publico Regulam confirmavit : Antegresſorum temporum injurias ſtabilire ſuccedentium Principum imperia : Sic Auguſtus olim feliciter regnavit, qvia diſcordiis civilibus omnia feſſa erant, cum Principatum acciperet. Gallia ſub Henrico IV. effloruit inteſtinis bellis anteadiutisſime vexata. In Imperio noſtro Regimini Auſtriacorum bene fuit; Germania enim antea motibus & internis & externis tantum non exhauſta fuerat. Johannem ergo antegreſſa Erici tempora felicem reddidere. Segnior cura Religionis Filium Sigismundum Catholicum & Regem Poloniæ, ſed mox eundem ſimul totâ lineâ regno Sveviæ exutum reddidit; Conjungenda namq; duxerat Johannes, qvæ niſi tempora prorſus turbata ſunt, incompatibilia erant. Regnum Sveviæ enim Confeſſioni Auguſtanæ addictum Regem, Regnum Poloniæ Catholicum & utrumq; juramento Religionem ſuam firmantem reqvirit; Non poterant ergo in una perſona conjungi, eoq; Sigismundum regno excidere oportuit: Niſi etiam tacita qvædam talio divina intercesſit, ut Johannis Filii regno exuerentur, quo ipſe Fratrem exuerat : Cujus exceſſibus, ſi res penitius examinetur, forte ſpecioſius obviam itum fuiſſet, ſi vel proles ejus à jure ſuccedendi remota, vel Erico in cuſtodia habito ille Adminiſtratoris loco ſe adjunxiſſet. Obiit Anno MDXCII. eique ſuccesſit.

IV. *Sigismundus*, Johannis ex ſorore Sigismundi Poloniæ Regis filius, quem & Poloni in Regem ſuum Parente adhuc ſuperſtite elegerunt A. MDLXXXVII. Sed à Svedi is ideo Regno exutus, quod Religionis Catholicæ eſſet, nonnullaque in favorem Religionis ſuæ in Sveviæ Regnum introducere vellet, unde illa inter Regna Poloniæ & Sveviæ nata diſſidia. Svedi v. hanc rem ſibi tantopere cordi eſſe ſiverunt, ut omnibus Sigismundi poſteris eapropter Imperium ac jus Succesſionis in perpetuum abrogarint ; Et cum in electione Caroli decreviſſent ipſi Regnum ordini ſucceſſionis devolutum, in caſu deficientium poſterorum ipſius porro declararunt, ut ad Johannis, qui tunc Juri ſuo in Regnum conſignata in Ordinum manus declaratione renunciaverat, *heredes id eodem ordine deferretur maſculos, ſemper excluſa Sigismundi Poloniæ Regis progenie, qui ſi rurſus*

rursus deficerent, superstite aliqua filia ex Gustavi progenie, ei Regnum per hanc sanctionem deferretur, quæ ex ordinum consensu & voluntate uni ex Svediæ proceribus, qui eandem confessionem in Religione profiteretur, aut alicui ex Germaniæ Principibus, qui per fœminas genus à Gustavo ducerent, nuberet, si contra faceret, jure in Regni Successione excideret: A qua rursus Sigismundi filiæ sive neptes excluderentur, causa abdicationis denuo repetitâ, quod à Confessione Augustana ab avo Gustavo in Regno recepta & ab Ordinibus probata tanquam Orthodoxa & Dei verbo ac Propheticis Scriptis consentanea desciverit. Thuan. L. CXXXI.

Carolum vero jam tempore Johannis Germani ejus Religionem Evangelicam sedulo foviſſe, teſtatur ſolicitudo, qua Liturgia in Regno Suediæ tunc recepta ipſum habuit: Quæ cum Catholicæ Religioni valde propinqva adhuc videretur, ille Facultatem Theologicam Academiæ noſtræ Francofurtanæ conſuluit, à qua & Conſilium Liturgia iſta abſtinendi accepit. Ipſarum Literarum manu ejus roboratarum, quæ etiam nunc penes nos ſunt, tenor hic eſt: Von GOttes Gnaden Carolus der Reiche Schweden/Gothen und Wenden Erbfürſt/Hertzog zu Sudermanland/Nericke und Wermeland ꝛc. Unſern gnädigſten Gruß und geneigten Willen zuvor / Würdige / Hoch und Wolgelahrte / Liebe Beſondere / Wir mögen Euch Gnädiger Meinung nicht verhalten / das für etlichen Jahren/in dieſem Königreiche eine Liturgia gemacht worden. Und nachdeme nicht alleine Wir/beſondern auch viel Theologen dieſes Reichs beyde in und auſſerhalb unſers Fürſtenthumbs gedachte Liturgiam Gewiſſens halben nicht haben annehmen können noch wollen/ ſo iſt viel Zancks und Zwieſpalt darauß entſtanden. Weil dann Ihr Euch von dem Pabſtthumb abgeſondert/und der Reformirten Religion der Augſpurgiſchen Confeſſion, darzu Wir uns auch bekennen / zugethan/ſo möchten Wir wol Euer Judicium über ſolche Liturgiam gerne wiſſen / wie Wir Euch dañ dieſelbe zu leſen hiermit zuſchicken / an Euch gnädiglich geſinnend Ihr wollet uns darüber Ewer Bedencken zuſchreiben / und Euch hierinnen gutwillig erzeigen. Solches gereichet Gott zu Ehren/und Uns zu ſonderm Gefallen/und wollens in Gnaden hinwieder gegen Euch erkennen/Euch hiermit GOtt befehlend. Datum auff unſern Hauſe Nicöpinck den 14. Junii Anno ꝛc. 87. Carolus m. pr. Inſcriptio: Den Würdigen/ Hoch-

und Wolgelahrten unsern Lieben besonderen Doctorn und Professoren der Heiligen Schrifft in der Universität zu Franckfurt an der Oder. Cui manu Corner Theologi hujus loci adscriptum legimus Es haben die Herrn Theologi die überschickte Liturgiam durchlesen und befinden / das viel Papistische errores und Ceremoniæ darinnen sind. Haben derwegen gemeldete Liturgiam dem Hertzog Carolo wiederumb zugeschickt / sambt ihrem Judicio und dem Fürsten gerathen/Er solle bey der Augspurgischen Confession und der Reformirten Kirchen Lehre bleiben/und die Papisticam Liturgiam lassen fahren/auch seinem Hn. Bruder dem König von genanter Liturgiaabrathen. Ch. Cornerus mpr.

Hancque suam constantiam denuo prodiderunt cum Serenisſ. Christina An. MDCLX. redituum sibi assignatorum confirmationem peteret, urgente cumprimis Clero, ipsam non tantum Religionem Catholicam profiteri, sed etiam in Aula Regia Stockholmiensi eam palam exercere non dubitasse, ac proinde se juste de confirmatione ista dubitatre. Wann Sie des Königes Gustavi I. Testament sambt den Norcöpingischen Recesse von A. 1604. und den Orebröischen Rechte von A. 1617. mit Fleiße ansehen/finden sie ausdrücklich darinnen verwahret/das wer von ihrer Lehre ab- und zu den Papisten übertritt / selbiger dadurch alsofort aller seiner Erbe/Rechtens und Friedens-Genosses durch die gantze Crohn Schweden verlustigt seyn solle: Zwar wären sie durchaus wol zufrieden/ das J. Maj. der Einkünffte und Länder /so dero zum Unterhalt vermachet/genieſſen mögen / doch nicht Krafft ihres Recesses, sondern wegen ihres Ansehens / und Ihrer Vorfahren so stattlicher Verdienste umb der Crohn Schweden: Muste demnach der Recesſ J. Maj. eingeschränckt werden/damit Er nicht der Freyheit des Vaterlandes und dessen Sicherheit in einige Wege Schaden und Abbruch thun möchte. Et mox: Es hätte sich die Königin Christina zu Inspruck/als Sie der Evangelischen Religion abgesagt/da hingegen verpflichtet / der Röm. Kirchen/ und aller/so es mit derselben hielten/Auffnehmen und Bestes nach Vermögen zu suchen und zu befoderen. Wannenhero Sie / die Geistlichen/ durch Dero Versicherung nicht gnugsam verwahret / es gienge dieselbe gleich so hoch sie immer wolte; Insonderheit da Ihnen die alte und unwandelbahre Regel nicht unbekant wäre / daß man den Ketzern keinen Glauben halten müste. Zwar gebühre sich / das Ihro Majeſt. und Dero

Vor-

Vorfahren herrliche Verdienste/ und des grossen Gustaffs Tochter beobachtet würden; Noch vielmehr aber gebühre sich/ daß die Religion in ihren Würden und Ansehen erhalten bleibe/ die Ihrem Vater und Groß-Vater so ein grosses gekostet/ diesem daß er sie erst eingeführet/ jenem das Er sie beschützet; So aber von Ihr Maj. Königin Christinen dergestalt verworffen wäre/ daß Sie sich auch zu deren Verfolgung verschworen. Der Titul so einer grossen Tochter sey auch zwar ein grosses und wichtiges argument für Sie; Sie führe aber numehr nicht von ihrem Herren Vater den Namen Gustava/ durch Versetzung der Buchstaben Augusta/ sondern von Ihrem neuen Vater/ dem Röm. Papste/ welcher der wahren Evangelischen Religion und dessen Anverwandten/ einfolgig auch der Cron Schweden/ ärgster Feind mit wäre/ von dem Alexander nemlich den Namen/ daß Sie Christina Alexandra heisse. Die Erfahrung habe Ihnen gezeiget/ daß so lange Ihr Vaterland in der Religion einig/ so lange auch zwischen der Obrigkeit/ den Unterthanen und Ständen ein gutes Vernehmen gewesen; Und das Ihnen keine Feinde schaden können/ so lange nur Einigkeit im Regiment bleibe; Ja das eben dieses/ das Sie bißhero von so vielen Jahren so mächtigen Feinden nicht können überwältiget werden/ nichts anders als gleichsam eine gnädige Vergeltung GOttes sey/ dafür/ daß Sie vor allen andern KönigReichen und Provintzen der Welt sich ernstlich und eyfrig der Religion angenommen/ und keine Frembde zugelassen. Solten Sie nun von solchem Eyfer weichen/ und einiger anderen Religion Thüren und Thore aufthun/ würden sie nichts gewisser/ als erstlich Streit in der Religion/ und dañ auch in dem Regimente zu erwarten haben; Wie Ihnen dasselbe des Königs Sigißmunds Regierung für Augen stelle. Wornach der Pabst durch die Königin Christinam strebe/ das leuchte daher schon genug zu Tage/ das Sie in der Königl Stadt und so gar auff dem Schlosse und der Vestunge selbst/ gerade gegen des Jungen Königs Gemache über/ einen öffentlichen Gottesdienst oder vielmehr Abgötterey gestifftet und angerichtet; Unerwogen/ das solches exercitium, es geschehe in geheim oder öffentlich/ in dem 1. Art. der Norcopingischen Versicherung/ in dem Stockholmischen Rechte in der Geistlichen Privilegien, und Ihro Maj. des Königs Carl Gustaffs Versicherung von An. 1654. und 55. schlechterdings verboten/ daher dann folge/ das alle solche Geistliche Recessen,

Bestät-

Bestätigungen / Versicherungen müssen auffgehoben und außgetliget werden/wo das erwehnete exercitium solle statt haben. In qvam rem cum & reliqvi Ordines consentirent, factum fuit, ut Christina Clericos suos extra Svediam ablegaret, & pateretur Consiliarium Regni ditionibus sibi concessis præfici, à quo post Regem Sacri ministri Evangelici constitueren-tur ac dependerent: Daß der Geistliche Gewalt in J. Maj. Gütern durchaus und gantz S. Maj. dem Könige und der Crohn zustehen/und wegen der weltlichen Sachen die Königin gehalten seyn solte aus den Reichs-Räthen jemande zum Obersten Statthalter zubenennen/der Macht habe Diener zubestellen / die der Lutherischen Religion anhängig wären. *Diar. Europ. Cont. V. p. 33*

Sed hæc prolixius & forte non extra propositum: Ad Sigismundum revertimur, de qvo tale est judicium *Stanisl. Lubienski in Historia profectionis Sigismundi in Sveciam p. 18.* Ejus benignum vel certe lentum & remissum animum occasionem præbuisse & cupiditati Caroli & procerum adversis erga eum studiis: Hosq; palam professos fuisse, Regem Johannem, etsi satis ad omnes casus adversos instructum paratumq; tamen ita caute imperio usum esse, ut lupum se tenere auribus dixerit. Filium vero ejus Sigismundum adhuc juvenem ita freno imperii Sveviæ Regnum circumagere velle, ac si ea res expedita & nullius esset negotii, non prehensari ab eo Senatores, non populum blandis alloqviis allici. *Sed ille*, inqvit porro Lubienski, *assvetus in Polonia omnia referre ad Senatum & Magistratuum suorum fide inniti, perinde in Svecia quoq; existimabat, se & fide & obsequio subditorum suorum usurum. Qvæ spes, qvantopere illum fefellerit & tum continuo expertus fuit, & tanto magis postea longo experimento comperit, Regni qvidem Poloniæ, etsi tot externis urgeatur periculis, non ita gravem esse administrationem.* Concluditq; tandem de Svedorum ista mutatione: *Omnes Maritimos populos ad seditionem pronos esse veteres etiam existimasse, econtra eos, qvi Mediterraneas regiones obtinent, civiliores esse solere;* Quod suo loco relinqvimus. Neq; nostrum fecerimus, quod itidem opinatur *præstiturum fuisse, si Caroli in arce Upsalienſi aliorumq; ejus Comitum cæde, qvæ satis expedita fuisset, futuris malis & ingentibus bellis occursum fuisset.* Paulum ante cit. p. 18. laudat etiam Johannis Tarnovii Poloniæ Vice-Cancellarii Consilium, quo secutæ difficultates evitari potuissent. Svaserat is Regi, ne & paterni funeris Curationem

& suum

& ſuam inaugurationem differret, fore enim ut & inter diverſarum nationum diverſorumq; non modo morum & lingvæ, ſed etiam Religionis populos aliqvid disſidii oriretur, & ii qvi Regem vel non admittere, vel circumſcribere novis legibus vellent, majorem & Regem invidiâ onerandi, & eorum qvæ deſtinaverant efficiendorum occaſionem haberent, Regique deinde omnia difficiliora eſſent. Sed id conſilium neglectum fuit, & non niſi exacerbatis jam animis Inaugurationi Regiæ tempus deſignatum, dies I. Martii Anno MDXCIV. qva etiam peracta fuit, ſed infeſtis ſuſpectisq; utrinq; animis; Nec lætius erat publicum, qvod à Rege in Palatio exhibebatur eodem die convivium, unde etiam ita diſcesſum fuit, ut ſatis conſtaret inter cognati ſangvinis Principes ingentia excrevisſe odia, nec qvicqvam certi de Statu illius Regni ſub diſcesſum, qui mox futurus erat, Regis conſtitutum: Svedis in partem ſecedentibus, neq; vel ope vel conſilio Regem juvantibus, cauſantibusq;, ita Regem novum excipiendum eſſe, ne inviti patriis juribus libertatibusq; ſpoliari, & quod caput eſt ad ejurandam Religionem cogi poſſent. Hæc *Lubienski de prof. Sigism. in Speciam f. 15. 18. &c.*

V. *Carolus* itaq; Patruus Sigismundi idemq; Prorex ejus ipſi ſuffectus A. MDCIV. mortuus A. MDCXI. Autor victricis in Svedia familiæ non absre dicendus, ex eo enim tempore, quo ille regno potitus fuit, Regnum hoc ſemper incrementa, eademq; continua ſumſit, quod antegreſſis ſeculis vix factum. Demonſtratio ex ſubjecta Hiſtoria Ruſſorum, Polonorum, Germanorum, Danorum facile patebit, nec monitu hic egebit. Humani quid ſi paſſus fuit in expetendo Regno, occaſione certe uſus eſt, quam meliora ingenia quæq; non aſpernata ſunt, ut in rebus turbulentis ſuum faciant, quod alios gerendo eſſe non ſentiunt. Videnda hac de re *Exegeſis Hiſtorica cauſas commemoruns quibus Ordines Regni Svecici provocati Sigismundum Regem Poloniæ ejusq; progeniem &c. Svecano exuerunt Diademate Francf. A. MDCXVII. Joh. Typotii Relatio Hiſtorica de Regno Sveciæ & Bellis Civilibus atq; Externis Francf. A. MDCV.* At paulo gravior ſcrupulo eſt, non tantum Sigismundum abdicatum, ſed Johanni Sigismundi fratri, qui in tutela Caroli agebat ac ſine dubio Carolo propior erat, voluntariam abdicationem jurium ſuorum in Regnum perſvaſam, eoq; adactum fuiſſe, ne vel illo tempore, vel alio qvo quam obſtiturus eſſet electioni Caroli: Vid. Oratio ejus Norcopiæ habita An. MDCIV. in *cit. Exegeſi Rer. Sved. fol. 555.* Quod majus eſt Johannem hanc abdicationem non ad ſua tantum

jura, sed universæ secuturæ prolis suæ extendere oportuisse: *Non amplius neq; in se neq; in posteris Regnum se expetiturum, donec tota familia Caroli extincta sit*; Sed annotat Exegesis Johannem motibus istorum temporum in Svedia sedandis imparem attulisse animum, ipsumq; Oratione sua id testatũ agnovisse, Carolum unicum secundum Deum Regni protectorem, qvi servitutem Svecis intentatam subduxerit, pro omnium emolumento vigilarit, ac juxta Jura & Privilegia Svedica omnimode gubernaverit, plurimos etiam tumultus & intestinas dissensiones per ipsum sublatum iri. vid. *Exeg. fol. 556. & 557.*

VI. *Gustavus Adolphus* Caroli filius, Princeps magni animi, quemq; inter ipsos Catholicos Ambrosius Spinola post victoriam Pragensem An. MDCXX. solum inter Protestantes residuum esse judicavit, qvi non irritari deberet. Er sehe niemand der so considerable und solcher gestalt zu achten / als der junge König in Schweden / denselben solte man nicht leicht irritiren und beleydigen / sein Gemüth / Verstand und Hertz gebe sich dermassen am Tage / daß es damit heisse / wofern er lange leben wird. *Petr. Bapt. Burgus in Marte Speco-Germanico* ita de eo *Lib. III.* Erat grandiori corporis statura, quam vulgo sunt homines ac proportionata membrorum compagine, robustissimo corpore, candidaq; facie cum grandi aquilino naso, ac subrufa cæsarie ac barba. Laudabiliores erant animi dotes, quippe magnanimus, liberalis, affabilis, misericors fuit, pius quoq; ac justus, si hæresin dempseris, regnandiq; libidinem condonaveris. Si hic prælio ad oppidum Lutzen supervixisset, parem in terrarum orbe non habuisset. Regnum Sveciæ ipsi jam destinatum fuerat Comitiis Norcopensibus An. MDCIV. Carolo prudenter rem ita dirigente, ut non sibi tantum, sed etiam posteris bene esset: *Promittimus, obligamus, juramus &c. Suæ Celsitudinis majorem natu filium Illustriss. Principem Gustavum Adolphum immediate post Serenissimi Parentis sui felicem ex hoc mundo migrationem regimine atq; Regali potestate potiturum, Regemq; nostrum futurum. Exeg. Rerum Sved. fol. 537.* Quæ ipsa paulo post ad Posteros Gustavi Adolphi, & deniq; ad Carolum Philippum Fratrem ejus ipsiusque prolem extensa fuerunt: A Gustavo quoque posthac observata, qui Filiam suam Christinam licet vix bimulam Reginam designari curavit Comitiis Holmensibus An. MDCXXIV. d. 4. Dec. Und weil uns das Fürnehmen unsers Feindes schon längst verkundschaffet / daß er nehmlich durch tödtlichen

lichen Abgang Ihr. Königl. Majest. nicht wenig Hoffnung und Vertrauen bekommen / und Ihrer viel von dem gemeinen Volck den Artickel von der Erb-Vereinigung An. 1604. mit den Reichsständen getroffen / nicht wol verstehen / nemlich so des Königs Töchter in der Regierung gebühret / so haben wir freywillig und mit reiffen Rath eben diese Erb-Vereinigung wiederholen / erklähren und allen zu frischen Gedächtniß führen wollen. Verpflichten uns derowegen wier sampt und sonderlich / so wohl Gegenwertige als Abwesende / so da noch leben und leben möchten / da Ihr Königl. Maj. ohne Erben mit Tode abgiengen / daß Wir das Durchl. Fräulein Christinam der Schweden / Gothen und Wenden Princessin für unsere Erb-Fürstin erkennen und alle Ihr Königl. Maj. Rechte nach dem Erb-Vereinigungs Schluß und denen Rechten des Königreichs Schweden / die da unserer gethanen Pflicht nicht zu wieder / schützen wollen. Neq; aliter à Serenissima Christina factum, quæ Carolum Gustavum, dum sceptra adhuc tenuit, designari passa fuit; Adeo ut in Regulam Status Svedici velut abierit: Reges superstite adhuc Rege designari, ad turbas nomine Electionis & receptionis cohibendas: Secus ac fecit Elisabetha Angliæ Regina, qvæ Regem designari nunquam passa fuit, licet extra dubium poneret, Jacobum istum futurum, causata se non permissuram, ut sibi vivæ linteum sepulchrale ante oculos duceretur: Gesta Gust. Adolphi in Germania ipsi quidem mortem, at nomini æternitatem & Regno ingens augmentum addidere; Non tamen propriis adeo, quam ipsorum Germanorum viribus confecta: Constat enim nonnisi quinq; millia militum suorum è Svedia extulisse, neq; unquam Germaniam totam transire potuisset, nisi indignantem Germaniam & Protestantium favorem, à partibus habuisset. Accedit causam Dei ab ipso actam, pressam enim Religionem & ab auxilio humano fere destitutam erexit, aut certe ut erigeretur, incitamento fuit, cum paulo ante ruinam minitari visa esset. Quod ab aliis tamen sinistrius acceptum: Causam Dei quidem actam, sed potiorem ipsi fuisse qvæsitam Regni amplificationem allegantibus: Sic Nebucadnezarem divinitus destinatam executionem feliciter peregisse; Serviq; Dei nomen ea propter meruisse, at nihilominus id primario curasse, ut incrementa regni sui promoveret. Casu suo in prælio Lucensi novum exemplum observationibus Politicis præbuit, quibus monentur Principes, ne præliis ipsi intersint. Sic Vladislaus Hungariæ & Poloniæ Rex ad Varnam, Sebastianus Portugalliæ Rex

in Africa periit, Franciscus I. Galliæ Rex prælio Ticinensi captus, qui similesve Casus maximis incommodis involverunt Respublicas; Et Israelitæ ideo Davidem egredi non permisisse leguntur II. Sam. XIIX. 3. & XXI. 17 rationesve reddunt. I. Davidem esse instar 10000. II. Metuendum esse, ne lucerna in Israelitide extingvatur, h. e. exercituum jacturam facile reparaturum iri, at Rege cadente totam Remp. fluctuare; Admonuit suos non nemo è Cæsareano exercitu, cum fama cæsi Gustavi percrebesceret, jam tempus esse ut pacem facerent, sic enim rebus suis consulturos, quibus respexit ad fluctuantia per cædem Regis arma Svedica.

VII. *Christina* post Patris obitum sub Tutoribus adolevit, qvo tempore & Bellum Germanicum fere confectum fuit: Regnavit usq; ad An. MDC LIV, quo Regimine cesit, illudq; in manus Caroli Gustavi resignavit, reservatis sibi Imperialibus 200000 ex Pomerania & Insula Oeland quotannis solvendis. Ritus hujus rei videndi in *Theatro Europæo* ad An. MDCLIV. & *Thuldeno* ad An. eundem. De causis ejus varie actum, neq; ipsa ita futurum ignoravit; Ideo in Oratione Valedictoria testata legitur: Sibi compertum esse paucos futuros, qui in favorem suum judicaturi essent, neq; se ambigere, quin Proceres Sveviæ etiam in eorum numero sint. *Cæteri hominum*, inquit, *neq; rationes meas, neq; genium meum perspectum habent, cum ego me nunquam aperuerim illis, nisi vobis alterig; amico, Viro magno reig; totius judicandæ perinde ac vos estis idoneo, satis est unus, satis est nullus, cæteros insuper habeo &c.* Se etiam de executione consilii sui ante octennem deliberationem nihil quicquam statuisse eodem sermone professa fuit. *Burgo'densis* querelæ sunt: Animadversum in ea, quod literarum amorem defervere passa fuerit remissosq; fuisse in Patriam undiq; excitos antehac viros doctos. Custodum furtis expilatam Regiam Bibliothecam & in locum sanctissimorum mystarum subintrasse Citharistriarum, Vestiariorum &c. greges. Sartoribus & tonsoribus injectam fuisse purpuram, notumq; in Germania esse exemplum de Sartore nobilitato, qui Güldenscheer appellatus fuerit. V. *Disc. in J. P. P. I. Disc. XV. Memb. 11.* At securius de eadem re prudentissimus Forstnerus; De Actis Deorum sanctius & reverentius fileri quam judicari: Christinam manes suos pati potuisse; Personarum illustrium actiones quoq; haut omnes ad prudentiæ regulam exigi posse: Fieri potuisse ut animi inbecillitate &, quia imparem se senserit, onus abjecerit; Auctam fuisse in immensum Aulæ magnificentiam: Inaugurationem ejus

ejus incredibili pecuniarum profusione peractam, tanquam tanti esset auspicari Regnum, quod mox ejuraret: Promiscuis largitionibus præcipua, Bello Germanico quæsita & tributa Livoniæ absumpta, nihilq; postremo superfuisse, quo Regia Dignitas Belli Paeisq; onera sustinere potuerit. Puduisse Reginam corrigere hos errores, ac proinde Successore opus fuisse, qui tanquam cassa revocaret, qvæ neq; dari neq; accipi salva Rep. potuerint. *Epist. f. 126.* Thuldenus amori Religionis Catholicæ causam transcribit, sed Reginæ ingenio parum convenienti argumento. Interea Religionem hanc, post Regnum abdicatum Oeniponte publice suscepit, assumpto, etiam more in mutatione Religionis nunc solito, ab Alexandro VII. Christinæ Alexandræ nomine, non tamen sine indignatione Svediæ Ordinum, de quo Vid. *præc. n IV.* At è contrario Catholicorum summo cum applausu, qvorum inter alia, ingeniosa hæc extiterunt elogia, alterum de transitu ejus, alterum de ingressu in Urbem Romam. Autor amborum Eman. Thesaurus; Exhibita fuerunt Arcu Triumphali, cum illa Turinum Sabaudorum ingrederetur, habenturq; in *Inscriptionibus Berolin. Ed. fol. 94.*

Adamantinum depange Clavum
Turinorum Augusta
Diemque memorabilem
Æternis infige fastis.
CHRISTIANA ALEXANDRA,
Svecorum, Gothorum, Vandalorum,
Regina ter Augusta
Triumphale hoc ingressa limen
Tria Regna in Triumphum rapuit
A se abdicando:
Magno Alexandro Major Alexandra;
Ille aliena occupans Regna
Cælestium Regnorum Desperatione flevit:
Hac cœlestia ut acquireret,
Abjecit sua.

At alterum tale est:

Phœnicem visere quisquis avet,
Huc eat:

Hanc molli in Arabia nidulari
Fabula est:
In Svecia nascitur.
Regnante Claudio Romæ visam
Ne credas:
Alexandro Septimo auspicante
Romam primum adventavit.
Unam esse tandem qui putat,
Male computat.
Regnantum, Sapientum, Bellatorum,
Viraginum Phœnix,
Quadruplex & unica est Phœnix
CHRISTIANA ALEXANDRA,
Magni Gustavi Filia.

IIX. *Carolus Gustavus*, Gustavi Adolphi ex sorore Catharina Nepos, natus Nycopiæ ann. MDCXXII. Parente Johanne Casimiro Duce Bipontino, inde supremus Dux militiæ Svedicæ per Germaniam, seu Generalissimus, post A. MDCXLIX. designatus Successor Christinæ, & A. MDCL. Princeps Hereditarius renunciatus, ipsum Regnum capessivit A. MDCLIV. moxq; Bello Polonico, ac Danico usque ad Ann. MDCLX. implicitus, obiit Pace nondum concluſa d. XII. Febr. ej. Anni, eodemq; sepultus mense Novembri, cujus rei solennitates habentur in *Diar. Europ. Contin. V.* Curriculum vitæ *ib. Cont. IV. in fine.*

IX. Carolus XI. Caroli Gustavi ex Hedwige Eleonora Holsata filius: Natus An. MDCLV sub Matris & Senatus tutela adolevit, coronatus Upsaliæ A. MDCLXXV. d. xxiix. Septembr. Numiq; tunc sparsi cum imagine manus Coronam Regi porrigentis, addito: *Quem dat servabit honorem.* Arcus Triumphalis honori ejus Stockholmiæ positus hac inscriptione constitit: *Pio, Augusto, Patri Patriæ, Carolo XI. maximorum Regum progeniei & æmulo monumentum Obsequii & subjectionis S. S. P. P.* De Bello, quo implicitus fuit, infra dicendum. Conjugem elegit Ulricam Eleonoram Daniæ Regis Sororem ultimogenitam.

IV.

Regnum Sveciæ Hereditarium factum fuit decreto Comitiorum A. MDX

MDXLIV. Arosiæ sub Gustavo habitorum, quod A.MDCIV. Comitiis Norcopensibus in electione Caroli renovatum fuit. *Ut Regnum, quo se Sigismundus violata Sudercopensi constitutione indignum præbuerat ad Carolum Patruum & ejus legitimos heredes, h. filios masculos ab iisque prognatos ordine successionis devolutum intelligatur. Thuan. L. CXXI.* Hinc Christina cum adhuc minorennis esset, in subscriptionibus titulum *Principis sæ Hereditariæ ac Designatæ Reginæ* usurpavit, quodq; ex parte hodiernus Rex Sveviæ imitatus fuit, qui dum minorennis extitit, itidem se *Principem Hereditarium* scripsit, omisso tamen *Designati Regis* epitheto. Conditæ præterea iisdé Comitiis Norcopensibus aliæ Leges, quibus in posterũ status Regius Regniq; fundaretur, qvales: (1.) Ut sexus fœmineus etiam in Regno succederet: *Hisce promittimus & juramus, si tota Gustaviana Familia seu progenies masculæ prorsus de vita tolleretur, hæredibus fœmineis superstitibus ex eadem Regali & Ducali Familia, nos accepturos esse Principem & Regis filiam, si fuerit illa superstes, aut etiam Ducis natam pro Regina Sveviæ.* Cui conditio qvidem adjecta fuit, ne cui nuberet sine consensu procerum, sed reciproca simul obligatio posita, ne qvem maritum præter Reginæ voluntatem & consensum Ordines Reginæ obtruderent, qvæ omnia in Serenissimæ Christianæ exemplo postea eluxere. (2.) Ne Rex aliûs qvam Augustanæ Confessionis socius esset: *Conspiravimus, nos univimus & constituimus, qvod inposterum ad hujus Regni gubernaculum neminem sublimaturi simus, qui unius nobiscum non erit Religionis, atq; proinde qvicunq; Principum Hæreditariorum à puro Dei verbo in Propheticis & Apostolicis libris comprehensio, sicut etiam à verâ & genuina Confessione Augustana Carolo V. Imperatori A. MDXXX. in Comitiis Vindelicis porrecta & in DEI verbo fundata desciverit, ille prorsus sua jurisdictione hæreditaria spoliandus est, qvâ alias secundum hanc unionem hæreditariam fruiturus esset.* Unde & novum Regem juramento in A. C. se obstrigere oportet, & cum Serenis. Christina Religionem mutasset, fuere ex Ordinibus, qvi in Regni Comitiis causarentur, hac ipsa de causa Reginam reditibus suis annis 200000. Imperialium excidisse: Qvod tamen à reliqvis mitigatum & summa ad 120000. Imperiales reducta. Vid. *Sprenger. Notic. R. Sved.* (3.) Ne qvam uxorem duceret, nisi qvæ Augustanæ Confessionis socia esset. *Simili modo nostri Principes Hæreditarii, sub privatione jurisdictionis hæreditariæ nullam aliam ducent uxorem, qvæ erroneæ fuerit Religionis, & alterius qvam illius*

lius antea commemorata, ne hinc quæpiam in Religione discordia oboriatur inter subditos & Regni Dominos, velut cum Rege Sigismundo factum est. (4.) Nec qvem alius Religionis in Regno Sveviæ tolerandum esse. *Atq; ut omnis occasio tempestivæ huic inconstantiæ præcidatur, nemini alius Religionis qvam prædictæ in hoc Regno licebit commorari, vel ad ullum officium ascendere, sed veluti Principibus hæreditariis constitutum est, nimirum ut qvicunq; illorum à verô & salutifero DEI verbo exorbitaverit, jurisdictionis hæreditariæ ad hoc Regnum sustineat dispendium, ita quoque vicissim, quicunq; ex Regni inhabitatoribus à Christiana nostra Religione desciverit, bonis suis privabitur, proximo consangvineo subjiciendis, atq; è Regno proscribetur, ne occasionem habeat, suum evomendi venenum.* (5.) Regem non esse admittendum, qvi aliud Regnum acceptaverit. *Similiter unanimiter consentimus ac statuimus, neminem ex hæreditariis nostris principibus ad Regalem apicem promovendum, qvi aliud Regnum acceptabit, sicut neq; Rex hæreditarius ullus potestatem habeat alias ditiones & regna acceptandi, nisi semper in Regno Sveviæ commorari voluerit, qvandoqvidem partim superiorum temporum transactiones, partim etiam ex hodiernis tumultibus liqvido cognovimus, atq; experti sumus, qvanta detrimenta hinc profluxerint, qvod Sveciæ Reges externum assumserint Sceptrum.*

V.

Negotia quæ inter Sveviam & Poloniam intercesserunt, hæc fermè fuerunt. Poloni Sigismundum, quippe stirpe Regia Sigismundi & ex Catharina filia ejus natum, in Regem admiserant, sed quem eapropter in religione Catholica educari oportuit, Matre ejus cum consensu Parentis Johannis & Senatorum Regni id efficiente, quoniam alia ratione non vidébatur Regno Poloniæ potiturus fuisse. Ad hunc deinde mortuo parente An. MDXCIII. & Sveviæ Regnum jure hereditario devolutum fuit: Quod ille quidem aliquamdiu retinuit, sed cum ab A. MDXCIX. graves inter ipsum & Carolum Patruum altercationes ob Regni administrationem & Religionis causam intercessissent & Sigismundus Polonorum viribus adjutus aliquoties in Sveviam venisset, sed nunquam sine damno & dedecore discessisset, tandem A. MDCIV. Ordinum decreto ipsi Regni dignitas abrogata fuit, quod contra Avi voluntatem & promulgatas in Regni Comitiis Leges Religionem in Svevia mutare, libertates Regni convellere, ac novas

novas munitiones extruere conatus fuisset, eademq; in Carolum translata Comitiis Norcopiæ indictis, qui licet initiò ab invadendi Regni alieni cupiditate forsan abhorruerit, occasione tamen periclitantis Religionis usus ac proprio periculo edoctus ad Regium apicem se evehi passus fuit. Quæ omnia superius exposita. V. *Typotii Relationem & Exegesin Rer. Svecic. supr. cit.* Adde *Thuan. L. CXXI. CXXVII. CXXXI.* Et Literas Polonorum ad Svedos, Svedorumq; ad eas responsa, in *Continuatore Thuan. l. 1.* Hinc itaque Regum Poloniæ in Regnum Sveciæ nata prætensio, & Bella subsecuta gravissima, quæ statim An. MDCV. in Livonia cœpere cum magna clade Caroli. V. *Thuan. L. CXXXIII.* Succedenti tempore qvoq; dilata potius, qvam sublata fuerunt. Et A. MDCXVI. cum Sigismundus inordinatas præparationes ad recuperandam Sveciam faceret, à Gustavo Adolpho Livonia iterum petita fuit, qui patrem imitatus prævenire periculum maluit, quam hostilem impetum expectare: Iterumq; Anno MDCXXV, quo tota in potestatem ejus transiit, excepta unica Dunamunda. Tandem A. MDCXXIX cum Gustavus aliquamdiu in Prussia versatus fuisset, Induciæ Sexennales cum Polono pactæ, quasq;, cum A. MDCXXXV. finiendæ fuissent, isto anno in annos XXVI. eoque ad A. MDCLXI. denuo protrahi placuit. Eratque ratio Gustavi, quod Bello Germanico jam incumberet, ideoque de induciis hisce necessario ipsum cogitare oportebat, quas posteri eandem ob causam deinde continuaverunt; Pax integra enim sperari nondum poterat, eo quod Rex Vladislaus & Germani ejus desiderio Svedorum, ut abdicarent titulum Regis Sveciæ & jus hereditariæ Succesionis, satisfacere nollent, neq; etiam de restitutione Livoniæ convenire possent. Vid. *Piasecium ad A. MDCXXXV. p. 480.* Sed inducias has nihilominus Carolus Gustavus Rex Sveciæ justo citius An. MDCLIV. rupit, offensus ut videtur protestatione in Coronatione sua à Poloniæ Legato interposita: Qvæ etiam inter Justificas Belli causas allegata fuit, addito, Inducias à Polonis violatas, pacta Lubecensia frustrata, transitum Cracovio concessum, conatus Bozii adjutos, & Livonos sollicitatos fuisse; Quas rationes Poloni infitiatione, rejectione in Svedos, & quod in Germanicam inclusi Pacem intelligendi essent, diluêre. *Initia Belli hujus prosperrima fuere,* Civitatibus Borussiæ Regalis & Poloniæ majoris magno numero & fere sine sangvine in Clientelam Svedicam receptis, cum ipsius Caroli tantum non indignatione; Qvem cum in Pomeraniam exscendisset, & nuncium accepisset occupati à Generali suo

Wittebergio Posnanii, questum fuisse ferunt: *Sibi Bellum Butyraceum gerendum esse:* Daß Er keinen Feind/der sich defendiren oder wehren wolle/für sich finde/sondern einen Butter-Krieg würde führen müssen. *Poloni deinde, cum animum viresve colligerent, ad partes venire severius jussi,* Edicto Marieburgensi d. 1. Mai. An. MDCLVI. & altero d. IIX. Mai. ejusdem Anni, cujus tenor inter alia fuit: *Hocce notificandum decrevimus, ut quanti illis obstinata rebellio* (dixerat priori Edicto, plurimos in Polonia à fide sibi data resiliisse) *constare debet, evidenter intelligere possint,* ordinamus itaq; & hoc præsenti diplomate constituimus, ut qui nostris Universalibus de dato Marieb. 1. Maji editis, secundum modum & tempus ibi præfinitum, non paruerint, nec debitum respectum & observantiam detulerint, justam nostram indignationem non declinent, sed in eas incursuri pœnas, quas in seqventibus describimus, & ab omnibus in tempore observandas esse monemus &c. Primo quidem statuimus, ut quicunq; Nobilis Nobilem in præfata rebellione adversus nos perseverantem, comprehendere vel occidere nostræque potestati vel vivum vel mortui caput tradere sustinuerit, eidem sic capti vel occisi Bonorum hæreditariorum, seu terrestrium dimidia pars hæreditaria utenda, fruenda competat, quam vigore hujus ei nos confirmaturos recipimus, deinde quicunq; rusticus vel colonus, inq; civitatibus vel pagis degens, Nobilem aliqvem aut Dominum suum rebellioni contra nos contumaciter insistentem sive vivum sive ejus interfecti caput attulerit, eidem ejusq; liberis non solum totam libertatem personalem & agrum, qvem colit perpetuo immunem concedimus, sed etiam Nobilis vel Domini sui capti vel interfecti reditus, qui ex bonis suis hæreditariis annuatim proficiscuntur, per sex annos utendos, fruendos indulgebimus, ac deinde ita cum illo agemus, ut probatæ operæ ac promptitudini suæ ex voto satisfiat &c. Literæ inscriptæ fuerunt: *Senatoribus, Dignitariis & Officialibus, Nobilibusq; & eorum Subditis in Palatinatibus Posnanienſi, Calisiensi, Siradiensi, Lancicensi, Ravensi, Prestensi, Juniadislaviensi, Cracoviensi, Sendomiriensi, Lublinensi & terris omnibus Masovia.* Extant in App. ad Hist. Thuld. *A* MDCLVI Turc *secutum prælium Varsaviense, idemq;* insigni victoria finitum; Sed 1. Seren. Electori Brandenburgico debita. 2 Nullo notabili fructu ditata: Nam Res Svedicæ ex eo tempore inclinare cœperunt, Poloniq; mox Borussiam invaserunt, partemq; exercitus Brandenburgici sub Comite Waldeckio profligarunt. *Nec exiguo numero selectissimorum militum ac Officiariorum hoc Bellum Regi constitit,* è qvibus fuere:

fuere: Friderieus Landgravius Hassiæ, Oxenstiernius, Wittebergicus, Erskius, Israel, Angeli ambo, Löwensteinius, pluresve alii Comites ac Nobiles. Ragocius quoq; Transilvaniæ Princeps, qui in auxilia Caroli iverat, eapropter à porta Ottomannica Bello petitus ac Principatu exutus fuit. Unde & *decrementa majora indies passus*, advenientibus medio tempore Cæsareanis auxiliaribus copiis, ortoque Bello Danico, *Polonia excessit*: Cum paulum ante Imperatori Turcico Fœdus societatemque obtulisset, literis ad Zatnicostam datis d. XIX April. Ann. MDCLVII. Bezeugen und offenbahren hiermit/daß in gegenwärtigem Kriege wieder das Königreich Polen/Wir und andere unsere Bundsgenossen/wie auch der Fürst in Siebenbürgen gar nicht einigen Vorsatz/Willen und Meinung haben/dem Allerdurchl. Ottomannischen Käyser an seinen Königreichen und Landen einigen Schaden und Verlust zu zufügen/in Ansehung unser Vorfahre am Königreich Schweden König Gustaff Adolph Christlicher Gedächtniß/auch mit der Ottomannischen Pforten gute Freundschafft und Vertrauligkeit gepflantzet. Darumb so haben Wir unsere Gesandten an die Durchläuchtigste Ottomannische Porta abgeordnet/mit unsern ausdrücklichen Versprechen und Zusag/daß wir die vorgemeldte gute Freundschafft und Verbündniß unverbrüchlich zuhalten gemeinet seyn. Ungezweiffelter Hoffnung/das nicht allein die Hochgedachte Ottomannische Porta/sondern auch der Großmächtigste Ottomannische Sultan Mahomet Hano solche unsere anerbothene beständige gute Freundschafft willfahren/annehmen und uns gute Versicherung geben würde/selbige nicht zuverhindern/sondern vielmehr mit seiner hohen Käyserl. Autorität zu befestigen/auch unsern der Zeit in dem Königreich Polen stehenden Kriegs-Völckern keinen Schaden oder Nachtheil zufügen zu lassen. Feruntq; Legatum Portæ Otomannicæ inprimis proposuisse: Die sonderliche Verbündniß und vertrauliche Verständnüß/so sein König ietzo auffzurichten begehret/würde zur Beforderung Ihr Käyserl. Majestät/und deroselben hohen Standes Nutzen und Frommens ein solches ersprießliches Werck seyn/dergleichen/biß daher in der gantzen Welt nicht wäre befunden worden/und noch künfftig nicht zu verhoffen stünde. Denn dergleichen Gelegenheit und Zustand hab sich niemahlen an der Hand gegeben/wie itzunder vor Augen stehet: In Betrachtung/daß die jenige Völcker welche dem Götzen-Dienst und dem Pabst/wie auch dem Griechischen Kirchen-Gebrauch anhängig seynd/haben sich nunmehr

aller dings mit ihrer Macht zusammen gesetzt und verglichen/alle die jenige außzurotten/welche die Götzen und Bilder nicht anbeten wollen. Solche schädliche und boßhafftige Anschläge zu verhindern und aus dem Wege zu halten/hat sich mein Allergnädigster König und Herr nunmehr neuer dingen mit England Franckreich/Holland auch den Götzendienst verachtenden Ungarn/und vielen andern mächtigen Potentaten und Fürsten/sonderlich in Teutschland in besondere Bündnüß vereiniget/dergleichen vor diesem niemahlen gewesen/noch künfftig seyn wird. A. MDCLI x. vero adhuc Duci Curlandiæ per Duglassium vis illata, quem simul Serenissima Conjuge tunc partui vicina, & prole utriusq; sexus captivum Rigam abduci, militesq; ejus interfici, vel Sveviæ militiæ admiscri oportuit, utut jus perpetuæ Neutralitatis jam A. MDCXLVI. à Christina idemque postea à Carolo Gustavo pactus fuerat. Denique Anno MDCLX. in Olivensi Cœnobio prope Dantiscum in pacis conditiones itum fuit & Rex Poloniæ Johannes Casimirus omnibus prætensionibus in Regnum Sveviæ & Magnum Principatum Finlandiæ renunciavit, ita tamen ut titulos & Insignia Regni Sveviæ in Polonia & ad omnes Principes extra Sveviam ad dies vitæ usurparet; Successores ejus vero ipsis plane abstinerent. Cessa etiam fuit Livonia trans-Dunana & omnes partes cis-Dunanæ, quas tempore induciarum tenuerant &c. Vid. Instrumentum Pacis Polono-Svedicæ s. Olivensis in *Appendice ad historiam Thulden. A. MDCLX. p. 109. & seqq.*

Art. III.

§. 1. *Serenissimus ac Potentissimus Princeps ac Dominus, Dominus* Johannes Casimirus *Rex* Poloniæ, *pro se ac heredibus posterisq; suis, amore pacis, vigore hujus instrumenti pacis solenniter ex nunc & in perpetuum renunciat omnibus prætensionibus in Regnum* Sveviæ *& magnum Principatum* Finlandiæ *& alias ipsis subjectas provincias, regiones, ditiones, civitates, castra & munimenta; sive hæc omnia nuper, sive ab antiquo acquisita sint, nec non in bona avita, in Regno* Sveviæ *dictisq; provinciis sita, in Regnum* Sveviæ *dictasq; provincias & bona, præsentibus vel futuris temporibus nihil quicquam prætensurus.*

§. 2. *Quoad titulos & insignia ita conventum est; quod Serenissimus Rex* Poloniæ *prout hactenus, ita in posterum, ad dies vitæ suæ utetur integris titulis & sigillis insignibusq; Regni* Sveviæ *in* Poloniâ, *& ad omnes Prin-*

Principes, Status & privatos extra Sveciam, *sine ullo tamen plenariæ supradictæ renunciationis præjudicio: dictis vero titulis & insignibus non utetur ad Serenissimos Reges Regnumq;* Sveciæ *in literis, aliisq; diplomatibus aut scriptis, sed observabitur ab utrisq; receptus hactenus modus abbreviandorum titulorum cum &* cæterationibus, *ita ut post verba*, Magnus Princeps Finlandiæ, *tres &* cæterationes *in titulo Serenissimi Regis* Sveciæ, *& vicissim post verba*, Magnus Dux Lithuaniæ *tres &*cæterationes, *in titulo Serenissimi moderni Regis* Poloniæ *adjiciantur, insignibus tamen Regni* Sveciæ *in sigillis Regis & Reipublicæ* Poloniæ, *dum in* Sveciam *scribetur, penitus omissis, post obitum vero moderni Serenissimi Regis* Poloniæ, *successores ejus & Respublica* Polona *in titulos & insignia* Sveciæ *nihil unquam prætendent; sed utrimq; Reges & Regna suis quisq; titulis & insignibus tantum plenariè gaudebunt & utentur.*

Art. IV.

§. 1. *Serenissimus Rex & Status Ordinesq; Regni* Poloniæ, *Magniq; Ducatus* Lithuaniæ *à modo in perpetuum cedunt vi hujus pacificationis Serenissimo Regi* Sveciæ *ejusq; successoribus Regnoque* Sveciæ *omnem illam* Livoniam trans-Dunanam, *quam* Svedia *hactenus per tempus induciarum tenuit & possedit, ut & partes cis-*Dunanas *omnes & insulam* Runen *in Mari sitam, quas per idem tempus induciarum* Svedia *tenuit & possedit, nec non quicquid juri Regibus & Reipublicæ* Polonicæ *in* Esthoniam *&* Osiliam *hactenus ullo modo competere poterat; Atq; hæc quidem omnia & singula cum omnibus suis pertinentiis &c.*

Art. V.

§. 1. *Pars* Livoniæ Australis, *quæ antehac & per hæc bella, & temporibus induciarum sub ditione fuit Regni* Poloniæ *& Magni Ducatus* Lithuaniæ, *nempe* Duneburgum, Rositen, Lützen, Marienhusen & cætera; *itemq; reliqua omnia loca, quæ per Commissarios ad id utrimq; deputandos, fuisse per tempus induciarum* Polonicæ *possessionis invenientur, cum omnibus suis pertinentiis, territoriis, urbibus, pagis, fructibus, & proventibus teloniisq;, juribus, directoque & utili domino, remanent in possessione Serenissimorum Regum & Regni* Poloniæ, *& Magni Ducatus* Lithuaniæ; *nec Serenissimi Reges Regnumq;* Sveciæ *in istam partem* Livoniæ, *ut ab alterâ diversam, neque in Ducatum* Kurlandiæ Semigalliæque *& districtum Piltensem, vel respectu* Livoniæ *Septentrionalis, & quovis*

alio pretextu, ullum unquam jus pretendunt, aut pretendere potuerunt. Cum vero Magnus Dux Moſcoviæ *non modo dictam* Livoniam Polonicam, *ſed etiam partem* Svedicæ *occupatas armis nunc teneat, ideo conventum eſt, ut ſi* Svedia *aliquid ex* Livonia Polonica *quocunq; tempore à* Moſcis, *armis, tractatibus, aut aliter receperit, teneatur totum illud* Poloniæ *& Magno Ducatui* Lithuaniæ *ultro & gratuito, non imputatis expenſis belli reſtituere. Eodem modo & vicisſim, ſi* Polonia *aliquid ex* Livonia Svedica *quocunque tempore à* Moſcis *armis, tractatibus aut aliter receperit, teneatur totum id* Svediæ *ultro & gratuito, non imputatis expenſis belli, reſtituere.*

§. 2. *Titulis & Inſignibus* Livoniæ *tam Sacra Regia Majeſtas* Poloniæ *ejusq; ſucceſſores Reges* Poloniæ, *Magnique Ducatus* Lithuanici *ratione* Auſtralis Livoniæ, *quàm Sacra Regia Majeſtas* Svediæ, *ejusq; ſucceſſores, Reges* Svediæ *ratione* Septentrionalis Livoniæ, *promiſcuè utentur ſub titulo Ducatus.*

VI.

Seqvuntur Bella Germanica, paucisſimis tantum exhibenda: Qvem enim exitum inventuri eſſemus, ſi hunc ingrederemur tot fluctibus contrariis procelloſum Oceanum? Guſtavus Adolphus A MDCXXIX. eorum initium fecit cauſatus. I. Polonos auxiliis & commeatu â Cæſare confirmatos, eoq; ab ineunda pace alienos fuiſſe redditos. 2. Maris Balthici Imperium, quod jam diu penes Svedos fuiſſet, Wallenſteinium magno ambitu qvæſiviſſe. 3. Duces Mechlenburgicos finibus ſuos pulſos. 4. Literas ſuas ad Principem Transſilvaniæ â Cæſare interceptas. 5. Legatos ſuos â Pacificatione Danica excluſos eſſe & 6. quæ validisſima ratio erat, Auguſtanæ Confeſſionis Socios â Cæſare oppreſſos, qva quidem re potisſimum applauſum per Germaniam obtinuit: Cui etiam ſervando publico edicto hoſpitia & liberum in Regnum ſuum tranſitum omnibus, qui propter Religionem in Germania ſolum mutare cogerentur, aperuit. Vid. *Brachel. Libr. III. ad A. MDCXXIX. pag. 192.* Germaniam deinde jam jam ingreſſurus numos cudi curavit cum notabili hoc elogio,

Von Mitternacht da kom ich her/
Zu ſtreiten iſt all mein Begehr/
Will allzeit halten gute Wacht/
Gottes Engel nehme mich in acht.

Cuſus

Cuſus & aliis medalio, licet haut magnopere ingenioſus, cum Inſcriptione: *Miles ego Chriſti Chriſto Duce ſterno Tyrannos, Hæreticos ſimul & calco meis pedibus: Parcere Chriſticolis me, debellare feroces Papicolas Chriſtus Dux meus en animat.* Succeſſus quo Guſtavus potitus fuit & poſt eum filia ejus omnium memoriæ inhæret, factumq; tandem, ut Pace Oſnabrugo-Monaſterienſi An. MDCXLIIX. poſt confirmatum ſtatum Proteſtantium Reges Sveciæ in Imperii Status titulo Ducum Bremenſium, Verdenſium & Pomeraniæ ac Rugiæ Principum, Dominorumq; Wiſmariæ, admitti, dariq; ipſis oportuerit I. *Totam Pomeraniam citeriorem* una cum Inſula *Rugen*, itemq; è *Pomerania Ulteriori Stetinum, Gartz, Dam, Golnau & Wollin*, ſimul Maris parte das groſſe Haff/ ejusque tribus oſtiis Peine, Svine & Divenau. 2. *Wismariam* cum fortalitio Wallfiſch & præfecturis *Poel ac Neuencloſter.* 3. *Archi Epiſcopatum Bremenſem & Epiſcopatum Verdenſem* cum Oppido & præfectura *Wilshauſen.* Quibus acceſsit, ut pro exauctoratione militiæ Svedicæ V. myriades Imperialium Svedis ſolverentur. Cuncta tenore Articuli Pacis Germano-Svedicæ Xmi. Nec ſpecie caruit, quod pro Svedis tunc allegatum fuit: Imperio per indultum harum provinciarum nihil decedere, ſed potius Vaſallis eminentioribus idem augeri: Vaſallos Regios jam tum cerni è Dania & Hiſpania, ecquid igitur non etiam ex Svedia? Aliis interea intutam Pacem, & nova promovendæ dominationis inſtrumenta Germanos ita vicinis ſuis porrigere querentibus: Veriſimile haut fore, ut Svedi Pomeraniæ & Maris Balthici clauſtris inſeſsis quieturi eſſent, vel Galli ſubſtituri poſt captas tot arces & oppida, poſtq; tot fluminibus injectos compedes & tranſitus occupatos in Alſatia. Duriſima omnium extitit Sereniſſ. Electoris Brandenburgici conditio, quippe de cujus avito patrimonio tantum terrarum detrahendum veniebat. Sed Cæſareanis ſtatutum erat, quocunq; precio pacem redimere; Ultro etiam ex Legatis Brandenburgicis quærebant, an exercitus, vires, pecunia ſuppeterent, quibus à poſtulatis depellere Svedos confiderent? Qvæ tamen non adeo, quam deſtituta in Fœdere cum Belgis fiducia, Brandenburgicam conſtantiam fregerunt: Cum enim Legati Belgici, qui tunc Oſnabrugi erant eo nomine compellarentur, hi reſponſum dedere: Validiores radices egiſſe Svedorum opes, quam ut mediocribus viribus convelli poſſent: Sibi non conducere, ut Hiſpanico Bello nondum plane ſoluti alio implicentur; Parendum igitur neceſsitati & propitiora tempora expectanda eſſe. V. *Epiſt. Forſtn. p. 8. & 94.*

Itaq;

Itaq; sola ulterior Pomerania supra dicto modo Serenisſ. Electori tunc remansit. Minora alia, exactiorq; limitum definitio singulari transactioni Reginæ Svediæ & Sereniſſ. Electoris relicta fuere & ex parte expedita Tractatu Stetinensi An MDCLIII. d. XIV. Maj. Quo fundamenti loco substratus Receſſus Transactionis Ducum Pomeraniæ An. MDLXIX, initæ. Caminumq; Urbs Svedis, Episcopatus Caminensis Electori relictus; *Art. XXII.* Capitulum v. urriq; commune mansit, *Art. XXIV*, Jurisdictio Civilis & Eccleſiastica, jura item ordinis ac legis Diœceſanæ diviſa. Et cum vigore Articuli X. §. qvicqvid, & Art. XI. Inſtr. Pac. §. teneatur. Serenisſ. Elector poſt exceſſum tunc viventium Canonicorum & Capitularium poteſtatem Capitulum extingvendi reditusq; menſæ ſuæ applicandi haberet, communi tamen conſenſu Electoris & Svedorum id conſervari placuit, ſalvo interim acquiſito jure, eaq; lege, *ut Capitulum ſeſe erga patronos vicisſim gratum gerat, nec gravi aliqua ingratitudine à toto Collegio collegialiter commiſſa ſemetipſum hac Regia & Electorali gratia & favore ſpeciali indignum reddat.* Art. XXV. Limitum inter utramq; Pomeraniam initium factum à pago Wendiſch mellen. *Art. IV.* Eorundem continuatio exhibita *Articulis ſeqq.* inprimis XXIII. Simultanea Inveſtitura & Expectantia in Pomeraniam Electoralem, Neomarchiam, Diſtrictum Sternbergenſem, Caſtra Vieraden & Löckenitz in caſum deficientis Familiæ Brandeburgicæ acceptata *Art. XXIX.* Qvodq; etiam vectigalia in Pomerania Electorali Svedi prætenderent, tandem in communionem eorum conſenſum fuit, ut S. R. M. &c. *Sereniſſ. Dn Electorem in perceptionem pro parte dimidia communium vectigalium in portubus ulterioris Pomeraniæ Electoralis exigendorum (exceptis vectigalibus antiquis, quorum plena & indiviſa perceptio Serenitati ſuæ Electorali vigore Inſtr. Pac. ex. Jure Territoriali debita permanebit) nec non emolumentorum in iisdem portubus ex confiſcatione circa ea reſultantium ex favore admiſerit.* Art. XXX. Poſt A. MDCLXII. Inveſtitura in Provincias haſce petita, quod à Chriſtina fieri quidem cœperat, ſed procul dubio ob rationem ſtatus, & à Carolo Guſtavo forte ob Bellum tempore Regiminis ſui geſtum intermiſſum fuerat. Urſeruntque inprimis Legati Svedici Receſſ. Stetinenſis confirmationem, utq; quod literæ inveſtituræ de expectantiis Svedicis generaliter dixiſſent, ſpecialiter de Neomarchia, Ditione Sternbergenſi, Vierada & Löckenitz exprimerent. Qvæ pluribus expoſita *Diar. Eur. Cont. VII. f. 420. & ſeqq.*

Sed

Sed cum Flamma ultimi Belli Gallo-Belgici universam Europam corriperet, hi quoque accensi, mediatores quidem aliquamdiu egerunt, mox vero instigantibus Gallis Germaniam de novo impetierunt, Marchiâ & Pomeraniâ, cum Sereniss. Elector Imperii causa adulto An. MDCLXXIV. adversus Gallos movisset, in septimum usque mensem milite ac tributis gravatâ. Sed felices revertentis Sereniss. Electoris successus in actione Ratenovienſi secutoq; Prælio Fehrbellinensi mox effecere, ut VII. Dierum spacio omnibus Ditionibus Electoralibus excedere oportuerit: Ex eo autem Hostes Imperii declarati, Avocatoria Cæsarea publicata, Circuliq; Saxonici ambo & Westphalicus Electori in auxilium ire jussi: Daß Seiner Churfl. Durchl. wie auch allen andern gegen den Friedens-Schluß bedrängten Ständen die Reichs-Gvarantie so wohl wieder die Krohn Schweden/als auch contra quoscunq; Aggressores und Helffers-Helffer cum effectu gedeihen zu lassen: Auch den Reichs-Satzungen und Friedens-Schluß zufolge die dem Chur-Brandenb. Landen nähst angelegene insonderheit der Ober- und Nieder-Sächsische wie auch der Westphälische Creiß zu schleuniger würcklichen Hülff-Leistung auffzumahnen. *Conclus. Imper. d. IIX. Jul. Ann. M DC LXXV.* Ac mox undecunque à Brandenburgicis, Luneburgicis, Monasterienſibus, Danicis impugnati ipso An. M DC LXXV. Ducatu Bremensi ac Verdensi fere toto præter Stadam, quæ Mense Julio A. MDCLXXVI. secuta, Wismariâ item, quæ Regi Daniæ cesſit, & Wolgasto cura Sereniss. Electoris in Pomerania exuti fuere: Quibus ille porro è Pomerania An. MDCLXXVI. Anclamum & Demminum, A. MDCLXXVII. Stetinum, A. MDCLXXIIX. Insulam Rugiam, Stralsundam, Gryphiswaldiam adjunxit, adeoq; Svedos tota Germania, mox etiam Borussia sua, quam exeunte Anno LXXIIX. invaserant, expulit ac in Livoniam usq; fugavit. Pace Neomagensi tamen inter Cæsarem & ipsos Ann. M DC LXXIX. inita beneficia Pace Osnabrugensi impetrata receperunt: *Mutuo consensu conventum est, ut Pax Westphalica Osnabrugis d. XXIV. Oct. A. MDCXLIIX. sancita sit firma basis & omnimoda Norma hujus Pacificationis, ita ut pristino suo vigori restituta inposterum sarta tecta sit, maneatq; aque ac ante hos præsentes Belli motus, Pragmatica Imperii Sanctio & Lex Fundamentalis, qua iterum partes pacisscentes mutuo obligatæ & obstrictæ sint invicem: Non obstantibus, sed annullatis quibuscunq; Actis, Decretis, mandatis vel mutationibus per*

hos Belli motus in contrarium factis. Tunc Pace cum Luneburgicis facta Ducatum Bremensem, excepta præpositura Dövern, Tractu inter Visurgim & Allerum, & præfectura Tedinghausen, Verheissen J. Hoch-Fürstl. Durchl. auff guten Glauben an den König von Schweden zu restituiren das Stifft Brehmen sambt allen Dependentien, so wie Sie es ietzo besitzen/so bald der König von Schweden Sich wieder in den Stand befindet selbigen anzunehmen/und durch seine Macht zu defendiren *Art. VI.* Et Art. Separat. I. II. & II. Die Prävostey und Vogtey/Dövern/ und der Strich/welcher zwischen der Weser und der Aller gehet / und an den Lüneburgischen gräntzet/soll dem Hauße Lüneburg verbleiben/jedoch das keine Fortressen darauff gebauet/noch sonsten Zölle angeleget/ oder der Stadt Vehrden einige Gerechtigkeit desfalls benommen werden. 2. Das Ambt Tedinghausen mit allen ihren Gerechtigkeiten. 3. Aller Gerechtigkeiten/Renten/Possession, es sey an Güter oder Holtz / welche das Bischhoffthum und Capitul/nach dem Westphalischen Frieden aber die Fürstenthümer Bremen und Vehrden von und nach diesem Kriege in der Lüneburger Ländern vor sich und ihre Nachkommen behalten/wie die Cron aller Ansprach sich hiermit begiebet. &c. Porro Pace cum Episcopo Monasterienſi qvicqvid illi in eodem Ducatu & Principatu Verdenſi obtigerat, excepta Præfectura Wildshauſen, qvæ in Hypothecam CM. Imperialium à Rege Sveciæ ſolvendorum ipſi relicta. Soll alles was Vermöge des Westphälischen Friedens Schweden gehöret/und die Münsterische besitzen/ ohne einige Demolirung oder Verringerung mit allem Geschütze so darinnen gewesen/ und ietzo darinnen ist / wieder eingeräumet werden/ deßgleichen alle Archiven und schrifftliche Uhrkunden zum Hertzogthumb Bremen oder Vehrden oder deren Stäten gehörig &c. Artic. IV. In einiger Erstattung dessen wollen J. Kön. Maytt. von Schweden Jh. Fürstl. Gn. oder deren Successori 100000. Rthlr. in Hamburg zahlen lassen: Zu Versicherung solcher Bezahlung bleibet dem Herrn Bischoff zum Unterpfand das Ampt Wildshausen solches so lange ohne einige Reduction oder Rechenforderung aufs beste zugebrauchen. Art. VI. Denique & Pomeraniam Pace Gallo-Brandenburgica Fano S. Germani inita, exceptis Partibus Trans-Viadrinis, facta item renunciatione in dimidiam partem vectigalium Pomeraniæ Ulterioris. Art. V. Der Chur-Fürst von Brandenburg verspricht durch den ersten Tractat dem König in Schweden/alles was er mit seinen Waffen in Pommern erobert hat / wiedrumb einzuhändigen/

gen/ insonderheit aber die Städte Stralsund und Stettin/ und ins gemein alles das jenige/ was Er anjetzo an Landen und Herrschafften/ welche der Cron Schweden vermög der Westphälischen Tractaten in dem Reich abgetretten worden/ besitzet/ nichts davon ausgenoñen/ noch zubehalten.

VI. Dieweil es aber zu Unterhaltung guter Nachbarschafft/ und künfftiger Bevorkommung aller Strittigkeiten/ welche gemeiniglich unter Fürsten/ wegen allzugrosser Vermischung Ihrer Landen und Herrschafften/ zu entstehen pflegen/ vor nöthig erachtet worden/ dem Pommerland so der Cron Schweden zu gehöret/ und dem jenigen Pommern/ welches unter der Herrschafft Sr. Churfl. Durchl. zu Brandenburg ist/ neue Gräntzen zu geben; So ist auff nachfolgende weise hierinnen Verordnung geschehen.

VII. Alle die jenige Landen/ so die Schweden jenseit dem Oderstrohm besitzen/ sie seyen gleich ihnen vermög des Westphälischen Friedenschlusses abgetretten/ oder ihnen durch den Stetinischen Abschied oder Tractat vom Jahr 1653. zugesprochen worden/ sollen ins künfftige dem Churfürsten zu Brandenburg/ mit aller Souverainität und Hoheit verbleiben/ nur allein außgenommen die Städte Damm und Golnau mit allen dero Zugehören/ welche insonderheit in dem Westphalischen-Frieden-Schluß sind specificiret und benahmet worden.

IIX. Nachdeme aber gemeldte Stadt Golnau und dero Zugehörung/ gleichsam in denen Landen/ welche Sr. Churfl. zu Brandenburg/ Krafft gegenwärtigen Tractats/ verbleiben sollen/ eingeschlossen seind/ und Sie angehalten/ daß Ihro dieselbige/ nebenst dem übrigen jenseit der Oder gelegenen Lande möchte überlassen werden/ so ist verglichen und verabschiedet worden/ das besagte Stadt Golnau/ sambt ihren Zugehörungen/ Deroselben zu einem Unterpfand von dem König und der Krohn Schweden/ wegen des Werths und der Summ/ von 50000. Rthl. so nach des Königs in Schweden Willen zu bezahlen gelassen werden solle; Jedoch wann besagter König in Schweden/ Ihro gemeldte Summa der 50000. Rthlr. wird bezahlen lassen/ gedachter Churfürst gehalten und verbunden seyn solle/ ihm die Stadt Golnau/ nebest ihren Zugehörungen/ wiederumb einzuhändigen/ gleichwol solle er/ so lange die Zeit der Verpfändung wären wird/ selbiger auff eben solche Weise/ wie mit allem was Ihme durch gegenwärtigen Tractat abgetretten worden/ genieſſen.

IX. Und weil Krafft obgedachten Stettinischen Recesses oder Tra-

ctat vom Jahr 1653. der Churfürst von Brandenburg verbunden gewesen/mit dem König und der Cron Schweden/die Zölle/welche in den Colbergischen und andern Pommerischen See-Häven jenseit der Oder/so unter der Herrschafft Sr. Chfl. Durchl. verbleiben/erhoben werden/zutheilen/so ist verglichen worden/daß der König und die Cron Schwedee Krafft gegenwärtigen Tractats, auff alles Recht/die Zölle zu theilen/so Sie mit dem Churfürsten von Brandenburg ins gemein haben können/vermöge des Stetinischen Tractats, in denen See-Häven/des jenigen Theils Pommern/welches Krafft des Westphälichen Friedenschlusses/dem Churfürsten verblieben ist/renunciiren und Verzicht thun sollen.

X. Vermöge vorhergehender Articul, renunciiret/tritt ab/qvitiret und überläst der König in Schweden/so wol vor sich/seine Erben/Nachfolgere und Berechtige/auff ewig und immerdar/durch gegenwärtigen Tractat, dem Churfürsten zu Brandenburg/seinen Erben/Nachfolgern/und Erbnehmen/alle Rechte/Renten/Gefälle/Gerechtigkeiten und Vorzüge (von was Nahmen oder Beschaffenheit selbige seyn mögen) welche Er gehabt/oder die Er so wol Krafft des Westphälischen Friedenschlusses/als auch durch andere Vergleiche Verträge/und Uberlassungen; Insonderheit/durch den Stetinischen Receß oder Tractat vom Jahr 1653. auff die Oerter/Städte/Lande/Wälder und Herrschafften/jenseit des Oderstrohms gelegen/wie auch die Theilung der Zölle/in den Pommerischen Churfürstl. Häfen/nur allein die Städte Damm und Golnau/neben ihren Zugehörungen ausgenommen/prætendiren oder vorschützen mag/jedoch alles der Ordnung gemäß/welche hierinnen Krafft des 8. Articuls gegenwärtigen Tractats ist gemacht worden/ohne Vorbehaltung/Außnahmen/Wiedererstattung oder einige Zurückhaltung/und solches ohngehindert aller Gesetze/Contracten, Vergleiche/Verträge/Abtrettunge/geschehener oder künfftiger Belehnungen/Gewohnheiten/oder wiedriger Verordnungen/massen denselben und allen andern clausulen/durch gegenwärtigen Tractat, ausdrücklich ist derogiret/und auff ewig alle Ausflüchte/unter was Rechten/Titulen/Clausulen/oder Scheingründen/solche geschehen möchten/außgeschlossen worden.

XI. Es verwilliget auch besagter König in Schweden/daß alle Leute/Vasallen und Unterthanen/gemeldter Plätze/Städte und Länder/welche Krafft gegenwärtigen Artickuls/dem Churfürsten zu Brandenburg abgetretten überlassen worden/von nun an und zu ewigen Zeiten/

von

von der Huldigung / Dienſten und Eyd der Treue loßgeſprochen ſeyn und verbleiben / maſſen gemeldte Unterthanen und Vaſallen ins künftige unter der Chur-Brandenb. Souverainitat &c. verbleiben ſollen.

VII.

Interea & in Civitatem Bremenſem prætendi cœptum, Svedis citra civitatem iſtam Ducatui Bremenſi non ſatis cautum eſſe arbitrantibus, Bremenſibus vero libertatem jura ac privilegia ſua exemta eſſe cauſantibus per citatum Artic. Inſtrum. P. §. Civitat. vero. Controverſiæ ſumma huc recidit: Utrum Brema ſit Civitas Imperii immediata an vero municipalis & ſubdita Archi Epiſcopatui ſ. Ducatui? Et Bremenſes pro ſe afferre ſolent, ſe jam ad Comitia vocatos & voto ibi donatos, ab Imperio, Imperatore & vicinis pro Libera Civitate habitos fuiſſe. Iis præterea, quæ in contrarium allegantur hac ſumma ferè reſpondent. 1. Se jurisdictionem & ſuperioritatem concesſiſſe Epiſcopis, ſed ad eum modum, quo aliæ Civitates Imperiales id facere ſoleant. 2 Homagium præſtitiſſe, ſed conditionatum, ne juribus Civitatis obeſſet, idque non de ſubjectione, ſed fidelitate loqui. 3. Confirmaſſe quidem Epiſcopos privilegia ſua, ſed confirmationem illam nihil aliud continere, quam reverſales quibus promiſerint, jura urbis ſalva fore, 4. Senatum comparuiſſe quidem in Diætis Provincialibus, ſed non ratione urbis, verum bonorum in territorio Epiſcopali ſitorum: Itaq; A. MDCLIII & MDCLXVI ad arma itum fuit & Bremenſes à Svedis obſeſſi. Finitæ prioris obſidionis immedietas in ſuſpenſo manſit, poſterioris quem Duces Luneburgenſes ac Brunſvicenſes & alii vicini procurabant, reſumta fuit, & quia radix omnium diſſenſionum videbatur eſſe, concluſum, ut Civitas futuris usque ad A. MDCC. Comitiis ſeſſione & voto abſtineret, neq; titulo immediatæ & liberæ Civitatis Imperialis erga Regem Svediæ uteretur, ita tamen ne quid præjudicii Civitati pro jure ſuo in poſterum inde naſceretur. Und ob nun zwar Anfangs Sr. Hochgräfl. Excell. darauff gedrungen / daß die Stadt auff die Reichs-Immedietät / als worauß ſie alle Irrungen und Weiterungen hergefloſſen zu ſeyn erachtet / umb mehrer Sicherheit willen / renunciiren ſolte / ſo iſt doch durch der Herrn Abgeſandten Zuſprechen / und auß allerſeits Begierde zu der allgemeinen Beruhigung / die Sache dahin vermittelt und verglichen worden daß J. Königl. Maj zu unterthänigſten Reſpect und Ehren die Stadt ſich erkläret nach geendigtem dieſem noch währendem Reichs-Tage / ſich der Seſſion und Stimme in comitiis Imperii, biß zu dem Ende dieſes Se-

culi, oder wann man nach Gottes Willen schreiben wird / Ein Tausend Sieben hundert / zu enthalten und wenn in währender solcher Zeit Reichs Conventus außgeschrieben / und die Stadt mit darzu invitirt wird / soll und will dieselbige weder durch ihre Abgeordnete noch durch andere Fremdde die Session im Reichs-Stättischen Senatu bekleiden / oder darin votiren lassen / jedoch hat sich die Stadt hiebey vorbehalten / daß hierauß keine Præscription oder andere nachtheilige Folge gegen dieselbige gezogen werden solle; Die Stadt auch nach Verfliessung solcher Zeit / wann immittelst in Güte kein anders verglichen / oder mit Recht erkañt / bey den Reichs-Tägen ihrer Sessionen & Voti sich wieder zugebrauchen bemächtiget seyn wolle.

2. Erkläret sich nebest diesen die Stadt Bremen dahin / daß sie / biß gleicher Gestalt ein anders verglichen / oder mit Recht erkañt / auff denen Nieder-Sächsischen Crayß-Tägen / Sessionem & Votum ferner nicht suchen noch begehren wolle.

Uber das ist [jedoch ohn beyderseits Præjuditz] verabschiedet und beliebet worden / daß Bürgermeister und Rath der Stadt Bremen hinführo und biß zu erfolgendem Vergleich oder Rechtlicher Erkäntnüß sich des Prædicati oder Tituli einer Käyserl. freyen Reichs-Stadt / gegen Ihro Kön. Maj. und Dero Regierung / oder andere Dero Collegia, und Ministros, so dann in Büchern und offenbaren Schrifften oder Edicten / welche in die vier Gohen nach Blumenthal und Neukirchen / oder sonsten ins Land zu ihrer Notitz außgehen oder affigiret werden / nicht gebrauchen sollen. In andern Fällen aber wollen Bürgermeister und Rath sich dessen nicht begeben haben / und wollen hingegen J. Königl. Maj. sich der Wörter (der Stadt Bremen) und Worts (Begehren) gebrauchen. Plura Vid. apud. *Burgold. P. III. Disc. XIII. n. III.*

VIII.

Negocia cum Danis agitata, ne antiquiora temporibus Margaritæ, & Successorum ejus gesta referamus: Quibus tria Regna Dania, Svedia ac Norwegia unita communem è Dania Regem habuerunt, Svedis interim crebro resilientibus, tandemqque post abdicationem Christiani II. proprios iterum Reges sibi constituentibus; Qvæ res nihilominus varie disceptata, donec sub Friderico II. Daniæ Rege demum juri in Regnum Sveviæ renunciaretur, Svedisq; usus trium Coronarum permitteretur: Nostro seculo fuerunt,

runt talia: I. A. MDCXI. Christianus IV. Carolo *Svediæ* Regi Bellum intulit, causatus hunc mare Balthicum infestum tenere & plures Danos navigantes in Livoniam, *Curlandiam*, & Prussiam spoliasse, ac in Norwegia Daniæ propria varia Regalia ipsumq; titulum Nordlandiæ usurpasse: Unde postquam scriptis ad Ordines *Svediæ* literis præjudicia illa tolli & damna illata sibi compensari postulasset, & ne responsum quidem obtinuisset, misso caduceatore bellum *Carolo* denunciavit, nec expectato quid vel tunc responderetur (tardius v. responderat *Svedus* amicam compositionem offerens) primis diebus Maji Christianopoli movens *Calmariam* contendit, illamve simul arce ac Insulis quæ arcis illius Jurisdictionem seqvi solent, in suam potestatem redegit, quibus & Elsburgum & Goltbergum adjecit, *Svedis* interea excursibus in Norwegiam naviumq; onerariarum captura non minorem molestiam *Christiano* inferentibus. Unde ambo Regna Bello fatigata A. MDCXIII. Paci tractandæ se accinxerunt mediatore Jacobo Rege *Angliæ*, sopitæq; *Controversiæ* ea conditione, ut *Svedus* titulo, quem usurparat in præiudicium Dani, abstineret, ipsi Danus *Calmariam* cum Insula Olandia restitueret, Helspurgum v. tam diu retineret, donec certum pecuniæ debitum à *Svedis* ipsi solveretur. V. *Piasec. Chron. ad A. MDCXI. &c. p. 276, 284.*

II. Anno MDCXLIV. vero Svedi, nihil minus expectantibus Danis, neque denunciato ante Bello in Daniam irruperunt, & Torstensohnius quidem in Holsatiam, Gustavus Horn autem in *Scaniam*, nec exiguo cum progressu. Finem tamen mox attulit sequens An. MDXCLV. cura Serenissimi Electoris Brandenburgici & Ordinum Fœder. Belgij, conditaque *Transactio Bremsbroensis*, cujus tenore primum pacta Libertas *Svedis*, *Svedorumq;* subditis per Oresundam & Fretum Balthicum concedenda, deinde Jemptia, Heredalia, & Insulæ Gotlandia & Oselia *Svedis* concessæ. Cum Transitus *& navigatio per freta* Oresundicum & Balthicum, *ex mari* Balthico *in* Oceanum, *& vice versâ; Ejusdemq; Transitûs & navigationis causâ solvendorum vectigalium &* accisiæ, *aliorumq; gravaminum immunitas ac mercium certificationes; itemq; in naves & bona pro avertendis fraudibus & navibus una cum mercibus suis ab omni molestia liberis præstandis, mercimoniorumq; fide illæsa conservandâ institutæ inquisitiones, visitationes, impedimenta*, arresta, *& processus judicarii sint principales causæ præsentis hujus motus & belli; quamobrem*

prolixis

prolixis & multifariis colloquiis, reconciliationis mediis, hinc inde habitis, tentatisq; tandem ita amicè conventum, decretum, & concluſum eſt, ſuæque Regiæ Majeſtatis Daniæ, *ejusq; ſucceſſorum & Regni* Daniæ *nomine promiſſum & ſancitum: ut ſit maneatq; inpoſterum ſuæ Regiæ Majeſtatis* Svediæ *ejus Succeſſoribus Regibus* Svediæ, *eorumq; Subditis & incolis Regni* Svediæ, *Magni Ducatus* Finlandiæ, Ingriæ, Eſthoniæ & Livoniæ, *jus, Libertas & Facultas navigandi, ſive propriis ſive conductis navibus, triremibus, aliisq; navigiis, majoribus & minoribus, armatis & non armatis, bellicis & mercatoriis: ut & transportandi ſuas merces & bona, cujuscunq; ſortis & generis ſint, per freta* Oreſundicum & Balthicum, *juxta temporis & uniuscujusq; propriam voluntatem & occaſionem, ſine interdicto aut impedimento, quocunq; modo.* Art. I. Brembs.

Quandoquidem Regia Majeſtas Chriſtina *Regina* Svediæ, *durante hoc bello, in poteſtatem ſuam armis redegit nonnulla Regiæ Majeſtatis* Daniæ *fortalitia, provincias, terras, & civitates in* Jutia, Scania, Halandia, Blekingia, Bornholmia, Holſatia, *item* Stormaria, & Ditmarſia, *uti nominatim ſunt* Chriſtianpreis, Pinnenberg, Helſingeburg, Landskroon, Laholm, Engelholm, Stelzburgum, Hammerhuſen, *aut quocunque alio nomine appellentur, vel appellari poſſint, quæ jure belli ab illa poſſidentur, ideo præter alias magni momenti conſiderationes & mediante ſuæ Regiæ Majeſtatis* Franciæ *legati diligenti & indefeſſi adhortatione & ſuaſione; Regia ſua Majeſtas,* Svediæ *Regina dictas modo provincias, terras, munimenta, domos, agros, caſtra, civitates & territoria Regiæ ſuæ Majeſtati* Daniæ *ejusq; Succeſſoribus cedere, & omne iſtud jus, quod in ea jure belli habere poſſit, reſignare conſenſit & approbavit: ut ſecundum hujus pacificationis tenorem ſequi debeant Regem* Daniæ *& ejus Succeſſores absq; ullo impedimento; Ingentibus nimirum miſeriis, quas belli continuatio ſecum trahit prævenire volens & quam ſummè neceſſarium ſit, amica Regnorum Septentrionalium reconciliatione initium facere jamdiu perturbati Orbis Chriſtiani pacificationi acquieti, conſiderato: Ac ne ſollicitæ curæ & deſideria, quibus utraq; Majeſtas, Rex* Franciæ *filius & Regina ejus Mater vidua regens flagravit, ut natæ inter hæc Regna diſcordiæ & bella componantur, in vanum cedant: Præſertim cum Regia Majeſtas* Daniæ *ab Illuſtriſſimo Chriſtianiſſimi* Galliarum *Regis legato monita ac perſvaſa ſuo Succeſſorumq; ſuorum* Daniæ *ac* Norwegiæ *Regum ac Regnorum*

gnorum nomine assenserit, pollicitaque sit, quemadmodum hiſce consentit ac promittit, ut Sacræ Regiæ Majestati ejusq; successoribus Svediæ *Regibus & Regno in compensationem & satisfactionem pro restituendis provinciis, munimentis, civitatibus & territoriis cedatur tota* Jemptia *cum* Heredalia *inclusive, si hæc in Svedico ingentium* Sveonum *montium, alias vulgo* Doffra Fiel *dictorum, qui* Svediam *à* Norvegia *separant, latere, atq; quatenus sita esse deprehendetur*: Gothlandia *item cum arce & civitate* Wisby, *una cum Insulis & brachiis Maris eo spectantibus: nec non* Oeselia *cum Aquilæburgo eiq; subjectis insulis & appertinentiis, atq; omni, quæ eo spectat, superioritate, regalibus, jurisdictione Ecclesiastica & Politica, tributis, proventibus, vectigalibus, reditibus, & juribus, terra marique: Quemadmodum* Daniæ *& Norvegiæ Reges, & inprimis, qui nunc rerum potitur*, Christianus quartus, *eas hactenus possederunt & obtinuerunt: ut sint maneantq; in posterum Sacræ Regiæ Majestatis, ejus Successorum & Regni* Svediæ *propria, jure perpetuo sine controversia possidenda*: Art. XXV. Bremsbr.

III. Sed A. MDCLVII. Dani iterum *Svedis* bellum indixerunt, allegata violatione Pacis Bremsbroicæ &ſs. Vid. *Jus Feciale Armata Daniæ in App. ad P. III. Thuld.* ejusdemq; *Hist. L. VII. p. 43. & seqq.* Quod cum Dani infelicisſime gererent, totumq; prope Regnum in *Svedorum* poteſtatem veniſſet, ejus finis primum Pacificatione Roſchildenſi quæſita A. MDCLIIX. Sed iterum interrupta tandem A MDCLX. d. 27. Maj. nova confirmatione prope Hafniam factâ obtenta fuit: Qua quid *Svedis* acceſſerit docet Articulus IV. hiſce verbis:

IV. Quemadmodum per pacta Roſchildenſia *An. MDCLVIII. d. 24. Februarii concluſa, à ſua Regia Majestate Regnoque Daniæ, ſuæ Regiæ Majestati* Regnoque Svediæ *cessa est arx & præfectum BAHUSIENSIS, ut & SCANIA, BLEKINGIA, & HALLANDIA Provincia, cum omnibus ejus appertinentibus urbibus & Castellis, Insulis, Scopulis, cum HUENA Insula postmodum quoque ceſsâ, cum omnibus aliis superioritatibus, præeminentiis, Regalibus, Jurisdictionibus tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus, bonis & appertinentiis, cenſu, proventibus, vectigalibus, reditibus ac juribus, tam mari quam terra, quocunq; nomine veniant; Sicut* Daniæ Norwegiæque *Reges antehac eadem poſſederunt, Regno Svediæ inposterum incorporanda, in perpetuam & nunquam turbandam poſſeſſionem, quemadmodum peculiares*

liares Cessionales literæ datæ Haffniæ d. 24. *Februarii MDCLVIII. à Sacra Regia Majestate & Senatoribus* Regni *Daniæ subscriptæ & signatæ id amplio declarant; Ita hisce plane confirmatur & omnimodo corroboratur, earum provinciarum, regionum præfecturarumq; cessio: ut dictæ provinciæ, regiones ac Præfecturæ cum omnibus eo pertinentibus urbibus, arcibus & castellis, Insulis, scopulis, superioritatibus, præeminentiis, jurisdictionibus & omnibus juribus, qvemadmodum suprà memoratum est, in Suæ Regiæ Majestatis, ejus Successorum* Regnig; Svediæ *sempiterna & perpetua possessione nunc & perpetuo maneant.*

Denique cum *Svedi* A. MDCLXXV. se tristi Bello Germanico implicuissent, à Daniæ Rege qvoq; petiti, Wismaria in Germania, Insula Gotlandia ac *Scaniæ* vicinarumq; Provinciarum variæ partes ipsis ereptæ, emisæq; classes aliqvoties profligatæ fuerunt. Accesit A. MDCLXXVIII. captura residuæ è Bello Germanico militiæ *Svedicæ*, literis *Salvi* Conductus qvidem ab Elect. Brandenb. instructæ, sed passo ad Insulam Bornholmiam naufragio nova clade afflictæ, vitamq; proinde ac deditionem à Danis pactæ: Cujus restitutionem qvidem missis ad Regem Daniæ literis Comes Konigsmarckius enixe petiit, deberiq; vi literarum *Salvi* Conductus ursit; *Sed* Literarum ejusmodi interpretationem non laxius sumendam, sed intra arctissimos terminos proprietatis subsistere responsum fuit. J. Königl. Majest. können nicht sehen/wie denselben die angezogene Päsſe oder die gerühmte Gvarantie gegen die Gewalt Gottes mit einigen Grund oder Schein Rechtens zu statten kommen möge/halten vielmehr dafür/daß weilen E. Excell. nicht unbewust ist/wie dergleichen Päsſe nicht ultra contenta, weniger aber ad plane incogitata extendiret werden können/Ihr die wahre Beschaffenheit der Sachen nicht müsse referiret worden seyn &c. Vid. Literas Magni Daniæ Cancellarii Ahlefeldii *Diar. Eur. Cont. XXXIIX. f. 389. 390.* Finitum fuit Bellum cum exiguo Danorum fructu, *Svediq;* ereptis ditionibus omnibus redditi fuerunt, Pacificatione Lundensi A. *MDCLXXIX.* d. 26. *Septemb.* Und weil in dem 5ten und 6ten Artickul des in Franckreich am 23 Aug. 2. Sept. auffgerichteten Tractats verabschiedet ist/daß alle die jenigen Länder und Städte/welche beyde Kön. Kön. Maj Maj. in diesem Kriege einander abgenommen/restituiret werden sollen/als will man solchen in allem nachkommen/also daß Ihr. Ihr. Kön. Kön. Maj. Maj alle die Städte/Festungen/Länder und Orthe/so sie vor dem Kriege inne gehabt/auch

dero

dero Majestäten/vermöge der Rothschildischen/Coppenhagenischen und Westphalischen Friedens von Rechtswegen zugehören / und von einem oder andern dero Majestäten in diesem Kriege occupirt und eingenommen worden/ restituiret werden sollen. 6. Auch ist abgehandelt worden / daß die Städte/Orthe/und Festungen/so man der Cron Schweden wieder einzuräumen hat/in solchem Stande/wie sie itzt befindlich sind/restituiret werden sollen/und soll die Restitution solcher Städte/Insuln/und Provintzen mit allen dazu gehörigen Orthen/und wie es in erwehnten Tractat verabschiedet ist/auff nachfolgende Zeit erfolgen: Als nehmlich Helsingburg soll restituiret werden den 18. October /Landscron den 20. das Land Rügen den 22. Maarstrand/Uddewalde mit dem Bahusischen Lehn/ wie auch Gothland/Carlsburg und die Schwinger-Schantze aber alle zusammen den 31. obgedachten Monats/da die Dänische Garnisonen/so vorbenante Festungen inne haben abziehen/und solche auff obengezeichnete Termine denen Schwedischen hierzu verordneten und gevollmächtigten Commendanten einraumen sollen. Art. V. & VI Wismaria tantum Hypothecæ loco, donec residua Contributionis soluta essent, relicta: Und weil die Länder und Städte/welche vermöge dieses Frieden-Schlusses vor der in dem Frantzös. Vergleich benahmten Zeit evacuiret werden / bleibets doch darbey/daß nichts desto weniger die bewilligten Contributiones biß zu dem in dem Frantzös. Instrument veraccordirten Restitutions-Termin bezahlen sollen / als nemlich Landscron / Helsinburg / Carlsburg und die Schwinger-Schantze biß den 29. Novemb. Wißmar und die Insul Rügen den 6. Gothland/Uddewalde und Maarstrand mit dem Bahuser-Lehn den 13. Decemb. St. V. So ist beliebet worden / daß Ihre Königl Majest. von Dennemarck mitler Zeit biß zu völliger Zahlung solcher Contributionen Wißmar zum Unterpfand behalten solle; so bald aber solche Contributones bezahlt/oder sichere und gnugsame Caution deßwegen gestellet ist/versprechen Ihre Kön Maj. von Dennemarck vorbenannte Stadt Wißmar Ihrer Kön. Maj. von Schweden dem in Franckreich geschlossenen Tractat zu Folge unweigerlich und ohne Aufenthalt zu restituiren/und darauff keine weitere Einwendung oder Prætension zu machen.

De rebus Moscoviticis qvæ dici possunt, sequenti capite attingenda erunt.

IIX.

*S*ingularia Regum Sveviæ, quamq; in Confesſionem Auguſtanam ipſos jurare oporteat, ſimiliave ſupra expoſita §. IV. Statui Regni tractando admoventur Senatores XLIV, quorum conſilio in arduis Regni negotiis militiæ legendæ, Pacis concludendæ, Belli indicendi, Indictionis inſtituendæ res perficiuntur. Inter eos vero neceſſarii inſeparabilesq; ſocii Conſiliorum ſunt. I. *Archidapifer*, ut vulgo vocant ſ. *Drockſetus*, h. vicarius judex à voce Germanica Droſt/ ac proinde ferè idem quod veterum Præfectus Prætorio, cujus munus eſt leges cuſtodire, Præſidem *S*ummi Dicaſterii Holmenſis agere, Regemque officii admonere, in eo comparandus cum Comite Palatino in Imperio, Palatino Hungariæ, Burggravio Bohemiæ, Magna Juſtitia Arragoniæ. 2. *Mareſchallus* Regni, qui dirigit militare conſilium & omnem curam militiæ terreſtris gerit, comparandus cum veterum Magiſtro militum. 3. *Archi-Thalaſſus*, qui Leges nauticas cuſtodit, utq; navibus benè ſit operam dat, Veluti Magiſter Dodecaniſi in Imp. Turcico & olim in Imperio Conſtantinopolitano, Admiralius Angliæ &c. 4. *Cancellarius*, qui Legum normam dirigit. 5. *Theſaurarius*, qui reditus Regni quæque ad Fiſcum pertinent curat, veluti olim Comes Sacrarum Largitionum. Atq; hi durante minorennitate Regis cum vidua Regina, ſiquæ in vivis eſt, negotia Regni tractant & Subſcriptionibus ſuis firmant: Quanquam non illi modo ſed omnes Senatores in Tranſactione Polono-Svedica A. MDCLX. volente ita Regina Matre ſubſcripſerint. V. Sprenger. *Noticiá R. Sveviæ*. Inter Viros Miniſterio Regni conſpicuos celebrandi Oxenſtirnii, Königsmarckii, Brahei, Wrangelii, Wittebergii, Martefeldii, Duglaſſii &c. Quorum virtus, ſtrenuaque Rebus Svedicis navata opera in Hiſtoriis noſtris ſeculi paſſim obvia eſt. *Benedictus Oxenſtierna* Magnus Sveviæ Cancellarius tempore primi Belli Germanici, quiq; extera Svedorum negocia in felicisſimum ſtatum evexit, tanta autoritate fuit, ut Rex Galliæ ſingulari cum Legatione Proteſtantibus Imperii Principibus in Directorem rerum durante modo dicto Bello per Germaniam conſtituendum, eique Conſiliarios adjungendos commendaverit. *Königsmarckii* geſta ſingulari eodemq; ornatisſimo Panegyrico proſecutus fuit *Alex. Torquatus* ed. Amſtel. MDC LXIII. fol.

CAP.

CAPUT. VII.

HISTORIA IMPERII RUSSICI.

I. Scriptores Rerum Russicarum.
II. Explicatio Despotici Russorum Imperii.
III. Series Magnorum Ducum Russiæ superioris ac præsentis seculi: De Czarii nomine.
IV. Pseudo Demetriorum, qui Russiam initio hujus seculi afflixerunt, Historia; Similiave apud alias Nationes exempla.
V. Russorum cum Polonis negocia; Articulorum Andruskovensium summa, confirmatio, & consequentia.
VI. Russorum negotia cum Svedis: Pacta Teussinensia, Wiburgensia, Stolbowensia, Cardisiensia.
VII. Negocia cum Tataris & Turcis: Causæ hodierni Belli Turcici.
VIII. Exterorum Principum cum Russis tentata amicitia.
IX. Russi Æram suam à condito mundo incipiunt, in Juramento Crucem osculantur, aliaq; eorum singularia.

I.

Rerum Moscoviticarum Scriptores varii prodierunt uno volumine Francofurti A. MDC. fol. cui simile est volumen de *Russorum, Moscovitarum & Tartarorum Religione, Sacrificiis &c.* Spiræ An. MDLXXII. in 4to. Inter particulares Scriptores potissimum eminent *Sigismundus Liber Baro ab Herberstein* in cit. Scriptor. n. 2. Ab aliis *Sigismundi Baronis*, à Godofredo in notis ad *L. 1. C. de Patr. qui fil. Sigismundi*

mundi Liberi nomine obscuriuscule citatus, quod mendum tamen in Francofurtana Editione Corporis Juris A. 1663. sublatum & verba *Baronis ab Herberstein* substituta. *Olearius* in Itinerariis Pers. Libris prioribus. *Petr. Petrejus* Chron. Rer. Moscovit. Cæteri sunt *Paulus Jovius* de Legatione Basilii M. Principis Moscoviæ ad Clementem VII. P. Romanum cit. Script. n. 3. *Matthias à Michou* Sarmatiæ P. II. Genealogiæ Magni Ducis Moscoviæ è Manuscriptis Annalibus Russicis excerpta Vid. in Script. n. 1. *Paulus Oderborn* Vitâ Johannis Basilidis ibidem n. 6. quem Germaniæ transcripsit *Henricus Rätel Saganensis; Reinholdus Heidenstein* de Bello Moscovitico cum Stephano Rege Poloniæ ibid. n. 7. Apud Anglos melioris notæ Scriptor de Rebus Rusicis prostat *Giles seu Ægidius Fletcher*, de Orthographia Ruthenica habetur tractatus *Adami Bohoricz*. De Religione Russorum videndus *Possevinus* in Moscovia, *Johannes Faber* de Moscovitarum religione cit. Script. Moscov. n. 3. quibus Epitomes instar accesserit *Eduardus Brerewood* in Scrutinio Religionum & *Hottingerus* Topographiæ Eccleiast. l. III. c. III.

II.

Imperium Russicum Despoticum esse, h. ut Russi se totos Imperatori sui subjiciant, passim constat: Cujus fundamentum ab indole gentis petendum, quæ aliter quam absolute regi nescit; Ita enim & Tacitus *Hist. IV. XVII.* svetum Regibns orientem dicit, Urbes Regibus parere consvetas inducit *Florus L. II. c. XX. Confer. Part. I. c. IX. Sect. IV. §. III.* Speciales rationes in ignorantia literarum, unione Religionis & prohibitione peregrinationis sitæ. De quibus fusius *Thuanus L. XXI. ad A. MDLIIX. Primo quidem quod omnes, qui ab illis in Religione dissentiunt, etiam eos qui Romanam sequuntur, barbarorum loco habent, ac detestantur, propterea q; Princeps qui subditis in hac opinione prait, quoties legatos externos in colloquium admittit, in pelvi aquam paratam habet, qua dimissis legatis statim manus, quasi eorum contagio pollutas, abluit. Deinde quod ex suæ Religiouis institutis Mosci eandem, quam DEO omnipotenti deferunt, fidem se Principi suo debere existimant, ut non minus constantiam eorum laudent, qui fidem ad extremum Principi servarint, quippe quos anima ex corporibus evolante, mox ad cœlestem vitam rapi credunt, quam discipulorum Christi, qui in singulari erga servatorem fide ac pietate ad vitæ usq; finem perseveraverunt. Eam vero opinionem Imperii*

perii ſeveritate alunt Principes, qui ſuos cum externis commercia promiſcuè agitare minimè ſinunt, nec ad externas nationes quenquam è ſuis commeare patiuntur, niſi quos in legationem mittunt, quibus tamen cuſtodes apponunt, ut eis niſi cuſtodibus præſentibus cum quoquam colloqui liberum non ſit, quo fit ut aliorum Principum humanitatem ignorantes nec libertatis guſtata dulcedine præſentia melioribus, cognita dubiis anteponant. Præterea hanc cautionem adhibent Principes, ut quos in legationem militiamq; mittunt, aut alii ejusmodi muneri præficiunt, eorum Charisſima pignora, ut liberos & conjuges obſidum loco penes ſe retineant, in quos omnia exquiſitorum ſuppliciorum exempla edunt, ſiquid deliquerint. Sic Generoſus quisque qvo libertatis appetentior, aut injuriæ minus patiens, Religione, s. metu pœnæ ac ſuorum periculo admonitus in officio continetur.

III.

Familiam Ducalem ſuperiori tempore illuſtrarunt *Johannes Baſilides ſ. Iwan Baſilowitz Grotzdyn*, qui univerſæ Ruſſiæ Principem ſe primus appellavit, Magni nomen ob id ſortitus, quiq; Tatarorum jugum à quibus Majores ipſius jus & inaugurationem totis CC. & amplius annis petierant, inſtinctu conjugis Sophiæ excuſſit mortuus A. MCCCCXCII.

Filius & ſucceſſor *Baſilius* Sophiæ filius, & ante Imperium Gabriel vocatus, Smolencenſem Principatum & quicquid Siberenſis ditionis ſupererat Imperio adjecit, ac *Czarii* titulum primus aſſumſit quod Regem quidem ſonare dicunt, cum & Regem Davidem in *Czarem* vocent; Suſpicione tamen non caret, quin ad imitationem Cæſarei nominis eum affectaverit, quia & Aquilam, quæ inſigne Imperii, inſignibus ſuis inferri, paſſus fuit. *Baronis ab Herberſtein* de Czarii nomine verba hæc ſunt *de Reb. Moſcoviticis p. 11. & 12.* Czar *Ruthenica Lingua Regem ſignificat: Cum autem communi Slavonica Lingua apud Polonos, Bohemos & alios omnes ſumpta quadam conſonantia ab ultima & ea gravi quidem Syllaba* Czar *Imperator ſeu Cæſar intelligatur: Unde omnes qui Ruthenicum Idioma ſeu literas callent, item Bohemi, Poloni atq; etiam Slavi Regno Hungarico ſubditi alio nomine Regem appellant nempe Krall, alii Kyrall, alii Koroll:* Czar *autem ſolum Cæſarem ſeu Imperatorem dici exiſtimant: Unde factum, ut Ruthenі interpretes audientes Principem ſuum ab exteris nationibus ſic appellari, cœperint & ipſi deinceps Imperatorem nominare, nomenq;* Czar dignius

gnius esse quam Regis, *(licet idem significet) existiment. Caterum si evolvas omnes eorum Historias, atq; Sacram Scripturam, ubiq; Regis nomine* Czar, *Imperatoris vero Kassar reperies.* Conf. *Notic. Dignit. Differt. 1. cap. II. §. V.*

Hunc secutus *Johannes Basilides f. Basilowitz*, qui astum, industriam & severam disciplinam in propagando imperio ad majorum artes adjecit, Casanense & Astracense Regnum in potestatem redegit, ac ferè omni Mari Caspio sui juris facto imperium in Persiam usq; protulit, multis aliis præclare, non tamen sine crudelitatis infamia gestis. *Thuan. L. XXI. An. MDLIIX.* Cui inprimis *addendus citatus Oderborn.* Aula ejus peculiariter descripta *à Philippo Pernistein Legato Imp. Maximiliani II. in Honorii Praxi Prudentiæ Politicæ p. I. pag. 280.* Jovius tamen Christianæ Religionis cultorem egregium prædicat. *Hist. L. I.* Et potuisse sibi imperare patuit exemplo Legati Elizabethæ Reginæ Angliæ Hieronymi Bovves, qui jussus coram eo Caput aperire cum comminatione pilei ipsi clavis affigendi, nihilominus illo tecto perstitit, causatus nihil ea de re à Regina sua sibi injunctum; Et cum Archangelo jam solveret, offerrentq; ipsi Ministri Regii Munera pellicea, more Russiæ solito, ille non passus navem suam accedere, eos stricto gladio pepulit protestatus, nec se, multo minus Reginam suam pellibus ejusmodi felinis indigere: **Bedürffe keiner solchen Katzenfelle.** Quæ omnia Basilius miratus viri confidentiam placide tulit. Vid. *Jac. Howel. App. ad Diss. de Prærog. Angl. Disc. de Legat. pag. 214.* Sed hujus causa ex amore in Angliæ Reginam ac nationem pependit, quæ usum commerciorum per mare Album ipsum primo docuerat. *V. P. I. c. III. S. III. §. 1.* Lopatiscum quoq; utut nuncium Belli Polonici à Stephano Rege missum humaniter excipere, visus est, jussitq; in hospitium duci ac diligenter quidem custodiri, sed ita ut omnes ei debiti personæ ipsius honores haberentur, & simul ad commeatum necessaria omnia præberentur. *P. Oderborn. L. III. de Vit. ejus.* Ad characterem personæ ejus pertinet, ipsum ad omnem fortuitæ vocis jactum effuse risisse, quod homines sapientes vehementissime admirabantur. *Oderborn. p. 316.* Germanos primo ita amare solitus fuit, ut non tantum arcana rerum & Reipub. administrationem magna ex parte cum illis communicarit, sed adeo etiam studiose illos dignitate & muneribus ornarit, ut Magnatibus suis vehementer exterorum hominum fortunæ invi-

invidentibus respondebat: *Germanos omnino istis muneribus & dignitate esse perornandos, quos cognovisset militaribus disciplinis liberaliter eruditos, & Ministros Principum valde elegantes, nec esse vaccarum custodes, ut Bojarii Moschici, qui moribus pessimis & corruptissimis in Aulam advolare consueviscent.* Oderborn. p. 319. Sed intempestivo quorundam è Russia abitu factum, ut postea durius in eos consuluerit. Exterorum quoq; Principum amicitiam ad tuendam nominis sui dignitatem ambitiosissime quæsivit. Nam & Maximilianum II. Cæsarem in favorem sui solicitavit, & Persarum Reges Schach-Tamam & Mahometem Hodabandum beneficiis obsequiisque devinctos habuit. Britannicæ autem Reginæ adeo impense favit, ut & cum illius Legato in intimam familiaritatem recepto, arcana rerum liberali fiducia communicaret & magna ex parte consiliis ejus regeretur. *Oderborn. pag. 317.* Obiit An. MDLXXXIV. Ætatis LVI.

Excepit ipsum filius *Fedor* seu *Theodorus* A. Ætatis XXII. Princeps sedati ingenii, & de qvo Russi optima quæq; sibi promittebant. At secuta tempora ipsum huic oneri imparem campanisq; pulsandis potius quam Regimini tractando aptum fuisse manifestarunt, quo abjecto exercitii genere ante & post congregationes sacras impense delectatum fuisse testis est *Salom. Henning. Chron. Livon.* & ex eo *Olear. Itin. L. III. c. XI.* Obiit improles. A. MDXCVII.

Successit *Borislaus Gudenow*, seu *Hodunus*, ut à Lubienskio vocatur *Opp. f. 28.* Rerum summæ jam sub Theodoro admotus, occasione Sororis quam Theodorus duxerat; volens ne an invitus, & procurata morte Demetrii Fratris Theodori natu minoris ex *Petrejo*, *Olearioaliisve* Scriptoribus Rerum Russicarum dijudicandum. Russiam non sine prudentiæ laude, paceq; cum vicinis Principibus stabilita gubernavit usq; ad A. MDCV. qvo motus primi Pseudo-Demetrii cœperunt, quove accepto à Demetrii studiosis veneno extinctus obiit.

Hinc post varias Pseudo-Demetriorum factiones, & *Basilium Zuskium*, qui medio tempore Magnus Dux creatus fuerat, in Monasterium detrusum, electos deinde Vladislaum Principem Poloniæ, mox Carolum Philippum Gustavi Adolphi Sveciæ Regis Fratrem, sed rejectos iterum, A. MDCXIII. *Michael Federowitz*, è Familia Johannis Basilidis Dux constitutus, Princeps Pietate, Pacis amore ac clementia

celebris, cuive geminum Russia à plurimis retro annis non vidisse creditur; Parentem, qui Patriarchatum usq; ad A. MDCXXXIII. gesit, obsequiosissime semper coluit, & in solenni Legatorum exceptione aliisq; ejusmodi publicis actibus ad dextram collocavit: Mortuus A. MDCXLV. Successorem habuit filium *Alexium Michalowitz*, qui Bello Svedico in Livonia gesto, pactis arctioribus cum Polonis, ac ultimùm Bello Turcico inclaruit: Motam etiam in remotioribus Russiæ partibus Regno Casanensi & Astracanensi à Redzinio quodam rebellionem sustinuit, sed nec diuturnam, nec magno cum periculo Status Publici; Et Redzinius posthac simul complicibus suis pœnas moliminum horum dedit. Obiit A. MDCLXXVI. Regnumq; Filio *Michaeli Alexowitz* reliquit.

IV.

De *Pseudo-Demetriorum* sibi invicem succedentium factionibus V. *Olear. in Itinerar. & Petrejum in Chron.* duraruntq; ab A. MDCV. ad A. MDCXIII. quo Michael Federovitz Dux constitutus fuit. Polonis interjecto tempore pro Demetriis quibuscunq;, Svedis pro Zuskio, maximè tamen commodis propriis pugnantibus. Occasio sumpta fuerat à Demetrio Joh. Basilidis filio secundo-genito, fratre Theodori, quem Borislaus Gudenovv. Imperii potiundi causa clanculum interfici curasse creditur, cujus administrationem jam vivente Theodoro susceperat. Hujus igitur personam primo *Grisca* seu *Gregorius Trepeja*, seu *Otrepovicius*, uti *Lubienski* vocat *Opp. f. 28.* Monachus è cœnobio Trinouka, & Otrepii Bojari cujusdam ex oppido Galitz filius mentiri cœpit & studiis Principis Lithuaniæ Adami Wisnovvicki ac Palatini Sendomirienſis Georgii Mniszek adjutus res suas eo usque promovit, ut ab omnibus pro vero Demetrio eoq; herede Imperii Russici susceptus publice coronatus fuerit A. MDCV. d. XXIX. Jun. Sed quia peregrinos ac in specie Polonos magno numero Russiæ induxerat, uxorem etiam è Polonia duxerat, Religionem Catholicam in Russia stabilire meditatus fuerat, à moribus Rusticis insuper, quorum servandorum Russi tenacissimi, alienus erat; Russi in suspicionem fraudis ab eo admissæ auspiciis unius è Proceibus Basilii Zuskii venerunt, & mox Imperio pariter ac vita una cum Polonis plerisq; quos secum habebat, exuerunt, quod factum ultimis diebus nuptiarum An. MDCVI. Mens. Majo cum Maria Mniskovvna Palatini Sendomirienſis filia celebratarum.

II. Statim vero à tumultu invaluit rumor, Demetrium Ducem vivum

vum, licet saucium effugisse, prodiitq; iterum Demetrius sive idem sive alius quidam nomine ejus assumpto, qui à Polonis adjutus Zuskio recens constituto Magno Duci non parum molestiæ creavit, acceptis in fidem plerisq; Rusiæ provinciis & obsessa ipsa Moscovia. Nec aliud præsidium supererat Zuskii militiæ, nisi ut à Rege Sveciæ Carolo acceptis auxiliis Demetrium distineret; Cui accesit defectus Provinciarum non paucarum gravioribus tributis exacerbatarum paulo post secutus, discordiæq; mutuæ exercitum ipsius non parum turbantes.

III. Obiit tandem prope Colugam confectus à Tatarico quodam Mursa reliquitque filium posthumum itidem Demetrium dictum in cujus fidem Colugenses ac vicini jurarunt; Et ut mater ejus jura filii tanto acrius prosequeretur, nupsit Polono cuidem Joh. Zaraski, qui etiam Belli impetum aliquamdiu sustinuit, sed captus biennio post à Michaelis Federowitz exercitu palo infixus fuit, Uxor vero & Pseudo-Demetrius Junior perpetuo carceri addicti obierunt.

IV. Surrexit & quartus Pseudo-Demetrius Scriba publicus Moscovienses, & Novogardiam aliosq; vicinos tractus Rusicos in partes suas pertraxit, solicitato etiam in auxilium Rege Sveciæ. Sed cum insolentissime se gereret, à suis captus & Moscoviam abductus ad Aulæ portam catenæ alligatus, & publicum ludibrium aliquamdiu passus tandem à Michaele suspendio adjudicatus fuit. Motæ quidem & sub Alexio Michalowitz posthac â qvodam *Pseudo-Zuskio*, qui se Basilii Zuskii filium gerebat querelæ nonnullæ, sed minoris momenti, nec in Russia adeo, quam exteris Regionibus, quarum plerasque in Europa pererravit, captus tandem rogatu Alexii in Holsatia & Moscoviam abductus mendacia sua An MDCLIII. capitali supplicio luit. Similes IV. Pseudo-Sebastianos numeravit Portugallia, cum verus Rex Sebastianus A. *M*DLXXIIX. in Africa occubuisset, & Philippus II. Rex Hispaniæ cum competitoribus suis nomine Regni controversaretur. De *quibus vide Chifletium in Tenneurio expenso c. IIX. & IX. & præc. c. II. §. V.* Iisdemq; casibus An. MCCCXLIIX. involuta fuit Marchia nostra, à Pseudo-Waldemaro infestata. Inter Veteres Pseudo-Philippum habuit Andriscum quendam, hominem mercenarium Macedonia, qui devicto Perseo ultimo *M*acedonum *R*ege, Romanis molestias facesivit: Cambyse mortuo in Persia regnavit aliquamdiu Oropastes Magus, Mergin se simulans: Turcas Pseudo-Mustaphæ turbarunt: Pseudo-

Agrippa sub Tiberio Romanos; Pseudo-Balduinus Belgas, & alios alii. V. *Zevecotium in Florum L. II. c. XIV.* Nequid dicamus de suspectis nostro tempore personis, *Padre Ottomanno* ac *Mahomed Bei, seu Johanne Michaele Cigala*, & qui A. MDCLXVI. se speratum Judæorum Messiam mentitus fuit *Sabatai Sevi*, quorum Vita Anglice ac Germanice prostat cum Inscriptione: *Historia de tribus hujus seculi famosis Impostoribus.*

V.

Negotia quæ Rusi cum Polonis habent ob Livoniam, Polociam, Ducatum deniq; Smolensko & Severiæ ferme gesta fuerunt, quos illi Polonis sub Sigismundo, Sigismundo Augusto & Henrico ademerunt V Sermonem Joh. Basilidis hac de re ap. *Oderborn. L. III.* Resq; variis Bellis sub Stephano, ac Successoribus *R*egibus Poloniæ agitata fuit, quorum ultimo tandem finis alluxit pactis An. MDCLXVII. tredecim annorum induciis his fere conditionibus: Ut Polonis cederentur Duneburgum, Polock & & Wietepskia, ut & Livoniæ partes; *R*usi contra retinerent Ducatum Smolencensem, Severiensem & Ukreinamtrans Boristhenem, Kioviam post biennium Polonis redderent, Cosacorum Insulas vero utriq; defenderent, & sese invicem mutuis auxiliis juvarent; V. *A*rticulos hosce *in App. ad Cont. XV. Diar. Eur.* Qui tamen vitiosa interpretatione non carent. Iidemqve A. *M*DCLXX. d. VI. *M*artii denuo confirmati fuerunt hoc tenore: Das ob gleich beyderseits abgeschickte gevollmächtige Gesandten sich allhier in Andreßkow eusserst bemühet haben in unterschiedlichen Conferentien eine ewige Verbündnüß und Freundschafft zwischen beyderseits Majestäten aufzurichten/jedoch hat solches wegen eingefallenen unterschiedlichen Verhinderungen nicht können werckstellig gemacht werden. Damit aber gleichwol der gantzen Welt beyderseits Maj zum Frieden geneigter Wille und Begierde klärlich erhelle/ so haben dero gevollmächtigte Gesandten das jenige was zu Bekräfftigung der vorhin beschwornen Tractaten Anno 1667. dienlich seyn kan hiermit auffsetzen und annehmen wollen.

1. Die An. 1667. in Andreskou auffgerichtete Pacta sollen bey ihren völligen Kräften in allen Puncten, Clausulen und Paragraphis ohne Abnehmung / oder auch verkehrte Außdeutung/biß zum Außgang der darinnen enthaltenen Jahre gehandhabet werden und confirmiret bleiben.

2. Die einmahl auffgerichtete und von den Gesandten beschworene/ auch von beyderseits Majestäten ratificirte Vereinbahrung der Waffen/

aber

oder Conjunctio Armorum, sol auch unverbrüchlich biß zum Verlauffe der obigen Jahre observiret werden.

3. Und damit selbige Conjunction in keinen Zweiffel gezogen werde/ sollen beyderseits Majestäten durch ihre abgesandte / innerhalb 6 Monaten/durch einen Eyd selbige bekräfftigen/und der Gewonheit nach durch einige vorgängige Courier solcher Abgesandten Ankunfft notificiren lassen/und wann die Gesandten auff einen darzu asignirten Gräntz-Platz kommen/sollen solche Ratificationes ausgewechselt werden.

4. Was das jenige/so zu den Andreskowischen Tractaten gehörig ist/und auff Commission nicht hat abgehandelt werden können/belanget/ dasselbe sol bey der künfftigen Ratification zu einer Endschafft/wo möglich in zwo Conferentzen/gebracht werden/da man zugleich auch abreden soll; Wie man auffs Beste die Ukraine von der Türckischen Protection abziehen/die muthwillige Cosacken zum Gehorsam bringen/und also beyderseits Majestäten Länder in Ruhe wieder setzen könne.

VI.

Cum Svedis ob partes Livoniæ & Ducatum Novogardensem controversatum fuit, Svedi tamen potiores partes plerumq; tulerunt; Ademptaq; *Magno Duci A MDCXI* ipsa *Magna* Novogardia, aliaq; magni momenti oppida. Translationes nostro tempori propiores inter ipsos fuerunt: *I. Teusinensis A.* MDXCV. inita inter Carolum IX. & Theodorum Jvanovitz. *II. Wiburgensis A.* MDCIX. inter Carolum IX. & Basil. Zuscium, qua Svedis pro opere adversus Pseudo-Demetrios & Polonos præstanda Kexholmia cum adjacenti territorio tradita. III. *Stolbowensis*, à pago Stolbowa inter Legudam & Tiffinam sito, inita *A.* MDCXVII, qua Svedis concessæ Urbes & Castella Ivanogrodia, Jama, Coporia, & Nöteburgum; *Magna* Novogardia autem aliæq; urbes *Rus*sis redditæ. Vid. *Articulos* in *Petr. Chronic. Part. II. p. 489. & seqq.* Ingria tamen secuto tempore incolis suis nudata, qui cum præpositis Ministris Sacris ad Evangelicam *Religionem* se perducendos videren., amore veteris suæ *Religionis* Græcæ sedem migrarunt, eamq; in *Rus*sia fixerunt, consilio quidem Patriarchæ & Episcoporum *Rus*siæ indultu vero ipsius Czari; Quod ille tamen posthac missis ad Sveciæ Reginam Legatis excusare conatus fuit Dn IV. *Cardissensis* An. MDCLXI. inita, cujus summam Vid. in *Diar. Eur. Cont. VI. p. 166.* Ut: z Soll

Beyder Potentaten Titul nach vorigem Gebrauch ungeringert bleiben /

wie auch / was so wohl der eine als der andere hinfüro an Ländern auff seine Seite gewinnen kan freiständig zu gebrauchen. 3. Raumt S. Zaar. Maj. alle eingenomene Stäte und Vestungen in Lifland wider ein. 4 Den 6.ª Augusti dieses Jahres sollen alle Vestungen in Lifland geräumet / ausgenommen das Schloß Marienburg / welches 14 Tage nach Uberlieferung der Ratificationen oder Unterschreibungen soll abgetreten werden. 5. Sollen die Liflandische Unterthanen gehalten seyn alle Russische Stück und Plunderwerck biß an die Russische Gräntze zu führen / dargegen soll Se. Zaar. Maj. bedacht seyn / in allen Vestungen die Stücke / Kraut und Loth / Glocken / Kirchen-Schmuck / Schrifften und Bücher / in selbigem Zustand / wie sie bey geschehener Eroberung gewesen / ingleichem auch zu Unterhaltung der Vestungen 10000 Tonnen Roggen und 5000. Tonnen Gersten zurück zu lassen. 6. Soll eine Grentz-Gesandschafft gegen den 2. April des 1662sten Jahres angestellt werden / umb allen Zwiespalt wegen der Gräntze in Richtigkeit zu setzen. 29. Es verbleiben die Teusinische / Wyburgische / Stalbowische Verträge / wie auch der Wallisarische Stillstand bey ihrer vollkommen Krafft / außgenommen was in diesem ausdrücklich verändert und sonst verabredet worden.

VII.

Negotia Tatarica ex antiquo Tatarorum in Russos odio proficiscuntur. Quia enim Rusi olim non tantum Tatarorum Tributarii fuerunt, sed etiam Tatarorum arbitrio Rusis ambientibus singuli Principatus delati fuerunt, illi servitutis tales eorum memores, hi libertatis posthac acquisitæ tenaces, mutuis molestiis se invicem impetere non desinunt: Cujus rei exempla quotidiana præsenti Bello Turcico etiamnunc apparent. Initium Libertatis hujus à Rusis sub Johanne Basilide majori auspiciis conjugis ejus sumptum, qui cum felicissimus esset, adeo ut Stephanus Moldaviæ Waiwoda de eo dicere soleret: *Illum domi sedendo & dormitando imperium suum augere, se vero pugnando quotidie vix limites defendere posse*: Reges Casani etiam ex arbitrio suo constitueret, Tataros tamen tantopere adhuc veneratus fuit, ut advenientibus ipsorum Oratoribus extra urbem obviam procederet, eosq; sedentes stans audiret: *Quam rem uxor ejus, Græca tam graviter tulit, ut quotidie diceret, se Tartarorum servo nupsisse; Atq; ideo hanc servilem consvetudinem, ut aliquando abjiceret, marito persvasit, ut agritudinem Tartaris advenientibus simularet. Erat quoq; in castro Moscoviæ domus in qua habitabant Tartari, ut omnia quæ Moscoviæ agerentur, intel-*

intelligerent: Quod cum ferre uxor pariter non posset, certos Oratores instituit, munera ampla Reginæ Tartarorum mittit, supplicando ut eam sibi domum concederet donaretq; : Visione etenim Divina commonitam, Templum se eo loci ædificaturam : Ita tamen, ut aliam domum Tartaris se assignaturam polliceretur. Consentit hoc Regina, diruitur domus, templum eo loco extruitur : Sic castro ejecti Tartari domum aliam nec viventibus adhuc nec mortuis Ducibus consequi potuerunt. Bar. ab Herberst. de Reb. *Mosc.* fol. 8. Turcica negocia antehac Tartarorum causa ferme gesta. Quos Turca modis omnibus juvat, quique nisi Turca eos subsidio sublevasset, jam exterminati fuissent: Deinde cum Turca ante annos octoginta admodum fluvium Tanaim in Wolchdam deducere conaretur, copias suas ita per mare Caspium in Persiam educturus, Russi deleto ingenti ejus exercitu molimen hoc intervertere studuerunt: Quod opus tamen posthac nihilo secius perfectum fuit & nomen *Fossæ Camoutz* abstulit: De qvo V. *Part. I. c. III. S. IV. §. XIII.* Quam indigne Borislaus Gudenow Legatos Turcicos habuerit tradit *Petr. P. II. p. 282.* Belli Turcici ab Alexio suscepti & ab hodierno Czario continuati Causæ Svasoriæ videntur fuisse 1. vetus Consilium Turcam longius à se dimovendi. 2. Spes occupandæ Ukrainæ: Quo fine & Alexius Czarius A. *M* DCLXXV. Nobilitatem in Volhinia ad recipiendam protectionem suam invitavit. Sicque primo tanquam auxiliaris *R*egis Poloniæ se Bello accinxit, posita quidem hac inprimis conditione, ne Poloni sine ipso cum Turca pacem facerent: At his nihilominus pacem à Turcis oblatam suscipientibus, idem suo nomine continuavit præliisq; aliquot non infelicibus sustinuit.

VIII.

Exteros Proceres Impp. *R*usficorum amicitiam quæsiviſſe non uno exemplo patuit, rebus tamen rarò ex voto fluentibus; Cujus ratio ex eo forsan, quia exterorum consortio nec dum satis assveti sunt. Sic *Magnus* Dux Holsatiæ Friderici II. Daniæ Regis Frater circa An. MDLXIX. Joh. Basilidis studiis exceptus, ex ejus fratre neptem duxit, simul Livoniæ Regis Titulo ab eo donatus; Sed hac in re cum successu sperato excideret, ab eodem bonis omnibus multatus gratiam Regis Poloniæ exorare coactus fuit, sub quo reditibus aliquibus è Curlandia auctus vitam finiit. Fine præcedentis seculi Borislaus Gudenovv Gustavum Erici XIV. Regis Sveciæ filium Thorunio evocari curavit, exceptumq; magnifice toto fere biennio gratia

non

non parva complexus fuit; Sed jussus Religionem Rusficam assumere cum renuisset, odium Ducis incurrit, quod & Pseudo-Demetrius primus ac Zuskius in eum continuarunt, adeo ut velut in captivitate vitam misere finire oportuerit A. MDCVII. Johannem Regis Daniæ Christiani IV. Fratrem, qui A. MDCII. eo venerat ducturus filiam Borislai Axiniam Borissovam, honorificentius quidem exceperunt, sed ille vix elapsis sex hebdomadibus in Regia Moscoviæ obiit. Denique Christianus IV. iterum An. MDCXLIII, ut Russos in societatem suam contra Svedos alliceret, ac ab ea parte commoveret Bellum contra eos pro vindicandis locis Rusiæ ab ipsis usurpatis, affinitatem Magni Ducis Michaelis Federowitz ambivit, misitque filium naturalem Waldemarum, ut filiam Ducis in uxorem duceret; Sed irrito eventu, cum Rusi iterum inter conditiones matrimonii contentius exigerent, ut Waldemarus Religionem Rusficam amplecteretur, quam cum abnueret, in custodiam datus fuit. Demum tamen opera Stephani Stepkovvski Castellani Braclavienfis Legati Vladislai Regis ad Magnum Ducem An. MDCXLV. fuit liberatus ac dimissus à novo Duce Alexio Michalovvitz Michaelis filio, donis magni precii etiam honoratus, ut aboleretur detentionis suæ injuria. *Piasec. Chron. p. 521.*

IX.

Æra Russorum non Nativitatis Christi, sed conditi Mundi est; Nec nostrà, sed Orientalis Ecclesiæ computatione instituta. Itaque in negociis cum exteris utraque adhiberi solet; Veluti in transactione Andruskovensi inter Polonos & Russos: Soll dieser Friede dreyzehen nach einander folgende Jahre zu rechnen von der Gebuhrt Christi 1667. und von der Erschaffung der Welt 7175. den Monat Junii biß zu dem Jahr von der Geburth Christi 1680. und der Erschaffung der Welt / 7188 selbigen Monat wären &c. Nec à prima Januarii, sed Septembris Annum auspicantur, quia mundum tunc conditum autumant; Quod qvibus ritibus in Aula Rusfica fiat, expositum ab *Olear. Itin. L. I. c. IIX.* & recentissime A. MDCLXXIX. à Cl. Continuatore Relationum Historicarum Lipsiensium, cujus verba honoris causa huc transferimus. Der Auszug nach Towitsen / wohin Se. Maj. Dero Jährlichen Gottesdienst daselbst zu pflegen sich erhobe / geschahe gleichfals mit überauß grosser Pracht und Herrligkeit. Voraus giengen den Weg zu bahnen eine Compagnie Knechte / so man daselbst Semkes nennen / alle wol bekleidet / deren jeder einen Besen unter den

Armen

Armen truge/den Weg darmit zu bahnen/darnach zog die Leib-Compagnie/in sehr guter Ordnung und Rüstung. Diesen folgeten in die 100 sehr rare Handpferde/mit ungemein köstlich verbrehmten Sätteln und Decken/hatten umb die Beine güldene Fußbänder/und neben den Sätteln an der rechten Hand lange Schwerter/derer Scheiden mit Silber und Gold/und viel derselben mit Türckischen und andern Edelgesteinen besetzt waren/jedwedes Pferd ward durch zwey wohlbekleidete Knechte geführet/welche an jeder Seiten ein Seiden-Band hatten/so an dem Zaum des Pferdes fest gemachet/worbey sie die Pferde leiteten. Nach diesen folgete eine von Se. Czarischen Maj. Leib-Caroſſen/mit Dero Wapen gezieret/köstlich ausgeschnitten/und vergüldet/ward von 6 schönen Pferden/so Federbüsche auff den Köpfen hatten/ledig gezogen. Darauff folgeten viel grosse Herren und zwar in solcher Menge daß man sie im Vorbeygehen nicht alle zehlen kunte/waren sämtlich mit kostbaren langen Röcken und mit Perlen sehr reich besetzten Mützen angethan/ Se. Czarische Maj. selbst ritten auff einem muthigen schönem Pferde/ und glänzete allenthalben von Diamanten/Gold und andern köstlichen Schmucke. Eruditionis Divinæ humanæque negligentes sunt, unde nec disputare nec Sermones sacros facere fas est: Exempla Vid. apud *Olear. L. III. c. XXI. & XXV.* Jus suum An. MDCXLVII. singulari volumine, quod *Soborna Ulosienia* vocant, comprehendi curarunt, juxta quod sententias ferri oportet. *Olear. Lib. III. cap. XX.* Osculatio Crucis solennis ritus confirmandi juramenti est, rarior quidem, nam & qui juste jurant in causis privatis, apud illos despectui sunt; Attamen in pactis aliisq; negociis publicis adhibitus, idq; ex antiquissimo more Ecclesiastico, quo crucem amplexi per Sancta Evangelia jurare solebant. Ita *Sigebertus* ad A. DLII. scribit, Pelagium insimulatum mortis Vigilii Papæ tenentem Sancta Evangelia & Crucem publice satisfeciſſe; Et addit *Anastasius* in eodem, ipsum Evangelium & crucem supra caput extulisse & tenuisse, qui mos tamen sensim exolevit; Unde solorum quatuor Sanctorum Evangeliorum mentio fit *Nov. IIX. circa finem.* Ritum Osculationis talis ab ipso M. Duce Michaele Federovvitz in confirmationem Articulorum Stolbovvensium peractæ habet. *Petr. p. II. p. 522.* Nach dem die Gesandten ihre Reverentz gethan/und des Groß-Fürsten Cantzler seine Oration vorbracht/und die Creutzküssungs-Schrifft öffentlich gelesen/und dieselbe in einer güldenen

Schüssel auff ein Bild/unter einem Creutz/so von Gold und Edelgesteinen gemacht/gelegt gehabt: Wie auch nach dem der Groß-Fürst selber kürtzlich seine Rede stehend beschlossen/nemlich das laut dem auffgerichteten Friedens-Vertrag er alles auffrichtig halten wolte/ und sich desgleichen von dem Könige versehen/da neigete er sein Häupt und ließ die zween vornehmsten Fürsten des Reichs Fedor Iwanovvitz Mstistlouski die Krone von seinem Häupt/und Ivvan Michalovvitz VVorotinski den Stab oder Scepter nehmen/der Cantzler ermahnete die Gesandten/daß sie mit Fleiß darauff sehen solten/wie der Großfürst das Creutz küssete/und trat der Großfürst von seinem Stul einen Schrit fort/legte sein Angesicht auff das Creutz/und küssete darnach dasselbige/wie es sich ansehen ließ/ mit sonderlicher devotion. Nach verrichtung dieses/sagte der Großfürst selber zu den Gesandten: Nun habt ihr gesehen/daß wir das Creutz geküsset haben/umb alles zu halten/was zwischen uns grossen Herren Zaarn und Groß-Fürsten Michael Federowitz aller Reussen Samoderfitz/ und und vieler Herrschafften/Herren und Uberwinder und unserm vielgeliebten Bruder/Euern Herrn dem Großmächtigen König Gustavo Adolpho in Schweden in dem auffgerichteten Contract beschlossen worden: Und ließ sich damit die Krone wieder auffsetzen/ wie auch den Stab in die Hand geben. Inter Czarii singularia est, nullas ab ipso literas, pacta vel contractus subscriptione nominis, sed præfixo solum insigni Imperii firmari: Unde vana fuitexceptio Pseudo-Zuscii in Aula Gottorpiensi, qua Ministros è Russia ipsius causa missos in suspicionem adducere voluit,quia literas subscriptione carentes haberent. Apud Subditos singulare, quod in subscriptionibus ad Principem nomine suo non nisi in Diminutivo utantur, ut Petrus, Petruske &c. *Salis & Panis oblatio* peculiare humilitatis eorundem erga Principes signum est: Quo honore primum pariter ac secundum Pseudo-Demetrium affectum idem Petrejus tradit: Kamen aus der Stadt zu Ihm und brachten Ihm viel köstliche Gaben. ꝛc. nebenst Saltz und Brod/wie bey Ihnen die Gewonheit ist/welches die Reussen für den höchsten Dienst und gröste Ehrerbietung halten.

Chron. p. II. p. l. Confer. p. 429. Eodem modo Plescovenses crudelitatem Joh. Basilidis mitigasse docet *p. 130.* Talisq; fere *Terræ & Aquæ oblatio* apud Persiæ Reges recepta. Vid Herodotum, Justinum aliosque veteres.

CAP.

CAPUT VIII.
DE
REGNO POLONIÆ.

I. Directorium Scriptorum Polonicorum.

II. Periodi Regni Polonici: An Polonia sub Mieczislao demum Religionem Christianam amplexa sit? Regius Titulus Boleslao Chobrio ab Ottone Imp. collatus: An Polonia fuerit Tributaria Imperio? An Sedi Romanæ? Regius Titulus in Polonia iterum omissus, atque rursum receptus. Abdicatio Joh. Casimiri: Vita ac Familia Michaelis Regis.

III. Regum Poloniæ singularia: Succedunt Electionis jure; Ita tamen ut ratio habeatur Sanguinis Regii: De tempore ac modo Electionis varia: Legis de Piasto in Regem non assumendo consideratio: Jura Regum.

IV. Lithuania, Borussia, Livonia Regni Poloniæ adjecta; Borussia Ducalis iterum exempta: Prætensiones in Silesiam: Jurisdictionis Polonicæ versus Orientem amplitudo.

V. Negocia Polonorum cum Tataris; Donativa ipsis à Polonis missa: Polonos in Daniam penetrasse: Negocia Austriaca, Hungarica.

VI. Motus Cosacorum.

VII. Motus Confœderatorum & Lubomirsciani.

VIII. Jura Nobilium, Rokoss, Jus Polonicum, Tribunalia, Homicidiorum in Veteri Jure Polonico vilipendium.

I.

SCriptores de rebus Polonicis sunt: *Corpus Historiæ Polonicæ* editum à Johanne Pistorio Tom. III. *Augustinus Gudicanus in Chorogmphia Poloniæ* in Append. ad Thulden. Part. IV. n. I. *Johannes Ludovicus Decius* de Vetustatibus Polonorum, qvi & de *Jagellonum Familia* scriptum consignavit. *Martinus Cromerus*, Episcopus Varmiensis *de situ & Repub. Regni Polonici*, idem de *Origine & rebus gestis Polonorum libris XXX.* Matthias à Michou, *de Sarmatia Asiana & Europæa Libris II.* Idemqve in *Chronicis Poloniæ* à prima propagatione & ortu Polonorum usq; ad annum MDIV, qvem *Cromerus* in plerisq; seqvitur, nisi qvod comptiori Stilo utatur; *Alexander Gvágninus* in descriptione Sarmatiæ Europææ: Idem in *Compendio Chronicorum Poloniæ*, *Salomon Neugebauerus* in Historia rerum Polonicarum, *Joachimus Pastorius* in Floro Polonico, *Johannes Herbutus* in Chronico Poloniæ, *Vincentius Cadlubcus* in compendio rerum Polonicarum, sed qvem adnotasse potius res Polonorum, qvam descripsisse indicat *Johannes Herbutus præfatione in Chronicon suum*, Simon *Starovolscius de Scriptoribus* Illustribus Poloniæ, item de Bellatoribus Sarmatiæ, item de Rep. Poloniæ, *Thomas Dresnerus* in Collatione Juris Polonici & Romani, item Institutionibus Juris Polonici, item Centuria Legum Polonicarum & Gallicarum. Statuta Regni Poloniæ edidit ante dictus *Joh. Herbutus à Fulstin*: *Simon Okolski* scripsit Tomos III. Orbis Poloni, in qvo antiqva Sarmatarum arma gentilitia describuntur, cui similia sunt qvæ conges serunt *Matth. Schrot*, *Barth. Patroccius & Andr. Vargocius*. *Regenvolscius scripsit Systema Historico-Chronologicum Ecclesiarum* per provincias varias præcipuè Poloniæ, Bohemiæ, Lithuaniæ &c. quo continetur Historia Ecclesiastica à Christi & Apostolorum tempore ad An MDCL. Chronicon Rerum tempori nostri propiorum usq; ad An. MDCXL. exhibet *Piasecius in Chronicis* suis de rebus initio hujus seculi gestis, aliisve ad statum civilem & sacrum Poloniæ pertinentibus, Scriptor judiciosus, sed in Germanos iniqvior. Miscellanea Sacra pariter ac Civilia habentur in *Stanislai Lubienski* Episc. Plocensis opp. Historicis. *Ed. Antwerp. 1643.*

II.

Periodos Regni Polonici tredecim mutationibus inclusit *Pistor. Tom. I. Scr. Polon.* Brevius Ima sumi possit à *Lecho* Conditore Polonicæ Reipubli-

ex

cæ, qva variis administratoribus modo Monarchicè, modo Aristocraticè gubernata fuit Polonia usq; ad An. DCCCXXX.

II. *Piastea*, à Piasto Crusviciæ oppidano & parvi tantum agelli Domino, ad qvem ob hospitalitatem eximiam, fasces Imperii *P*olonici delati sunt, postqvam, devorato â muribus *P*opielo II. (si fides huic rei habenda est) universum cœtum *P*rocerum *P*olonorum, qvi Crusviciæ veteri Sede Regia ad eligendum novum *P*rincipem convenerant, convivio exceperat. Rem svasu peractam duorum virorum ignotorum, qvos *P*iastus jam antea benigne susceperat, Angelique fuisse creduntur, produnt *Szarovolscius*, *Neugebauerus*, & ante hos *Cromerus* aliive, qvi pluribus videndi. Duravit hæc *P*eriodus in posteris *P*iasti ab An. *DCCCXXX.* ad An. *MCCCLXX.* Suntque memorabilia ejus, præter ea quæ de *P*iasto diximus:

I. *Miesconem* seu *Mieczislaum* I. filium Zemovisti, ab-nepotem *P*iasti, *P*oloniam primum Christo adduxisse, ducta in uxorem Dambrowka Boleslai Bohemiæ Ducis Wenceslai Sancti Fratris Filia. Qvanqvam initia luminis hujus longe antiqviora prodant, ipsiq; S. Andreæ Apostolo non minus ac apud Rusos transcribenda velint Scriptores Rerum Sacrarum *P*olonicarum: *Christianumq; nomen in Sarmatia Europæa circa annum à Christo nato CXCV. viguisse autor est Tertullianus L. adv. Judæos. Sed & in ipsa missi cœlitus Spiritus S. solennitate diserte testatur S. Lucas adfuisse Ponti accolas; Et Princeps Senatus Apostolici Petrus inter cæteras nationes, qvas sua Epistola alloqvitur, Ponti advenas commemorat &c.* Lubienski *Proœm. in Vit. Episc. Plocens.* Qvorum qvicqvid sit, publice saltim Religio Christiana ante Mieczislai tempora recepta non fuit, & siqui antea in *P*olonia eam professi sunt, universa Respublica tamen hoc demum tempore eam suscepit.

II. *Boleslaus Chobrius*, Mieczislai filius, primus Regis titulum accepit, conferente Ottone III. Imperatore An. MI. Unde *P*oloniam tunc temporis Imperio Germanico tributariam fuisse colligunt: Qva de re tamen cur dubitari posit ratio est, qvia *P*rincipum Jus dignitates conferendi etiam extra Subditos se extendit; Veluti Reges Angliæ & Hispaniæ alios *P*rincipes, Eqvites Aurei Velleris & *P*erisceli dis creant, qvos tamen ideo pro Subditis non habent. Extantque hodienum in *P*olonia titulo Principum Imperii, *P*rincipes Lubomirscij, Radzivilij &c. citra ullam ab Imperio dependentiam: Otto Imperator igitur eodem modo potuit Re-

gem Poloniæ creare, non vero Poloniam ideo subjectam habuisse. Consentit *Cromerus de Orig. & Reb. Gest. Polon. Lib. IV. p. 450. Neque verò*, ait de Scriptoribus rerum Germanicarum, *Polonos Principes cuiquam omninò Imperatori Romano unquam Tributarios fuisse, isti vetustioribus & fide dignis testimoniis aut argumentis docere possunt; Sed cum partem aliquam Poloniæ Germani, seu per deditionem, seu vi cepissent, universam se Poloniam subjugasse jactarunt. Hoc unus aliquis ab aliis auditum vel ne auditum quidem fortassis postea literis mandavit, quem cæteri secuti sunt.* Et paulo ante: *Neque Diadema Regium Boleslaus temere usurpavit, sed ab Ottone III. Imper. ultro oblatum accepit atq; posteris suis reliquit.* p 446. Quem suo patimur abundare sensu: Mirum tamen ipsos Scriptores Polonicos scribere Boleslaum tunc à tributo absolutum fuisse. *A sua suorumq; Successorum Romanorum Imperatorum obedientia eum & posteros ejus Reges Poloniæ perpetuo absolvit.* Matth. à Michou L. II. c. IV. *Ab omnibus tributis & Obsequiis Romanis Imperatoribus pendendis posteris ejus omnes in Regno sibi succedentes immunes fecit.* Gvagnin. p. 347. & ipse Cromerus Lib. III. p. 437. qva Coronationem Boleslai attingit: *Regem eum appellat, sociumq; & amicum Rom. Imperii, à tributo & omni Jurisdictione Imperatorum immunem.* Si enim Poloni tunc immunes pronunciati, vel ab obedientia & tributo Impp. absoluti, tributarios ante fuisse oportuit, *Conf. Not. Dign. Dissert. I. c. I. §. VII.* Epitaphium hujus Regis Boleslai Chobrij prostat adhuc Posnaniæ in Ecclesiâ Cathedrali vetustissimis literis & jam antiqvitate arrosis, incomptis quoq; nec satis etiam numeris suis constantibus his versibus scriptum.

Hic jacet in Tumba, Princeps glorioſa columba,
Chobri tu es dictus, sis in ævum benedictus,
Fonte Sacro lotus, Servus Domini puta totus,
Præcidens Comam Septennii tempore Romam.
Tu possedisti velut Athleta Christi
Regnum Slavorum, Gothorum seu Polonorum
Cæsar præcellens à Te Ducalia pellens.
Plurima Dona sibi, quæ placuere Tibi,
Huic detulisti, quia divitias habuisti.

Inclyta

Inclyte Dux Tibi laus Serenissime Boleslae,
Perfido Patre natus, sed credula Matre.
Vicisti terras faciens bellas quoque guerras:
Ob famam bonam Tibi contulit Otto coronam,
Propter luctamen sit Tibi Salus, Amen.

Quos exhibet *Stanislaus Lubienski Vit. Episc. Plocens.* Vit. Martialis Episcopi Plocensis II. *Op. Histor. f. 315.*

III. *Casimiri* I Boleslai Chobrii nepotis tempore Polonia Sedi Romanæ tributaria reddita. Casimirus enim, quoniam cum Matre Rixa à Polonis indigne habitus fuerat, Polonia excessit, Monasteriumq; Cluniacense in Gallia ingressus fuit; Sed Poloni postea toto Sexennio multis turbis involuti, eum revocarunt, & cum sine consensu Pontificis M. id fieri non posset, Benedictus IX. tunc *P. M.* annuit quidem, his tamen pœnitentiæ signis impositis. I. Ut de singulis Capitibus, exceptis Nobilibus seu Equitibus & qui Sacris addicti essent, quotannis obolus unus in lacernam perpetuo in æde D. Petri Romæ arsuram penderetur. II. Ut omnes Poloni rotunda in morem Monachorum tonsura capillorum uterentur, nec ultra aurieulas quisquam omnino comam promitteret; Tum festis solennibus, dum sacra peraguntur, ut singuli Equites fasciam lineam candidam in modum Stolæ, qua in Sacris utuntur Sacerdotes atq; Diaconi, è collo suspensam ferrent. *Cromer. de Orig. & R. g. Polon. L. IV. p. 450.*

IV. Sub Filio Casimiri *Boleslao Audace* Regia Dignitas in Polonia iterum defiit. Boleslaus enim Stanislaum Scepanovium Episcopum Cracovienſem, qui in sceleratam vitam ipsius sæpe invectus fuerat, interfecerat: Unde Gregorius VII. *P. M.* toti Poloniæ Sacris interdixit, Boleslaum verò diris devovit, Regnumq; ipsi solenni ritu abrogavit: In posterum quoque, ne Episcopi Regem injussu suo ungerent & coronarent edixit: Unde Vladislaus Frater Boleslai, cum hic post admissum facinus Regno excessisset, in Principis Titulo postea acquievit, eundemq; ad posteros suos transmisit. Alia tamen ac prægnantior hujus rei ratio intercessisse videtur, qvod Regnum Poloniæ in varios Principatus divisum ac proinde nemo ipsorum amplius Regiæ Dignitati sustinendæ par extiterit: Qua Distractione sublata etiam ad Regium nomen reditum fuit, nullo accedente vel concessu Pontificis, vel venia ab ipso impetrata. Conditque de novo Dignitatem Regiam

Regiam *Primislaus* circa Ann. MCCXCV. & in hanc usq; ætatem propagata, nisi quod *Vladislaus Locticus* s. Lokteck successor Premislai tantum *Heredis Regni Polonici* non Regis nomen usurpaverit. *T. Cromer. L. II. p. 576.* Gvagninus tamen etiam mediis successorum Boleslai Audacis temporibus Nomen Regium & Regni applicat: Ut, *Vladislaus Hermannus Fratri Boleslao* in Regno *successit.* Paulo post: *Bohemorum Princeps videns* Regem *Bello in Prussiâ occupatum magna damna Poloniæ intulit.* Rex *itaq;* &c. Chron. p 349. *Boleslaus Krzivousti &c.* Regni *habenis præficitur.* Et: Rex *Strenui Militis officium agens &c.* De Premislao autem nihil aliud quam illud ipsum: *Premislaus Princeps majoris Poloniæ & Pomeraniæ* Regni *habenis præficitur. p. 354.* Quanquam idem & Principes ante Boleslaum Chobrium hoc nomine afficiat. Sic de Semonislao Miecislai parente: *Cumq;* Rex *ab Ariolis sciscitaretur &c.* De Popielo II. *Egressi illi â* Rege *p. 344.* Ultimus hujus Familiæ fuit Casimirus M. qui improles decessit herede Regni constituto Ludovico Hungariæ Rege, ex Sorore Nepote suo, qui etiam Polonicas res administravit usq; ad annum MCCCLXXXII.

III. *Jagellonica* à Magno Lithuaniæ Duce Jagellone seu Vladislao; quod nomen in Baptismo accepit, inchoata; Qui Hedvigis Ludovici filiæ & destinatæ Poloniæ Reginæ amorem meruit, pactus se Christianam Religionem assumturum & Lithuaniam suam Poloniæ uniturum. Duravit hæc Periodus usq; ad annum MDLXXIII. Sigismundo Augusto sine prole decedente: Atque ex eo tempore Poloni é variis locis Reges petierunt: Non tamen, si Henricum excipias, sine respectu ad Jagellonicam Familiam. Fueruntque: *Henricus Valesius*, Caroli IX. Regis Galliæ Frater, qui tamen paulo post audita Caroli Fratris morte, invitis at insciis Proceribus è Polonia se proripuit: Quo factum fuit, ut Poloni ipsi Imperium publice abrogarint atque A. MDLXXV. in locum ejus suffecerint *Stephanum Batori* Principem Transsylvaniæ, magno animo ac virtute, qua toti Christiano Orbi admirationi fuit, ipsosque hostes Regno Poloniæ imminentes retudit, qui fortitudinem ejus experti, quiescentem lacessere nolebant. Hoc uno tamen infelicem, quod inter conditiones susceptí Regni esset, ut Annam Sigismundi Augusti sororem licet jam tum Sexagenariam & connubio inutilem duceret: Unde & mœrore consumebatur, quod uxor sterilis, vegeta tamen, omnem spem habendæ prolis ipsi adimeret. Obiit Grodnæ

An.

An. MDLXXXVI. Ubi ut plurimum degebat, ſpecie quidem, quod venationibus aptior eſſet ille locus, ſed magis quod evitaret Regiæ uxoris conſortium. Qvodq; adductiori Imperio regere videretur, animum in Dominationem pronum gesſisſe creditus fuit: Qvod tamen à Zboroviana factione potisſimum ſparſum alii animadverterunt: *Qvi cum necem Sam. Zborowski alia ratione vindicare non poſſent, rationibus ipſius adverſari, omnia ejus conſilia, qvantumvis ſaluti Reip. proficua criminari, illumq; apud populum in ſuſpicionem affectati abſoluti & hereditarii Dominatus trahere non deſiſtebant. Piaſec. p. 52. 53. 54.*

Succesſit ipſi A. MDLXXXVI. *Sigismundus III.* Johannis Regis Sveviæ è Catharina Jagellonia Filia Sigismundi I. atq; Sigismundi Auguſti Sorore Filius natu maximus, idemq; Svedorum Rex hereditarius, ſed Regno motus, de quo *c. VI. §. III. & V.* De Bello Chocimenſi ſub eo geſto Vid. *c. X. §. XII.* De moribus Rokosſianis *ſeq. §. ult.* Natus fuit A. MDLXVI. in carcere, in qvem Johannes parens ejus ac poſtea Rex Sveviæ ab Erico Fratre tunc Rege conjectus fuit. Regnum accepit An. Ætat. XXI. tenuit Annos XLV. Uxores habuit Annam, eaque defuncta Conſtantiam Caroli Auſtriaci Filias & Ferdinandi II. Imp. Sorores: Obiit An. MDCXXXII. Panegyricos in eum ſcripſerunt *Sim. Starovolſcius* & *Stanisl. Lubienski fin. Oper. f. 469. & ſeqq.*

Tunc electus Vladislaus Filius Sigismundi, cujus geſta deſcripta à *Stanisl. Kobierzycki*, quem nobis alias non viſum indicamus fide. *Franc. Marin. de Scop. Reip. Pol. f. 362. 370. &c.* Obiit A. MDCXLIX. Uxores habuit Cæciliam Renatam Ferdinandi II. Imper. Filiam Conciliatore P. Valeriano Magno, tum Aloyſiam Mariam Caroli Gonzagæ Mantuani Ducis Filiam ac Nivernenſis Ducatus in Gallia heredem: De cujus matrimonii commodis in Galliam redundantibus V. *Miniſter. Cardin. Mazarin. L. II. c. III.* Eademq; poſtea Fratri Succeſſoriq; ejus Joh. Caſimiro nupſit, una Fœmina duobus fratribus, quemadmodum antea duæ Sorores uni viro, Regio ipſorum Parenti.

Johannes Caſimirus ante Regnum ſuſceptum A. MDCXXXIIX. cum peregrinationis cauſa Genua in Hiſpaniam tenderet & juxta Marſiliam in litus Gallicum exſcendiſet, à Præfecto Arcis maritimæ detentus ac in cuſtodiam datus fuit, totumq; prope biennium in ea conſumſit. A. MDCXLIII. Societati Jeſu Rege Fratre inconſulto ſe addixit; Sed biennio probationis

more illius Religionis finito, cum perseverantiam in illo statu profiteri vellet, Innocentius X. Papa non permisit, utque speciosiori titulo propositum illud commutaretur, eum An. MDCXLVI. Cardinalem Ecclesiæ Romanæ renunciavit. *Piasec. ad A. MDCXXXIIX.* Rex deinde constitutus Regnum tenuit usq; ad A. MDCLXIIX. qvo post confectum Bellum Cosacicum & Svedicum idem abdicavit, motus crebra infelicitate, quæ Poloniam sub regimine suo afflixerat, ingravescentem præterea ætatem & vires nimium enervatas causatus qualia & Carolus V. præcedenti seculo obtendit, quæ fusius deducta vid. apud *Wilhelmum Godelevæum de abdicatione Caroli V. Imperatoris P. V. Polit Imper. Goldasti p. 378.* Conf. *supr. cap. I. §. VII.* Pertinebitq; huc Physicorum placitum, ut ita instituatur Juventus & ætas virilis, ut Senectuti nova solatia relinquantur; Illudq; ante omnia Spiritibus gratum esse, ut progressus continuo fiat in benignius. Solaminum verò præcipuum esse otium moderatum, & Senes honoratos sibi ipsis inferre manus, qui in otium non secedant; Secessum præterea instituendum esse, antequam corpus omnino confectum sit & morbidum. In hujusmodi corporibus enim mutationem licet in benignius etiam mortem accelerare. Vid. *Verulam. Historia Vitæ & Mortis Tit. de operatione super Spiritus* ut maneant juveniles & revirescant num. XCVI. Polonos interim abdicationem hanc haut perinde æquo animo tulisse ex Pactis conventis seu Capitulatione Michaelis Regis apparuit, qvibus Articulus insertus, quo Regem pro se & Successoribus suis de non abdicando Regno cavere oportuit, eundemque pro perpetua Lege habendum voluere: Quem tamen iterum omitti hodiernus Rex Johannes rogavit. Obiit Niverniæ d. VI. Decembr. An MDC LXXII. corpusque in Poloniam perductum An. MDCLXXVI. Mens. Febr. sepultum fuit.

Inde *Michael Wisnovecius* Regno admotus fuit, electus Ann. MDC LXIX d. IX. Junii & Festo Michaelis ejusdem anni coronatus. A MDLXX. Eleonoram Austriacam sibi matrimonio junxit. Familia ducta à Corybuto Jagellonis Fratre, qui in Baptismo Græci ritus nomen Demetrii assumsit. Parens fuit Michael Jeremias Dux Wisnovecius, Mater *Griseldis Constantia* Zamosciæ tunc vivens; Avus Michael Wisnovecius, qui durantibus Moldavico Walachicis motibus A. MDCXIV. Moldaviam ac Walachiam propriis viribus defendit. Inter Majores fuit *Demetrius Dux Wisnovecius* circa An. MD. qui cum à Walachis deceptus ad vincula Turcica deductus esset, jubente

jubente Selimo Imp. Turcico, ex unco ferreo, lentæ mortis in tractibus istis genere, suspensus fuit. In quo cum vitam aliquamdiu toleraſſet, gratiam sibi fieri petiit, ut militari morte data Pharetra sua cum manipulo Sagittarum liceret perire; Quam cum accepiſſet, intorsit, Sagittisq; emisis præcipuos Turcas examinavit, una Sagitta ad cervicem repoſita. Qvæ res cum ad Selimum perferretur, illico fertur advenisse, miratus Demetrium adhuc vigoris aliquid in exhausto corpore hærere. Sed ille sepositam sagittam Pharetræ statim applicans, eam in Tyrannum direxit, Viribus tamen jam vacillantibus: Unde commotus Selimus illico Sagittarios jussit ipsum telis conficere. Qvæ recenset *Stanislaus à Sternberg* Temberski in *Chronolog. Palmitis Corybutei.* Obiit Anno Christi MDCLXXIII. die XXXI. Octobr. St. Vet. extinctus sangvinis profluvio ex ore ac per secessum manante: Cujus causam in adamantino pulvere ab inimica manu ipsi præbito recubuisse nonnulli suspicati sunt. Neque insulse eò respexit, quisquis fuit, qui argumento à preciosa morte Sanctorum sumpto in mortem hanc subtili æquivocatione lusit.

Si preciosa est mors Sanctorum,
Vere Michael Rex Poloniæ
Sanctos inter primarios numerandus est;
Mors enim ipsius fuit preciosissima.
Quis non preciosam mortem existimet,
Quæ Adamantibus comparata est? &c.

Secutus *Johannes III. è Sobieskiorum* familia, antea Præfectus Armorum Generalis, sub cujus ductu Poloni ipsa proxima ab emortuali Die Michaelis insignem à Turcis ad Chocimum victoriam abstulerunt. Electus fuit d. xx. Maj. An. MDCLXXIV. Coronatus d. II. Febr. An. MDCLXXVI. cum die præcedenti more in Polonia solito sepultura Regum Michaelis & Joh. Casimiri celebrata fuisset.

III.

Inter singularia quæ de Regibus Poloniæ observari merentur reponendum. I. *Complures eorum ex tenuibus initiis & inſperato ad Thronum Regium aſcendiſe.* Exempla requirenda in Lesco I. seu Premislo, tunc Lesco II, post in Piasto: Ipsumq; ultimo defunctum Regem Michaelem tenuior, si non ortus, certe fortuna attigit.

II. *Plerasq; Regum Polonicorum periodos durabiles non fuiſſe* tot extinctæ

familiæ facile indicabunt, cũ in aliis Regnis vix plures tribo aut quatuor familiis intra proximos mille annos numerare licuerit; Sed totidem inl olonia, ne antiqviores repetamus, (numerant autem ferme quindecim periodos) ferme intra centum annos extiterunt. In Sigismundo Augusto A. MDCLXXIII. defiit familia Jagellonica: Mox Henr. Valesius, qui novam periodum auspicari potuisset, raro exemplo Regnum deseruit; At si etiam in Regno substitisset, nihilominus improles futurus; Namq; & Regnum Galliæ ideo, quia prole destituebatur ad Henricum IV. devolutum fuit. Postea Stephanus Batori itidem potuisset novam periodum auspicari, sed ipsa conditione, qua Regnum acquisivit, spem illam præcidit, quippe cujus vi ipsi ducenda erat Anna Sigismundi Soror, virgo sexagenaria, ac proinde ad spem prolis inepta, qua de re §. præc. dictum. Rursus Sigismundus Johannis Sveviæ Regis Filius in flore ætatis Regnum suscepit, ac numerosa prole ex duabus sororibus Austriacis, Anna & Constantia, successive auctus novam periodum stabilire visus fuit; Sed & hæc periodus in filiis expiravit, Vladislao ac Johanne Casimiro sine prole decedentibus; Nec dissimilia fata Michaelis Wisnovicii, quæ Orbi adhuc notissima sunt.

III. *Reges Electionis beneficio, non hereditario jure succedunt*; Tale enim succedendi genus Libertati Polonicæ maxime convenit, atq; adhuc A. MDCLXII. singulari constitutione in Comitiis Varsavienſibus confirmatum fuit: *Jura omnia & constitutiones* pro libera Electione conservanda *à Serenissimis Regibus, Antecessoribus nostris, Republ & nobismet ipsis constitutas & pactis consultis confirmatas in omnibus punctis ex paterno erga Rempub. amore reassumimus*; *Omnes vero, si aliquæ moderno tempore præcesserunt, transactiones seu scripta, cum quocunq; & qualiacunq; tam in Corona, quam in Lithuania, vigore præsentis constitutionis, in perpetuum abjicimus & abrogamus, ita ut neq; Reip. nec cuicunq; privato præjudicare, aut nocere unquam possint.*

IV. Interim, quantumvis libere Rex eligatur, more antiquo tamen receptum, Rege defuncto proximos sangvine non præteriri, ob memoriam benefactorum ab Antecessoribus perceptorum. Ideo cum Electio Vladislai post obitum Sigismundi III. agitaretur, Firleus Episcopus Premislienſis singulari oratione propoſuit: *Quod quantumvis isti clarissimæ liberæque genti Reges non dominentur, sed præsint, nec nascantur, sed per libera Ordinum suffragia eligantur, innatam tamen ei fu-*

isse

ipse semper talem erga Regium Sanguinem observantiam, ut nunquam prolem superstitem Regiam in eligendo novo Rege præterierit, immo eam semper omnibus aliis competitoribus prætulerit: Cui non dissimili argumento ab Archiepiscopo Gnesnensi nomine Senatus responsum: *Ordinem ipsum Regis Sigismundi III. inclytæ memoriæ gloriosa facinora toto orbe celeberrima atq; notissima & cumprimis Serenissimi Principis Vladislai in hanc Remp. insignia merita diffiteri non posse: Patrium quoque morem colendi Regiam progeniem non ignorare, eumq; sequi velle, tanto magis quod Parentum virtutes in filiis agnoscat, speretq; istos vestigia illorum imitaturos. Cæterum cum præscriptis Legibus hujus Regni Electionis Regis modus exposcat, ut non nisi collatis suffragiis unanimi consensu de sufficiendo Rege Ordines decernant, ista necessario præcedere debere: In eis tamen Dignitatis Serenissimi Vladislai Principis, intercessionisq; Serenissimorum Principum æquam rationem habendam fore.* Piasec. ad A MDCXXXII.

V. Nec eliguntur Reges, nisi suffragiis singulorum & nemine contradicente: Quæ res tamen cum incommodis sæpe non caruerit, de modo eligendi cogitatum fuit, an Electio universis necessario & non selectis è Nobilitate potius committi deberet? Id quod sub Johanne Casimiro inprimis post Bellum Svedicumoperose paratum, sed tanquam inimicum Libertati Reip. rejectum fuit, agnitumq; nullam humani ingenii viribus excogitari posse rationem, nisi simul stabilis facilisq; formato ad Dominationis appetitū Principi superstruatur gradus ad enitendum in absoluti Dominii fastigium. Præterea nec eligi fas est, nisi obitum Regis, ne mancipentur vota. Ideo Sigismundum III. legimus recepisse se nunquam de Successore Regni traditurum inscia & non consentiente Republica. *Piasec. ad An. MDXCII.* Et cum in Comitiis Torunienſibus A. MDCXXVI. unus è Senatoribus gravioribus injecisset mentionem, ut in tam periculoso statu suo Resp. Regni successorem designaret: Exhorruerunt omnes & fremitu concitato ad pœnas Legum deposcere auctorem volebant, nisi difficilioris temporis rationes silentio potius tunc illam indignationem premere coegissent. *Piasec. ad A. MDCXXVI.*

VI. *Reges insuper alienigenas constitui* singulari antehac Lege, certe consvetudine observatum fuit: *Ne quis Piastus (h. e. nativus) eligeretur.* Ob causam, ut videtur nullam aliam, quam ad factiones cohibendas: Ideo cum tempore Sigismundi III. Quæstio ista moveretur, an eligendus esset Rex nativus, si quando eligeretur? Stanislaus quidam

Stadnicki, respondisse legitur: *Se vereri ne talivia ad Regiam dignitatem patefacta, Auriga quoq; suus ageret Piastum, ac Regnum affectaret, ap. Piasec. ad An. MDXCII.* Et cum tempore Interregni post mortem Sigismundi Augusti de Rege indigena mentio injecta fuisset, Johannes Zamoscius consilia ejusmodi subtiliter elusit: Quoniam enim exterorum Principum Oratoribus absentibus ad dicendas de Rege sententias decurreretur, æqvum esse monebat, ut abessent quoq; cives, qui Regnum peterent. Ita cum nemo petitorem Regni se palam fateri ob verecundiam & invidiæ metum auderet, omnis de indigena Rege eligendo deliberatio sponte sua concidit. *Max. Fredro de Reb. Gest. Polon. sub Henric. Valesio fol. 101.* Nostris temporibus tamen huic rei derogatum fuit, jam altero Rege intra septennium Piasto constituto. Maleq; consultum fuisse Poloniæ per istud Principium egregie ostendit auctor Censuræ Candidatorum Sceptri Polonici An. MDCLXIX. editæ, cujus rationes excerpsimus in *Med. Polit. Diss. XIX. Thes. IIX.* Et jamdudum id observatum fuit à prudentioribus Poloniæ Scriptoribus, ex quibus hæc sunt Piasecii hac de re verba ad Ann. MDLXXXIV. f. 59. *Invidentia autem vitio invicem exercendo populi isti, maxime circa Electionem Regis sui adeo indulgent, quod propterea dignitatem Regalem, qua nulla usquam est sublimior, malunt transferre ad alienigenas, & nomini Polono forte iniquiores, post habitis (non sine ignominia ista) generis & sangvinis sui viris Imperio paribus, ut nunquam in ista gente desunt: Omnino naturæ & rectæ rationis sensum exuunt, immo & Divinæ Legis, ac Civilium, Politicarumq; disciplinarum universa instituta in hoc evertunt, cum & Lex Divina* Deut. VI. 17. *diserte verbis alienigenam Regem eligi prohibeat, Ecclesiasticus vero clare monet:* Admitte ad te alienigenam, & subvertet te. *Ac concordibus sententiis omnes Politiæ conclamant diversarum nationum ingenia difficile convenire, & ex morum diversitate factorum discordiam promanare, atq; communiter externos nullo amore in Remp. duci, sed quod sibi commodum est facere, & prædam in suum sinum conferre, hocq; unicum maximè curare, ut acceptæ libem Regna, suis prosapiis hæreditaria faciant, vel earum robur in fulciendis propriis patrimoniis enervent &c. In Principe etiam præcipue requiri nemo negabit, ut Remp. norit, nec protinus ejus statum, ad alienæ sibi congenitæ & cognitæ normam immutet. Et pro Colophone libet hic apponere verba Philippi Cominæi, rationum Politici status investigatoris solertissimi.* Vix ulla est (*inqvit*

(*inquit ille*) natio, quæ ferat Imperium peregrinum: Galli certè non ferrent, & ubicunq; populus est aliqua mediocri potentia, videmus eum ferè ab indigenis gubernari: *Et post pauca*: Nam etiam ut Princeps aliquis externus bene rem gerat, & commode gubernet, tamen quia moribus & genio differt, nec eam erga populum repræsentare potest benevolentiam, ac si esset indigena, facile oriuntur dissensionum occasiones. Itaq; fit, ut ille, quo Principatum ad se delatum, suasque fortunas tueatur, aliunde milites & copias abducat; Eorumq; se præsidiis muniat, qui beneficiis deinde singulariter ab eo & honoribus aucti magnum multitudinis invidiam & odium in se concitant; *Hæc ille. Infinitum esset recensere singula, non solum ex arcanis Politicæ disciplinæ, sed ex rerum usu à sæculis continuis experimentis sagacissimorum ingeniorum collecta argumenta, quibus concludunt cuilibet Reipub. infaustum & noxium esse alienigenæ Principis Dominatum. Ac nonnisi istis edocti atque Christiani, & cultiores moribus populi, ac etiam Barbari, proprii sanguinis & gentis (ut facile videre licet) habent Principes: Soli Poloni contra naturalem ad sanguinem proprium propensionem, & contra communem omnibus gentibus opinionem, non tantum alienigenam exclusis nativis ad Regnum admittunt, sed quibuslibet sine discrimine petendam eam dignitatem exponunt, ut etiam Tartari Principis ambientis hoc Regnum Legati in Comitiis Electionis Regis Henrici fuerint admissi & auditi.* Hæc Piasecius.

VI. *Jus Regis Poloniæ* hoc fere: Ut præsit Regno summo contentus Dignitatis gradu & censu fisci sui à primordiis Regni præfinito, quem minuere vel augere lege prohibetur, talis tamen est, ut ad sumptus Aulæ Regiæ & munificentiam quantumvis excelsi animi Principe dignam abunde sufficiat. In publicis functionibus tanquam supremus meritorum cujusque & virtutum arbiter, omnes in Repub. Magistratuum officiorum titulos solus confert: Ecclesiastici quoque Episcopatus, qui in illo Regno sunt opulentiores, Abbatias & alios Dignitatum in Ecclesiis Pontificialibus potiores gradus nonnisi favore Regis adeunt. Et in eo Regiæ autoritatis nervus consistit: Studia enim eorum, quos Rex promovet, sibi mancipat & aliorum, qui illos honores appetunt, ad obsequium suum allicit; Ac ita non vi, sed lento svaviq; flexu animos omnium ad partes suas inclinat. In vitam aut personam & facultates nobilium potestatem nullam habet, & etiamsi manifeste delinquentem præter paucissimos recentis criminis casus, vel nisi jure

con-

victum, detinere vel carceri tradere non potest. Sed omnis potestas de criminibus cognoscendi & pro eis pœnas irrogandi, vel controversias civiles discernendi residet penes judices in quavis provincia ad hoc ipsum destinatos: Qui etiam ne metas excedant justitiæ severioribus Legibus sunt circumscripti. Attrociora tantum crimina & causas quasdam graviores in Comitiis Generalibus Regni Rex cognoscit, sed nonnisi ex sententia Senatorum decernit. Tributa nulla imponere valet Rex, nisi quæ Ordines Regni unanimi consensu concedunt, & ex eis collectis in Regis privatum commodum nihil cedit, verum per Qvæstores publicos ad usum, ad quem sunt instituta applicantur. *Piasec. sæpe cit. p. 50.* Sunt tamen & horum cancelli, quibus egredi Regi fas non esse putant: Quales: Quod non licet peregrino munus conferre: Quod Comitiis Jedlinensibus & Varsavienſibus confirmatum testantur *Cromerus L. XIX. & Fredro de Gest. Polon. sub Henr. fol. 81.* Nec dignitates officiaq; publica sine consensu conferri fas est oriundis Regio sangvine: Ne potentiam quærant intra Rempublicam. Sic Sigismundum III. Episcopatum Warmiensem Johanni Alberto Filio contulisse scribit *Piasecius contra Leges Regni, quæ hujusmodi dignitatibus & præfecturis arcent illustri & Regio sangvine natos.* Nec in potestate Regiæ domus est quærere intra Regum hereditarias terras ob causam modo dictam. Ideo cum Constantia Regina Comitatum Ziewiecensem emisset Lege An. MDCXXXI. in Comitiis Varsavienſibus cautum fuit: *Ne Bona Nobilium Terrestria alius, quam Nobilis* & æqualiter juri & pœnæ cum aliis Nobilibus subjacens (nempe qui non sit Regii Sanguinis, nomine isto honoris causa suppresso) emptionis, hypothecæ, seu alio quovis titulo acquirere possit Ziewiecensem Comitatum cuivis Nobili redimere liceret, isq; interea per Nobilem aliquem administraretur. *Pias. f. 421.* Sed sub hodierno Rege id exceptionem videtur passum fuisse, in cujo manu sunt fortalitia, Putzke in Borussia, Stocklovia in Russia, & Kriemernicium in medio Regni inter Lublinum & Sendomiriam, quod simul cæteris Bonis Firleanis sibi comparavit M. Aprili An. MDCLXXIIX.

IV.

Incrementa Regni Polonici hic modis constitere. I. Lithuania unita ipsi à Vladislao Jagellone, qvi suscepta religione Christiana & consummato cum Regina Hedwige conjugio, ut parem Polonis tam præclari beneficii redderet gratiam, eam Poloniæ regno sempiterno Jure adjunxit. Diploma hujus Unioni-

Unionis extat in *Herbuti Stat. Polon. p. 524. & seqq.* Estqve tenor ejus, qvi huc facere possit, ferè talis: *Nos Vladislaus Dei gratia Rex Poloniæ, nec non Terrarum Cracoviæ, Sendomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cujoviæ, Litwaniæ Princeps supremus: Pomeraniæ Russiaq; Dominus & hæres &c. Et Alexander, alias Witowdus, Magnus Dux Litwaniæ nec non terrarum Russiæ Dominus & hæres &c. Significamus tenore præsentium, qvibus expedit, universis præsentibus & futuris, præsertim noticiam habituris &c. Et primo, qvamvis eo tempore, qvo almo Spiritu inspirante, fidei Catholicæ receptæ & cognitæ claritate, Coronam Regni Poloniæ assumpsimus pro Christianæ Religionis incremento & bono Statu & commodo terrarum nostrarum Litwaniæ prædictarum, ipsas & cum Terris ac Dominiis ipsis Subjectis & connexis præfato Regno nostro Poloniæ appropriavimus, incorporavimus, conjunximus, univimus, adjunximus, confœderavimus, de consensu unanimi nostro & aliorum fratrum nostrorum; Et omnium Baronum, Nobilium, Procerum & Boyarorum ejusdem Terræ Litwaniæ voluntate accedente & assensu. Volentes tamen terras prædictas Litwaniæ propter hostiles insultus & insidias Cruciferorum & eis adhærentium, ac aliorum quorumcunq; inimicorum, qui præfatas terras Litwaniæ & Regnum Poloniæ demoliri nituntur & in ipsarum destructionem machinantur, in certitudine, securitate & tutela melioribus reponere & eis perpetuum commodum procurare, easdem Terras, qvas semper cum pleno Dominio ac jure mero & mixto hactenus habuimus & habemus, unq; modo à progenitoribus nostris & ordine genitura, tanqvam Domini legitimi, Baronum, Nobilium, Boyarorum voluntate, ratihabitione & consensu adhibitis, prædicto Regno Poloniæ iterum incorporamus, invisceramus, appropriamus, conjungimus, adjungimus, confœderamus & perpetuo annectimus: Decernentes ipsas cum omnibus earum Dominiis, Terris, Ducatibus, Principatibus, Districtibus, Proprietatibus, omnique jure mero & mixto Coronæ Regni Poloniæ perpetuis temporibus irrevocabiliter & irrefragabiliter semper esse unitas &c.* Actum in oppido Hrodlo *circa Flumen Bug in Parlamento seu congregatione Generali die secundâ Mensis Octobris: Sub Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo tredecimo*: Idemq; peculiari Diplomate Proceres Lithuaniæ perscripserunt, qvod emissum Ann. MCCCCI. extat ap. *Herbut. pag. 529.* Denuoque confirmarunt tempore Johannis Alberti An. MCCCCXCIV. apud *Herbut. p. 532.* Similiter Terra Drohicienſis, & Districtus Bielscenſis

& Mielnicenſis Juri Polonico aſcripti *apud eundem Herbut. pag. 538. & ſeqq.*

II. Prusſiam Teutonici Equites diu tenuerant: Cum vero lites eo nomine cum Regibus Poloniæ alere cogerentur, tandem cladibus aliquot fatigati Caſimiro Sigismundi I. Parenti fidem dedere. Sed cum Albertus Brandenburgicus Sigismundi ex Sorore Nepos & Ordinis Magiſter Anteceſſorum jurejurando ſtare nollet, rurſus gravi bello ſe implicuit, & tandem fruſtra expectatis à Cæſare auxiliis, pace cum Avunculo contracta occaſionem ſibi conſulendi ſumſit, & ex ordinis Magiſtro à Polono, cujus clientelæ ſe commiſerat, Prusſiæ Dux creatus, ejusdem partem, quæ Ducalis dicta, in feudum ab eo accepit: Quo Feudi jure tamen Sereniſſ. Elector Brandenb. hodiernus An. MDCLVII. *Tranſactione Velavienſi* abſolutus fuit, ipſiq; abſolutum in Ducalem Prusſiam Imperium à Polonis decretum: *Ducatum PRUSSIÆ iis finibus circumſcriptum, quibus Sereniſſimus Elector illum olim Jure* Feudi, *ante hoc bellum exortum poſſidebat, ipſe deinceps & deſcendentes omnes, donec quisquam ſupererit ex deſcendentibus maſculis ſuæ Sereniatis Electoralis, jure ſupremi dominii cum ſumma atq; abſoluta poteſtate ſibi habebunt, poſſidebunt, regent, ſine omnibus antehac præſtitis oneribus. Art. Vel. IV.*

III. *Livoniam* haud diſpar conditio manſit. Nam quemadmodum Sigismundus non inutili conſilio abolito Ordine Teutonico Prusſiam perpetuis bellis cum Polonis hactenus conflictatam juris Polonici fecerat; Sic & Sigismundus Auguſtus Paternum exemplum ſecutus Teutonico in Livonia Ordine extincto Livoniam Regno Poloniæ ſociavit; Gothardum Ketlerum v. poſtremum ordinis Magiſtrum, quod ille ſummum Jus Magiſtri in Livonia Poloniæ ceſſerat, Curlandiæ ac Semigalliæ provincias Ducatus, ſed fiduciario Titulo commiſit.

IV. Amplitudinem Jurisdictionis Polonicæ verſus Orientem *Piaſecius* hanc deſignat: Qvicquid Regionis inter Danaſtum ſeu Tyram, Hippanimq; & Boriſthenem fluvium continetur, id totum usque ad litora ipſa Ponti Euxini cenſeri Juris Regni Poloniæ, ex pactis Solymanni Turcarum Imperatoris, qui etiam caverit, ut habitatores Bialogrodiæ, quæ eſt in adverſa ripa Tyræ ex lacu Ovidii in Pontum Euxinum influentis, ſi vellent ultra alteram ejusdem Tyræ ripam ditionis Polonicæ uti paſcuis, ſolverent Regi Poloniæ tributum, ſeu precium iſtorum paſcuorum. Non niſi tamen ad XX. milliaria Germanica latè protenditur illa ultimi litoris ora inter Bialo-

Bialogrodiam & Oczakoviam Turcica Præsidia Maritima, quæ concludunt intermedia litora Polonica contingentia Pontum Euxinum: Ubi præsertim in faucibus Tyræ paulo superius versus Thehina fuisse portum quendam Polonicum Caczubey dictum, è quo frumenta Constantinopolim, dum ea adhuc esset in potestate Christianorum, petita fuerint, testatur *Cromer L. XIIX. Histor.* ac hucusq; vicus ille retinet eandem Denominationem, & totis illis litoribus infra Mohiloviam apparent rudera insignia Civitatum & Arcium. Sed adversis suis aquis fluvii illi Tyras, Hippanis & Boristhenes occasum & septentrionem versus latissimas terras complexi eas omnes cum fontibus suis Poloniæ attribuunt. Ac ultra Boristhenem intervallo duorum, alicubi trium dierum itinere versus Tanaim fluvium & Moscoviam Regiones protensæ Regni Poloniæ sunt propriæ. Ultra Tyram autem meridiem versus est Moldavia etiam socialis Regno Poloniæ, sed Turcæ tributaria. *Chron. pag. 44.* Sed his per Bella Turcica magnopere derogatum, nec quicqvam fere è remotioribus istis locis Polonis reliqvum præter Bialoczerkiam, & Powlociam, quæ ipsa tamen etiam Fortalitiis Turcicis & Rusticis circumdata, adeoq; minori usu sunt.

Extant etiam querelæ Polonorum de amissa Silesia, Jure item suo ad Rusticas ac Moscoviticas ditiones; Singularibusq; dissertationibus expositæ prostant apud *Lubienski Opp. fol. 159. & seqq.* Sed & hæ per varia pacta & Transactiones fere desierunt: Insignisq; sententia est, qua dissertationem de Rebus Silesiacis concludit Lubienskius, in omnibus hujusmodi controversiis ac prætensionibus probe probeq; observanda: *Hæc quæ à me allata sunt, non dicta idcirco putes, quasi classicum canere velim & Polonos meos ad jus armis recuperandum incitare &c. Pacipublicæ à nobis consulitur & ubi arma nostra exerceamus, satis superq; nobis est. Non temere Poloni in Christianos stringunt gladios, Barbaris undiq; cincti nationibus, quas virtute & sanguine suo arcent, ne totis agminibus in Europam se effundant.*

V.

De Negotiis Poloniæ cum Svedis actum *c. VI.* cum Rusis *c. VII.* An fuerit tributaria Imperio nostro ex parte dictum præc. §. II. Tataris circa An. MCCXLII. simul Hungaria & Bohemia cervicem submisit, cæso ad Lignicium Henrico Duce, & cum eo totius Nobilitatis Polonicæ flore ad internecionem profligato, paucis admodum relictis, qui vel ante prælium inter silvas se abdiderant, vel certe è prælio fuga evaserant: Cui devastationi

ſtationi & cauſam tribuunt evocatorum in Germaniam Polonorũ *Nam cum illi Polonis in agro colendo ſagaciores & multo diligentiores ſint, eos majores noſtri ad rem agrariam conſtituendam evocarunt, tribuendo etiam iisdem villarum & agrorum locatoribus jurisdictionem, quo rem familiarem curando agros colonis dividerent, cenſum ab eis exigerent, juſticiam cooptatis ſibi ex villarum incolis Scabinis adminiſtrarent.* Lubienski *Reſp. ad Proteſt. Nobil. Poſnan. & c. f. 208.* Iisdẽ, vel certe nomine aut origine affinibꝰ Crimenſibꝰ poſthac quoq; tributa vel potiꝰ Donativa Annua ſoluta: Quorũ uſus inde proceſſerat, quod Reges Poloniæ olim, cum graviora bella contra Germanos & Cruciferos gererent, copias Tatarorum auxiliares advocare ſolerent, & quo eas promptiores ad omnes caſus haberent, Stipendium annuum ſeu honorarium ipſis conceſſerunt, quod duobus millibus veſtium ex pellibus agnorum conſutarum, ac mediocri copia pannorum laneorum Anglicorum conſtabat æſtimatione decem millium numorum aureorum, ſeu Florenorum in Polonia uſitatorum. Sed ex quo tali opera eorum Polonia non amplius indiguit, vel etiam quod illi eam præſtare non poſſint, Turcis jam ſubjecti, & ipſis ſolis militare coacti, vix aliquando petentibus conceſſa ſunt, niſi quandoq; difficiliori Reip. tempore, ut ita deliniti à latrociniis, populationibusque confinium retineantur; Et jam tum Stephanus Rex Legatos ipſorum contumelioſe eapropter habuit, petentibusque conſveta Donativa, ſe tributarium tali Beſtiæ nunquam fore reſpondit & vacuos dimiſit. *Piaſecius Chron. pag. 53.* Sub Sigismundo III. deinde illa impune graſſandi conſvetudo ipſorum ſeverius coercita, objectis novis coloniis & munitis freqventiſſimis oppidis. *Lubienſk. Or. de Sigũm. f. 492.* Deniq; & ſub Vladislao An. MDCXXXVII. parte eorundem potiundi occaſio oblata, cum Candimirus Murza Bellator famoſus, eoque ſemper inviſus Principibus Tataricis, ne iſtis ſubeſſet, ſimul aliis Tataricis Ducibus in campos *Budziaki* prope Bialogrodum, Tehinam, Kiliam ac Moldaviæ Terras ſitos conceſſiſſet ac ab Imp. Turcico evocatus ſtrangulari cæteriq; in Cherſoneſum Tauricam remeare juſſi eſſent. Duces iſti enim ſocii Cantamiri, cum & Turcarum, qui Cantimirum deceperant blandis promiſſis non fiderent, & Chamum ſibi offenſum timerent, confugerant ad Præfectum ſupremum militiæ, aliosq; Proceres Poloniæ illorum confinium cuſtodes, offerendo defectionem à Chamo & Turcis & ſubjectionem Regno Poloniæ, dum modo ipſis ſedes aliqua aſſignaretur, ſeu ſi perſiſterent incolere illos campos Budziaki, contra

tra Turcam. Chamumq; auxilia eis darentur *Quæ petitio in alia ordinatiori Republica non ingrata fuisset, & attulisset commoda ingentia, sed hic ofcitanter semper consilia tunc usq; obtorpuerant.* Piasecius *ad A. XXXVII. f. 498.* Et Bassa Silistriæ quidem paulo post Bialogrodiam veniens Murzis hisce permisit, ut remanerent in istis campis, dum modo quieti viverent, at nihilominus, cum jam securi essent, tredecim insigniores eorum necari curavit. Tatari vero posthac Cosacorum motibus, ipsiq; Bello Turcico tum spe questus ex captivis faciendi, tum jussu Imperatoris Turcici pertinacius adhærentes gravissimis cladibus Poloniam afflixerunt: Quibus tandem effectum, ut Pace cum Turcis facta An. MDCLXXII. pensionem annuam veteri multo graviorem XXIIM Imperialium de novo ipsis promitti oportuerit, ea tamen Lege, nequi Tataricorum populorum Poloniam unquam infestarent. Unum idemq; insigne exemplum grati animi à Tatarico Principe in Johannem Casimirum Regem Poloniæ editum paulo inferius in recensione motuum Cosacicorum exhibebitur.

II. *In Daniam* tempore Boleslai Cruovisti circa An. MCXXIV. penetrasse eaque potitos fuisse *Cromerus* autor est *L V. p. 184.* Fuisseque causam ejus Petrum quendam Danum, Patre Wilhelmo uno è Proceribus Henrici Regis Daniæ prognatum, qui Boleslaum in vindictam patrati ab Abele Fratres Regio in Henricum Regem parricidii animaverit; Et Boleslaum Abelem ejecisse, Danisq; copiam fecisse novum Regem, quem vellent, eligendi. Confer *Matth. à Michou L. III. XIV. Gvagnin. Chron. p. 350. Herbut. L. IV. IX.* Danorum Chronica tamen rem hanc fere ignorant, testanturq; Parricidium Abelis in Henricum s. Ericum demum A. MCCLI. admissum. Unde Pontanus cum Historiam è Polonorum Annalibus recensuisset: *Cum ista*, subjicit, *Boleslao III. cui Cruovisto cognomen fuit, quiq; A. MCXXXIV, i. integro plus seculo, antequam ad Regnum promoveretur, immo natus esset Abelus, in fata concesserat, attribuant, quomodo ad hos annus MCCL. aut res Abelis pertineant non video: Nisi res & tempora hic esse confusa ac veris falsa commixta dicamus. Danici Annales nihil ejusmodi vel isto, aut alio etiam tempore accidisse commemorant. Silesiorum interim Historia mentionem injicit Petri Duvinî Dani, cujus Parens Guilelmus fuerit, mortui sub A. MCXLIX.* Rer. Dan. L. VII. p 319.

III. Cum *Austriacis* controversatum fuit, quod in spem Regni capi-

endi aliquando erecti, nec tamen admisſi fuerint: Polonis futurum dominium ipſorum in ſuſpicionem evertendæ libertatis ſuæ trahentibus: *Piaſec. pag. 60.* Quo intuitu & connubia Auſtriaca nunquam contradictione caruerunt ſuſpicantium, conjunctionem ejusmodi fore pignus occultioris alicujus vinculi, quod mercede libertatis Polonicæ ſoceris veniret: *Idem p. 92.* Sed Scriptor Germanis iniqvus ſi ſiniſtre de ſcopo eorum judicet, quid mirum eſt? Idemq; ab aliis factitatam, non diſſimili animo. *Franc. Marinium c. IV.* Libri ſui id ipſum profitentem juſte repulit *Anonymus Scriptor Lib. de Scop. Reip. Polon. p. 93. & ſeqq.* Itaq; Maximilianum II. Imp. à Zborovianis eligi, eumq; Stephano Batoreo opponi placuit; Neq; dubium erat ipſum Regnum retenturum; Sed nimis longa mora ejus obſtaculum poſuit: Quæ res tamen ſine notabili motu confecta eſt, Stephano interea ſeſe animoſe adverſæ parti opponente, & Maximiliano medio tempore mortuo. Sed recruduit, cum defuncto Stephano Zboroviani electioni Sigismundi contradicerent, & Maximilianum Archiducem Regem nominarent; Cujus eventus fuit, ut Maximilianus jus ſuum proſecuturus Poloniam invaſerit, ſed paulo poſt, belli alea prælio apud Byczynam commiſſa, à Zamoyſcio victus in manus ejus captivus venerit, quod factum A. MDLXXXIX. Nec liberari potuit, niſi pacta omnis juris in Poloniam ac Tituli Regii renunciatione. Quodq; eodem tempore Comitiis publicis Maximilianus ad Regnum petendum, ſi quando vacaret, inhabilis, & qui ſuffragia in eum conferrent infames declarati eſſent; Imperator Rudolphus in Comitiis Varſavienſibus An. XCI. eo nomine per Legatum ſuum queſtus fuit, tanqvam de re toti Domini Auſtriacæ injurioſiſſima. *Sed Rex ex conſilio Senatus reſponderi juſſit, eam Legem ex occaſione Maximiliani latam ad cæteros Auſtriæ Principes in demum pertinere, ſi Maximiliano contra hoc Regnum patrocinarentur.* V. iterum *Piaſ. p. 74. & 90.*

IV. *Polonia & Hungaria* conjunctæ fuerunt, cum Regnum extinctis Piaſti poſteris ad Ludovicum Hungariæ Regem deferretur A. MCCCLXX. Sed moriente eo diviſæ iterum, Mariâ Ludovici filia majori Hungariam, & Hedwige, quæ Jagelloni nupſit, Poloniam obtinente. Denuo tamen ſub filio Jagellonis Vladislao coîêre, quanquam refragante Elizabetha Regis Alberti conjuge, quæ etiam poſthumum Alberti Ladislaum vix dum quadrimeſtrem coronari curavit. V. *Cromer. L. XXI. p. 707. & ſeq.* Cum vero

vero Vladislaus pugnâ Varnensi cæsus esset, singulæ seorsim sibi Reges constituerunt, atq; ex eo tempore separatæ manserunt.

V.

Motus Cosacorum internis disfidiis propiores sunt, quam ut externis negociis accensentur: *Cosaci* enim non sunt gens aliqua propriis Terrarum terminis vel Reip. Statu proprio consistens, sed tantum species una ex genere militiæ Polonicæ, tanquam militia Celerum, seu Velitum, seu levis armaturæ: Quod satis exprimit Etymon nominis *Kosaky* dictum à Kosâ, quod Latine Capram significat, q. qui agilitate & curiositate inaccessa adeundi capris similes sint. Suntq; omnes ex Provinciis Polonicis oriundi, & illi qui Societatem Cosacam Zaporohianam repræsentant maxime ex Provinciis Poloniæ Rusticis, vicinioribus Chersoneso Tauricæ prodeunt, *Zaporobiani* dicti, quod in Insulis Boristhenis *Zaporobi* militiæ vacent, atque ibi transitus Tauricanorum Tatarorum obsideant. Ipsum Pontum Euxinum infestum reddidisse invasionibus suis atq; Turcis etiam formidabiles fuisse prolixe expositum ab Historicis & in his *Biasecio f. 46.* Sic circa Ann. MDLXXXVI. ab eis præsidium Turcicum Kozlow in Chersoneso Taurica expugnatum, petiitque tunc Amurathes Imperator Turcicus à Rege Stephano, ut pacis violatores puniret: Quæ tamen querela ipsius nonnisi capite unius Ducis Cosacorum Johannis Podkowá viri robustissimi, quique inter digitos equorum soleas ferreas frangere potuit *T. Demetr. Sulicovio Comment. Rer. Polon. fol. 105.* cæterùm hominis facinorosi, & jam ante ob incursionem in Moldaviam factam, aliaque in Rempublicam commissa crimina ad pœnam talem damnati, fuit sopita. Nec Amurathes IV. sine gravibus querelis tulit pervasam ab ipsis An. MDCXXV. totam Chersonesum Tauricam, occupatamq; in ultima ejus ora sitam Capham, restitutum insuper à se exautoratum Chamum Muhammed Gerei, eundemque, cum Portæ reconciliatus esset, postea interfectum. Unde & à Polonis coercendi & clade aliqua castrorumq; expugnatione, cum arma deponere contumaciter abnuissent, castigandi fuerunt, donec coram Regiis Delegatis subjectionem de novo jurarent & se abstenturos excursionibus in Ditiones Turcicas pollicerentur. Rursus An. MDCXXXVII. Cosaci Moscoviæ Tanas Arcem, vulgo Azak seu Ozow dictam, apud Ostium Fluvii Tanais in Paludem Mœotim ac inde in Pontum Euxinum defluentis sitam expugnarunt, præsidiumq; Turcicum ibi excubans trucidarunt. Quod Turca acer-

acerbius tulit, cum ea Arx fines Imperii sui terminaret, eos custodiret, & Tataros Tauricanos & Petiercios in officio contineret, cohiberetque Moscorum Cosacorum excursiones in illud mare: Coactus tamen fuit eam aliquamdiu in manibus ipsorum relinquere, interturbatus Tatarorum Precopensium motibus. Stephanus Rex eos melioribus Legibus sociavit, & cum ante nulla stabilitate societati suæ providissent, tumultuarie tantum collecti iterumq; pro hibernis per Poloniam ad propria dilapsi, ille CastrumTechtimirovv cum suo Territorio situm ad ripas Boristhenis infra Kijoviam xx Mill. Germ. ipsis attribuit, ubi Consiliorum & Magistratus militaris sedem, armamentarium, ac receptaculum bellicorum apparatuum haberent. A. MDCXXXII. post mortem Sigismundi Regis communitas ipsorum ab Ordinibus Poloniæ petiit ad suffragia ferenda in Electione Novi Regis admitti, ac Religionis Græcæ immunitates salvas conservari. Sed severius responsum tulit quoad suffragia: Cosacos utpote ex plebe collectos nullas partes habere in Consiliis publicis, neque in Electione Regis, quæ soli Senatui ac Ordini Nobilium convenirent: Merita ipsorum autem ac Religionis Græcæ rationes Ordinibus curæ futuras, dummodo ipsi in fide Reipubl. & obsequio Præfecti militiæ generalis perfisterent. Secutis temporibus autem, cum Proceres Poloni in ditionibus Kijovienſibus licentiam eorum refrenari oportere apud Regem Senatumq; prædicarent, durius haberi adeoq; pro afflicta in Religione, quam Græcam profitentur, & Statu Civili suo libertate laborare cœperunt. Post A. MDCXXXVII. impensis publicis propugnaculum *Hudak* denominatum apud confluentem Samaræ ac Boristhenis, loco ad eos coercendos maxime opportuno, extructum munitumque; Quod quidem illi primo impedire conati at postea profligati captoq; Pauluco Duce ipsorum ferre coacti fuere. Secuto A. MDCXXXIIX. immunitates quoq; una cum oppido Techtimirovv ipsis abrogatæ, Unde posthac majori cura securitati suæ providerunt, damnisq; multis Regiis copiis illatis securitatem restitutionis privilegiorum iterum quidem impetratunt, obseqviumq; promiserunt; At nihilominus privilegia hæc in ambiguis Comitiorum deliberationibus manserunt: Unde gravissimi motus posthac secuti, qui inprimis ab A. MDCXLIIX. & sequentibus auspiciis Bogdani Chmielnicii operaq; Russorum ac Tatarorum, accedente Poloniam misere afflixerunt, cæso primum A. MDCXLIIX. d. XXI. Maj. universo exercitu nico captisq; militiæ Ducibus Polocio & Catinovio, mox A. MDCXLIX.

alter

altero exercitu in urbe Zbaras obsessо, Regeq; ipso Johanne Casimiro cum nova militia in auxilium obsessorum veniente inter Sboroviam & Zlotsoviam CCCM. militibus circumdato & in tantas angustias redacto, ut nulla spes Regem nedum exercitum eripiendi supereſſet, nisi ipse Princeps hostilis Chamus Tataricus, memoriâ accepti à Vladislao Rege beneficii, progressum victoris exercitus inopinato stitisset. Hic cum Galga, h. Præfectus Generalis militiæ Tataricæ adhuc esset, à Polonis captus, à Vladislao vero posthac, accepto mortis Chami tunc regnantis, à quo ille proximus erat, nuncio sine lytro dimissus fuerat, monueratq; tantum Vladislaus, vellet gratiam hanc sibi suisq; aliquando rependere. Itaq; videns ex edito monte Polonorum periculum, jamque tempus instare ratus testandi grati animi sui, receptui cani jussit, Legatos Pacis nuncios misit, eoque Regem ac exercitum præsentissimo periculo eripuit. Sed ab aliis hæc diversimodis narrantur. Vid. *Bellum Scythico-Cosacicum, seu de Conjuratione Tartarorum, Cosacorum & plebis Russiæ contra Regnum Poloniæ à Joh. Casimiro Poloniæ Rege profligata Narratio à Joach. Pastorio*, & ex eo *Thuld. Hist. L. I.* qui Pacem hanc tamẽ singulari Dei benignitate factam prædicat. Inter Pacis conditiones erat, ut soluta Zbarasii obsidione abductoq; inde exercitu Chmelnicius in gratiam reciperetur. Sed ille nõ diu se in officio continuit, sed novis motibus Poloniam annis sequentibꝰ varie concusit, Cosaciq; sub eo obedientiam ex statu rerum suarum metientes eandem sæpe exuerunt, sæpe promiserunt. A. MDCLIX. d. XII. Maj. iterum fidem jurarunt Regno Poloniæ, sed dubiam tenuisse idem annus vidit, cum nova defectione ad Russos transirent; Rursus deinde Poloniæ conciliati sunt A. MDCLX. M. Octobri prope Cudnoviam seu Czudnovv Civitatem Volhiniæ ulterioris, formatumque inter alia decretum de Moscis hostibus persequendis; Sed eadem qua ante perstitisse inconstantia secuta in præsens usque tempora comprobarunt. Juramentum quod universus exercitus tunc concepit, hac formula constitit, quæ forte ad pleniorem noticiam eorum, quæ hactenus diximus, faciet.

Nos Pulkownike (cohortium præfecti) *Zenscha* (Judices) *Assawulen* (*Pentecontarchi*) *Stetniken* (Stationum præfecti) *Aramanne* (decuriones) *cunctusq; Zaborovienſis exercitus Majestatis Regiæ, nostro & successorum nostrorum nomine juramus ad Deum Omnipotentem, & ad sanctam Trinitatem, quod Serenissimo & Potentissimo* Joanni Casimiro *Regi* Poloniæ & Sveciæ, *Magno Duci* Lithuaniæ, *ejusq; successoribus* Poloniæ *Regibus, & Magnis* Lithuaniæ *Ducibus, uti non minus Regno Reiq; publicæ univer-*

se Poloniæ, *fideles, benefici, & obedientes, & cum æternum durante obsequio & fide obligati simus & maneamus, eademque opera alienorum Principum, aliorumq; cujuscunq; nominis, sed* Moscopolitani *Cæsaris in primis ditioni ac tutelæ nuncios mittimus, iisq; nos abdicamus in perpetuum, dexteras nostras armaq; contra Majestatem suam Regiam clementissimum Regem ac Dominum nostrum, successores ejus* Poloniæ *Reges, Magnosque* Lithvaniæ *Duces, totamq; Rempublicam, exercitusq; eorum nunquam levaturi aut sumturi sumus, cum Dynastis exteris nullam societatem, nulla consilia inituri, legationes eorum non audituri, neq; ad eos missuri, inconsulto & insciente Rege & Republica, adversus hostes Majestatis Regiæ & Regni* Poloniæ *quoscunq; impigrè ac lubenter valetudinem ac vitam periculis objecturi, tam nostra, quam successorum causa in omne ævum Commissioni* Kudnovianæ, *hesterno die, qui fuit* 17. Octobris *anni hujus* 1660. *finita & feliciter absoluta per omnia satisfacientes, eamque nec in minimo violantes, ac denique eum, qui has pacis leges rumpere, vel dissidia turbasq; concitare vellet, parvus magnusve sit, statu, conditione, dignitate tam ampla sit, quam velit, non tantum viribus una conjunctis cum universis* Zaporovienſibus *copiis invasuri; sed pro se quisque nostrûm singulatim, ac successorum nostrorum, bello petituri atque persecuturi sumus, tam pro nobis separatim, quam una cum Regiæ Majestatis Regnique* Poloniæ *exercitibus conjunctim; tam sincerè nos verèq; Deus & Sacrosancta* Christi *passio adjuvet, quam nos verè sincereq; hoc Sacramento dicimus.* Quod extat cum cæteris istius temporis actis ap. *Thuld. App. ad P. IV. Histor. p. 258.* Sed nihilominus Rusficam iterum tandemq; Turcicam protectionem elegere, Polonosqne postea pace cum Turcis facta privilegia juraq; vetera ipsorum denuo confirmare oportuit. Turcæ interim in A.MDCLXXIX. tractibus Zaporovianis duo fortalitia extruxerunt, quibus cum Ponto Euxino se prohiberi viderent, Sierko Dux ipsorum misso filio suo iterum Polonicam protectionem ambiit.

VII.

Interna disfidia, quæ Poloniam nostro tempore concusserunt, fuere: I. Quæ *Confœderatorum exercitus* movit, ob non soluta stipendia conjunctorum & toto ferè biennio tumultuantium. Cœperunt hi motus A. MDCLXI. Mens. Julio finitiq; sunt eodem Mense A. MDCLXIII. Inter Principales erant Svidersky, quem Marschallum suum nuncupabant, tum Demetrius Wisnovicky & alii ex Nobilitate magnæ authoritatis Viri. De-

fide-

fiderata ipsorum hæc ferebantur I. ut plenariam solutionem restantis & II. certam assignationem postmodo accipiendi stipendii haberent. III. Campi-Ductores tunc præsentes abdicarentur. IV. Novi surrogarentur, ita tamen ut munus non perpetuum, sed ambulatorium esset. V. Reditus Ecclesiastici contraherentur, & pars eorum in usum publicum converteretur. VI. Deniq; non nisi bene meritis bona Regia & Staroſtiæ concederentur: Quæ & conventui Warsavienſi circa Octobrem Anni MDCLXI. proponi curaverunt: His in articulis Fœderis sui adjecere: Se nihil tentaturos contra Regiam Majestatem aut Patriam, sed eos tantum, qui & Rege & Regno abuterentur, neque tam oneraturos bona Nobilium quam Coronæ & Ecclesiastica &c. atque A. MDCLXII. Mense Decembri quidem in transactionem aliquam consensere, sed quæ mox iterum rupta fuit, cum ex promissis septem millionibus, quibus ipsis satisfieri debebat, non nisi trea præsto essent, donec tandem Anno MDCLXIII. Mense Julio residui maxima parte adjecta ab armis plane desisterent, & Amnestia uniuersali promulgata articulos fœderis sui publicè comburerent, facta simul antegressorum deprecatione, quod Leopoli in Monasterio Bernhardinorum coram Altari magno contigit die Julii XXIII. Vid. plura hac de re *in Diar. Europ. Contin. VI. pag. 350. 527. & seq. Contin. IIX. pag. 581. Contin. IX. pag. 505. & seq.*

Paulo post *Motus Lubomirsciani* secuti sunt, acti inter Regem & Georgium Lubomirsky Principem Wisniciæ & Jaroslaviæ, tunc supremum Mareschallum & Campi ductorem Regni, ditissimum inter Poloniæ Proceres, quique 400000. & amplius florenorum in annuis reditibus numerabat. Causa quæ vulgo innotuit, potissima ferebatur, quod Rex quique Regiarum partium erant, novi Regis electionem procuratam vellent, illaque è Gallia aliquem intenderent, cæteri quorum Dux erat Lubomirsky huic operi se opponerent: Hinc Rex Lubomirskio iratus in Comitiis M. Januarii A. MDCLXV. variorum criminum accusatum reddidit, confisus Lubomirskium ita facile vel oppressum vel plane extinctum iri. Capita accusationis erant (1.) Ipsum Thronum Regium dejicere conatum fuisse. (2) Nuperos in exercitu tumultus excitasse (3.) Eosdem Legatis suis isthuc misis foviſſe (4.) Pecunia sustentasse (5.) eoq; effeciſſe qvo minus quiescerent. (6) Reliquos sub Czarneckio milites eodem pellexisse. (7.) Expeditionem Regiam contra Russos fructu cassam reddidisse, (8.) Literas Charactere Occulto

culto scriptas varia ad loca misisse. (9.) Impediviſſe expeditionem Regiam contra Cosacos, (10.) Hos pariter ac Tataros ad defectionem sollicitasse. Quibus tamen diversimodis & scriptis & re ipsa satisfactum fuit, itumq; in compositionis articulos die XXX. Julii A. MDCLXIIX. quibus concluſum, ut Lubomirskius & socii ejus admissa deprecarentur, ille exercitum dimitteret & postmodo extra Patriam quoad Regi videretur tranquillè viveret: Cæterum vero Amnestia generali & perpetua donaretur. Historiam hujus rei habes Contin. XII. *Diar. Eur. pag. 237.* & seq. Acta eo facientia Parte III. appendicis cum Titulo: *Acta Lubomirskiana*: Articulos *Pacis in iisdem pag. 297.*

IIX.

Nobilitatis Jura sunt amplissima, quorum initia fere sumpta, post introductam à Mieczislao Religionem Christianam, Regibus, misso libetiori dominio suo, ea indulgentibus, primo piis monitis Episcoporum, ac cæterorum Populorum Christianorum imitatione & moribus, deinde bellicosæ Nobilitatis meritis atq; obseqviis, forte etiam contentionibus. Inter ea est quod singuli, æque Senatores seu Magistratus officiaq; gerentes, ac privatam ducentes vitam, qui volunt venire ad Electionem, habeant jus dandi suffragium in eligendo Rege. *Piasec. p. 442.* Quodque potissimum est, Regem oportet eligi nullo contradicente, de quo supra. Talisque eorum conditio & aliis Comitiorum negociis appositа, quæ non singuli, at Legati seu Nuncii terrestres nomine omnium obeunt: Ut scilicet non plurium, sed communi omnium consensu nitantur: Laudabili quidem consilio, sed à Republica Platonis, non à præsenti rerum humanarum statu facile expectando; Homines enim ne lites in immensum durent, & ut ratio aliqua sit expediendorum negociorum, plerumq; in eo, quod pluribus videtur, acqviescunt, patiunturq; partem majorem jus accipere integri corporis. *Grot. J. B. L. H. V. XVII.* Unde & Comitia sæpius irrita leguntur reddita, Nuncii Terrestribus minus bene & inter se & cum Regis consilio magnatibusq; convenientibus. *Semper accidere solet, dum ii qui consulunt pari autoritate, sententia vero dispares sunt, ut nihil salutare constituatur.* Machiav. *Hist. Flor. Lib. IV.* Nec suspicionem degeneris in licentiam libertatis sæpe declinare potuerunt, inprimis quando contra Regem & Senatum coire visi sunt, indicto *Rokoß*, famoso in unum concurrendi symbolo. Genuinum Etymon istius nominis vix dari potest, sed sonat terminum statuto tempore controvertendi, & est Symbolum in ista gente usitatum, qvo uni-

universi Nobiles genere ad consurgendum contra Regem & Senatum pro vindicandis libertatibus suis convocantur: Formidolosum quondam Regibus, nam eo Nobiles etiam familiares Regis & Procerum heros suos tunc deserere, & in commune opem suam conferre obligabantur. Cujus exemplum fuit A. MDXXXVII. sub Sigismundo I. cum coacta totius Eqvestris Ordinis manu Moldaviam petens castra ultra Leopolim prope oppidum Gliniany posuisset; Tunc enim acclamata hac tessera *Rokoss* Nobiles omnes Rege & Proceribus relictis invicem conjuncti severiorem rationem administratæ Reip. ab ipsis requirebant ac Senatores quosdam malorum consiliorum autores seu tali suspicione notatos tumultu populari pene oppresserunt. Aliud extitit A. MCCCLXXX. sub Ludovico, ac recentius sub Sigismundo III. A MDCVI. quod tamen A. MDVIII. abolitum, disfidentesque ad Regis Regniq; fidem reducti, postquam paulum ante pugnæ aleam subierant, cæsisque mille ducentis suorum profligati fuerant, cum è Regio exercitu tantum XXX. desiderarentur. Superstites enim Rex omnes gratia donavit, nec victis instare suos passus est, *ne*, inquit, *dum noxios seditionis autores persequimur, multi eorum fraude in errorem ducti simul pereant: Sinamus interim omnes saluti suæ consulere.* Vid. Lubienski qui totis *L. IV. de Civili hoc Motu in Polonia* egit.

Jus Polonicum hodie Statutis Casimiri, Vladislai, & Sigismundorum fere nititur, quæ uno volumine postea à *Joh. Herbuto* comprehensa. Naturali ordine non constant, sed id eum omnibus Juris Civilibus voluminibus, dixeris etiam melioribus Scriptis plurimis, commune habent. Est etiam ubi à Juris Divini ac Socialis Regulis recedere videntur. Quale est Statutum Casimiri A. MCCCLXIX. de Pœna Homicidii: *Qvamvis occidens hominem secundum Dei & Legum sanctiones esset capitali pœna plectendas: Nos tamen rigorem illum temperantes statuimus: Quod occidens militem triginta marcas parentibus, pueris, vel amicis solvere teneatur &c.* ap. *Herbut. fol. 194.* Et de Kmethone occiso ejusdem: *Si vero qvispiam Kmethonem occiderit, decem Marcas solvere teneatur, quarum sex uxori seu pueris, si superstites fuerint, & residuæ qvatuor Marcæ domino occisi exolvantur.* ib. fol. 194. Neq; pœna capitalis decreta legitur, quam si Kmetho Kmethonem occidisset & X. Marcas solvendo non esset: *Quod Kmetho Kmethonem occidens pro pœna homicidii Castellaniæ, in qua homicidium fuerit commissum, vel ei, in cujus Jurisdictione delictum & homi-*

cidium hoc est perpetratum, quatuor marcas, consanguineis vero sive amicis proximioribus interfecti sex marcas persolvat. Qui si non fuerit solvendo & captus fuerit, pœna capitali puniatur. ib. fol. 200. Neq; aliter illa lenitas correcta, quam ut homicidium Nobilis CXX. marcis lueretur, & homicida anni & VI. septimanar. spacio turri includeretur. *Stat. Sigism. fol. 195.* Quod tamen iterum corrigi oportuit: *Petierunt à nobis Nuncii terrarum, ut occidendorum hominum pœna non sit ejus asperitatis, qua præterito Statuto Petricovienſi circumscripta est: Nos eorum precibus victi decretum &c. abrogamus, atq; id valere volumus, quod eadem de re à Seren. Joh. Alberto fratre nostro, olim Rege fuit constitutum.* ibid. fol. 198. Statutorum defectu ad Jus Saxonicum recurri solet: Cujus tanta olim apud Polonos autoritas, ut non sine magnis impensis ad tribunal Magdeburgense extra Regnum suum appellaverint; Sed rem hanc Casimirus A. MCCCLVI. sustulit constituto alio Supremo Tribunali in arce Cracovienſi, ad quod in posterum appellandum esset. Tribunalia præterea duo à Rege Stephano A. MDLXXIIX. erecta, unum *Petricoviæ*, alteram *Lublini*, examinandis controversiis & juri reddendo, quibus antea non sine gravi molestia ipsi Regi præsidendum erat, instituta ab inferioris Judicis sententia ad ipsum appellatione. Petricoviæ deciduntur lites Palatinatuum Majoris Poloniæ & Prussiæ: Lublini Palatinatuum Minoris Poloniæ ac Russiæ.

CAP.

CAPUT IX.
DE
REGNO BOHEMIÆ ET HUNGARIÆ.

I. Regni Bohemiæ conditores ac primi Reges, Przemislaus I. non fuit Rustico, Przemislai Victoriosi summa egestas, & in eadem generositas.

II. Jurisdictionis hodiernæ ac veteris amplitudo; Controversia utrum Regnum Hereditarium an Electivum sit? An & qvomodo ad Germaniam pertineat?

III. Motus Husitici; Husi Somnium; Scriptores Rer. Husiticarum.

IV. Singularia Regum ac Procerum Bohemiæ: Scriptores Rer. Bohemicarum.

V. Reges Hungariæ: De Atila, Chagano, Stephano, Ludovico singularia.

VI. De Hungariæ cum Germanico Imperio conjunctione: De Dalmatiæ & Croatiæ ad eandem accessu.

VII. Recentes motus Hungarici.

IIX. Singularia Regum Hungariæ Procerum Hungariæ recensio: Qvi Palatini & Bani? Scriptores Rerum Hungaricarum.

IX. Transsilvania ab Hungaria separata, Turcæ Tributaria reddita: Consilia de ipsiq cũ Imperio unione.

X. Singularia de Titulo Principum Transsilvaniæ; Series eorundem.

I.

COnditor Reip. Bohemicæ perhibetur *Czechus*, qvem secuti Crocus Senior & Junior, hos Libusa Sibylla Bohemorum, & cum ea Przemyslus s. Premislaus ab aratro ad Regnum assumptus: Sic *Lucius Qvinctius* apud Florum, *in aciem ab aratro profectus*, ne-

nequid à ruſtici operis imitatione ceſſaret, victos more pecudum ſub jugum miſit. L. I. c. XI. Neque opinandum, Przemyslum agreſtem adeoq; vere ruſticum fuiſſe. *Przemislaus non Ruſticus, ſed Dominus Stadicenſis, quamvis agriculturæ deditus: (Nam id temporis quantumvis nobiliſimos non pudebat agrum colere, idq; ingenuum habebatur:) Ab aratro ad Principatum vocatus fuit:* Inqvit *Weleslavinus in Geneal. Reg. Bohem.* Et alibi de Libuſſa loquens: *Libuſſa Przemyslum ſibi conjugio junxit, Stadicenſem Agricolam, ſed nobiliſimo genere, quem olim ſtudiorum ſocium ac condiſcipulum in ſcholis Budecenſibus habuerat.* De Nuceto ejus Stadicenſi & ſs. dicendum *ſeq. §. IV.* Ejusdem tempore famoſa mulierum Rebellio Duce Valaſca concitata, qvæ tanta fuit, ut maximam Bohemiæ partem illæ ſuam reddiderint, tandemq; Remp. fotmarint, in cujus ſtatutis erat, ne genus ſuum interiret, concubitum vicinorum inire, maſculis v. ſiqvi forte naſcerentur, dextrum oculum eruere, atq; pollices abſcindere. Sed poſt ſeptennium, victa & in prælio obeunte Valaſca, imperium hoc concidit. Vid. *Æn. Sylv. Hiſt. Bohem. c. III. IV. V. VI. &c.* Regio Titulo primum donatus *Vratislaus XXmus* à Czecho Principe ab Henrico IV. Imp. cui egregiam adverſus Rudolphum Sveviæ Ducem navaverat operam: Diſerteq; profeſſus eſt Henricus, Se de ſua & omnium Imperii Principum voluntate omnes honores, jura, prærogativas ac ditiones *Veteris Moraviæ & Regni Marcomannorum* in Bohemiæ Reges transferre, ideoq; Moraviam, Sileſiam, Miſniam, Rusſiam, & qvicqvid Reges Moraviæ vetuſti unqvam tenuerint, dare ac donare, Luſatiam vero Inferiorem addere tanqvam Electionis in Imperio poſſeſſionem. Idem poſtea à Friderico I. Imp. repetitum, Bohemiaq; Regnum in perpetuum in Ratisbonenſibus Comitiis A. MCLIX. appellata eſt, ac Vladislaus ipſe Rex coronatus & amplisſimo Cæſaris præconio laudatus. Sed poſteri Principes nihilominus hujus Tituli incurioſi fuerunt, ſeu qvod ille homini potius, quam univerſæ poſteritati & Regno collatus crederetur; Seu qvod Bohemiæ Principes poſt Vratislaum & Vladislaum nollent tam oneroſo beneficio uti, qvo Germaniæ obnoxii fieri & ſubjici videbantur: Qvam cauſam ex Dubravio & Stranskio allegat *Balbin L. III. c. X.* At *Æn. Sylvius*: Abſtinuiſſe, ſive qvia magis vi, qvam jure imperaverint, ſive qvod indultum Imp. Romani ſumendæ coronæ more majorum obtinere non valuerint. *Przemyslaus* vero cognomine *Victorioſus & Aureus* Dux XXXIV. ab Imp. Philippo denuo Titulum Regium emeruit & ad Succeſſores ſuos propagavit; Qvodq; Ottoni Philippi Succeſſori conſtanter adhæ-

adhæreret, nomen Ottogari, seu *Ottocari* accepit, q. d. Gar Ottisch, totus Ottonianus: Nisi à meritis hujus Principis potius Originem petere fas est; Itali enim *Odoacrum* vocant, & *Henr. Stero* ad A. MCCXLVI. *Othacher*, qvod erit Otto- seu Atta-wacker, h. Pater vigilans, ein wacker Vater / eoq; reipsa Pater Patriæ. Ferunt eundem initio, quod inscio Henrico Imperatore Dominationem in Bohemiam suscepisset, ea dejectum & in exilium actum latrociniis vitam exhibuisse, tandemque, cum ab hostibus ubiq; quæreretur, in tantam egestatem incidisse, ut Ratisbonæ dum templum ædificaretur, operam diurnam architectis locare dissimulata conditione sua coactus fuerit; At affulgente spe recuperandi Principatus, auditoque Henricum Episcopum Pragensem è vivis excessisse ultimos duos sibi reliquos Aureos in Danubium ex Ratisbonensi Ponte dejecisse: Scilicet aut Rex aut nihil esse in animo statuerat. *Balbin. Lib. III. cap. XII.* Hujus nepos Przemyslus Ottocarus II. à Rudolpho Imperatore Bello ob Ditiones Austriacas orto cæsus fuit A. MCCLXXIIX. Post qvem extincta in Wenceslao II. & III. prole masculâ A. MCCCVI. Rudolphus Austriacus Alberti Imp. filius & A. MCCCVII. Henricus Carinthiæ Dux Regnum tenuerunt; Et post Henricum, qvem An. MCCCX. abdicarunt, è Familia Lucemburgica, *Johannes* Henrici VII. Imper. filius, *Carolus IV*, *Wenceslaus Ignavus*, *Sigismundus*. Tunc secuti Albertus Austriacus, Ladislaus Alberti filius, Georgius Podiebradius, qvi Regnum primis Ladislai Annis jam administraverat, cujusve posteritas in Seren. Ducibus Monsterbergensibus & Olnensibus conservata fuit: Regnū v. non æquo omnium animo videtur accepisse; Et in sinistri ominis loco habitum, in coronatione ipsius preciosissimum lapidem de corona ultro decidisse, quasi corona non sat bene in Georgii capite sedisset, quod fide *Balbini* referimus *L. V. c. VI.* Ipsi successerunt Vladislaus Casimiri Poloniæ Regis Filius & Ludovicus: Quo prælio Mohaczensi interfecto, Regnum denuo ad Austriacos rediit, Ferdinando I. id jure uxoris, quæ Ludovici soror erat, capessente atq; ad posteros transmittente.

II.

Qua Jurisdictionem comprehendit *Silesiam*, *Moraviam*, *Lusatiam*. Silesiæ in perpetuum Regno Bohemiæ adjungendæ A. MCCXC. initium datum est ex eo pacto, quod Henricus Vratislaviensis Princeps cum Wenceslao Rege statuit, quod pactum Rudolphus Imp. eodem Anno confirmavit, aliisve deinde literis Cæsareis ipsum Vratislaviæ Principatum Wen-

ceslao contulit: Hæcq; omnia pluribus & diversis diplomatis rursus recitata & tandem A. MCCXLIIX. à Carolo IV. Imperatore Aureâ Bullâ confirmata. Extant præterea publicæ literæ abalienationis Casimiri, de renunciatione Ducatum Svidnicensis & Jaurensis Coronæ Bohemicæ facta A. MCCCLVI. Ludovici itemq; Hungariæ Regis de iisdem, Budæ MCCCLIII. Rursus literæ Casimiri Poloniæ Regis quibus Vratislavienſem & Glogovienſem Principatum Johanni Bohemiæ Regi, & futuris Bohemiæ Regibus cum omni jure transscripsit A. MCCCXXIX. De quibus aliisve plurimis hujus generis Vid. *Balbin. L. III. c. XVI. & XIIX.* Non tamen desunt jactæ eo nomine à Polonis querimoniæ, de quibus dictum. *prac. c. IIX. §. IV. Moravia*, vetus Regnum, sub Arnolpho Imp. in provinciam redacta, inde à Polonis possessa, deniq; Bohemiæ adjuncta fuit simul omnibus honoribus ac juribus veteris Moraviæ & Regni Marcomannorum, de quo *prac. §. I.* Lusatia deniq; accesit tanquam Electoris in Imperio possessio, sed quæ nunc Domui Saxonicæ in feudum cessit; Partes ejus quoque exectæ & Marchiæ Brandenburgicæ unitæ, Cotbusium, Peicena, &c. vi Transactionis cum Georgio Podiebradio A. MCCCCLXII. Ipsa vero etiam Marchia Sigismundo & Wenceslao Caroli IV. filiis Bohemiæ heredibus paruit fere totis XLIV. annis; Et à Sigismundo iterum Justo & Procopio Marchionibus Moraviæ oppignorata postea tamen hoc nexu ab eodem liberata in Friderici hodiernæ Familiæ Electoralis autoris fidem transiit. Nunquam autem Jurisdictio Regni Bohemiæ majori amplitudine fuit, quam sub Ottocaro II. extensa à Mari Balthico ad Mare Adriaticum. *Imperium quod à Fratre susceperat ex Mari Balthico usq; ad Danubium protensum ad internum nostrumq; Mare, quod Adriaticum dicimus extendit. Nam cum obiisset Fridericus Dux Austriæ sine liberis, soror ejus Margaritæ hereditatem accepit &c. Eadem jam anus Othocarum sibi virum asciscit, qui non tam conjugis ætatem, quam dotem animo volvens sterile matrimonium contraxit. Et Principatum nobilem consecutus more humano, quanto possedit, tanto majora concupivit. Ulricus eo tempore Carinthiorum Principatum tenebat, qui cum virili sobole careret, acceptâ ab Othocaro pecuniâ, Carinthiam illi, Carniolam, Marchiam, Slavoniam & Portum Naonis tradidit. Veronenses exinde, Feltrenses, Tarvisini, & multi ex Foro Julii ultro sese ei submiserunt. Bellum Hungaris indixit, commissoque prælio victor ingentem prædam reportavit, Stiriamq; provinciam illis ademit. In Prussia superatis*

tatis Tartaris urbem condidit, quam Kuttenpergam, id est Montem Regium vocant. Æn. Sylv. *Hist. Boh. c. XXVII.* Utrum hereditarium, an Electivum fuerit Regnum, durantibus turbis Germano Bohemicis prolixe disputatum fuit: Qua de re Vid. inter alia *Theatr. Europ. T. I.* Sed per Instrumentum Pacis Art. IV. §. De cætero, *Hereditarii nomen abstulit: De cætero in Bohemia, aliisq; quibuscunque Provinciis* hereditariis *Imperatoris &c.* Nec ulla eo nomine contradictio tunc audita. An ad Germaniam pertineat, seu quod hic perinde est, an Reges jure Principum Germanicorum gaudeant, à veteribus in dubium vocatum; Sed ab aliis oppositum, oportuisse in Curiis Imperatorum apparere, subscripsisse decretis nomine Imperii factis, interfuisse Torneamentis Germanicæ nationis, ac deniq; quod nulli extero permissum, potuisse ditiones sibi pro lubitu in Germania comparare. Vid. *Dn. Strauch. de Controv. Illustr. super. Sec. Diss. II. §. XI.* & ante eum *Goldast. de Regn. Boh. L. III. c. II.* Cætera, quod Imperii oneribus non sint obnoxii, nec ad Comitia vocentur, nec Regnum Circulis annumeretur &ſs. ad Privilegia Regni singularia referunt. Vid. *Dn. Strauch. c. l. §. XII. XIII. XIV.*

III.

Motus Husitici cœperunt occasione Doctrinæ necisq; *Johannis Hussi*, seu de Husinecz, ex nobili Hussorum, Husinecii Dominorum familia nati, & Philosophiæ ac Theologiæ in Academia Pragensi Professoris Sophiæq; Reginæ à Confessionibus sacris: De quibus extant è Catholicis *Dubravius*, *Hagecius*, *Borecius* in scriptis suis de rebus Bohemicis, *Johannes* item *Cochlaus Historiæ Husitarum Libris XII.* Æneas Sylvius Picolomineus in Historia Bohemica. Ex Evangelicis *Gallo Zalansky*, *Concionibus de vita Hussi*, *Zacharias Theobaldus*, qui omniũ diligentissime Husiticas res tractavit, fatente ipso è Soc. Jesu Scriptore Balbino, sed addit: *Si mala mens, malus animus abfuisset; Nam Lutheranus Popa ad suam hæresin pertinere credebat Hussi ac cæterorum Sectariorum laudes.* Verum hæc amori propriorum nimio imputanda. Narrat *Zalanskius*: Husso in Bethlehem, Sacello recenti, cui curando admotus fuerat, habitanti somnium oblatum: *Videbatur sibi imagines Christi & Apostolorum pingere, at semper intervenire Pontificem, qui omnes deleret imagines; Tandem tot pictores in auxilium Husii subito advenisse, ut Papa delendis tot imaginibus sufficere non posset.* In quo non obscura secutorum temporũ imago relucet. Interea Bohemi vim Hussо ac Hiero-

nymo Pragenſi illatam in contemptum injuriamq; univerſæ nationis vertere, armisque vindicandam rati, non tantum Bohemiam, ſed circumjacentes Regiones bello victoriisq; ſuis implevere. Initia Pragæ à Defeneſtratione Conſulum d. XXX. Jul. A. MCCCCXIX. capta, actu inchoandis magnis motibus per quam fatali, quiq; noſtro ſeculo eadem in urbe ignem miniſtravit incendio, quo univerſa Europa totis XXX. Annis flagravit. Militiam rexere *Nicolaus Hus* Huſſinecii Dominus, agnatus Huſſi, & præcipue *Johannes de Trocznowa* (Ziska ſeu Cocles appellatus, quod altero oculo in prælio amiſſo careret,) Camerarius Wenceslai, ab eodemque ad arma ſumenda animatus. Inambulaverat mœſtus in Arcis Pragenſis area Johannes, Huſſi mortem ſecum reputans, rogatusq; à Rege, quid ita mœreret? Cum is cauſam dixiſſet, Nationis univerſæ contemptum: Rex reſpondiſſe dicitur: *Mi bone vir, neque ego, neq; tu hanc vindicare injuriam poſſumus; Si tamen occurrit ratio, age ingenio utere, Bohemos tuos vindica.* Accepit conditionem Johannes Ziſca, quantusq; ultor Huſſi & ſuorum & Catholici nominis hoſtis evaſerit loqvuntur Hiſtoriæ. *Balbin. ex Zalanskio L. IV. c. VI.* Neque virum hunc rudem militiæ fuiſſe ſuſpicandum. Narrat idem Zalansky, Polonis diu ante militaſſe, & Lithuanis ac Prutenicis Bellis omnibus interfuiſſe, ac præſertim A. Mcccccx. in cruentiſſimo prælio, quo Crucigeri cæſi ſunt, maximum ad victoriam attuliſſe momentum. Natalis domus ejus pagus Trocznow fuit, in quo Nobilibus parentibus in lucem edi us eſt. Progreſſuum Belli hujus magnitudinem è reliquiis caſtrorum Huſſiticorum, quæ in vicinis Bohemiæ proviaciis paſſim adhuc ſuperſunt, æſtimare eſt, quales etiam in agro Francofurtano noſtro ipſaque Neomarchia occurrunt. Fructus tantis victoriis dignos impedivere nata in exercitu diſſidia, quæ tamen tanta non fuere, quin Catholicos per Concilium Baſileenſe Compactata offerre & communionem ſub utraque Ordinibus Bohemiæ annuere oportuerit. Autoritas Pontificis M. quoque apud fideliores Huſſi aſſeclas in ſuſpenſo manſit, quam poſthac & Georgi Podiebradius Rex Bohemiæ ſuſpectam habuit, unde varia in eum vibrata fulmina. Neque reliqua etiam Huſſi doctrina abrogata, ſed in noſtra usq; tempora, licet poſitis armis, variis in Eccleſiis communi Unitatis nomine nexis conſervata fuit: Qvæ res ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam tanquam propriam ejus ſedem remittenda. De motibus Bohemicis noſtri Seculi dicendum in Hiſtoria Germaniæ.

IV.

Inter singularia Regni Bohemiæ reponimus: In Coronationibus Regum ex Przemysli veteris Nuceto Stadicensi *Mensuram unam Nucum effundi* ante novos Reges solitam, idq; adhuc cum Ferdinando III. servatum. Signum adventus ipsorum olim per flammam dari solitum. Sic Carolo IV. Imp. Comitia Noribergæ celebrante eodem filius Wenceslaus cum instructissimo exercitu accessit, & adventum suum duobus in locis per flammam indicavit, *qui ritus Bohemiæ Regibus ab antiquo usitatus est. Balbin. Lib. III. c. XXI.* Cujus origo forsan ex prælatione Ignis apud veteres Imperatores usitatâ derivanda. Jura prima Bohemis ab eodem Przemyslao data, quibus ad Carolum IV. usq; Bohemia recta fuit. Nobilitatis Bohemicæ specialis hæc gloria, quod Reges & Imperii Principes Nurus filiasve suas Bohemicis quibusdam familiis in conjuges dare non erubuerunt; Alii vicissim Principes ex Bohemicis familiis descendentes puellas in conjuges accipere non sunt dedignati. Præterea non pauci eorum antiquissimis temporibus in Comitum dignitate steterunt, & Comites in publicis Regum ac Principum literis appellati leguntur, donec circa Annum MCC. unà omnes concordi sententia Comitum nomen abjecerunt & qui Remp. tractabant *Pani*, i. Domini, qui arma elegerunt *Ritirsi*, Equites appellari voluerunt. *Balb. L. III. c. V.* Scriptores rerum Bohemicarum quod attinet, eorum aliquos uno volumine complexus fuit *Marq. Freherus ed. Hanov. MDCII. & MDCVII. fol.* Inter quos sunt *Cosmæ Pragensis* Chronica Bohemiæ ab initio gentis usque ad primum Regem creatum, *Æneæ Sylvii Picolominei Historia Bohemica*, Varia item ad Statum civilem ac Religionis, inprimis Doctrinam Husiticam pertinentia: Rerum collectionem justo volumine collegit *Bohuslaus Balbinus è Soc. Jes.* Epitome Rerum Bohemicarum, quam *Historiam Boleslavienſem* appellari voluit, quaq; plurima in Historiis Bohemiæ incerta, controversa, ab aliis item prætermissa non tantum diligenter sed & minoribus quam à Scriptoribus hujus generis expectari solet, cum affectibus explicuit. Cæteri sunt *Joh. Dubravius* Episcopus Olomucensis *Historiâ Bohemiæ*, cujus postremos Annales tamen à Vladislai Regno ad sua usq; tempora longe diligentius confectos esse animadvertit *Balbin. L. V. c. XI.* Procopius Lupacius *Ephemeridibus Rerum Bohemicarum*, Martinus Boregk in *Bohemiâ*. Wenceslaus Hagecius *Annalibus Bohemiæ*, quos scripsit lingva patria, ac Germaniæ post transscripsit *Joh. Sandel: Multamq; in eo scribendi genere*

laudem meruit; Omnem laudem meruisset, si & Chronologiam aliquanto diligentius examinasset, neq; patrios modo, qui ante eum scripserant, sed etiam externos & vicinarum Gentium Scriptores consuluisset. Balbin. *L. V. c. XII.* Paulus Stransky *de Regno Bohemiæ:* Nobilis in patria Historicus: *Balbin. L. V. c. V.* Weleslavinus *Genealogia Principum Bohemiæ. Hunc ego Historicum, siquem alium inter Scriptores Patrios plurimi semper feci, Chronologiæ studiosum inprimis, & qui Historiam nostram autoritate ex Scriptoribus vicinis Saxonicis, Lusaticis, aliisque petitâ plurimum illustravit.* Balbin. *L. I. c. X.* Pulkava vetustus Scriptor *Historiæ Bohemicæ* sub Carolo IV. *Petrus Codicillus* scripsit de Czechi in Bohemiam adventu. *Melchior Goldastus* de Bohemiæ Regno incorporatarumque Provinciarum juribus; Sed duriori Balbini judicio exceptus: *Goldastus ferri omnino neq; potest neq; debet, qui cum Jura Bohemiæ sex Libris explicanda sumsisset optimum de se consilium & argumentum verissimum insigni indignitate, & impudentia, & in universam Slavorum gentem maledicentiâ, quam paginæ omnes loquuntur, corrupit. Adhæc erroribus plurimis, quod fere necesse est contingere iis, qui alienam Rempub. in qua nisi hospites, non vixerunt, describendam suscipiunt, non parce librum suum distinxit, Not. in L. III. c. V.*

V.

Inter *Hungaros* seu potius *Hunnos* (nam discrimine aliquo divertere adnotatum *P. I. c. IX. S. I. §. IIX.*) primum innotuit famosissimus Atila, *Vir in concussionem gentis natus in mundo, terrarum omnium metus, qui nescio qua sorte terrebat cuncta formidabili de se opinione vulgata. Erat namq; superbus incessu, huc atque illuc circumferens oculos, ut elati potentia ipso quoq; motu corporis appareret. Bellorum quidem amator, sed ipse manu temperans, consilio validissimus, supplicantibus exorabilis, propitiq; in fide semel receptis: Forma brevis, lato pectore, capite grandiori, minutis oculis, rarus barba, canis aspersus, simo naso, teter colore originis suæ signa restituens. Qui quamvis hujus esset naturæ, ut semper magna confideret, addebat ei numen confidentiam gladius Martis apud Scytharũ Reges semper habitus &c.* Jornand. *de Reb. Get. CXXXV.* Et ex eo *Bernegger. Diss. de R Hung §. CXXXVI.* Ubi & imaginem Atilæ ex Numis probatis exhibet ac examinat *§. 238 & seq.* Pluribus de ejus vita & rebus gestis egerunt *Callimachus Experiens & Nicolaus Olahus Archiepiscopus Strigoniensis*, ambo in *Scrr. Hungar. Sambuci.*

Simi-

Similiter *Priscus Rhetor* Historiam Atilæ & causas belli ab eo suscepti prosequitur *T. I. Histor. Byzant. Excerpt. de Legation. p. 33. & seq. Item in Histor. Goth. ib. pag. 47. & seqq.* Quæ si absoluta superstes esset, non ita fabulis veluti tenebris obscura jaceret Lux veritatis de origine *Hunnorum*, verissima disciplina civili, exercitationeque militari & publicis deliberationibus & prudenter factis & dictis magni Atilæ; Exacte enim hæc omnia tradidit multarum rerum non tantum auritus, sed etiam oculatus testis. *Bernegger. §. CCLIIX.* De appellationibus, quibus delectatum scribunt Hungarici scriptores, *Olahus*, *Backschay*, *Bonfinius*: Nembrothi nepos, nutritus in Engaddi, Dei gratia Rex Hunnorum & Medorum, Gothorum, Dacorum, metus orbis & Flagellum Dei, *merito dubitatur*. Quod si ex Japeti posteris fuit Atila, quod Hungarici Scriptores sustinent, Atilam esse filium Nembrothi, filii Chami non constitet. Deinde noticia Nembrothi unde est ei? Nec unquam Atila, quantum scitur, Medis imperavit. Præterea Princeps à fide alienus se dixisset esse *Regem* Deorum gratia, non Dei. Nec Engaddi est, nisi in Judæa prope Mare Mortuum, nisi aliquando apud *Chæt*os Engaddinos extitisset. *Nadayn*, *Flor. Hungar. Lib. I. cap. XI.* Secunda gentis expeditione celebris fuit *Chaganus* quidam; Vox hæc enim corrupta ex *Cham*, seu *Chan*, non nomen proprium unius, sed commune Principum Orientalium videtur fuisse. Vid. *Notic. Dign. Diff. H. c. III. §. V.* Tertiâ circa Arnulphi tempora, quaque fixam sedem in Hungaria retinuerunt primus fuit Almus supremus septem Ducum, quibus expeditionem susceperunt, tum *Cussales*, Dursachus, Bugothus, Genus ex *Irnaco* juniori Atilæ filio ducentes, quod *Atilam* jam præsensisse notat Priscus Rhetor.: *Attillas juniorem ex filiis introeuntem & adventantem nomine Irnach, placidis & latis oculis est intuitus, & eum gena traxit. Ego vero cum admirarer Attillam reliquos suos liberos parvi facere, ad hunc solum advertere & animum adjicere, unus ex Barbaris, qui prope me sedebat, & Latinæ Linguæ usum habebat fide priùs accepta, me nihil eorum, quæ dicerentur, evulgaturum dixit; Vates Attillæ vaticinatos esse, ejus genus, quod alioquin interiturum erat, ab hoc puero restauratum iri. Geysa* demum circa A. MCCCCLXXX. susceptâ Religione Christiana ductoq; ad eandem populo suo inclaruit. Hujus filius Stephanus Coronam Regiam, primum à Pontifice M. donatus fuit, Cruce insuper duplicata, quæ hodienum in insignibus Hungaricis. Inde continuata Regum Hungariæ series usque

que ad Ludovicum A. MDxxvi. in prælio Mohaczenſi immature cæſum? Qvemadmodum omnia hujus Principis ſingulari plane exemplo intempeſtiva adeoque immatura fuerunt. Ante tempus legitimum natus fuit & ſine pellicula, quam Epidermidem Phyſici vocant; Hungariæ item & Bohemiæ Rex ante tempus, idq; cum fletu: Ante tempus infans fari cœpit; Sapiens nimium puer ante tempus; Ante decennium ætatis Regni tractavit negocia; Ante tempus conjugem ſibi deſpondit; Decimo quinto ætatis anno duxit; Ante tempus barbatus; Ante annos viginti canuit; Ante tempus conflixit, ante tempus periit, aptisſimeq; Cuthenus hoc ei Chronoſtichum Nativitatis ſcripſit: *Ante DIeM natVs.* Narrat Lipſius veniſſe quendam ignotum hominem, qui admitti ad Ludovicum Regem paulo ante cladem voluerit, cum neceſſaria omnino ſe habere ipſi Regi indicanda diceret, ſed ab Aulicis ſemper eſſe rejectum, denique repulſæ impatientem dixiſſe: *Abi igitur, Regi nuncia, brevi & cito perituruṁ*; Et cum dicto ex oculis hominum evanuiſſe. Hungari ejus amore ac deſiderio multis poſt ejus mortem annis Numos Aureos procudere, in quorum antica parte Regis pueri coronati & culcitræ inſidentis effigies videbatur his in circulum euntibus verbis: Ludovicus Filius R. Hungariæ & Bohemiæ: In poſtica carmen legebatur:

Buda potens & Pannonii gens Martia Regni
Quod fuit, eſſet, ſi viveret iſte Puer.

Balbin. Rer. Bohem. L. V. c. XI. Conf. *Leunclav. Pand. Turc. n. CCXXII.* Ex quo tempore Regnum Hungariæ penes Familiam Auſtriacam manſit, Ferdinando I. poſtea Imperatore & Mariæ Ludovici viduæ fratre Jure uxoris Annæ, quæ Ludovici ſoror erat, ſibi illud vindicante.

VI.

Hungariam ſeparatum à Germania Regnum eſſe demonſtratione haut eget. Notum tamen unionem aliquam cum Germania antehac tentatam; Sed non niſi promiſſio tunc facta ferendorum ab Hungaris ſimilium in caſu ſimilis neceſſitatis auxiliorum. Vid. *Act. Comit. & Receſs. Imp. A. MDLXVI.* Sunt etiam, qui ne expedire quidem ejusmodi unionem autumant; Hungaros enim tanquam moribus & animo à Germanis alienos haut paritu ros Decretis Germanicis, ſicque Imperium perpetua inquie laboraturum fore. Vid. *Textor. de R. S. c. VI. & c. XIX.* An tributaria ſuerit Imperio Germanico varie diſſeritur? Ajunt Scriptores Germanici & Andreæ,

dreæ, Salomonis, inprimis v. Petri Regis exempla adducunt. At Hungarici Scriptores negant, & Hungaros pacem quidē à Germanis redemisse agnoscunt, non tamen Tributo, sed annua pensione. V. *Bernegger. n. 352.* De Dalmatiæ & Croatiæ ad Hungariam accessu *Bonfinius Dec. II. L. IV. p. 225.* Edomirus Rex Dalmatis imperabat, cui Ladislai soror uxor erat. Vir sine liberis legato conjugi Regno vita decessit. Regina variis inimicorum injuriis affecta & eorum præcipue, qui ad tyrannidem aspirabant à potentissimo Fratre petit auxilium. Ladislaus habito delectu exercitum parat, Dalmaticamque expeditionem affinitatis jure suscipit trajecto Dravo Valeriam universam, quæ inter Savum Dravumq; protenditur in Dalmatas concitat, sororis inimicos continuo fundit fugatque, occupata oppida recipit; Pacatum denique Regnum, quod brevi bello recuperarat, integrum Sorori restituit. At illa liberorum orbitate laborans, cum neminem haberet, cui Regnum legaret, fratri repente ac posteris addixit, jussitque deinceps Dalmatiam & Croatiam universam Ungaricæ ditionis haberi. Ex quo quidem tempore Dalmatis & Croatis Ungari jure imperare cœperunt. Confer. *Rit. de Reb. Hungar. L. II. p 843.*

VII.

Intestini motus qui Hungariam hactenus involverunt, hodieq; involvunt partem eorum faciunt, quæ posteritati demū materiem differendi præbebunt: Supplicia de Comitibus Serinio, Nadasto, Frangipanio, & Tantte-cachio A LXXI. sumpta inter memorabilia hujus seculi jam locum acceperunt. Certatum interea fuit certaturq; de Religione ac juribus Regni: Quo exitu in manu Domini positum, qui populos Principibus subdit, iisq; Utiles Rectores suscitat.

VIII.

Hungariæ Reges superioribus seculis amplissimis Titulis æque ac Regionibus usi fuere, eosdemq; totidem Vexillis in Coronatione ipsorum designari videre licuit: Quæ 1. Vexillum Hungariæ. 2. Dalmatiæ. 3 Croatiæ. 4. Slavoniæ 5. Ramæ, quæ Bosnia est, non urbs Hierosolymæ vicina. 6. Serviæ. 7. Galliciæ, seu Hallitiæ, quæ est Wallachia. 8. *Wladimiriæ*, partis Russiæ Septentrionalis, quam & Lodomeriam vocant. 9. *Cumaniæ*, quæ est Terra Wallachiæ, appellata Zavolcha. 10. Bulgariæ. Conf. *Not. Dign. Diff. V. c. III. §. VI.* De Corona Hungariæ *ib. Diff. IV. c. III. §. VI.* Novos Reges Equum in collem adigere & educto gladio aerem quater verberare *iterum Diff. V. c. I. §. VII.* De Origine ejus addendum, eam videri ex Martis Ense pendere,

quo veteres Scytharum Reges, ipseq; *Atila*, leguntur gloriati fuisse. *Nec Templa apud eos visuntur, aut delubrum, nec tugurium quidem calamo tectum cerni usquam potest; Sed gladius Barbarico ritu humi figitur nudus, eumq; ut Martem, Regionum, quas circumeunt, præsulem verecundius colunt.* Amm. Marcell. *Rer. Gest. Lib. XXXI.* Et de *Atila* Priscus Rhetor in Exc. Legat. de *Atila*: *Neque vero illi parva potentia accessio contigerat ex eo, quod Martis ensis erat detectus &c. Sponsarum Regiarum* apud *Hungaros* singularis hic capiendi ritus fuit, ut ab Equite *Hungaro* stricto ense ex capite Reginæ corona decuteretur. *Balbin. Epit. Rer. Bohem. Lib. III. cap. XV.*

In Statibus Hungariæ eminent *Archiepiscopus Strigoniensis*, qui simul Legatus Natus Sedis Romanæ, & juxta eum *Archiepiscopus Colocensis*. Vice-Rex peculiari nomine *Palatini* insignitur ad imitationem veteris Comitis Castrensis Sacri Palatii, quem Græci *Curopalatem* dixere. Cui simile est cognomen *Bani*, quod Gubernatoribus Regnorum ab Hungaria dependentium Dalmatiæ, Croatiæ, & Slavoniæ tribui solet à *Bando* seu *Banderio*, quemadmodum in *Constit.* Hungar. dicitur, derivatum: Quodque Græcorum *Flammulari* & Turcarum *Sanzar Bego* æquiparaveris. V. *Leunclav. Pand. n. CLXXIV.* Specialem Statuum Hungariæ recensionem habes in Histor. *Diata Regni Hungarici de A. MDCLXII. M. Majo in Diar. Eur. Contin. VII. p. 477.*

In Collectaneis Scriptorum de rebus Hungaricis sunt *Scriptores Rerum Hungaricarum ex recensione Joh. Sambuci Francof 1581. fol.* Particulares Scriptores sunt, *Anton. Bonfinius* in Decadibus Rer. Hungaricarum, *Michael Ritius* de Regibus Hungariæ Libris II, qui fere compendium sunt Bonfinii; *Abrah. Bakschay* Chronologia Rerum Hungar. *Joh. Heroldus* Chronol. Pannoniæ, *Joh. de Thwrotz* Chronicis Hungarorum, *Joh. Nadayni* Floro Hungarico, *Nicolaus Isthuanfi* Historiarum de Rebus Hungaricis Libris XXXIV. De quo in specie testatur *Zeilerus Descript. Hungaric. fol 28.* Sey ein gelehrter und vieler Sprachen erfahrener Mann auch der beyden Käyser Maximiliani des andern und Rudolphi des andern Secetarius, hernach Rath und des Palatini Leutenant / auch vornehmen Adelichen Herkommens/und schier bey 60. Jahren zu Hofe gewesen/auch in seiner Jugend einen Soldaten abgegeben. *Petrus Rewa* Descr. Hungar. *Martini Zeileri* Descriptio Regn. Hungar. Germanicè, quam

auxit

auxit *Joh. Beza*, *Matth. Berneggerus* seu *Martin. Schödel Duquis. de Regno Hungariæ*, cujus procemio etiam varia de Scriptoribus Hungariæ judicia habentur: De Jure Consvetudinario Hungariæ *Stephanus Werbeuczius*, Ein gelehrter Jurist, aber unruhiger/ partheischer Mann/wie Ihm Isthuanfius fol. 176. das Zeugnüß giebet. Hat aus Befehl Königs Vladislai die Ungerische Gesetze zusammen geschrieben und solches Büchlein Decretum Tripartitum genennet. Joh. Sambucus hat Notata über die schwere und ungewöhnliche Wörter/ die in besagtem des Werbeuczii Jure Hungarico zu finden gemacht / so *Alb.* Molnar seinem Dictionario pag. 348 & seqq. angehengt. *Zeiler. l. c. p. 8.*

IX.

De *Transsilvania* Statu pleriq; Scriptores Hungarici agunt: Seorsim de rebus ab *A.* MDCXXIX. ad *A.* MDLXIII. scripsit *Johannes Betlenius* Michaelis *Apafi* hodierni Principis Transsilvaniæ Cancellarius. Princeps præter Titulum Transsilvaniæ inscribitur *Comes Siculorum & Partium Hungariæ Dominus*. *Apud* Turcas commune ejus nomen est *Ertel Ban*. Separata fuit ab Hungaria post cladem Mohaczensem, Johanne de Zapolia seu Sepusiensi & Ferdinando Caroli V. Fratre de Imperio Hungariæ decertantibus; Johannes enim cum Ferdinando se imparem sentiret, ad Turcam confugit, ejusque auxiliis in Regni Hungariæ partibus aliquibus confirmatus fuit, quas & ad Filium Johannem Sigismundum transmisit: Sed Turcis posthac istas, ac Ferdinando quod reliqvum erat constanter sibi vindicantibus, solam Transsilvaniam retinuit; Nec tamen nisi fiduciario à Turca jure, cui & secuto tempore tributum adjici oportuit, (nam prima Johannis deditione nulla ejus mentio facta: Vid. *Isthuanf. L. X. p. 151.*) & illud qvidem initio XM. Numorum aureorum; Rakocius deinde A. MDCXLVI XVM. pendere jussus est; Apafio dn. initio regiminis sui LXXXM. Imperialium injuncti fuerunt; Sed quorum pars posthac remissa dicitur. Separationem vero ab Hungaria quod attinet, Sigismundus Bathori A. MDXCIV. per Legatos ad Cæsarem impetravit omnimodam abdicationem petitionum Regibus Hungariæ competentium, ita ut Princeps & omnes ejus per lineam rectam descendentes potestate libera Principes essent; Deficientibus autem descendentibus à se natis omnes ad Transsilvaniam spectantes provinciæ ad Regnum Hungariæ redirent, Rege Hungariæ ad hoc solum obligato, ut dotem congruam filiabus Transsilvanicis, siquæ essent, solveret: Itemque titu-

lum ferret Principis Imperii, sine suffragio tamen & sessione. *Dn. Strauch. de Controv. Ill. Sup. Sec. Diff. I. §. XXIV.* Sed an ita ex Clientela Turcica ad Imperium redierit, quod ille opinatur, nos merito ambigimus. Principum series à Johannis tempore hæc fuit. I. *Johannes* primus Turcæ beneficiarius. II. *Johannes Sigismundus* istius Filius, mortuus A. MDLXXI. Æt. XXXII. in quo & Comitum Zapolitanorum familia, quam Johannes Hunniades & Matthias Corvinus primo tantopere extulerant, extincta fuit. III. *Stephanus Bathori* IV. *Christophorus Bathori*, Stephani Germanus, cui ille, Regnum apud Polonos adeptus, Principatum concesit, mortuus A. MDLXXIX. V. *Sigismundus Bathori.* VI. Stephanus Boscai. VII. Gabriel. Bathori. IIX. *Gabriel Betlenius.* IX. Georgius Rakoci I. X. *Georg. Rakoci* II. A quo, cum Transsilvania motibus Turcicis involuta esset, successerunt brevi tempore *Franc. Redei*, *Achacius Barscai*, *Joh. Kemeny*, qui ante exercitus Rakociani in Polonia Generalis, inde carcere Crimensi aliquandiu detentus fuerat. Denique *Michael Apasi*, sine A. MDCLXI. constitutus. Is hodienum supereſt, & antea simul Kemenyio Carcere Crimensi pressus fuerat, è quo ferunt liberalitate Matronæ Turcicæ liberatum, quæ matrimonii fidem ab eo pacta fuerat, sed quâ secuta mulieris mors ipsum paulo post solvit. Negocia Turcica hic sæpius gesta exhibebuntur seq. Capite.

CAP.

CAPUT X.
DE
IMPERIO TURCICO.

I. De Veteribus Imperatoribus Constantinopolitanis; Directorium Scriptorum de iis:

II. Amplitudo Imperii Constantinopolitani: An eadem forma Imperii manserit, succedente Regimine Turcico?

III. Scriptores Rerum Turcicarum.

IV. Series Imperatorum Turcicorum: Hodierni Imperatoris Turcici Character & mores.

V. Amplitudo Imperii Turcici.

VI. Provinciarum ejus inter Bassas distributio; Provinciarum Tributariarum Wallachiæ, Moldaviæ, Transsilvaniæ, Ragusæ Status.

VII. Initia & progressus potentiæ Turcicæ.

VIII. Stabilimentum potentiæ Turcicæ in Europa: De tempore captæ Constantinopolis.

IX. De infelici successu Christianorum adversus Turcas.

X. Negocia Hungarica, tres Clades Christianis illatæ; Ingens Victoria A. MDCLXIV. à Turcis reportata, Articuli Pacis ejusdem Anni.

XI. Bella cum Venetis; Expugnatio Candiæ; Articuli Pacis.

XII. Negocia Polonica.

XIII. Bella Persica.

XIV. De Fœderibus Turcarum cum Galliæ Regibus: Quid eos in sinistram suspicionem contra Gallos adduxerit?

XV. Tituli Imperatorũ Turcicorum; Cur à Strangulatione fratrũ Imperium auspicari soliti sint: Filiis adultis vivente Patre Constantinopolim ingredi non licet: Filiæ Imperatoris impuberes elocantur: Cur Imperatores uxores non ducant?

cant ? A Subditis simplici obedientia honorantur ; Milites a, liberius in eos agunt.

XVI. Magnorum Veziriorum conditio ; Cur Aula Porta vocetur ? Cur Nobilitati locus non relinqvatur ; Miseria posteritatis Veter. Graecorum Impp. Θηριοφιλία Turcarum ; Cur in periculis tam prompti sint ? Servitutis apud eos emolumentum ; Polygamia ipsorũ ? Cur minus numerosam prolem nunc habeant ? M. Augustum à Turcis pro fatali haberi.

I.

IMperium TURCARUM Novum Constantinopolitanum dixeris; Veluti Græcorum, quod ante habuerunt, Imperium Constantinopolitanum Vetus: Constantinopoli utrisque sedem Imperialem præbente. De Veteri notum est, originem sumsisse à Sede Imperiali Roma Constantinopolin translata: Unde & *Novæ Romæ* nomen Constantinopoli datum, ipsiq; omnia Privilegia, quæ Veteris Romæ erant, concessa. Vid. *L. un. C. de Privileg. Urb. Constantinop.* Notæ perinde Familiæ Angelorum, Comnenorum, Palæologorum, qui Imperium hoc diu tenuerunt, & in quarum ultima ad interitum venit. Complures Imperatorum nomen *Porphyrogeneti* gesserunt à *Porphyra*, loco, in quem concedebant Augustæ parituræ, q. d. in Porphyra genitos; Item nomen *Novi Constantini*, prout apud Veteres Reges Gothicos in Hispania erat Nomen *Flavii*, illoque in Annalibus Turcicis promiscue appellantur. Vid. *Leunclav. Pand. n. L I.* Tenuerunt & Latini aliquando hoc Imperium, Balduinus nempe Comes Flandriæ, sociis Venetorum armis eo promotus, qui & eodem tempore Archipelagi Insulas sibi adjecerunt. Ultimus Imperatorum fuit Constantinus Palæologus Dragoses XV. hujus nominis vita & Imperio exutus A. MCCCCLIII. Pleniorem noticiam rerum à singulis gestarum desideranti exhibemus Directorium Scriptorum Historiæ Augustæ à Constantino M, ad Constantinum Palæologum ex apparatu *Historiæ Byzantinæ P. Labbei pag. 17. & seqq.*

Constantini M. vitam & res gestas Libris IV. complexus est *Eusebius Pamphili* Cæsariensis in Palæstina Episcopus, qui etiam consulendus in Chronico & Historia Ecclesiastica, quæ ultra hujus Imperatoris tempora non progrediuntur. Scripserunt etiam *Eutropius*, *Aurelius Victor*, *Rufinus Aquilegiensis*, *Paulus Orosius*, *Zosimus Comes*, Autor Chronici, quod Alexan-

Alexandrinum vocant, *Theophanes Confessor*, atque ex eo *Anastasius Bibliothecarius*; Anonymus post Ammianum editus, *Paulus Longobardus* Diaconus Aquilegiensis, aut quisquis est Miscellæ Autor, atque è recentioribus *Suidas*, *Joh. Zonaras*, *Michael Glycas*, *Constantinus Manasses*, *Georg. Cedrenus*, *Nicephorus Callisti Xantopuli* filius. Praxagoras Atheniensis de Gestis Constantini M. Libros duos, decem vero Demarchius Cæsariensis Cappadox scripserunt, Testibus Photio ac Svida: Verum hi cum prioribus Ammiani Marcellini Libris, multisq; aliis injuria temporum perierunt. Nec omittendi *Socrates*, *Sozomenus*, *Theodoretus*, *Philostorgius* &c.

Constantii vitam & res gestas prodiderunt *S. Hieronymus* Append. ad Chronicon Eusebii; *Eutropius*, *Victor*, *Ammianus*, *Rufinus*, *Orosius*, *Zosimus*, *Socrates*, *Sozomenus*, *Theodoretus*, *Philostorgius*, *Chronicon Alexandrinum*, *Theophanes*, *Miscellæ Autor*, *Zonaras*, *Glycas*, *Manasses*, *Cedrenus*, *Nicephorus* &c.

Juliani vitam & res gestas dabunt *S. Hieronymus* in Chron. &c. ante citati: Singillatim *Zosimus* Maximus ejus Encomiastes post Eunapium Sardianum, cujus Historiam teste Photio pene descripserat.

Joviani meminerunt S. Hieron in Chron. Eutropius, qui ejus morte clausit *L. 10.* Breviarii Rom. Historiæ &c. antecitati.

Valentiniani res gestas habes in iisdem.

Valentis res gestas memoriæ commendarunt S. Hieronymo, qui in ejus morte Chronicon suum clausit, quemadmodum Historiæ Lib. 13. atque ultimum Amm. Marcellinus Rufus, qui in hoc Imperatore desiit, Rufinus, Orosius, &c. citt.

Gratiani res gestas scripserunt *Hieronymus Chron. Ammianus &c. citt.*

Fl. Theodosii Magni res gestas suggerent Hieronymianæ ad Eusebii Chronicon Appendicis Continuatores, Prosper uterque, Hydatius, Marcellinus, Sigebertus &c. Aurelius Victor, cujus Epitome in hujus Imperatoris obitu desinit, Ruffinus, qui pauca admoum de filiis ejus attigit, Orosius &c. Quibus jungi merito potest Claudianus, Poeta illorum temporum perinsignis.

Arcadii res gestas vid. apud citt. Zosimus biennio post Arcadii mortem in vulgatis Editionibus desinit. Hisce jungendus Claudianus, ut omittam

mittam Eusebium & Ammonium Poetas cæterosque, quorum opera desideramus.

Theodosii Minoris Historiam repete sis ex *Orosio*, qui non progreditur ultra annum 418. *Socrate*, qui ut ipse ait in fine Lib. VII. orditur à primo Anno 201. Olympiadis, in qua Constantinus Imperator declaratus fuit, & desinit in A 2. Olymp. 228. ad 17. Consulatum Theodosii f. *A.* 439. *Hermia Sozomeno*, cujus liber nonus non porrigitur ultra annum 421. licet ipsomet teste in præf. ad Imp. à Consulatu & Patris ejus Constantini usque ad 17. Theodosii Imper. Consulatum non secus ac Socrates fuisset progressus, *Theodoreto*, Cyri Episcopo qui ab hæresis *Arianæ* initiis pervenerat, teste Gennadio, usque ad Leonis Imper. tempora, quamvis Liber ejus quintus postremus eorum, qui supereſt, morte Theodori Mopsvesteni terminatur, *Olympiodoro Thebæo*, cujus Excerpta docent à 7. Consulatu Theodosii ad XI. h. ab *A.* 407. ad *A.* 425. perveniſſe, *Philostorgio Ariano*, qui petito altius initio in eundem annum desinit. Quibus jungi poterunt *Prosper uterque*, *Hydatius*, *Cassiodorus*, *Marcellinus*, *Evagrius*, *qui ab Hæresi Nestoriana duxit* exordium, *Chronicon Alex. Freculphus*, *&c.* citt. ut omittam *Philippum Sidetam*, *Priscum Panitem*, cæterosque, qui non supersunt.

Fl. Marciani res gestas prosecutus est *Theodorus Lector*, cujus Collectanea, quæ habemus in manibus, ab obitu Theodosii Junioris incipiunt: *Tiro Prosper*, cujus non solum vulgares Fasti, sed etiam Chronicon à P. Pithœo editum desinunt *A.* 455. *Victor Tunnunensis* in *Africa* Episcopus in Chronico, quod Prosperi Fastis subnexum incipit ab *A.* 444. *Hydatius*, *Freculphus &c.* citt.

Leonis res gestas scripserunt *Candidus Isaurus*, cujus Excerpta cum Notis exhibentur *Vol. Imo Histor. Byz. Theodorus Lector*, *Malchus Philadelphiensis in T. I. Hist. Byz. pag. 91.* Inchoant a. 17. *A.* Imperii Leonis &c. citt.

Iisdem exhibent *Leonem Juniorem*.

Zenonem Isauricum Iidem habent præter *Malchum Philadelphiensem* Ed. cit. Histor. Byzant. p. 78. & seqq. *Joannem Ægeatem*, *Basilium Ciliceum*, *Eustathium Syrum s.* Epiphanienſem, *Hesychium Milesium Illustrem*, aliosq, quos periisse dolemus.

Fl. Ana-

Fl. Anastasii iidem meminere exceptis *Candido*, *Malcho & Ægeate*. De *Justino Theodorus Lector*, *Procopius &c.* citt.

Justiniani res gestas præter *Procopium Cæsariensem*, *Rhetorem & & Agathiam Myrinensem* Scholasticum Nobilissimos Historicos docebunt Te *Marcellinus Illyricanus Comes*, *cujus Chronicon desinit in Annum 534.* Justiniano Aug. IV. & Paulino Coss. licet appendix usque ad obitum Justiniani excurrat. *Victor. Tunnunensis*, cujus Chronicon ad Justini Junioris A. 1. Christi 567. protenditur, *Marius Aventicensis* Episcopus, *Evagrius &c.* citt.

Justinum Juniorem vide in *Excerptis Menandri Protectoris*, *ac Theophanis* Byzantii *de Bello Justini Junioris* adversus Persas & apud *Evagrium*, *Gregor. Turonensem*, *Marium Aventicensem*, *Joh. Biclarensem* in Chronico ſ Appendice ad *Victorem Tunnunensem*, quæ à Justino ducit initium, *Corippum Grammaticum Africanum*, cujus Poema fine mutilum extat, &c. citt.

Tiberii vitam & res gestas repete ex *Evagrio*, *Greg. Turonensi*, *Johanne Biclarensi* Abbate, qui ad *A.* usque Mauricii IIX. Christi 589. progreditur, *Autore vitæ S. Eutychii P. Cp. apud Surium* Aprilis IV. *Theophane*, *Miscella*, *Freculfo*, *Suida*, *Zonara*, *Glyca*, *Manasse*, *Cedreno*, *Nicephoro*.

Mauricii vitam & res gestas fusè prosecuti sunt *Evagrius Scholasticus* Antiochenus usque ad Annum Imperii Ejus 12. h. Christi 594. *Menander Protector*, cujus Historia præter pauca Excerpta intercidit, & *Theophylactus Simocatta*, è cujus Libris duodecim, quos primum Historiæ Byz. Volumen habet, cæteri hauserunt *Chron. Alex. Theophanes &c. citt.*

Phocæ res impiè gestas exponunt *Chron. Alexandrini Autor Anonymus*, *S. Nicephorus* P. CP. initio Breviarii Historici, quod cum eruditissimis notis Dion. Petavii 1. Vol. Hist. Byz. continetur, atque ex eo *Anastasius & Miscelle Autor*, *Freculfus* qui in Calce L. 5. secundæ Partis subjicit, opus illud suum ob amorem Judith Augustæ susceptum à Christi Incarnatione ad obitum usque S. Gregorii & initia Bonifacii Papæ perduxisse, *Zonaras*, *Glycas*, *Manasses*, *Cedrenus & Nicephorus*, qui morte Phocæ Librum 18. Historiæ suæ Ecclesiasticæ clausit.

Heraclii vitam & res gestas dabunt *Chron. Alex.* quod in Annum Heraclii 20. Christi 630. desinit. *S. Nicephorus* P. CP. in Breviario, *Theo-*

phanes & ex eo *Anastasius* &c. citt. Quibus adjungi poterit Appendix ad Marii Aventicensis Chronicon, quæ in Annum 14. Heraclii & 40. Clotarii 2. Francorum Regis desinit.

Cæteros usque ad *Const. Copronymum* habes itidem in *Breviario Historico S. Nicephori P. CP.* quod in Annum desinit Christi 796. quo Decembri Mense Indictione IIX. jam inchoata Irenen Conjugem Leoni filio copulavit, *Theophane*, *Anastasio*, *Miscella*, *Suida*, *Zonara*, *Glyca*, *Manasse*, *Cedreno*.

Leonis Chazari, Constantini Irenes F. gesta scripsit *Theophanes Confessor*, è quo sua mutuati sunt *Anastasius Biblioth. Miscellæ Consarcinator &c.*

Fl. Nicephori, *Szumcii*, *Michaelis Curopalatæ*, qui & Rancabe dictus, vitas & gesta scripserunt *Theophanes Confessor & Monachorum* Agri Præfectus, cujus Chronicon hic desinit, non secus ac *Anastasii Bibliothecarii* Ecclesiastica Historia & *Pauli Longobardi* Diaconi Aquilegiensis f. potius *Landulfi Sagacis aut Joannis Diaconi*, quæ dicitur Miscella; *Joannes Scylitzes* Curopalates hujus, qui à Michaele Rancabe exorsus usque ad Alexii Comneni exordia vitas Impp. Orientis continuavit, *Zonaras*, *Glycas*, *Manasses*, *Cedrenus &c.*

Leonis vitam docebunt *Leo Grammaticus* & Anonymus, quem quidam *Leontium* Byzantinum vocitarunt, *Scylitzes*, *Zonaras*, *Glycas*, *Manasses*, *Cedrenus &c. Michaelem Amorianum & Theophilum* idem dabunt. Ac hujus nuptias fragmentum, quod edidit de iis *M. Crusius* post Heliodori Epitomen.

Sequentium ad *Nicephorum Phocam* iidem, & de hoc singillatim V. *Luitprandum Ticinensem* Diaconum, qui ad illum Legatus ab Ottone Imp. venit.

Sequuntur *Tzimisces* &c. apud eosdem & Anonymos nonnullos.

In *Michaele Stratiotico* definit *Cedrenus*, qui Annales suos à prima rerum origine ad inaugurationem *Isaacij Comneni* deduxit.

Ab *Isaacio Comneno* ad *Nicephorum Botaniatem* Iidem consulendi. *Botaniata* vita repetenda ex *Zonara*, *Glyca*, & *Constantino Manasse*, qui ulterius non est progressus in Historia seu Annalibus, quos versibus Politicis ab initio Mundi concinnavit. Attigit quoque Nicephori hujus tempora *Johannes Curopalates* cognomine *Scylitzes*.

Alexii

Alexii Comneni vitam & res gestas consignavit XV. Libris Filia ejus *Anna Comnena* Bryennii Uxor. Scripserunt quoque *Joh. Zonaras Monachus & Michael Glycas Siculus*, qui duo Scriptores ab ortu Rerum Annales suos usque ad Obitum Alexii pertexuerunt. Juverit etiam legisse *Ottonem Frisingensem*, *Gvilielmum Tyrium* aliosque Historicos, qui de Godofridi Bullionii expeditione in Palæstinam scripserunt.

Calo-Johannis vitam & res gestas legere est apud *Joh. Sinnamum* L. I. & *Nicetam Choniatem*, qui duo ab ejus imperio duxerunt scribendi principium, Ottonem *Frisingensem Episcopum & Guilielm. Tyrium*.

Manuelem descripsere *Joh. Sinnamus Grammaticus*, qui sub eo militavit, & *Nicetas Choniates*.

De reliquis ad *Alexium Ducam Murzuphlum seu Myrsiflum* consulendus cit. *Nicetas*. Hinc exorditur Chronicon suum vulgatum *Georgius Acropolites Logotheta usque* ad receptam à Græcis Constantinopolin, descripsitque IV. Imperatores *Theodorum Lascarem*, *Johannem Ducam*, *Theodorum Lascarem*, *Johannem Theod. filium*: Quos etiam describit *Nicephorus Gregoras*; *Et Phranzes* Protovestiarius inde incipit Chronici seu Historiæ Libros IV.

Michaelis Palæologi præter *Nicephorum Gregoram* meminerunt *Georgius Pachymeres & Georgius Phranzes*.

Andronici Palæologi Senioris vitam & cum Nepote intestinum Bellum, quod duravit annos sex & Mensem unum exhibent *Niceph. Gregoras*, *Joh. Cantacuzenus*, Georg. Phranzes, G. Pachymeres.

De Andronico Palæologo Juniore videndi iidem, quique eum sæpius arguit *Joh. Cantacuzenus*, item G. Phranzes & Laonicus Chalcocondylas.

De *Joh. Cantacuzeno* consulendum præter alios jam citatos quid de se suaque administratione ipse scribat ex Imperatore factus Monachus & *Joasaphus Christodulus* ficto nomine dictus.

Joh. Palæologi Andronici filii, *Manuelis Palæologi*, *Joh. Palæologi Manuelis* Filii meminere ante citt. Phranzes, Laonicus, Anonymi, singillatim *Manuelis Historia Politica apud Crusium*.

De *Constantino Palæologo V. Laonicus Chalcocondylas*, *Georg. Phranzes* toto L. III. aliique, qui de expugnata Constantinopoli scripserunt.

II.

Amplitudo Veteris istius Constantinopolitani Imperii non exigua fuit

Comprehendit enim integras duas Dioeceſes Imperii Romani, Dioeceſin Illyrici & Orientis, quarum nomine comprehendebantur Macedonia, Dacia, Oriens in ſpecie ſic dicta, Ægyptus, Aſiana, Pontus ſeu Pontica & Thracia. Quas ſimul inferioribus earum Provinciis enarratas habes in *Pancirolli Notic. Imper. Orient.* Quid inter Imperatores ejus & Imperatores Germanicos geſtum ſit exponendum *in Hiſtor. Imp. Germanici.* Expiranti ſucceſſit Regimen Turcicum, non diſſimile magnitudine, at LL. Fundamentalibus, adeoque reipſa diverſiſſimum. Monarchiæ nomen quidem utrinque manſit, ſed nomina talia nimis Generalia ſunt diſcernendis Rerumpp. formis, quæ ex his non tantum, ſed inprimis ex connexione Imperantium ac Parentium, ac proinde Legibus Fundamentalibus, tanqvam conſpectu iſtius æſtimandæ.

III.

De Imperio Turcico extant Collecta Volumina: *Chronicorum Turcicorum Tomi III. Franc.* 1578. Scriptores de Rebus Turcicis *Ed. cura Laonico Chalcocondyla ex interpr. Conr. Clauſeri Baſil* 1556. Rerum memorabilium in Pannonia ſub Turcarum Imperatoribus à capta Conſtantinopoli usque ad initium hujus ſeculi *Exegeſes ſeu Narrationes Illuſtres recenſ. Nicol. Reuſnero* Francof. 1603. Ejusdem ſunt *Orationum & Conſultationum de Bello Turcico Volumina Lipſ* 1603. Collectionem rerum præbuerint *Joach. Camerarii Commentarii de Rebus Turcicis*; Et diligentiſſima *Deſcriptio Status Imperii Ottomannici* quæ extat *Diar. Europ. Cont. XXI. p. 2. & ſeqq. Jacobi* item *Nagy de Harſany* Colloquia Turcico-Latina ſeu *Status Turcicus loquens ed. 1672.* Et recentiſſime *Joh. Bapt. Tavernier. Itiner. P. III.* Ad Hiſtoriam antiquam pertinent, *Theodori Gazæ* Epiſtolâ de Origine Turcarum *in Scrr. Clauſeri p. 181. Joh. Bapt. Egnatius Venetus* de Origine Turcarum *ib. p. 182* &ſſ Item Hiſtoriæ Saracenicæ: Qualis *Elmacini Hiſtoria Saracenica* Latine reddita à *Th. Erpenio.* Annalium Conditores: *Philippi Loniceri Chronicon Turcicum* Tomo I. Chronicorum ſup. cit. *Laonici Chalcocondylæ* Hiſtoriarum Libri X. de origine ac rebus geſtis Turcarum. *De Origine & Rebus geſtis Turcarum Libri III.* Primus autore *Nicolao Euboico Sanguntino Epiſcopo*; Secundus *Joh. Rami*, Tertius priorum Anacephalæoſis *ejusdem Rami in Scrr. Clauſer. f. 186. Cœlii Auguſtini Curionis* Saracenicæ Hiſtoriæ Libri III. ejus epitomen exhibet *Wolfgangus Drechslerus*, *Chronico* de origine & rebus geſtis

gestis Turcarum ap. *Clauser. f. 220. Func. Sansovinus* de Orig & Imperio Turc. *Christophori Besoldi Historia Constantinopolitano-Turcica* ad hoc usque ævum deducta *Argent. MDCXXXIV. Annales Turcici* cum supplemento *Joh. Leunclavii, editi à Joh. Gaudier* dicto Spiegel: Qui in Catalogo Oxoniensi Doctissimi *Thomæ James* indicantur titulo *Annalium Hieronymi Beck*, cujus causa forsan, quod ille eos primo Constantinopoli attulit. *Joh. Leunclavii Historiæ Musulmannicæ* Turcarum Libri XIIX. *Ejusd. Pandectæ Historiæ Turcicæ.* Ej *Apologia pro Histor. Musulmannica*; *Martini Crusii* Turco-Græcia; *Augerii Gislenii Busbequii Legationis Turcicæ Epistolæ IV.* Quibus alicubi adjectum ejusdem de Re militari contra Turcam instituenda Consilium; Et Solimanni Imper. Turc. Legatio ad Ferdinandum Imp.

IV.

Imperium Turcicum condidit *Osmanes* seu *Othmanes*, Ertogrulis seu Ertuculis filius circa A. MCCXC. Hunc secutus *Orcanes*; Tertius fuit Amurathes I. Cui cum Parente & Avo cognomen *Gasi* h. fortis Militis datum. IV. Bajazethes I. à Turcis *Gilderun*, *Gildrin*, dictus, h. Fulmen, à Græcis Lælaps, ob celeritatem. Vid. *Leunclav Pand. n. 1.* Bello alias adversus Timurum s. Tamerlanem famosus, in quo etiam captus & non ita diu post mortuus fuit. Refert Historia Musulmannica inter sermones familiares quibus Temurus Bajazethem captivum exceperit fuisse: Se ambos Deo nunquam satis gratiarum agere posse, quos licet vitiis naturalibus affectos ad Thronum Regium evexerit: Se claudum esse, ipsum alio naturæ defectu laborare, & tamen Imperium suum ab Indiis usque Sivastum exportigi. Bajazethis a. Sivasto usque ad fines Hungariæ: Nisi terra nullius haberetur à Deo, illum Regimen ejus haut dubie melioribus concessurum fuisse; Neque aliam causam cladis Bajazethi illatæ se suspicari, quam quia beneficia Divina non agnovisset, ac debitis gratiis agendis defecisset. V. *Timuri L. VII.* V. Post Interregnum *Emir Soliman. Emir.* h. Princeps, quod nomen nec hodie dedignantur Turcæ: Quem Frater *Musa Zelebis*, quod nomen Græcorum ac Latinorum *Nobilissimo* æquivalet, forsan à *Celebri* desumptum, Imperio ac vita privavit, mox v. à Muhammede tertio Fratre eodem modo habitus, qui Virtus Imperii hujus Princeps fuit. VII. *Amurathes II. f. Munat Chan*, cujus initiis Pseudo-Mustaphas seu *Mustapha Dusme* molestiam aliquam facessivit IIX. *Muhammedes II.* IX. *Bajazethes*

zothes II. X. *Selimus.* XI. *Solimanus II.* Quorum vitam ac res gestas prolixe descripsit *Historia Musulmannica Leunclavi.* XII. *Selimus II.* XIII. *Amurathes III.* Qui creditur Judæi filius fuisse. Vid. *Besold. de hoc Imp. §. 11.* XIV. *Muhammedes III.* XV. *Achmedes I.* XVI. *Othmanes II.* à Genizariis A. MDCXXII. strangulatus. XVII. *Mustaphas* Othmanis Patruus, Achmedis frater, qui antehac more Domus Othomanicæ in unico universorum herede stirpem suam & Imperium integrum conservare volentis, ad mortem sæpe destinatus semper illæsus evaserat, sive præstigiis à matre sua, ut ferebatur, submini stratis, sive alia aliqua ope Turcis in Religionem venit, ut fato ad Imperii firmamentum venire crediderint, & vita privari piaculum reputaverint: Qua opinione etiam conservarunt, eum sequenti Anno iterum deponerent & XIIX. *Amurathem IV.* Othmanis fratrem tunc adolescentem XIV. Annorum Imperatorem eligerent. XIX. *Ibrahim* itidem à Genizariis strangulatus. XX. *Muhammedes IV.* Natus A. MDCXXXIIX. Princeps in violenta exercitia ac præcipue venationem propensissimus, unde nec valetudine amplius integra est, hernià ex saltu violentiori ipsum affligente, nec singulari subditorum amore afficitur, quos dum venationi adhibet, fame, siti, æstu, frigore sæpe magno numero patitur interire, cujusmodi exempla nonnulla V. ap. *Tavernier p. III. L. I. cap. XVI.* Ut Avia ei insidias struxerit, hæque in ipsam redundaverint expositum ab *Autore Stat. Turc. L. I. c. V.*

V.

Amplitudine sua Imperium Turcicum totas tres Diœceses è veteri Imperio Romano complectitur, nempe Illyrici, Orientis & Africæ, sola quarta Diœcesi Italiæ Romano Imperio relicta. Sic in Asia habet Tauricam, titulo tamen Provinciæ Tributariæ. Habet & Arabiam, Natoliam seu veterum Asiam minorem, cum Provinciis & Urbibus isthuc pertinentibus; Deinde Syriam, Mesopotamiam, Babyloniam, Chersonesum item cum partibus Arabia Deserta, Petræa, Felici. In Africa omnes ejus partes litorales ad Mare Mediterraneum positas usq; ad Regnum Fessæ & Marocci, utpote Ægyptum, Marmaricam seu Barcham, Regnum Tripolitarum, Tunetanum, Tractum Algerienſem, R. Tremisenum. In Europa Thraciam, Macedoniam, Græciam, Albaniam, Bosenam seu Bosniam, Serviam, Rasciam, Bulgariam, & Provinciarum Tributariarum nomine, Wallachiam, Moldaviam, Transsilvaniam. Jurisdictionem maritimam exercet in Archi-

in Archipelagum Maris Mediterranei, seu ut à Romanis vocabatur Provinciam Insularum: In quibus Tenedum, Lemnum, Metellino, Scio, Negroponte, Lango & Rhodum munitas tenet; Præterea in Insulas Cyprum & Candiam, de quarum conquestu ac hodierno statu dicendum erit in seqq. Confer *P. I. c. V. §. III. n. IX.*

VI.

Reguntur hi Tractus Provinciarum in modum, distributi primum inter *Beglerbegos*, quos & *Bassas* sæpe vocant, possentq; Ducibus aliorum Regnorum comparari, deinde *Sangiacos*, quos Comitibus assimilant. Ordinem eorum reddimus ex dilig. *Autore Descript. Imp. Othomanici Lib. I. c. XII.* Primusque est Beglerbegatus Anatoliæ, à quo dependent XIV. Sangiaci.

II. Caramaniæ cum VII. Sangiacis.
III. Diarbekir seu Mesopotamiæ cum XIX. Sangiacis.
IV. Scham s. Damasci & VII. Sang.
V. Sivas Civitatis Armeniæ Majoris cum VI. Sang.
VI. Ezrum in finibus Georgiæ & XI. Sang.
VII. Wan s. Van Urbis Mediæ & XIV. Sang.
VIII. Tehildir in finibus Georgiæ & IX. Sang.
IX. Scheherezul in Assyria cum XX Sang.
X. Aleppi seu Haleb & IV. Sang.
XI. Marasch ad Euphratem inter Mesopotamiam & Aleppum cum IV. Sang.
XII. Cypri s. Kibros cum VII. Sang.
XIII. Tripolis Syriæ, seu Tarabolos Scham cum IV. Sang.
XIV. Terboran, quem locum olim Comneni tenuerunt, cum Occidentales Constantinopolin occupassent.
XV. Carses s. Kars cum IV. Sang.
XVI. Musul s. Ninives cum IV. Sang.
XVII. Rika cum VII. Sang.
XIIX. Qui cum sequentibus in Europa est, Rumiliæ cum XXIV. Sang.
XIX. Kuppudan s. Capitan Bassæ, qui Insulis Maris Mediterranei imperat & XII. Sangiacos sub se habet.
XX. Budæ & XX. Sang.
XXI. Themesvaræ cum VI. Sang.
XXII. Potnæ s. Bosniæ cum VII. Sang.

Hi o-

Hi omnes reditus suos sua è Provinciis, quibus præpositi sunt, propria autoritate sua sibi colligunt. Cæteri, quos subjungimus, quod accipiunt, ex Ærario Imperatoris habent.

I. Bassa Ægypti s. Alcairi.

II. Bagadedi s. Babyloniæ cum xx. Sang.

III. Temeni in Arabia Felici. IV. Habeleh in finibus Abyssinorum. Bosræ haut procul Sinu Persico. VI. Lapsæ in finibus Ormusiæ. Hos tamen ob longinquitatem vix defendendo fuit, & vicini maximam partem eorum jam ipsi eripuerunt. Est etiam Bassa Caffæ, sed cum exiguis & reditibus & Jurisdictione. Algerienses, Tunitani & Tripolitani liberius nunc agunt. Tatari Precopenses ita dependent ab imperio Turcico, ut quotiescunque Imperator se Bello accingit, illi cogantur armata manu ipsum sequi & quidem numero CM, si ipse Imperator in castris sit, xLM vel paulo pluribus, si Vezirius tantum mittatur; Nec stipendii quicquam accipiunt, nisi quod in prædam agunt, unde excursibus tam graves extitere vicinis Hungariæ provinciis, durante ultimo Bello Hungarico-Turcico. Præterea Chamum suum ipsi quidem eligunt, sed non nisi confirmandum à Porta Othomanina, quæ etiam superstite Parente primogenitum ejus loco obsidis detinere solet, quemadmodum hodiernum Muhammedem Ghirei, dum Parens viveret primum Janboli in Thracia, deinde in Rhodo Insula detinuerunt. Cæterum solam Cafam in universo isto Tractu Turcæ immediate tenent, quam etiam non Tataris, sed Genuensibus, qui Colonias suas eo eduxerant, eripuere. Wallachiæ, Moldaviæ ac Transsilvaniæ Principes itidem Castra Turcica sequi coguntur, simul ingenti Tributo annuo onerati; Transsilvania tamen liberius habetur, ob viciniam Imperatoris Germanici. Respublica Ragusæ etiam Tributum annuum pendit, quod tamen, cum ipsa exigua sit, non adeo magnum est.

VII.

Amplitudo ista his fere initiis ac progressu stetit: Othmanes Gasi, cum Agriculturam aliquandiu in partibus Asiæ Minoris ab Aladino Sultano concessis exercuisset, vicinos in Phrygia Majori, Bithynia, Mysia vicos & castella Christianorum aggressus fuit, & nihil minus quam invasionem hostilem metuentes subjugavit. Fuerunt inter ea, Zuplia, Bilezuga, Nacolia, Chalce &c. Successumque hunc Aladinus jure ac dignitate Principis ipsi collata coronavit. Post urbem Nicæam & deinde Prusam seu Bur-

Burſam expugnavit copiasque auxiliares Nicæam defenſum Conſtantinopoli venientes fudit: Quam pugnam Dilenſem vocant â loco, ubi commiſſa fuit. Urchanes deinde vicinas Nicææ urbes in Troade ſitas Geniſcheher, ſeu Jeniſar, q. d. Neapolin, Coſri ſ. Cariſſum, Bargama ſ. Pergamum, Edremit ſ. Adramytium adjecit: Et filius hujus Solimannus primo Helleſpontum transfretavit, & caſtellum *Z*emenick, Græcis Chirido-caſtrum, deinde Callipolin occupavit. Solentque communiter Genuenſes primæ transvectionis accuſari; Sed rem aliter ſe habere, & tunc demum cum Amurathes Pſeudo-Muſtapham perſequeretur à Nauta Genuenſi exercitum Turcicum transvectum fuiſſe prolixe teſtatur *Chalcocond. Lib. V. de Reb. Turc. p. 121.* Confer eundem *L. 1. p. 8. 9. & Leunclav. Pand. n. XXIV. & LXXXIX.* Porro Amurathes *S*ucceſſor Urchanis Adrianopolin, Philippopolin aliasque Thraciæ Urbes ſubjugavit. Poſt eum Bajazetes I. Serviæ ac Boſniæ tractus late populatus Sigismundo Hungariæ Regi cladem Nicopolitanam intulit, ipſamque Conſtantinopolin obſedit, in qua Jus vici habendi extorſit Imperatori, ab ulteriori progreſſu tamen prohibitus bello cum Temirlane ſuſcepto: Cæterum Imperium Conſtantinopolitanum exiguis finibus concluſit, de quo *Laonicus Chalcocondylas*: Animadverti, inquit, Græcos & Regnum eorum primo ſub Thracibus extitiſſe. Poſtea reliquo Regno à Barbaris exutos parvum quoddam Regnum gubernaſſe, videlicet Byzantium, Byzantiique maritimam regionem inferiorem Heracleam usque, præterea Peloponeſum totam extra tres aut quatuor urbes Venetorum; *A*d hæc Lemnum & Imbrum & Inſulas ibidem in Mari Ægæo ſitas. Unde & Imperatores à Turcis per contemptum *Teggiures* vocati ſunt, h Præfecti urbis, q. d. exiguæ ditionis Dominos. *Leunclav. Pand. n. LVI.*

VIII.

Sub Muhammede II. Turcæ evaſerunt potentiſſimi, quippe qui duo Imperia Conſtantinopolitanum ac Trapezuntinum, XII. *R*egna, & CC. Urbes magnas expugnavit. Conſtantinopolis capta *A.* MCCCCLII. die XXIX. Mai, quæ feria IIda Pentecoſtes erat, Latinis non obſcure annotantibus, Conſtanſtinopolitanos in ſolenni feſto Spiritus S. expugnatos, quod plus quam duodecies à fide in Spiritum S. receſſiſſent, eumq; verum Deum à Patre Filioque procedentem negaſſent. *A*b aliis *A.* MCCCCLII. id factum dicitur, ſed feſtum Pentecoſtes, qvo excidium hoc factum unanimiter ſcri-

bunt, eo anno in XX. Mai incidit, ac proinde tota hebdomade XXIX. Mai antecesſit. V. *Beuther. Animadverſ. Hiſtor. c. IIX. & ex eo Beſold. H. C. p. 1. p. 576.* Legendi de expugnatione hac Iſidorus Ruthenus Cardin. in Script. Clauſeri p. 327. *Leonhardus Chienſis Archiepiſcopus Mitylenaus ib. p. 3.* & Chronic. Turc. T. II. p. 84. *Chriſtoph. Richerius in Narrat. Reuſn. p. 1. Theodoſius Zygomales in Cruſii Turco-Græc. p. 73.* A. MCCCCLX. Trapezuntinum Imperium expugnavit, capto & occiſo Davide Comneno Auguſto, Græciam ſubjugavit & Athenas delevit, cum à Crojana obſidione, quam LXXXM. militibus ſuſceperat, Scanderbegi armis repelleretur. Lesbum quam Cataluſiorum gens è Genuenſibus non integros C. *A*nnos tenuerat circa *A.* MCCCCLXI. occupavit. Boſnia, Raſcia & Serviæ magna pars adjectæ circa *A.* MCCCCLXIV. Inde Peloponeſus, quam potiſſimum diſcordia Fratrum Palæologorum Demetrii & Thomæ peſſum dedit. Eubœa ſ. Negroponte jugum ſubiit *A.* MCCCCLXX. *Bajazetes* ſucceſſor ejus reliquias Venetorum Peloponeſo exegit. *Selimus I.* Syriam, *A*rabiam, Ægyptum, &c. Solimannus *A.* MDXXII. Rhodum, inde Hungariæ partes, A. MDLXVI. Chium. *Selimus II.* Cyprum adjecit.

IX.

Bella quæ in hiſce ac ſimilibus negociis à Turcis geſta fuerunt, duûm generum ſunt, contra Chriſtianos & contra Perſas. Bellorum contra Chriſtianos materies in occupandis regionibus ante memoratis verſata fuit. Cur cum infelici Chriſtianorum ſucceſſu plerumque geſta fuerint, rationes hæ fere reddi ſolent. I. Reſpectu Turcarum ipſorum numeroſi & concordes Exercitus, animorum in periculis adeundis præſentia, quam ſecuritas de providentia Divina ipſis imprimit; Et dn. opinio martyrii, quod credunt eum adipiſci, qui in pugna moritur. II. Reſpectu Chriſtianorum. I. Diſſidium Principum Chriſtianorum, quod ſi intelligatur de apertis Bellis falſum eſt; Nunquam enim Turca Germaniam diſcordem, ſed concordem petiit, quod & *Hornius* notat *Orb. Polit. c. 1. §. XI. n. VII.* At ſi de privata æmulatione accipias, à vero alienum non eſt, & exempla variorum de prærogativa certaminum in Bellis Turcicis non rara eſt legere; Ideo enim clades Nicopolitana accepta, quia Galli contendebant priores eſſe in acie, unde confuſio & cædes Chriſtianorum ſecuta. Quo & referenda infelix ſuſpicio augendæ unius poteſtatis, qua dum cæteri torquentur, malunt illum opportunitate prævisa carere, quam præter voluntatem ſuam ditionibus augeri,

geri. Sic cum Pius II. auxilia Principum Italiæ pro Venetis conquireret, ab Oratore Florentino avocatus fuit; Venetorum enim fore, quæcunque in Græcia ejectis Turcis acquiri possent; Et hos subacta Græcia forsan reliquæ Italiæ animum adjecturos. Vid. Orationem Florentini Oratoris apud Bzovium ad A. MCCCCLXIII. Unde & Laurentius Medices Pii conatibus restitit. Idem Bzov. A. MCCCCLXXVII. II. Desideria privata bona prætextu militiæ Turcicæ augendi, quod de Pio II. P. M. jam monitum fertur à Gregorio Hyemburg Doctore in *Paral. ab Abb. Ursp. fol. 108.* Voluisse Papam abuti potestate sua talia imponendo, & sub velamento militaris expeditionis in Turcam instaurandæ, facultates Germaniæ illius, quæ est inter Coloniam Agrippinam & Austriam ac rursus inter Daciam & Alpes, medullitus exhaurire. Quam querelam & alibi Germani moverunt, eoq; nomine se excusat Calixtus III. Epist. ad Johan. Cardinal. apud Bzov. ad A. MCCCCLVII. III. Evocata ab ipsis Christianis Turcarum auxilia, quod factum dissidentibus de Impp. Constantinopolitano Johanne Cantacuzeno & Johanne Palæologo, seu Calo-Johanne, quorum hic Orchani secundo Osmanidarum Sororem elocavit, ut ad Cantacuzenum expellendum auxilia mitteret: Item discordantibus de Moreæ Principatu Demetrio & Thoma Fratribus Palæologis, è quibus Demetrius Muhammedem sibi affinitate junxit, ut fratrem Principatu ejiceret. Similiter Transilvania & Hungariæ partes perierunt, cum Johannes de Zapolia Ferdinando Regi se imparem sentiret. Plures hujusmodi rationum collectas V. *ap. Hottinger. Hist. Eccl. Sec. XV. Sect. III. §. IV.*

X.

Negocia Hungarica ab A. MCCCXCVI. agitata fuerunt: Primusque Hungaris negocia facessivit Bajazetes I, qui fusis Serviis, Bulgaris ac Triballis sensim versus Occidentem progressus est: Cui occurrendum ratus Sigismundus Hungariæ Rex ad Nicopolin cum eo conflictatus fuit, sed in fugam actus, Turcis ulterius progrediendi & animum addidit, & viam aperuit. Successit A. MCCCCXLIII. secunda clades Vladislao Regi ad Varnam illata, cum contra datam fidem fœdus cum Amurathe initum frangeret, qua ipse Rex etiam cecidit. Deniq; tertia ad Mohaczium A. MDXXVI. interfecto Ludovico Hungariæ Rege: Quibus victoriis tribus Turcæ ita usi fuerunt, ut Regnum Hungariæ plerisque ad id relatis provinciis exuerint. Accesserunt postea dissidia Ferdinandi & Johannis de Zapolia, quibus So-

bus Solimannus Turca insignes Hungariæ partes arripere cœpit, Transsilvaniam vero totam sibi Tributariam reddidit. Post Budam expugnatam A. MDXXIX. etiam Vienna petita, sed à nostris masculè propugnata non sine ingenti clade exercitus Turcici. Aliarum urbium obsidiones & expugnationes V. in Scriptoribus Hungaricis ac Turcicis. Plerarumque particulares relationes extant in *Reusneri Narrationibus*. Ultimum Bellum occasione Rakocii inceptum fuit, quem, quia A. MDCLVI. inscia & inconsulta Porta adversus Poloniam moverat, Turca Principatu exutum voluit, quodq; obedientiam recusaret, violenter ejecit. Secuta inde clades ejus juxta Claudiopolim A. MDCLX. d. XXII. Maii, qua ipse etiam letaliter vulneratus d. VI. Junii obiit: Mox expugnatio Waradini facta eodem A. MDCLX. d. XXVI. Aug. quod præsidiariorum numerus à 2000 vel 1500 ad 200. imminutus esset, eoque se impares sentirent ad ulterius resistendum. Hinc ob metum ingruentis hostis ad arma ab Imperatore nostro itum, & Kemini Janos, qui Principis loco post Ragozium se gerebat, in Protectionem susceptus, à Turca a. è contrario Achatius Barskai, & post eum A. MDCLXI Michael Apafi defensus. Tunc Neosolum oppugnatum d. X. Aug. MDCLXIII. & XXVII. Sept. in fidem acceptum, cujus culpa (cum oppidum nullo defectu laboraret & 3000. militum adhuc haberet, Turca insuper jam 2500. amisserat) in defensores conjecta, Marchionem Pio, Locatellum, & Comitem Forgacz, qui etiam solus cum Magno Vezirio Articulis subscripsit. Diarium hujus obsidionis vid. in Zeileri Beschreibung des Königreichs Ungarn Ed. à Joh. Beza p. 430. & seqq. A Christianis v. duæ insignes victoriæ reportatæ, altera ad Levam, altera ad S. Gotthardum, qua & spe invadendi ulterius Hungariam atque Austriam Turcas privarunt, & Pacem ipsis extorserunt. Cujus articuli d X. Augusti. ad pagum Vasnar conditi fuere: I. Ut Principi Transsilvaniæ restituerentur loca præsidiis Imperatoriis munita, illique postmodum vacante Principatu liberè possent eligere Principem aliquem, quoad cætera quoque prisca sua libertate gauderent. II. Comitatus Imperatoriæ Majestatis Zatmar & Scaboletz veluti & cæteros Comitatus Hungariæ nullo modo vel à Transsilvanis vel à Turcis turbandos esse, neque ullam posthac prætensionis in eos mentionem faciendam esse. III. Fortalitia in locis istis pro lubitu ab Imperatore extrui posse, ita tamen nequem exercitum iis immittat, idemque Turcis & Transsilvanis observandum fore, solo Castello Zeckel-Heide excepto, quod diruí debeat.

debeat. IV. Utrinque allaboratum iri, ne vel Ragocii vel Keminii heredes novos tumultus excitent. V. Nihil subsidii alterutrius hostibus ab altero suppeditandum esse. VI. Fortalitium à Cæsareis juxta Canischam durante bello isto extructum retineri posse, sed à præsidiis vacuum. VII. Omnes qui partibus alterutris se addixerint bello adhuc durante Amnestiæ beneficio donandos, & bonis ac honoribus suis restituendos esse. VIII. Imperatorem posse eis fluvium Vagam Fortalitium exstruere & trans eum Guttam præsidio firmare. IX. Exercitus utriusque partis abducendos esse. X. Pacem hanc xx annos duraturam & mutua legatione rem totam expiandam esse; Ita tamen ut Imperatorius Legatus dono voluntario pretii 200000. florenorum instructus mittatur, simileque Legatus Turcicus referat. Vid. *Diar. Europ. Contin.* X. *p.* 592. *& seqq.* Eminuit hoc in bello virtus fortissimi Comitis Nicolai Serini, sed qui violenter paulo post interiit ab apro, ut communiter ferunt, letaliter sauciatus, quem in finem & Epigrammate hoc ipsum non nemo persecutus fuit.

Dum venatur apros, aper hunc venatur, uterque
Certat, uterque ferit, læsus uterq; perit.
En fatum Comitis, sic claro è stemmate Martis
Est Comes & mortis cogitur esse comes.

Vid. cit. loc. *Diar. Europ. pag.* 596. cæterasque ejus Partes, *Thulden. p. ult. & penult. Joh. Betlen.* de Rebus Transsilvaniæ, *Zeilerum* Beschr. des Königr. Ungarn ex *ed. Bezæ.*

XI.

Cum Venetis non minori annorum numero fere certatum fuit: Qui circa Annum MCCCLX Peloponesi partibus expulsi, & A. MCCCLXX. Euboeâ seu Negroponte. A. MDLXXII. Cyprus amissa fuit, de qua legenda *Andr. Mauroceni Historia Venetorum ab An. MDXXI. ad A. MDCXV. Stephan. Lusignani Chorographia & Historia Universalis Cypri usq; ad A. MDLXXII.* Occupatæ & in continenti Dalmatiæ partes, sed Clissa restituta ultima transactione Pacis A. MDCLXIX. Candiæ jam insultavit Ali Bassa A. MDLXXI. Retimumque invasit, sed mox iterum deseruit. Nostro seculo autem A. MDCXLV magis serio petita fuit, occupataque statim Fortalitia Canea & Retimo. Aggressi quidem fuere & Sudæ Fortalitium & Civitatem Candiam, fortiter tamen à Defensoribus repulsi sunt. Bellumque protractum donec ab *An.* MDCLXVII gravius ab exercitu Turcico obsessa Candia biennio quidem

& amplius reſiſteret, tandem vero cedere cogeretur, qvod factum An. MDCLXIX. d. XXVI. Aug. ſeu V. Sept. Simulqve Pax inter Turcas & Venetos condita, cujus ſumma erat: Ut tradita Urbe Candia reliqvi tres portus Inſulæ *Suda*, *Spinalonga*, *Carabuſa*, Venetis relinqverentur, addito ſingulis territorio XXX. milliarium in ambitu, præterea Inſulæ *Cerigo* & *Tino* dependentes à Regno Candiæ: Iidem retinerent quicquid in Dalmatia occupaſſent & in ſpecie urbem Cliſſam cum locis eo pertinentibus. Tributo etiam quod nomine Inſularum Zante & Cephaloniæ pendendum reſtabat abſolverentur, ita tamen ne in poſterum id pendere tergiverſarentur &c. Relationes de Obſidione Candiæ in *Diar. Europ.* paſſim extat. Integram Hiſtoriam habes initio *Appendicis ad Contin. XX.* Quomodo ſub ipſa Terra belligeratum ſit ingenioſiſſimis Literis Excellentiſſ. Militiæ Germanicæ ac Gallicæ Ducis exhibetur *Contin. XV. App. pag. 159.* Qvantum interfuerit Chriſtianorum Principum Candiam conſervari è literis Hieron. Gievarinæ traditum *P. I. c. III. Hiſtor. Portuum §. VI.* Intercesſerunt etiam ſingulis ferè annis prælia maritima, victoria tamen penes Venetos ſemper manente. Eſtqve illa è maxime memorabilibus, qva A. *MDCLVI.* Claſſem Turcicam usqve ad Dardanellorum Caſtella profligarunt; Neqve hoc laudis Venetis detrahi poteſt, qvod imparibus plerumqve viribus exitum Iſthmi Corinthiaci ita præcluſerint, ut Turcæ illum nunqvam niſi cum ſtrage ſuorum obtinere potuerint. Cæterum Candiæ fata nonnemo ita luxit:

Licet, conclamatum eſt!
Poſteaqvam
Chriſtiani clamor ſangvinis
concitatus Salo,
continuatus Solo,
Surdas Europæi Orbis pulſavit aures,
Si auris habere aliqvid autumes,
qvi viribus jam fractis,
Rebusq; ad incitas redactis,
veluti agonizanti,
Opem ferundam ſimulant magè, qvàm ferunt.
Imperitante igitur neceſſitate
(An hominum inclementiâ dicam, ambigo)
Adeſte jam

Veſtillo-

Vespillones amtermini:
Gnji, Latini, Teutones!
Quippe vestra omnium, & uniuscujusq; Vestrûm
Res agitur, paries cum proximus ardet:
Adeste, inqvam, &
Candidiore Æternitatis monumento digna,
Candore autem ipso, tempestate hac,
Ejecto atq; enecto,
Fatali sanguinis sui purpurâ operta,
Promiscuasq; inter barbarorum cadaverum strues
Injustè jacenti,
Justa solvite
MAGNÆ REGINÆ CANDIÆ.
Cujus jactura tantò gravior, qvantò irreparabilior.
Qvis enim unqvam usqvam gentium,
Barbarica immanitate oppressus, captus, surreptus,
Rapaces Scythicæ istius Harpyiæ ungves
Facilè vicissim effugit? evasit? erupit?
Quin in propatulo sunt
(Utinam autem non essent!)
Animorumq; oculis obversantur
Tristissima pertinacis miseriæ spectamina,
Romana qvondam libertatis municipia,
Ottomannicæ hodiè crudelitatis mancipia
TRANSSILVANIÆ CUM HUNGARIA PARTES.
Qvibus cum
Post vicesimariam (qvis vicesimus id crederet!)
Ac longiorem etiam, temporis tractu, obsidionem,
Extremamq; denicq; integri triennii oppugnationem,
Invictâ semper manu victam,
Auxilio tandem destituta
Tot Graciæ, Latiiq; monumentis celebrata,
Tot laureis triumphalibus coronata,
Tot vitæ luxuriantis deliciis beata,
&, qvod gravius dolendum,

UNA

UNA UNIUS
ILLUSTRIS VENETORUM REIPUBL.
Continua quadringentorum annorum possessione,
Usurpata, gubernata, firmata,
Nolens-volens
sese consociat
Infelix infelicioris
CANDIÆ CANDIA,
Documentum finitimis relinquens:
Nervum esse Sapientiæ,
PERICULUM FACERE EX ALIIS, SIBI QUOD EX USU SIET.

XII.

Bella Polonica Moldaviæ causa antehac gesta, in qua utpote Socia Regni Polonici, cuique à multis retro seculis socialem fidelitatem Moldaviæ Principes juraverant, non nisi aliquem legitimi Ducalis Sanguinis nativitate Moldavum & sibi addictum, quique tantummodo statum & moderatum Tributum Portæ Othmanicæ penderet, Poloni semper requisivere: Idque ne istis exclusis Turcæ Moldaviæ præficerent alienigenas sibique fideliores & iniquiores Polonis, vel instituerent Præsides Bassas sui generis, qui Colonias Tatarorum eo duci permitterent: Quod propositum suum etiam armis sæpe numero tutati sunt; Tales enim fuere expeditiones Joh. Tarnovii contra Petrum Palatinum, Nicolai Sienavii Palatini Russiæ *A.* MDLII. qua Alexandrum Moldavis Palatinum dedit, Nicolai Mielecki *A.* MDLXXII. pro Bogdano restituendo in illum Principatum, Ciczoriana Joh. Zamoscii *A.* MDXCV. ejusdemque Michaliana *A.* MDC. Sed jure hoc ab *A.* MDCXII. excidere, cum ipsis eo tempore rebus Rusficis intentis Tatari in Moldavia sedem sibi compararent. Cui accesit Stanislai Zolkievii Præfecti Exercitus cum Skinder Bassa ad Bussam tractatio, qua ipsum illum morem convulsit, nec tamen certitudinem ullam Securitatis ab Incursionibus Tataricis obtinuit; Tatari enim post illam tractationem in Moldavia quasi Turcæ propria sede sibi in campis Budziaki dictis perpetua fixa assiduis in Poloniam Excursionibus prædas agere non cessabant, Vid. Piasec. ad *A.* MDCXII p. 279. *A.* MDCXIX. p. 307. Neque alia initia fuere memorabilis Belli Chocimensis ad Chocimum *A.* MDCXXI. Duce Chodkievicio & præsente

sente Vladislao Principe Sigismundi Regis Filio gesti; Skinder Bassa enim missus fuerat *A.* MDCXX. ut expelleret Casparum Gratianum Palatinum Moldaviæ, pro cujus defensione à Polonis venit Zolkievius, quodque ille victoriam simul & vitam amiserat, Turca elatior factus in proximum *A.* MDCXXI. toti Regno Poloniæ Bellum denunciavit. Sed felicior erat Chodkievicii progressus, qui etiam eod. A. IX. Oct. pacem honestam Turcis extorsit, nisi quod labefactata manerent Jura in Moldavia; Et Osmanes, qui ipse interfuerat huic bello, cum nihil tanto exercitu dignum effecisset, ac ne unum quidem Castellum oppugnasset, eo ipso suorum odia incurrit & à Janizariis paulo post interfectus fuit. Vid. *Piasec. ad A. M DC XX. & XXI. p. 332. & seqq. Joh. Innocentium Petrucium in Hist. rerum in Polonia ac præcipue Belli cum Osmane gesti finitique editæ Cracoviæ MDCXXXVII in fol. & Joh. Sobieski Castellani Cracovienſis Commentariorum belli Chocimensis libros Dantisc. A. MDCXLVI. in 4to.* A. MDCXXXIV. iterum imminuit Bellum Turcicum, sed mox clade Moscis illatâ compositum, de qvo *Vid. Piasc. ad A. cit.* Deniq; Annus *MDCLXXII.* & seqventes de novo negocia Turcica implicuerunt, cessitq; eodem A. *LXXII.* in manus Imperatoris Turcici *Caminiecia*, munitissimum totius Poloniæ in Podolia propugnaculum. Infidelitatem dedentium erga Remp. non immerito annotat, qvi Annum illum infidelitate tantum non fatalem observant, qvippe qvi totum Belgium fere eodem modo in potestatem Galli transivit. Jamq; imminebat Regno Poloniæ vis Turcica, cum Michael Rex, inconsultis tamen Ordinibus Regni, Pacem à Turcis impetraret his conditionibus: Ut Poloni Podoliam totam Imperatori Turcico traderent, Cosacos sui Juris esse permitterent, & qvotannis 22000. Ducatorum Portæ solverent: Qvarum conditionum indignitate moti Poloni decreverunt sua recuperare, Belloq; resumpto A. *MDCLXXIII.* sub ductu hodierni Regis, tunc supremi Ducis militiæ Polonicæ, d. XI. Novembris Turcas ad Chocimum profligarunt, in eoque usq; ad A. LXXXVII. perstiterunt, qvo d. XIII. April. Pax de novo inita, conditionibus tamen paulo mitioribus, Tributumq; remissum, & Pauloeia ac Bialocierkia Polonis in Podolia relictæ fuerunt.

XIII.

Bella Persica ob Bagadedum & Irvan geri solent. *V. Mandelslo Itiner. lib. I. cap. 12.* Et Bagadedum quidem, seu novam Babyloniam, dubio jure modo Turcæ, modo Persæ diutissime tenuerunt. E Persis enim Ismael So-

phi eam Bajazeti ademit; Sed Schach Tamæ iterum eripuit Filius Bajazetis Solimannus, & huic rursus Muhammed Rex Persiæ; Iterum v. eam subjugavit *Achmedes A.* MDCV, quem postea Schach *Abas* inde expulit; Rursus v. A. MDCXXXIIX. sub Amurathe IV. obsessa in Turcarum fidem concessit: Quæ res potissimum gesta consiliis Michaelis cujusdam Rei Tormentariæ Præfecti, Candiotæ, seu ut vulgo creditum fuit, Galli natione, *Signor Michael*, communiter dicti; Accesitq; præcipue Chani Præfecti Urbis durante obsidione abdicatio, qva utut antea Urbem contra insultq Turcicos bis fortiter defendisset, munq advenienti Novo Chamo, uni è Gratiosis Regis, cedere coactus fuit, cumq; id acerbissime ferret, simul Conjuge & Filio veneno assumpto cecidit, eoq; milites præsidiarios movit, ut Novo Præfecto obedientiam detrectaverint, ac Turcis pacto libero abitu Urbem dediderint, in qvorum potestate ex illo tempore etiam mansit. Vid. *Tavern. Part. I. Lib. II. cap. VII.* Initia horum Bellorum ab Ismaele Sophi circa A. MCCCCLXXX. sumpta, de quo ejusque contra Turcas successibus prolixè *Hottingerus Hist. Ecclesiast. Secul. XV. Sect. 3. Leunclav. Pand. Turc. c. CLXXXIIX. Henricus Penius in Epistola de gestis Sophi contra Turcas edita cum Chalcocondyla Basilea apud Oporinum.* Similia habent *Henricus Porsius* in Narratione de Bello inter Murathem III. & Mehemedem Hadabende Persarum Regem, *Johannes Thomas Minadous Bell. Turco-Persici Lib. IX. ab A.* MDLXXVI. ad *A.* MDLXXXVI. *Jacobus Geuderus* de ejusdem Belli Persici initio ac successu ad A. MDLXXXIIX. Adde *Petrum Pizarrum, in rerum Pers. l. XII. Johannem de Laët, de Statu Regni Persici.*

XIV.

Fœderatos Turca paucos habet, nisi quod aliquando Magno Mogoli se jungat, intuitu Regis Persiæ, cui cum Mogole perpetuæ controversiæ ob provinciam Candahor intercedunt. Inter Christianos fœderibus Gallorum Regis implicari solet, quem & Titulo Podeschair, quod Imperatoris nomini æquipollet, afficit. Cujus rationem, si fabula non est, reddunt: Captam aliquando Viraginem Gallicam illustri sanguine cretam in Gynæceum & Concubinatum Imperatoris assumptam fuisse, unde Imperator crediderit se Consanguineum Regis Galliæ redditum. Fœderum rationem reddit *Gramond lib. III. ad A. MDCXIIX.* ubi Ludovici XIII. cum Othmane fœdus prosequitur: Turcam cæteros Principes Europæ, tanquam nihil ausuros contemnere, Gallos venerari & timere, veteri superstitione unde unde ducta

ducta, quod Imperium Ottomannicum immortale futurum sit, nisi Gallorum armis subvertatur. Cœperunt ea sub Francisco I, ut tantò ægrius ferret Carolo V. Imperatori, indeque ad nostra usque tempora continuata sunt. Hinc etiam A. MDLXXXII. cum de Belgio in nominis Gallici tutelam ac patrocinium recepto, fama Constantinopolin usque emanasset, Legati à Turca missi sunt, qui peterent, ut Antwerpiæ XIIX mercatoribus Turcicis pro commerciis exercendis sedes concederetur, ad quos merces Turcicæ deinde ex Asia & Græcia per Mare Mediterraneum & Massilienſe in Galliam & inde terrestri itinere Burdigala ad Garumnam ac rursus per mare Gallicum & Britannicum Antwerpiam deveherentur. *Thuan. lib. LXXVI.* ad *A.* MDLXXXII. Quam ægrè aliæ nationes Europæ id semper tulerint Vid. ex Script. *Gesta Imperorum per Francos.* Conf. Scriptores Moralium inprimis Doctores Hispanici & in his *Dian. T. IX. Tr. XIII. Resol. IV.* ubi Tragicos ultimorum Regum Galliæ casus verbis Schönborneri hisce Fœderibus imputat. *Franciscus Galliarum Rex sic potens*, inqvit Schönbornerus, *ut cum potentissimo Orbis Imperatore dimicaret de Orbe, & una veraq; cura sit complexus universos suos, ut lis fuerit in Gallia, debeatne illi plus Mars aut Minerva, Nobilitas an Plebs, Miles an Mercator. Tantus Heros videtur summæ felicitatis apicem attigisse, nisi morieus exclamasset: Perii, heu perii, quod volui esse fœderatus ei, qui hostis est Christiani nominis: Cardinali Guisio suggerenti consolationem è Sacris literis: Omnis, inquit, misericordia mihi clausa est, qui ut æmuli mei vel gloriam infuscarem, vel vindicarem injuriam, Fœdus pepigi cum Turca, & Christianorum capita tanquam armenta ad Mahometanam Servitutem vivus, videnscq; passus sum abigi. Non puto has voces esse desperantis, sed extrema potius dolentis. Sane præter Bellum, quod florentissimam Galliam exercuit, aliis etiam modis ad pœnam tractus est. Posteritatem illius videmus extinctam. Henricus filius in publico spectaculo factus est Orbis spectaculum; Nepotes, Dolor, Bellum, Venenum, Cultellus, ita brevi absumpsit omnes, ut una eademq; ætas, Valesiam gentem viderit & summam, & propter Fœdus Turcicum nullam:* Polit. *Lib. IV. c. XXXIV.* Conf. *Hœnonius, Arumæus, König, Carpzovius, Otto*, plurimique alii, quos Diana hanc in rem citat. Simile scriptum est, cujus summam exhibet *Grammond. loc. cit.* Cui tamen in defensionem ex oppositio Scripto Gallico respondet: Unam Turcarum cum hæ-

reticis causam esse; His vero & in specie Henrico VIII. Regi Angliæ se junxisse Carolum V. facto eo atrociori, quod prima tunc per Angliam hæreseos semina sparsa fuerint, in primo suffocanda ortu, nisi Imperator postposuisset Romanam Sedem libidini, qua Gallos oderat. Eundem Carolum & Successores illius Imperatores sæpe numero pacem à Turcis emisse, atq; adeo longè deteriora admisisse, quam si fœdus pepigisset &c. Addit deinde Christianissimo Regi & Ecclesiæ magnam utilitatem præstare hoc fædus; Turcam enim pati apud Constantinopolitanos Galatas & alibi Christianos misceri Muhammedanis, conservare monumenta vitæ Christi & Apostolorum, Hæreticos Græcos aliquando pellere substitutis Catholicis: Eundem per Legatos Galliæ excipere Christianorum querelas, per eosdem quoq; Barbaræ in Christianos feritati modum imponi, atq; hæc omnia provenire à fœdere inter Gallos & Turcas sancito. Qvorum omnium quicquid sit, certe ex quo Barbariam Gallus invasit, Hungarisque A. MDCLXIV. auxilia tulit, fidem apud Turcas fere perdidit. Ne dicamus Legatos Regios, qui nostro tempore Aulam Turcicam frequentarunt, indignius habitos, Sancium, Cesium, & ambos Hayæos, quorum casus Vid. apud *Aut. Descript. St. Tur. L. 1. c. XIX.*

XV.

Proprius Imperatorum Titulus est *Chakan*, *seu Chachan*, *Chan*, *Cham* communi fere omnium Orientalium more. *Sultani* nomen etiam usurpant, sed eo modo, quo Reges Hispaniæ Voce *Don* utuntur; Utrumque enim omnibus Dignitate præditis tribui solet. *Imperii* Titulum videntur meruisse ab ocupata Constantinopoli, Græcorum Imperatorum Imperiali Sede, quam statim quoque Sedis loco elegere, cum antecessores eam Prusiæ Civitate Bithyniæ, & post Adrianopoli habuissent. Accesit conventio inter Rudolphum II. Imp. Et Achmedem I. A. MDCVI. facta, cujus inter alia Articulum hunc exhibet *Mercurius Gallo-Belgicus Coloniæ Ed. T. VIII. L. XXX.* Ut sub adventum utriusque partis Legatorum non nisi Patris & Filii appellationibus uterentur, ita ut Sultanus Cæsarem nostrum in Patris, Cæsar v. Sultanum in filii loco haberet, in literis autem utrique Imperatoris, non Regis Titulus tribuatur. Cur à strangulatione fratrum Imperium auspicentur, ratio est, quia nec Imperii æmulos ferunt, nec per Milites Prætorianos omnino ferre possunt, quia si quis forte fratrum sit, præter eum qui regnat, superstes, congiariorum petendorum nullum finem

finem faciunt. Si recusantur, statim audis: Salvus frater sit, Fratrem Deus nobis servet: Quo verbo designari illum Imperio non est obscurum; Adeo ut fratrum sanguine manus polluere & à parricidio Regnum auspicari Turcis Imperatoribus sit necesse. *Busbeq. Epist. I.* Nec filiorum adultorum Imperatoris quisquam ideo vivo Patre intra Constantinopolis mœnia pedem infert; Hoc enim ad solicitandos Militum Prætorianorum animos & Imperii mutationem pertinere censent, observante eodem *Busbeq. Epist. II.* Filiæ Imperatoris plerumque IV. vel V. Ætatis Anno Bassæ seu Beglerbego alicui despondentur, adjectis omnibus nuptiarum ritibus: Quem & ab eo tempore curam educationis Sponsæ suæ gerere omnibusque tanta prole dignis ipsi prospicere oportet. Sic Ibrahimus hodierni Imperatoris Parens tres filias suas ea ætate elocavit, quarum una *Ghealtem* jam quinque fertur maritos tales habuisse, licet adhuc virginitate integra; Fuitque ultimus horum Ismael Bassa qui in prælio ad Fl. Rabum cecidit; Tandem vero elocata est Gurgi Muhammedi Bassæ Budensi. Et novum tale exemplum nuper elapso A. LXXX. eluxit, quo filia Imperatoris æqve parvula M. Vezirio nuptum data fuit. Solus à Bajazete Majori s. Gilderun Solimanno Roxolanã ita amavit, ut uxoris loco haberet; Roxolana enim cum adhuc serva ipsi filiũ peperisset ex instituto Turcico libertatẽ consecuta & sui juris facta erat. Unde Solimanno amore flagranti amplius morigerari recusavit, nisi in justæ uxoris locum duceretur, præter Ottomanicorum Principum consvetudinem, quibus solenne est nullas Conjuges, sed unice Concubinas habere: Cujus rationem *Busbequius* à Bajazete Gilderun derivat *Epist. I. p. 37. Nam cum ille prælio victus in Tamerlanis potestatem una cum uxore venisset, multa quidem intoleranda tulit: Sed nihil visum est indignius, quam ludibria & contumeliæ, quibus in ejus oculis uxor afficiebatur. Cujus quidem rei memoria Imperatores, qui Bajazeti in Imperio successerunt, ad hunc usq; diem omnes à ducendis uxoribus abstinuerunt, ut quicunque casus intidisset, similem fortunam ne paterentur, tantumque liberos ex servilis conditionis mulieribus, in quas minus Injuriæ cadere, quam in uxores legitimas videbatur, suscperunt.* Autor *Descr. Stat. Turc. Lib. II. c.* XXI. addit, id fieri, ut sumptibus parcatur, qui non minores futuri essent pro Conjuge Imperatoria, quam esse solent pro *Valedia*, h. Matre Imperatoris, summamque CCCC vel DM Coronatorum fere efficiunt. Posset etiam ratio ex veteri Orientalium Principum

opinione peti, qvi nullam Fœminam sangvine sibi parem adeoqve conjugio suo dignam crediderunt, unde & prisci Persiæ ac Ægypti Reges Sorores suas duxerunt, ne si alii nuberent, Sangvinem Regium in inferiorem sortem conjicerent.

Subditi eos simplici & absoluto Obsequio venerantur, nec adeo vi Politici alicujus Principii, quam Religionis, quippe persvasi, eum qui mandatis Imperatoris immoritur, Martyrem reddi, ac in Paradisum immediate transferri. Unde & Magnorum Veziriorum aliquis *Kara Mustapha Bassa* cum infinitis victoriis, Consiliis, officiis gratiam Sultani benignissimam emeruisset, id unum felicitati suæ adhuc deesse opinatus fuit, ut Sacro Martyrio coronaretur, vitaq; jubente Imperatore cederet.

Sed Milites liberius agunt, maxime Janizarii, qui in potestatem suam jam dudum pertraxerunt facultatem Regnum transferendi, quo velint. Ideo & nostro seculo Othmanem, ac Ibrahimum è medio sustulerunt, nec meliora fata hodiernum Muhammedem manssissent, nisi prudentia Magni Vezirii conservatus fuisset ac loco ejus ipsa Architecta mortis ejus Avia Augusta, Achmedis Imperatoris quondam Sultana, strangulata fuisset, quam memoratu dignam Historiam prolixe tractat sæpe *cit. Autor Descr. Stat. Turc. L. I. c. IV.* Ac ne simili licentia in posterum in Familiam Otomanicam grassari possint, feruntur omnibus modis nunc enervari. Creditur; id inter Consilia ultimi Belli Hungarici M. Vezirius posuisse, ut Janizarios præsentissimis periculis objiceret, sicq; minueret eo citius eorum numerum, aditumque sibi pararet ad instruendam novam ac magis obsequiosam militiam. Cur in tot Janizariorum motibus nihilominus persistat Imperium Turcicum, ratio eadem est, quæ olim erat perdurantis Romani Imperii, cum tot Imperatores violenta militum manu caderent: Quia in scopo eodem persistunt conservandi sub unius Imperio Rempublicam, unde licet Imperium personæ adimant, Imperio ipsi tamen nullam vim injiciunt.

XVI.

Supremus Minister Imperii Turcici est *Magnus Vezirius*, Vezir Azem Turcice dictus, & ab Imperatoribus in amicitiæ signum sæpe *Lala*, q. Aulæ Magister. Ejus arbitrio omnia Belli pacisque negocia fere geruntur, nisi quod Bassam capitis supplicio adjudicare non possit sine subscriptione Imperatoris, nec militem quenquam punire sine Præfecti consensu. Alias

neq

nec appellationi ab eo ad Imperatorem locus est, nisi in puncto denegatæ justiciæ, vel si pars innocens se enormiter læsam sentiat: Quo in casu persona appellans antiquo Tuacarum more igni capiti imposito Seraglium ingreditur, & quanto potest concitato cursu ad Imperatorem accurrit, causamque suam ipsi exponit, nec cuiquam licet accurrentem sistere. Una hujus honoris & gravissima est infelicitas, eum raro durabilem esse, plerisq; Veziriorum talium vel depositis, vel violenta morte interemptis, citius, tardius, prout Imperatori visum fuit: Unde non illepide eorum aliquis se antecessoresque suos formicis comparavit, quas ideo dicebat alis donari, ut citius interirent. Sed inter paucos *Kiuperli* Achmedis nuperi Magni Vezirii parens incolumis evasit, & quod maxime mirandum, Dignitatem suam ad filium propagavit: Creduntur que ambo duobus hisce principiis nisi fuisse. I. Occupato Principis animo. II. Bello cum exteris. Sub Primo Vezirio sex alii Veziriorum nomen gerunt, & Consiliis adhibentur, sed non magna cum autoritate. Inter Judices qui post supremum Vezirium eminet, Summus Judex est, *Cadilescher* dictus: Sæpe & *Mufti*, h. summus Sacerdos, si causa gravis sit, ad sententiam dicendam accitur. In occulta flagitia non valde inqvirunt, ne locum aperiant calumniæ; Manifesta v. & comperta graviter & extemplo puniunt. Sedes publici Consilii *Divanum* vocatur: Ipsa Aula *Portæ*, cujus rationem à prisco Orientalium more derivamus, quibus Tribunalia & Conventus solennes in Portis erant, quemadmodum Boas coheredem suum ad Portam vocavit, ibidemq; coram Senioribus compellavit *Ruth. IV. 1.* Et Deus omnibus Portis Judices præfici jubet *Deut. XVII. 1.* Alia hanc in rem peculiari Dissertatione exhibet *Ph. Honor. Pr. Prud. Pol. p. II. p. 6. 7. 8.* Similisque est Venetorum consvetudo, qui dum Principem vel Senatum conveniunt, ad Scalas se ire dicunt, à loco superiori, ubi causæ dijudicantur & cætera munera publica traduntur, in quem Senatores per gradus aut scalas ascendunt. Sed nullus in tanto conventu Nobilis nisi ex suis virtutibus & fortibus factis, natalibus nemo à reliquis distingvitur: Honos cuique pro muneris & officii, quod administrat, ratione defertur: Nullum ibi de loco certamen; Muneris genus, quo fungitur, suum cuique locum assignat. Munera verò & officia Princeps ipse distribuit. In quo non divitias, non fumum Nobilitatis pendit, non gratiam cujusquam aut multitudinis judicium moratur, sed merita considerat; Sed mores ingeniumque atque indolem intuetur, ex suâ virtute

tute unusquisque ornatur. Ita muneribus qui sunt ad ea obeunda idonei, præficiuntur: Suos ibi quisque natales, suam fortunam, quam fingat pro arbitrio, in manu habet. Qui rerum primas à Principe tenent, ferè sunt pastorum aut bubulcorum filii: De quo, tantum abest, ut eos pudeat, etiam inter se gloriantur; Eoque plus sibi tribuunt, quo minus majoribus aut natalium fortunæ debent: Neque enim aut nasci aut propagari traducive virtutem putant: Sed partim à Deo dari, partim bona disciplina, multoq; labore & studio comparari: Utque paternam Artem nullam, non Musicam, non Arithmeticam, non Geometriam, sic nec virtutem ad heredem transire; Nec animam ex semine paterno suscitari, ut filium patris similem nasci necesse sit, sed cœlitus in corpus infundi credunt. Sic ea in gente, dignitates, honores, magistratus virtutum & meritorum præmia sunt: Improbitas, ignavia, inertia nullo honore pensantur, jacent contemnunturque. Ergo illi rebus gestis florent, dominantur, Imperii fines quotidie proferunt. Apud nos aliis vivitur moribus, virtuti nihil est relictum loci: Omnia natalibus deferuntur; Opinione natalium omnes honoris aditus occupantur. Sunt verba *Busbeq. Ep. 1.* Qui & alibi scribit, se cum inter Bulgaros iter fecisset, puellas quæ liberaliori forma erant sæpe rogasse, quo genere essent, audivisseque à summis gentis Satrapis originem ducere, aut etiam Regium esse genus, jam Bubulco aut opilioni desponsas. Alibi se postea vidisse Cantacuzenorum & Palæologorum, Imperatorii generis reliquias, contemptius inter Turcas degentes, quam vixit Dionysius Corinthi: Nam Turcæ, ait iterum, neminem ne suorum quidem, nisi ex se pendunt, *Sola domo Othomanorum exceptâ, quæ suis censetur natalibus.*

In reliqua farragine rerum apud Turcas memorandarum reponimus primo Θηριοφιλίαν, Amorem Brutorum, rem Christianis nobis, maxime autem Libellis Ethicorum ignotam, à Scriptura tamen, tanquam perfectissima morum magistra commendatam *Prov. XII, 10. Justus etiam jumentorum suorum miseratione tangitur; Sed viscera impiorum crudelia sunt.* Turcæ rationem hujus sui amoris reddunt, *quod Brutis nihil à Deo tributum sit, prater quosdam motus & appetitus naturales, quos non sequi non possint, ideoque humana ope & commiseratione sublevanda esse.* Sed res hæc è profundioribus Naturæ Rationalis Principiis eruenda est, quæ hujus loci non est. Illi certe eam graviter ferunt, si qua bestia

bestia per cruciatum interficiatur, aut voluptas ex ejus laniena quæratur. Vid. plur. sæpe cit. *Busbeq. Ep. III.* Cui consvetudini & alii Orientales insistunt, maxime Benjani, non tamen sine excessu, & ob causas plane frivolas, de quo Vid. *Mandelslo L. I. CXXXVII.* Russi quoque inter bona opera numerant, si emptas ab aucupibus libere dimiserint: **In der grossen Faste/ wanns umb die Zeit kommt / daß Sie beichten sollen / kauffen Sie etliche Vögel / und lassen sie wieder frey in die Lufft fliehen / und meynen durch solche Erlösung der Vögel ein gut Werck zu thun / und daß GOtt Sie auch von ihren Sünden loß machen soll.** *Olear. Lib. III. cap.* XXIX. Singulare exemplum Consiliorum Constantinopoli sub Achmede Imp. de Canibus agitatorum exhibet *Thom. Smith*, Epist. de Mor. Turc. p. 68. & seq. *Sæviente peste*, Imperator & Basæ *pro sagacitate eorum Canes, qvotqvot* Constantinopoli *erant, universa strage delendos voluisse; sed dissuasisse* Muftio, *qvem in hâc re gravissimâ consuluerant, crudelem sententiam, Illumq; pronunciasse, id minime licere, hoc argumento momentoso suam determinationem firmantem*: Singulis canibus inesse Animam. *Verum planè constabat, urbem à tanto Canum numero male habitam esse. Qvid ergo in tanta animi perplexitate agendum erat; Ab hâc sævitiâ tandem abhorrescentes, prius illud decretum de internecione refixerunt; De transportandis in* Asiam *consulitur; dictum, factum, coacti erant per totam urbem Canes, supra qvinqvaginta millia, uti narrant, qvos* Scutarim, *aliaq; loca contigua vehunt. Erga eos, licet non jam in conspectu & coram oculis, retinetur idem affectus, de iis eadem, si non major, solicitudo; quotidie panes in eorum alimentum mittuntur. Sed tandem harum expensarum & laboris pertæsi, ac verentes, ne ab eorum scabie pestis iterum grassaretur, inviti & reluctante quasi animo ad insulas, quæ* Constantinopoli *obversantur, ablegant, ubi tandem fame enecti erant, ne miserandis ululatibus teneræ ipsorum aures offenderentur. At, ni fallor, ab illo tempore iis repleta est urbs, ut si recensiti essent iterùm, fortassè major numerus, quam iste, quem supra memoravi, reperiretur.*

Cur in præliis tam audaces sint, facit maxima de Providentia Divina securitas: Quæ & in Pestis discrimine salutis ipsorum plane negligentes reddit, ut vestes atque lintea, in quibus ægroti vix animam exhalarunt, sæpe contrectent. V. *Itiner. Princ. Radzivil. f. 154.* & inprimis *Busbeq.*

fol. 238. & 254. Ipsi Sultani pugnam haut facile detrectant, etsi exigua spes elabendi supersit, falso persvasi hac via Martyrii coronam parari aditumque ad Cœlum. Quæ tamen non Turcarum nova aut propria, sed veterum jam Scytharum & Alanorum opinio fuit. *Judicatur ibi beatus, qui in prælio profuderit animam: Senescentes enim & fortuitis mortibus mundo digressos, ut degeneres & ignavos convitiis atrocibus insectantur.* Ammian. Marcell. *Hist.* L. XXXI.

Servitutem perfectam ab iis receptam esse nemini ignotum est, indeque maxima & privatim & publice emolumenta capiunt, ac rem familiarem Servorum opera præclare tuentur, ideoque proverbio negant, eum pauperem videri, cui vel unicus servus sit. Nec militiæ Turcicæ fructus aliunde magis constat, quam è Servis; Et si miles Turca nihil aliud reportet è Bello, quam unum aut alterum mancipium, bene rem suam gesisse, tulitque laborum præmium. Nam vulgare mancipium quadraginta aut quinquaginta coronatis æstimatur; Quod si ætatis, formæ, aut opificii accessione commendetur, duplicatur precium. *Id Busbeqv. Epist. III.*

Polygamia eorum quaternario Fœminarum numero limitatur, non quidem Lege aliqua Religionis, sed Civili, cujus causæ, ne res domesticæ maritorum nimis attenuentur, aut Zelotypia sexus fœminei non in infinitum pateat Cur vero minus numerosam prolem nunc habeant, aut saltim non majorem, quam alii dum Monogamiam colunt, id proficisci credunt. I. A Zelotypia Fœminarum, quarum altera alteri perpetuis insidiis molesta est, unde tot partus immaturi, sæpe etiam mortui: Cujus rei exemplum egregium V. ap. *Princ. Radzivil. Ep. III. fol. 150.* II. A Sodomiâ Virorum, cui impense dediti sunt. Vid. plur. sæpe cit.

Aut. Descr. St. Turc. Lib. II. cap. XXI.

CAP.

CAP. XI.
DE
REGIBUS ASIÆ ET AFRICÆ.

I. Regum Persicorum Familiæ Veteres; Hodiernæ Reges eorumq; Characteres; Exemplum Divinis Honoribus inter vivos affecti Regis.
II. Fœdera & Bella Persica.
III. Singularia Regni Persici.
IV. Regni Indici amplitudo.
V. Regum Indiæ Familiæ Regesq; ad nostra tempora.
VI. Eorundem Bella & Fœdera.
VII. Aliorum minorum Regum juxta Archipelagum S. Lazari & in eo series & conditio.
VIII. Regnum Chinæ ejusq; Reges.
IX. Reges Tatariæ: Magnus Lamma.
X. Ægypti Reges ad præteritum usq; seculum.
XI. Status Regnorum Vicinorum Mari Mediterraneo, Fessæ item ac Marocci: Tafilettæ Historia.
XII. Æthiopiæ Regum origo à Salomone derivata: Cur fixam sedem non habeant? Liberorum Regiorum educatio.
XIII. Magni Tabaqui descriptio.

I.

REgnum PERSICUM ante Muhammedem qvatuor Familiæ tenuerunt: qvarum prima *Pisdadæorum*, secunda *Cajamiorum*, qvorum ultimus fuit Darius Codomannus ab Alexandro M. devictus, tertia *Asganicorum* seu Asganidarum, & qvarta *Chosmworum* appellatione communi, propria Susanidarum. Sub Muhammedismo Imperium hoc primi tenuerunt Caliphæ, post hos emicuerunt Pujani è sangvine priscorum Regum; Tunc è Turcis Salghucidæ, qvos excusserunt Tatari Duce Hala-

cho; Deniqve recuperarunt avita Regna *Sophiani*, qvi hodie imperant. V. *Laet. Perſ. p. 9. Schickh. Tarich. p. 101.*

II. Horum conditor fuit *Schach Sophi*, ſeu ut à Texeira ſcribitur, *Xeque Safy* Tamerlani coævus, quique originem ſuam ab Ali Muhammedis genero derivavit, cujus trigeſimum nepotem ſe profeſſus fuit. Ipſius pronepos fuit *Ismael Sophi*, primus è familia hac Monarcha, qvi victo ac interfecto Alvante Perſarum Rege Regnum occupavit: Princeps maximi ingenii raræq; felicitatis, ſupra veras virtutes externa etiam morum ſpecie in ſui admirationem compoſitus, divitiasq;, gloriam, Imperium, qvæ cupere videri nollet ut ſimulator egregius abnuenti perſimilis aſſecutus. Fueruntq; ipſius tempore, qvi affirmarent, Harduellem patrem (ut erat rei Aſtronomicæ peritiſſimus) inſpecta filii genitura hunc & Prophetam ſummum & veræ Legis conditorem, ſubactaque maxima parte Orientis Muhammedis gloriam pietate & rebus Bellicis æqvaturum, quæ haut temerè jactata in vulgus altiorem materiam ſermonibus præbuere. *Bizar. Hiſtor. Rer. Perſic. Lib X* Paulus Jovius facta cum Selimo Imperatore Turcico comparatione Characterem ejus plenius deſcribit, qvem exhibendum duximus, ut mori noſtro in hoc opere deſcribendi ingenia Principum ſemel adhuc litaremus. *Ambo igitur ſicuti inclyto genere, ætate integra, immenſo indomiti corporis, ac ingentis animi vigore, opibus, & pari denique imperii fortuna perſimiles, parem claritatis & gloriæ famam obtinent, ita moribus inſtitutis & diſciplina militiæ multum inter ſe differunt. Primum omnium, ut præclarè conſtat, ſupra mutuum utriusq; gentis odium, ab avis patribusque per manus traditum, inſana perſvaſione deducti inter ſe Sacrorum placitis altercantur, qvum hic Homarem, ille Halim præcipuos Mahometis interpretes diverſa ſuperſtitione diſſidentes, altero ſanctiorem exiſtiment, ac imagine pietatis juſtam belli cauſam prætexant. Quanquam non obſcurè diſſimulata cupiditate ad id unum, ſed diverſo itinere contendant, ut confirmatis auctiusq; opibus, tot regnorum termini quàm latiſſimè proferantur. Quod ex profeſſo Hiſmael ad Darii atq; Xerxis, qui ſubacta Aſia in Europam ingenti auſu trajecerint, & Selymus ad Alexandri Macedonis, qui Regna Perſarum everterit, magnitudinem ac gloriam aſpirent: Nec inanibus omnino votis, qvum honeſto tuendæ Religionis nomine, Fortuna pari libidine ingenio eorum ambitioſo, audaci, immoderatoque intemperanter arrideat. Sed in Hiſmaele mira*

mira pietas usque adeò refulget, ut vitia, siqua sint Regii fastus, ejus fulgore perstringantur. In Selymo autem omne virtutis decus inhumana crudelitas elidat & obscuret. Hic enim pœna, & præmio vim Imperii tuetur, sed aliquanto graviore securitatis quam beneficentiæ fama, quod ab exacta disciplina in servos, quibus multò maxima Othomannicæ militiæ pars constat, lege agere vel truculenter expediat: Secus ac usu evenit Hismaeli ex prima utiq; nobilitatis classe liberisq; hominibus militiæ robora conscribenti, apud quos temperatæ justitiæ, humanæ comitatis, & popularis indulgentiæ studium maxime valet, ut fides & amor, & parendi obsequium parentur. Ut minimè mirum esse videatur, si his tanquam generosis artibus Hismael Augusti nominis majestatem egregiè glorioseq; defendat. Ad hunc quoq; maximarum virtutum concursum pulcherrimo naturæ munere decora facies accedit, magnanimo digna rege, ore namq; roseo. radiantibus oculis, flava barba, & quod antiquum apud Persas regiæ stirpis insigne est: Adunco Naso, illustriq; facundia, omnium oculos atq; animos capit. At in Selymo, triste supercilium, prægrandes torviq; oculi, & Scythico pallore suffusa facies, rigentesq; setæ à superiore labro ad cervicem retortæ, & nigricans ad mentum subionsa barba, ita vim militarem & inexorabilis naturæ spiritum exprimunt, spectantesq; perterrent, ut nihil omnino nisi sævum & immane prorsus ostendant. Nec diversos vultus, ideoq; dissimiles animorum habitus, nisi dispar rerum propè omnium disciplina consequitur. Nam Hismael aditu pariter & alloqvio benignus & facilis, nihil ferè quod Regiam personam respiciat, nisi palam agit. In propatulo siqvidem magna procerum frequentia liberaliter epulatur, & varia venatione, falconumq; volatu, & præda manopere gaudet, cum proceribus semper legatisq; exterorum Regum communicata voluptate. In stadio etiam & in palestra cum primoribus aulæ, uti est equitandi & sagittandi peritissimus, honesta atq; utili contentione corpus exercet, adeo populariter, ut in piscina inauratis septa porticibus palam natare minimè dissudeat. Uxores autem quas ex satraparum regularum ordine virgines, cum decore formæ, tum præstanti morum fama illustres, in conjugalem thorum recipit, si fœcundæ sint, neq; fastidit, neq; repudiat, vetere Persarum instituto, qui conjuges amare tenerius, impensius colere, in regia prætorioq; familiarius habere, & tanquam utriusq; fortunæ consortes, cum liberis atq; nutricibus, & preciosiore Gaza, vel ad longinqua

euntes bella secum ducere consveverunt, gravi qvidem impedimento sumptuq3, qvòd magnis ac ornatissimis camelorum gregibus vehantur, nisi praesentia carissimaq3 pignora bellatores patres ad virtutem accenderent. Contraria ratione Selymus in Arcano cuncta vitæ munera dispensat, puerorumq3 imberbium & Eunuchorum ministerio contentus, sine conviva discumbit, ac uno ferè simplicissimo cibo naturæ desiderium implet. Raro nisi sacrorum causa die Veneris, qui Turcis est festus, in publicum prodit. Sed adeò Prætorianorum turba circumseptus, ut agrè vel ipse Selus eqves inter hastatos cristatosq3 milites, & superbè submoventes spectantium turbam, ex facie dignoscatur. Nec temerè eqvo vectus in suburbanis prædiis spatiatur, qvum per freti angustias ad Asiæ propinqvæ litora bireme advehi malit. Uxores à Regiæ limine procul arcet, qvas tantum prolis causa, nec familiari quidem vultu complectitur, qvòd natura modicæ libidinis, & in mares pronior, corpus atq3 animum virilem fœminarum illecebris enervari existimet. Raro itaq3 ad claustra virginum, qvæ sunt media in urbe Byzantio, altis, & undiq3 cæcis parietibus septa. Otium porro, si qvo impense vigilanti & semper intento, ex gravissimarum rerum consiliis superest, accito in hortos aliqvo purpuratorum, aut familiarium deambulando ita traducit, ut qvum longè severeq3 puerorum colludentium palæstram spectet, de seriis multa scisciteturq3 deliberet, secretiores verò mollioresq3 horas balneo, evolvendisq3 majorum suorum & externorum Regum annalibus impertiatur. Hoc qvoq3 studio avum Mahometem æmulatus, qui gentium propè omnium Reges, rerum bello gestarum fama inclytos, versis in Turcicam lingvam historiis non modò scriptis, sed imaginibus excellenti pictura expressis repræsentari sibi curabat, impetrato à Venetis ad id munus Gentile Bellino pictore præstantissimo, ut gravibus exemplis magis ac magis ad extendendam famam accenderetur. Vir enim ille ex arcano animi omnis Religionis contemptor, unis tantum bonæ spei, bonæq3 fortunæ tanqvam certis numinibus sacra faciebat. Ut non ineptè modo Selymus Bajazetis patris occupationes, atq3 vigilias irriderit, qvòd Averroi nihil pro certo de natura animorum, & cœlestis motus ratione explicanti, æqvo impensius deditus, arguti Philosophi inter ocios sapientiæ Professores, qvàm inter milites ad arma natos strenui Imperatoris nomen tueri mallet. Caterum Hismael uti ab ineunte ætate sacris imbutus literis, disciplinarum propè omnium studia prælato ingenio

nio ad contemplationem rerum divinarum ita referebat, ut vetere Magorum & Brachmanorum arcano dogmate, seipso, qvi ambitiosum Sophi cognomen susceperat, admirabilior evaderet, qvum jam pridem cœlestis sapientiæ & divinationis opinione, apud gentem Religionibus atq; miraculis capi facilem, incredibiles victorias, & tantum denique Imperium sibi novo propè homini peperisset.

III. Hunc excepit *Schach Tamas*, seu Tamassus, Princeps exigui angustique animi, eoq; nec in res Bellicas propensus, tametsi de iis graviter ac diserte ratiocinari soleret. Hinc etiam cum Bellis Turcicis exerceretur, pacem à Solimanno vel iniqvissimis conditionibus redemit, eodemq; mortuo à Selymo confirmari petiit. *Et licet interdum coegerit exercitus, tanqvam mox in aciem proditurus, id potius extrema necessitati, qvam ejus ingenio & naturæ attribuendum erat, cum in bello ad prælium lacessitus, pernro collatis signis, Martis aleam subire voluerit, sed plerumq; pugnam detrectans, sese in loca tutiora recipere consvevisset, adeo me hercle, ut cum maxima sui nominis ignominia, & Persici regni detrimento, Assyriam, & Mesopotamiam, unà cum Babylonia, clarissima Orientis urbe, amiserit.* Negligentiæ exemplum fuit, qvod cum vetus Regum Persicorum mos esset, *ut pacis tempore, si per valetudinem licebat, aut in venationem prodirent, aut aliquo honesto & laudabili exercitio, utputa eqvitandi, sagittandiq;, seipsos & suam nobilitatem oblectarent, illudq; in primis satagerent, ut facilis ad eos aditus pateret, seq; omnibus temporibus, comes atq; affabiles præberent; Adhæc, ut inprimis enixè darent operam, ne cui ex suis subjectis ulla vis atq; injuria inferretur. Cæterum, is per totum fere decennium, ne semel qvidem ex regia pedem movit, adeo ut interdum qvingenti, interdum vero mille atq; amplius, ante fores publici prætorii exclamarent, ac de illatis injuriis congvererentur. Verum ipse per suos administros jubebat illos adire præscriptos atqve ordinarios judices, quibus suam causam exponerent, nescius interim, illorum qverelas fuisse contra ipsosmet judices tyrannos, necnon contra Sultanos, & milites.* In fœminas tam vehementi amore actus fuit, *ut qvam plurimi omnino sibi persvasum haberent, ipsum à mulieribus effascinatum: Siqvidem potiorem temporis partem cum eis transigere, atq; illas interdum super rebus longe gravissimis, & ad publicum regimen & gubernationem spectantibus, ad privatum & secretum consilium admittere consueverat. Adhæc futurarum rerum præsci-*

præscientiam & cognitionem ex figuris Geomanticis summo studio ac diligentia exquirere, ac etiam somnia, quæ sibi noctu quiescenti obversabantur, haud raro conscribere. Quod si forte aliqva eorum non prorsus vana atq; fallacia obvenerant, sed aliqva ex parte eventum sortiebantur, mulieres protinus hæc illi in mentem suggerebant, addito etiam, ipsum fuisse Prophetam cœlitus elapsum, hisq; assentationibus, mirum dictu, qvantopere ipse Rex oblectaretur. Vid. Bizar. de Reb. Pers. Lib XI. Immo universa Populi multitudo hanc opinionem de ipso hausit, ut licet parum Principe dignum haberet, nihilominus illum singulari nostrorum seculorum exemplo, *non secus ac cœleste Numen suspexerit, cuiq; divinos honores exhibuerit, ita sane, ut qui adversa valetudine laborabant, seu aliqva alia calamitate & infortunio divexabantur, freqventius ipsius Regis nomen quam divinam opem & auxilium implorarent. Huic soli suam vitam & salutem commendare, ac tanqvam Deo vota facere: alii se allaturos munera, nonnulli, se valvas sui palatii tanqvam ad qvoddam sacellum, in qvo habitet Deus, osculaturos, eaq; domus se felicem ac fortunatam censere, qvæ poterat nancisci aliqvid ex Regia supellectile, utpote indumentum, calceos, aut aqvam, unde manus abluerat, eaq; non raro, (tanta eos superstitio vel potius dementia ceperat) adversus febres, ac cæteros morbos, ceu præsens remedium, utebantur. Verum enimvero, ut innumera ejus generis prætream, hoc tantum adjecerim, non modo tenuioris fortunæ homines, sed etiam ipsius liberos ac Sultanos, in Regis colloqvium admissos, cum existimarent, se, nulla epitheta, nullosque titulos posse invenire tanta majestate atq; amplitudine dignos, his verbis plerumq; usos esse:* Tu es nostra fides, & in te credimus. *Cæterum in locis ab aula remotioribus complures omnino sibi persuadebant, hunc Regem, præterquam quod spiritum Propheticum haberet, etiam vita semel defunctos, in auram ætheream revocare, multaq; alia miranda efficere, hoc etiam addito, nempe qvod, quemadmodum Halis, ipsorum præcipuus Propheta, olim genuit undecim liberos virilis sexus, ita etiam hic Rex totidem numero Divina Providentia sustulisset.* Bizar. *c. L. XI. de Reb. Pers.* Quæ si ita fuerunt, minus mirum erit, si in primorum seculorum caligine homines veteres qvoq; Heroes Principesq; suos Jovem, Martem, &c. sibi Deos statuerint.

IV. Secutus secundo genitus Tamasi filius *Schach Ismael* II. capitalis hostis Otomanicæ Gentis, qvem etiam in lucem editum, pugnum cruore ple-

re plenum utero matris extulisse scribunt: Qvod & de Christiano II. Rege Daniæ proditum. *c. V. § V.* Unde statim fama per eas gentes percrebuit hominem fore bellicosum, qvam & ipse admodum adolescens multa cum Turcarum cæde insigniq; victoria statim confirmavit. *Busbeq. Ep. III.* Sed diu non superfuit, proximo à susceptο regimine anno à Sorore Optimatum ipsorumq; Fratrum impulsu veneno clam sublatus. Post eum Rex fuit *Schach Muhammed Coddabende*, qvod nomen *Deodatum* apud Persas significare dicunt. *Bizar. L. XI. Tunc Schach Abas*, Princeps cujus severitatem initio hujus seculi Oriens expertus fuit. Specimina V. ap. *Herb. It. Pers. p. 84. & seq.* Rationem tamen in accuratiori exactione absolutæ obedientiæ populis orientalibus valde necessariâ quærendam putant. At asperitas erga filios inexcusabilis fuit, quorum duos visu, tertium eundemq; sibi charissimum Sefi Myrsam vita exui curavit, nullo ipsius scelere, sed suspicionibus & præcipitantia ad id inductus, cujus quoq; pœnitentiam, quoad vixit, egit. In Bellis adversus Turcas & Usbeqvios Tataros secunda fortuna usus fuit, & pleraq; eorum, quæ majoribus suis illi ademerant, recuperavit. Subditorum amantissimus extitit: Ideo privatum sæpe habitum induit, ut causas eorum ipse cognosceret; Et pistorem atq; lanium aliquando interimi curavit, quod panem & carnem justo minori pondere vendidissent. Eadem ex ratione non passus fuit Benjanos aut Indos commerciorum causa in Persia subsistere, ne lucro, quod hi in se translaturi essent, populus suus privaretur. Prohibuit quoq; peregrinationes *Meccanas* fieri, ne pecunia Regno exportaretur, substituitq; *Mechedanas*, extructo Templo magnifico Mechedæ in Regno suo, loco quo pes Cameli Muhammedis creditus fuit asservari. Obijt A. MDCXXIIX. jussitq; locum sepulcri sui secretum haberi, quod à funeris ejus curatoribus confectis tribus sarcophagis, & altero eorum Ardebilam, altero Mechedam, tertio Bagadedum abducto effectum fuit. Plura V. ap. *Olear. Itin. Pers. L. V. c. XXXI. XXXII.* Tavernier. *P. I. L. V. c. I. & II.*

Scach Sefi nepos Schach Abæ, filius Sefi Myrsæ, Princeps comi vultu sed animo minus humano & in cædes propensο, qvas in plurimos Ministros suos, ipsamq; Regiam conjugem filiam Georgianorum Principis edidit, quod vocata ab ipso ebrio non venisset. Fuit cum uni ex Aulicis oculos erui curaret, quod illos ad cædem alterius qvamvis ex improviso clausisse deprehensus esset. Supplicium de Rudolpho Stadlero Tigurino primo Auto-

matopœo in Perſia & eapropter Regi perquam charo ſub eo ſumptum, ſingulariter deſcriptum à *Tavern. L. V. c. V.* Vitium nimio vini amori factisq; ebrio ſuggeſtionibus imputant, ideo & cum Reginam interfeciſſet, pœnitentia facti ductus edictum de non bibendo vino promulgavit, ſed vix anni ſpacio obſervatum, cum uſu ejus non amplius videretur carere poſſe, qui tamen paulo poſt A. MDCXLII. ipſi necem attulit. Vid. *Olear. cit. l. c. XXXIII. XXXIV. Tavern. l. cit.*

Schach Abas II. Regnum adiit exeunte A. MDCXLII. Inter notabilia ejus fuit receptio amiſſæ ſub Schach Sefi Candahoræ facta A. MDCL. Arguitur itidem ſeveritatis nimiæ, cujus exemplum inter alia in tribus virginibus è Gynæceo ejus editum, quas interfici curavit, qvod vinum bibere jubenti non paruiſſent: Qvartæ idem juſſæ & ſibi alias charisſimæ percit quidem, ſed Eunuchum, qvi mandatum de cæde ejus haut executus fuerat, ratus Regem depoſita crapula mentem mutaturum, loco ipſius è medio tolli curavit. Duabus item Sororibus ſuis primo abortum procuravit, poſt cum iterum gravidæ eſſent, eniti qvidem paſſus fuit, ſed proli natæ alimenta præberi vetuit. Cæterum vino non minus ac parens deditus fuit, ex cujus nimio uſu contracta inflammatione gutturis obiit Anno MDCLXVI.

Schach Soliman hodiernus Rex more Orientalium Principum voluptatibus magis quam curis publicis intentus eſt. Ante *Schach Sefi II.* dictus fuit, ſed quod initio Regiminis A. MDCLXVII. graviter decumberet, novum nomen Solimanni aſſumpſit, novam quoq; coronationem ſubiit, ſecutus ita veterem Orientalium ſuperſtitionem, quibus ſolenne eſt in deſperatis morbis ex mutatione nominum ſpem reconvaleſcendi captare. Vid. *Tavern. c. l. c. II.*

II.

Fœdera Perſiæ Regum cum Chriſtianis ob cauſam communem contra Turcas plerumq; icta. Sic Calixtus Pontifex M. jam ante duo ſecula & quod excurrit Uſum-Caſſanum Regem Perſiæ miſſis Oratoribus legitur cohortatus fuiſſe, ut bellum in Turcas verteret. *Et circa idem fere tempus Veneti Catharinum Zenum virum patricium ad eundem ablegarunt, qui publico nomine apud eum legationis munere fungeretur, ac enixe operam daret, ut inter ipſum & Venetam Remp. fœdus ac ſocietas coiret. Nec incaſſum res mota eſt, mox fœdere utrinq; inito & confirmato. Perſa*

deinde

deinde quatuor præstantes viros, quorum nomina fuerunt Azimamet, Monat, Nicolaus & Chefarsa ad Pontificem ac Venetos expedivit, qui eos admonerent, suum Principem ad opprimendum Ottomannum in expeditione esse &c. Adhæc subjicerent, Persas equis & viris satis superq; abundare, hos etiam hasta, ense ac sagittis ad pugnam idoneos: Cæterum reliqui instrumenti Bellici ignaros atq; expertes esse. Proinde ab eis majora tormenta & militares machinas ad expugnandas urbes & ad summovendum eminus hostem necessaria postularent. Quod nisi ea quoque parte à sociis & confœderatis juvaretur, fieri non posse, ut tuto ac feliciter cum hoste confligeret. Neq; abnuerunt Veneti petita Regia, magnumq; numerum tormentorum cujuscunq; generis pararunt, & Josephum Barbarum cum apparatu hoc in Persiam ablegarunt; Sed dum is in Ciliciam appulsus longiorem moram traheret, conflictus inter Regem & Turcam habitus est, priusquam ex his militaribus præsidiis quicquam fructus ac emolumenti percipere potuisset. *Bizar. Rer. Pers. L. X.* Et Muhammedes Turca quidem, percepto de fœdere hoc nuncio, fertur missa legatione Usumcassanum plurimum obtestatus fuisse, ne novo bello impediret, quo minus Christianum nomen deleret: Quod si nulla alia re moveretur, communis fidei necessitudo tanti apud eum esse deberet, ut non modo non interpellaret jam pulchrum negocium, sed enixius etiam juvaret. Sed respondit Rex, *Muhammedem, quem ipsi sequerentur, id inprimis lege sanxisse, ut quæ semel promissa essent, ex fide servarentur: Se Romano Pontifici Venetog; nomini pollicitum, sanxisseq; id fœdus, ut Turcas terra & mari persequeretur, annixurum proinde se totis viribus imperii, ut sibi fidem constare omnes intelligerent, quam alienæ genti obstrinxisset.* Bizar. *c. l. fol. 260.* Similiter Carolus V. Imp. Legatos ad Ismaelem Sophi misit, qui ipsum ad Bellum contra Turcam incitarent, de qvo iterum *Bizar. cit. L. X. fol. 284. 285.* A Rudolpho II Imp. deinde A. MDCII. Legatio ad Schach Abam Magnum missa, sed quæ tota in itinere interiit, Georgio Tectandro excepto, qui solus ex ea ad Regem venit, factumq; iter descripsit, honorifice postea dimissus & per Legatum ad Cæsarem reductus, qualem Schach Abas antea quoq; A. MDC. ad eundem miserat. Friderici Ducis Holsatiæ ad Regem Schach Sefi & hujus reciproca ad Fridericum Legatio in omnium memoria adhuc est descripta ab *Ad. Oleario.* Ad Fœderatos inæquales seu potius tributarios referentur *Princeps Georgiæ*, de cujus statu

dictum *Hist. Geogr. c. VI. §. II. §. IV.* Et *Princeps Jasquiæ* à Schách AbaMagno Vasalli titulo Regno Persiæ alligatus, qui tamen sub Schach Sefi I. & Schach Aba II. se nexu illo liberare conatus fuit, vario quidem ac sæpe admirabili ab initio, ast ad extremum infelici successu. Vid. hac de re *Tavern. Part. I. Lib. V. c. VII.* Bella quæ gerunt cum M. Mogore ob provinciam Candahor, cum Tataris Usbequiis ob Chorasan suscipiuntur, cum Turcis ob Bagadedum & Irvan plerumq; controversantur, de quo dictum *præc. C. §. XII.* Quibus antehac etiam Vis Persica non parum formidabilis fuit, non tantum ob potentiam Persarum, eorumq; viciniam, sed etiam ob interjecta vastissima deserta, per quæ impedimenta ob defectum pabuli jumentis necessarii duci fere impossibile est. Sed minoris eam nunc habent, ex quo Babyloniam occuparunt opesq; Persicas decrescere sentiunt. Scriptores Belli Turcico Persici jam indicavimus *cit. §. XII. præc. c. X.*

III.

Inter singularia Regni Regumq; Persiæ est: *Prolem Regiam hodiernam. in Gynæceo educari ignaram prorsus conditionis statusq; sui*, neq; successorem Regni ante eximi, quam Regius parens moriatur. Unde fit, ut novi Reges Regno admoti voluptatum potius, quam Regiminis curam habeant, quippe quod tanquam rem novam & sibi prorsus incognitam spectant. Schach Abas Magnus ejus consvetudinis autor fuit, qui motus diffidentia erga liberos Schach Sefi nepotem ac successorem suum primùm sic educari curavit, ac præterea aliquid Opii ipsi quotidie præberi jussit ad obtundendam animi alacritatem, unde & longo tempore ille nulli rei singulari gerendæ aptus fuit. *Inauguratio Regum* paucis ritibus constat *Cinctura Acinacis*, cui cingens addit: Meminerit Majestas Tua, se primùm à me Acinace cinctum fuisse: Impositione deinde Tiaræ Sophorum & solenni ingressu in Regiam. *Absolutam Obedientiam* accuratissime exigi exempla superius commemorata testantur. *Extensis digitis monstrari Regem* amputatione manus punitur, cujusmodi quid Mercatorem Constantinopolitanum in actu tali plane innoxio deprehensum passum fuisse autor est *Tavern. l. sæp. c. c. III. fin. Rege graviter decumbente* solenne est proceribus ingentes opes ad Regiam mittere pro salute Regis, quæ, si convalescit, pauperibus erogantur, si moritur, ærario inferuntur. De mutatione nominum repetitaq; inauguratione V. quæ paulum ante ad vitam hodierni Regis dicta sunt. De Nominibus *Scach* & *Sophi* Vid. *Not. Dign. Diss. II. c. III. & IV.* Inter Scriptores

res Rerum Persicarum sunt Collectum Volumen Scriptorum *de Rebus Persicis Francof. MDCI.* quo etiam plerique quos de Bellis Persicis citavimus, continentur. Tum *Johannis de Laet* Regni Persici Status, *Wilhelmi Schickhardi Tarich*, seu Series Regum Persicorum ab Ardschir Dabekan ad Jadzigerdem à Caliphis expulsum *Tubing. 1628.* Relaciones *de Pedro Texeira* de los Reyes de Persia y de Harmuz. *Antv. 1610. Garcia Silva Figueroa* de Rebus Persarum Epistola Antw. 1620, *Adami Olearii* Persische Reise Beschreibung variis Lingvis nunc edita. Et recentissime *Joh. Bapt. Tavernier. Itinerarii Part. I.*

IV.

Regnum INDICUM inter potentissima Regna Orientis est, atque amplitudine sua Regna *Guzaratæ*, *Decan*, *Delli*, *Multan*, *Labor*, *Kachemir*, *Bengalæ* complectitur, ac præter ea plurimos Tributarios Principes numerat. Tamerlanis tempore à China ad Poloniam usq; se extendit; Post multis modis quidem imminutum, at in eum, quo nunc est, statum reductum fuit à Sultano Akabar, septimo à Tamerlane Successore, Principe armis pariter ac ingenii perspicacitate toto Oriente celeberrimo. Idem divitiis non minus abundat, quarum rationes reddit *Joh. Twist. Descr. Guzurat. c. II.* I. Plenitudinem Thesaurorum ab Antecessoribus ejus congestorum. II. Absolutum ejus in subditos imperium, cum omnia tamdiu possideant, quoad Regi libuerit. III. Immensitatem munerum ab exteris ipsi missorum.

V.

Reges *Magnorum Mogorum* Titulo insigniuntur, de quo dictum *Not. Dign. Diss. II. c. III. §. V.* Autorem familiæ suæ habent *Tamerlanem Magnum*, à quo hoc ordine descenderunt.

I. Tamerlanes Magnus.
II. Miram Schach Filius Tamerlanis.
III. Sultan Muhammed Filius Miram Schach.
IV. Sultan Abusaid-Mirza Filius Muhammedis.
V. Hameth Scheck Filius Abusaidi.
VI. Sultan Babour h. Princeps egregius, Filius Hameth Scheck qui primus tota India potitus fuit. Obiit A. MDXXXII.
VII. Homajon, h. Felix, Filius Sultani Babour denatus A. MDLII.
VIII. Abdul Feta Gelal eddin Muhammed, communiter *Akabar* dictus h. *Magnus*, Filius Hamajoni; Regnavit LIV. Annos obiitq; A. MDCV.

IX. Sultan Selim, alias *Jehanguir Patcha*, h. Imperator Victor. mundi, succesit Parenti *Akabar* mortuus A. MDCXXVII.

X. Sultan Kouram secundo genitus Jehanguiri, *Changehan* dictus, h. Rex mundi. Obiit A. MDCLXVI.

XI. Aureng-Zeb Tertiogenitus Changehani hodiernus Rex, ita dictus quasi *Ornamentum Throni*, Princeps regnandi artium peritissimus, sed quā triste initium Regni fecit dejectione Parentis, cæde Fratris primogenitis *Daracha*, ac Sororis *Begum-Saheba*, exilio *Sultani Sujah* secundogeniti Fratris, captivititate dn. quartogeniti *Mumt Backscha* ac *Solimanni Chekour* Nepotis ex Fratre *Daracha*. Quæ delicta tamen ex eo tempore auctero vitæ genere expiare conatus fuit, dum omni liquore forti, carne, piscibus, ipsoq; pane triticeo in hanc usq; diem abstinuit, solo pane hordeaceo, herbis & conditis contentus: Nullo in lecto etiam, sed in terra decumbit, sola tigridis pelle tectus. Suppeditavit relationem quandam eorum è literis *P. Henrici Roth*. Viri inter Orientales notisimi *Autor Diar. Europ. Contin. XII. p. 153.* quam ex priori hujus scripti editione hic iterato subjicimus, incompletam tamen, quave pleniorem & accuratiorem debemus industriæ diligentisimi *Tavernerii P. II. Lib. II. c. I. II. III. IV. V. VI. VII.* Nomina Propria relationis præsentis quoq; non usque quaq; forte congruent, sed ita fieri solet, dum peregrina describuntur, idemque in veteribus Græcis ac Romanis Scriptoribus, dum illi Persica, Indica & ex Europa nostra Germanica, Gallica, Britannica scripsere, jam dudum eluxit.

Der grosse Mogol verließ nach seinem Todte 4 Söhne/ der erste war Daraxa, den der Vater nebst seinem erstgebohrnen Sohne Sepachschaka zum Successorn im Regiment benennet/ und ihme die Reiche Lachor und Mulor eingeräumet hatte. Der ander Sohn war Schaschian, dem er das Reich Bengala überlassen/ dessen annoch kleiner Sohn Sultan Dundam. Der dritte wurde Aaorangzet genennet/ und hatte keinen Sohn/ diesen machte der Vater zum Könige in Decan. Und dann der Vierdte war Murat Backhs, den der Vater dem Königreiche Guzerat vorsetzte. Als nun der alte Vater Schajahan alle seine Reiche dergestalt eingetheilet sahe/ düncke Ihn/ das Käyserthumb wäre nunmehr wol versehen/ allein als er wieder Gewonheit der Mogorischen Käyser gantzer 4. Tage nicht in öffentliche Versamlung kam/ und sich den gewöhnlichen Sitz-Tagen entzohe/ ist das Gerüchte alsobald in der Stadt Agra und durch das gantze Reich erschol-

erschollen/ der Käyser wäre todt. Wiewol nun sich der erstgeborne Sohn hierwieder legte/ und vorgab/ der Vater sey nur durch eine Kranckheit/ nicht aber durch den Todt/ anhero zu kommen verhindert/ hat mans ihme doch nicht glauben wollen/ sondern die drey Brüder haben ein ansehnlich Kriegs-Heer wieder ihn auffbracht/ und ihn mit solchem im Gefilde vor Agra überwunden und in die Flucht geschlagen/ so/ daß er sich mit seinem Weibe/ Sohne und wenig andern nacher Lachores begeben müssen. Wohin ihm der Vater Elephanten/ Brieffe/ und die Schlüssel zum Schatze geschickt/ welcher sich wol in die 80. Millionen Cronen belauffen/ diesen hat er weggenomen und in die Vestung Rhacher/ welche von denen Christen befestiget war/ verwahret. Ein Jahr hernach hat er 80000. Mann zu Roß/ und 40000. zu Fuß an eben selbigem Orte wieder seine Brüder auffbracht/ aber das Glück ist ihm nicht viel günstiger gewesen als zuvor. Dannenhero als er mit seinem Weibe/ Sohne/ und wenig andern durch die Wildnüssen fliehen wollen/ und ihme die Frau aus Durst und andern Unbeqvemligkeiten auf dem Wege gestorben/ ist er letzlich mit dem Sohne zu einem seiner Vasallen/ den er hiebevor eingesetzet und verordnet hatte/ mit Namen Alhmadta/ gantz erschöpfft kommen: Welcher ihn sehr freundlich auffgenommen. Endlich aber ist er doch noch von einem/ der sich dieserwegen ein gut Trinckgeld eingebildet/ denen Brüdern verrathen worden/ und vor denen Augen alles Volcks sambt dem Sohne (P. Roth hats mit angesehen) erstochen worden. Der Verräther kam (wie man wähnete/ wegen Erhaltung eines guten Præsents) frölich wieder zu denen Seinen. Allein sein Exempel zeigte/ daß die Nemesis keines weges lahm sey/ ob sie gleich zuweiln langsam zur Rache schreite: Dann kurtz hernach ist ihm auff Befehl des Andergebohrnen Sohnes Gut und Blut beraubet worden/ dieweiln er den alten Vater/ den König/ verachtet und gefangen genommen/ sich auch allbereit vor den Käyser halten und schelten liesse. Welches/ als es der Drittgebohrne merckte/ hat er den Viertgebohrnen Murat Backhs mit arglistigen Versprechungen zum Regiment angefrischet/ über den Alcoran schwerende/ er wolte/ wann der Bruder Schaschia aus dem Wege geräumet wäre/ ihme die Regierung abtreten/ und bey des Mahomets Grabe zu Mecha (nach Auffgebung des Reichs) ein Privat-Leben führen. Durch welche Promiß Murat Backhs veranlasset worden/ 4000. Mann dem Bruder zuzuführen/ und nachdem der Andergebohrne

bohrne mit seinem Sohne überwunden/ ist der Sieg diesen Beyden blieben. Der Bruder fordert das Reich / dieser verspricht ihm solches ungehindert einzuräumen / wofern er denen Proceribus des Reichs zu gutem Antritte ein dreytägiges Gastmahl würde anstellen. Wie er solches gesagt/ also geschiehets / und sind auff dieses Gastmahl Ehren halber auch P. Roth und der Niederländische Consul geladen worden. Aber mitten unter diesem Wol-Leben hatte der ietzige Käyser Aaorangzet mit einem grossen Messer dem Murat Backhs und seinem Sohne/ nicht sonder Erstaunen der Geladenen / die Köpffe abschlagen lassen ; Und ist also das Reich ihme/ dem Aaorangzet, mit barbarischer Grausamkeit/ vermittelst unschuldigen Bruder-Bluts/ bestätiget worden.

VI.

Ad singularia Regni Indici referimus: Qvotannis ibi *Festum Ponderis Regii* celebrari: Quod peragitur ponderando Regem Die Natalis ejus, ejusqve tanto major lætitia est, quo Regem isto anno ponderosiorem redditum sentiunt. Peracto Ponderationis ritu à Proceribus muneribus afficitur tam amplis, ut precium ad XXX. milliones Librarum Francicarum facile surgat. Vid. *Tavern. c. IIX.* Bella cum vicinis Principibus Rege Aracan, Golcondæ, Tataris Usbeqviis, & inprimis Regibus Persiæ geruntur, qvibuscum hactenus præcipua ob Candahoram controversia Regibus hisce intercesit. Inter Fœdera extantius illud est, qvod cum Turcis subinde ineunt, tanqvam causam communem secum adversus Persas habentibus : Cæteri ipsorum Fœderati Vasalli potius & Tributarii, qvam æqvalium jurium participes adeoqve veri Fœderati sunt. De Majestate Regum extat *Kircheri* Descriptio Chin. *Lib. II. c. V. In publico Auditorio ea majestate refulgebat, ut pauci ex Monarchis simili forma habitûs, qua Numinis instar radiante Diademate ex auro, Perlis, lapidibusq; inæstimabilis precii se spectandum præbet in sede pari apparatu exornata; In manu globum tenet, qvo se Orbis Dominum summamq; potentiam exprimit : Nudis pedibus more Majorum sedet, qvi à suis sæpe sæpius interdiu precioso liqvore lavantur; Habet & appositum vas precioſum liqvorem continens, qvo æstivo calore aut cæteris temporibus, ubi placuerit, se reficiat.* Et dum porrò è Scriptore *Soc. Jesu Dan. Bartholo* recenset, ut in ejusmodi Majestate comparuerit, dum P. Rudolpho Aqvavivæ aditum concesserit, pergitqve : *Numerus Principum præter XX. Reges suos Vasallos, qvi eum stipabant, non erat.*

rat. Saucenorum more sedebat supra culcitram Holoserico, auroque contextam, de qvâ merito illud dici potest: Omnis Lapis preciosus operimentum ejus: Capitis integumentum erat fascia aureis filis inæstimabilis precii, lapidibus, gemmisq; Indorum more Regum intorta: Vestimentum ad genu usq; protensum auro coruscum, nec non opere Phrygio floribus foliisq; intertextum; Cingulum non dissari ornatu concinnatum, nudis qvidem pedibus, sed femora subtilissima carbaso ad instar byssi variis striis, perlisq; innexis incrispato spectabantur. Ad unum latus acinacis, ad alterum Ephebis, arcubus, pharetris, cæterisq; exoticis armis instructis circumdabatur. Loqventi gemmæ qvasi ex ore, tum ad recordationem eorum qvæ dixerat, tum ad Majestatis magnitudinem demonstrandam decidere videbantur: Verba, quæ dicebat, arrectis auribus ab astantibus magno silentio excepta palimpsesto committebantur. Confer. *Mandelslo Lib. I. cap. XXVIII. & seqq.*

VII.

Inter reliquos Asiæ Reges sunt *Rex Calicuti*, Magnus *Samorin* alias dictus, Rex *Golcondæ*, Reges deinde *Pegu*, *Siam*, *Avæ*, *Tonchin* omnes statu ac fortuna varii. Regna Insularum Archipelagi S. Lazari etiam nativis adhuc gubernantur Regibus; Sed debilioris conditionis ac fine magnis reditibus, ut sunt *Javæ*, *Sumatræ*, *Ternatæ*, *Macassaris*; Europæi enim redituum maximam partem ad se traxeruut, unde parum illis supersest, nisi quod horum benignitate habent.

VIII.

Regnum CHINÆ antiqvissimum perhibetur & ad ipsa tempora Antediluviana pertingens. Vid. *Mart. Martin. Histor. Sin. Dec. I.* Nunc non amplius sui juris, sed Tataris subjectum esse notorium est. Cœpit illa Chinensium infelicitas circa A. MDCXLV. occasione stupratæ à Chinensium Principe Virginis Tataricæ. *Tatari* Conquestores Chinæ *Occidentales* vocantur à Martinio, qui integro Libro Historiam de Bello Tatarico prodidit; Nec Chinenses nisi paucissima loca in extremis Australibus reliqua habent, gens alioqui libertatis amantissima, cujus amore pariter ac desperatione adacti invasionem Formosæ videntur suscepisse. Notabile est ipsos jussos fuisse in signum subjectionis comam, qvam alias prolixam alere solent, resecare, à qva tam alieni hactenus fuere, ut qvidvis subire maluerint, qvam Legi huic se astringere. De hodierni Regis Tatarico-Chinensis splendore ita

Kircherus Chin. Lib. II. c. X. Habitus Regius variis draconibus volucrumq; pennis, nec non inæstimabilis precii gemmis perlisq; exornatus, qva summam Majestatis sibi venerationem & formidinem in animis Subditorum conciliat. Cur vero cuncti ad Regem admissi pendentibus brachiis solio astent, hoc ea de causa fit, qvod nefas esse putant Tartari coram Majestate Regia aut manibus gesticulari, aut pedum motu quidpiam tanta Majestate indignum committere. Hinc statuæ ad instar, ne indignationem ejus ex solitæ ceremoniæ omissione incurrant, immotis pedibus manibusq; superciliisq; in terram demissis assistere consveverunt. De Regum Chinensium cultu autem paulo post hæc scribit: *Rex seu Magnus Monarcha Sinarum ante Tartarorum irruptionem, cum olim in tribunal procedebat, è loco superiore ad ingentem fenestrm, ceu Numen qvoddam se conspiciendum præbebat, Manu eburneam tabulam ad vultum contegendum gestabat, nec non aliam Tabulam dimidio cubito latam, integro longam supra Regium Diadema frontemq;, è qva tabula lapilli summi & inæstimabilis precii ita in fila inducti dependebant, ut frontem ac vultum omni ex parte tegerent, & intuentium oculis etiam præsentem affectata qvadam divinitatis specie subducerent &c.*

IX.

Inter Tatarorum Reges, præter eum qui simul China Tataris occidentalibus imperat, recentia Itineraria commemorant Regem Tanguthi, qvod Regnum Tatariæ amplissimum esse perhibent, Regisqve *Devæ* vocati effigiem ex delineatione P. Joh. Graberi exhibet *Kircher. L. ante cit.* Eidem Regno aliud sui juris adsitum, qvod *Barantolam & Lassam* vocant, in qvo præter eum qvi Regni negociis incumbit, alius residet, qvi *Magni Lamæ* nomine innotuit, h. Magni Sacerdotis: *Is ab omni negociorum mole avulsus intra secretos Palatii sui successus otio indulgens Numinis instar adoratur non solum ab indigenis, sed & omnibus Tatariæ Regibus subditis, suscepta ad eam voluntaria peregrinatione; Hunc veluti Deum verum & vivum, qvem & Patrem æternum & cœlestem vocant, magna munerum, quæ eidem offerre solent, attestatione adorant. Sedet is in obscuro Palatii sui conclavi, auro argentoq; ornato, nec non multiplici ardentium lampadum apparatu illustrato in eminenti loco supra culcitram, cui precioſi tapetes substernuntur; Ad qvem advenæ capitibus humi prostratis advoluti non secus ac summo Pontifici pedes incredibili veneratione oscu-*

lantur,

lantur. Tanta praterea est inter omnes Reges in tota Tartaria autoritatis, ut nullus Rex alicubi inauguretur, qui non prius missi Legatis cum inæstimabilibus muneribus â Magno Lamma benedictionem pro felici Regni auspicio postulet. Kircher. Chin. Lib. II. c. IV. In iisdem tractibus superioribus seculis Magni illi Principes fuerunt, qui communem *Presbyteri Johannis* Titulum tulere, à Gingi Chane postea dejecti: De qvo Vid. id. *Kircher. Lib. II. c. I.*

X.

In Africa Ægypti Regnum fuit Antiqvissimum. Primorum Regum Dynastiæ Vid. ap. *Kirch. Oed. T. I. Synt. I.* Qvibus deletis Persæ Sceptrum ejus capessiverunt; Inde, intercedentibus paucissimis & fere tributariis Persarum, ad Ptolemæos devolutum est & partem Qvartæ Monarchiæ constituit; De qvo alibi pluribus. Expiravit deinde regnante Cleopatra & Provincia Romanorum esse cœpit, ac diviso Romanorum Imperio Græcis paruit usqve ad A. DCCIV. admodum, qvo Ægyptii Regem sibi denuo crearunt è genere Muhammedico, qvem Calipham dixere: A qvo postea & successores ejus hoc nomen accepere usq; ad A. MLIII, qvo Almerico Christiano Hierosolymorum Rege Caliphàm urgente, ille Sultani Syriæ Regis auxilium imploravit, missusq; Sarraco militiæ Dux Christianos qvidem pepulit, sed Calipham simul in vincula conjecit, Regnumq; usurpavit, jubens se in posterum non Regem, sed à Principis sui nomine Sultanum vocari. Sic Sultanorum nomen ibi primo auditum, & postea inter servos, qvi Imperium ad se traxerunt, ac tandem Mameluchos conservatum fuit usq; ad A. MDXVII. qvo in fidem accepto, sed paulo post ab ea recedente Sultano Tommanbajo Selimus Turcarum Imperator Ægyptum iterum in provinciam redegit, Tommanbajum v. Alcairi publice suspendio sustulit. Vid. pl. *P. Martyr. Leg. Bab. L. III. Leunclav. Pand. n. CCVII. & seqq.*

XI.

Cætera Mari Mediterraneo vicina Regna itidē Romanis olim paruerunt: Deinde inclinante Imperio & Mauris, Vandalis ac Gepidis se in Gallias ac Hispanias effundentibus, ab illis postremo infesta sunt; Donec ab Arabibus Muhammedanis Vandali expulsi totaq; Africa exterminati sunt, nomine Christiano cum iis prorsus his in locis abolito. Sub Arabibus postea varia Regna exorta, qvæ mutantibus, ut fit, Principum familiis pariter mutata sunt: Qvo factum est, ut propter tot mutationes nomina antiqva popu-

lorum, Civitatum & oppidorum confusa ac fere obliterata sint, novis subinde dominis nova imponentibus & vetera antiquantibus: Interea magna pars eorum in potestatem Turcicam concesit. *Regni Tunitani* causa ipso hoc anno adhuc inter Muhammedem & Ali Fratres controversatum fuit, Muhammedemq; utpote fortuna inferiorem Fratri cedere oportuit. At *Regna Fessæ & Marocci* in Tingitana sita nomen & dignitatem ad nostra usq; tempora propagarunt. Et *Fessam* ipsam Saraceni *Autam Occidentalem* appellare soliti sunt, quod Muhammedani Imperii quasi altera sedes esset. Imperium eorum Caliphæ aliive Reges externi tenuerunt usq; ad A. MLIII. quo Abul-Texifius Almohavidarum sive Lamptuniorum gentis Princeps exterorum Imperium exosus administrationem rerum susceptit. Inde Abrahamo pronepote Abul-Texifii occiso Abdul-Mumen rerum potitus est ex Ludimagistro primus in Africa Pontifex, & Imperator redditus, Imperiumq; Tripolim usq; protulit. Post Abdulacus è Merina familiâ circa A. MCCX. surrexit & Imperium in posteris suis usq; ac A. MCCCCLXXX. retinuit Sede Regia Fessæ fixa. Ultimum, itidem Abdulacum dictum, Scirifius quidam delevit; Ad quem genus retulere Achmedes & Muhammedes fratres Scirifii, qui Regiam Sedem Marocci fixere, primo Tributum pacti à Muhammede Oatazeno, cujus familia post extinctos Merinenses Fessæ regnavit, mox vero eodem superiores redditi; Et Muhammedes fratre Achmede medio tempore mortuo, instructo bello contra Muh Oatazenum, cujus studiis ante præfectus fuerat, eum subjugavit ac tandem sustulit, quod factum medio præcedentis seculi. Nostro tempore novos motus tractibus istis facessivit *Tafiletta*, Princeps á loco paternæ Jurisdictionis nomen nactus, qui primo fratris deinde nepotis ex fratre malevolentiam immerito expertus, Principi sui juris, sed Religione Judæo in vicinia se protegendum commisit, mox vero eundem non sine ingrati hospitis nota delendum curavit; Demum arma in vicinos sumsit ipsumq; *Gaylandum* tunc locis istis latissime imperantem superavit, Imperiumq; ejus sibi subjecit. Qua de re videnda pluribus *Relatio Residentis Anglici in App. Diar. Eur. Cont. XIX.* De cæteris *Thuanus Hist. L. VII. init.* Omni causa inter Mauros & Hispanos sæpe litigatum: Quod æque ac alia vicina loca ab Europæis teneri quantopere ipsorum interfit dictum *c. I. §. II. n. 6.*

XII.

Christiani *Æthiopiæ Reges* magnam partem Africæ Mediterraneæ tenent;

nent; Et receptis gentis suæ traditionibus ad Sapientissimum Judæorum Regem Salomonem genus suum referunt: Maquedam Sabæ Reginam conceptum è Salomone filium in itinere peperisse, quem *Melech* vocari curaverit; Hunc deinde adultum ad Salomonem missum nomen Davidis accepisse ac Regem consecratum ad matrem rediisse, quæ imperium ei statim detulerit, antiquato simul more, qui antea apud Æthiopes invaluerat, ut solis fœminis jus regnandi competeret. Sic in hæc usque tempora Regnum Æthiopum recta linea à parentibus in filios translatum perdurasse: Ipsaq; ministeria, quæ Salomon filio isti suo Davidi ad Aulam suam gubernandam ordinaverit eodem ordine, iisdemq; in familiis conservata esse, nec aulica ministeria ex alia stirpe deligi ipsi Imperatori fas esse. V. *Dam. à Goes de Mor. Æth.* Hinc porro inter primos qui Christo nomen dederint se collocant. *Et alii quidem* Philippum *Apostolum, ut* Zaga Zabo, *alii* Matthæum; *alij, ut* Hieron. Iren. Cyrill. *Eunuchum Reginæ Candacis* [*commune hoc Reginarum fuisse nomen, ex* Plinio *patet*] *primum statuunt Evangelistam. Solus* Scaliger *Christianismi Æthiopici incunabula ad annum Justiniani 15. refert; quod & ex* Cedren. Baron. *habet, ad A. Christ. 543. quod tamen vel de Æthiopiæ* (*quod multis etiam hodie constat regnis, Hispanicis haut dissimilibus*) *parte, vel restauratione aliqua intelligi debet. Censemus enim* initium *Christianismi Lacasæ* (*hoc erat Reginæ, de qua* Act. 8. *nomen*) Incrementa *Abrahamo & Azba fratribus;* Κορυφὴν *Nalko & sequentibus aliquot deberi; prout* Zara-Jacobo *imperante, Regni res, id est, politicæ fuerunt florentissimæ. Æthiopes præterea iis polluere viribus, ut soli causam Christianorum contra Muhammedanos cum successu egerint. Insigne exemplum occurrit* Hist. Sarac. Elmac. pag. 83. *in Cyrenio* (Girgasum *Regem Æthiopiæ fuisse, conjicit Nobil.* Ludolfus) *qui centies mille equitibus nigris, cum centies mille equis nigris, rem Christianam ita juvit, ut clementius Christiani per Ægyptum fuerint tractati: Aliud exemplum egregii Christianorum vindicis habet* Pocock. *in Spec. pag. 63. Inclinantem amplissimi Imperii Statum superius vidit Seculum. Cum enim* Liban Dinghil, *qui & eodem sensu* Atana Dinghil *vocatur, &* David, *&* Wanag-Sagghèd, *&* Jakua-Sagghed *i. e.* gemma veneranda (*quod proinde* Johannes Precios*us, in Zaga Zabo Confessione redditur,*) *à Granio, Rege Adel, Imperio suo penè fuisset exutus, Legationem ad Europæos meditatus est, quæ etiam in Lusitania feliciter successit. Emanuel quippe*

Rex eam & admisit, & remisit; periclitantemque aliquot cohortibus Regem, Filium Claudium qui Anno 1540. rerum potitus est, ita juvit, ut à rebelli subdito liberatus restitueretur, in Damotum antea regnum ultra Nili fontes, subductus. Quæ quidem occasio fuit, editæ non modò apud Lusitanos Legati Patris; sed ipsius etiam Filii Claudii Confessionis; Verisimile enim omnino est, utramq;, vel alteram saltem, ipsius Regis, in Lusitanorum gratiam, jussu fuisse scriptam, ne Judaismi suspicio fraudi illis esset, orta ex circumcisione, abstinentia carnis suillæ, &c. Unde idem Claudius, *qui Granium vicit, pacemque Æthiopibus restituit, Lusitanis auxiliatoribus agros distribuit, relicto religionis exercitio libero: Qua ratione & Patribus Societatis in Æthiopiam patuit aditus, Æthiopibus aliquandiu non multum molestis, donec initio hujus Seculi* Susneus, *Basilidis Filius,* Minnæ *Regis Nepos, cæso cum liberis Rege Jacobo, Regnum occupavit. Tum demum Regis aucupati gratiam, eidem persvaserunt, ut nova Religione novum regnum stabiliret, quod & factum est. Unde passim ritus Ecclesiæ Romanæ, non sine magna plebis reluctatione, fuerunt introducti. Basilides verò filius, qui Anno 1632. successit, pristinam Religionem, Metropolita, secundum priscum morem ex Ægypto, à Patriarcha Alexandrino, petito restituit. Hottinger. Topogr. Eccl. C. III. n. VII.* De *Presbyteri Johannis* nomine actum *Not. Dign. Diss. II. c. III. §. VI.* Cur *Magni Negus,* item *Beldigiani* Titulum gerant, *ibidem.* Catalogum Regum Æthiopiæ omnium Vid. juxta *Dam. à Goes in T. II. Script. Hispaniæ.* In Statu Regio singularia notantur: Regem fixam Aulæ sedem non habere, nec plus triduo uno in loco commorari: Cujus rationem petunt à numeroso comitatu, quo instruitur. Nec prolem Regiam in comitatu Regis esse, sed seorsim educari in Monte Amara, ne oneri sit Subditis, aut seditionibus ciendis occasionem præbeat. In ritibus cibum capiendi peculiare est, tres patinas simul cibo apponi, unam piris, inquibus dissectis forma crucis apparet, alteram igni, tertiam cinere instructam: Quarum hac mortis, illa inferni, ista Redemptionis memoriam sibi ad animum revocari cupiunt. Plura Vid. apud *le Blanc. Itiner. Part.* II. *cap. VI. VII. & seqq.* Add. *Nicol. Godignus* de Mor. Æthiopum: *Historia* Ecclesiastica, Politica, Natural y Moral de los grandes, y remotos Reynos de la Etiopia, *Por Luys de Vretta, Valenc. 1610.*

XIII. Ab

XIII.

Ab Itinerariis celebratur & trans Æthiopiam Rex potentisſimus, qvem *Magni Tabaqvi & Tabachi* nomine ab Incolis ſalutari, ab Exteris *Monomotapam & Benemotapam vocari ſcribunt*; Et Regnum ejus terminari Mari Æthiopico, Indico, Promontorio Bonæ Spei, ipſaq; extrema Æthiopia: Sedem Regiam *Zangibare* eſſe urbe amplisſima; Cuſtodiri fœminarum ſatellitio, velut inſtar Amazonum armatarum: Qvod mollitiæ genus non uno in loco Aſiæ etiam receptum eſt: A Subditis efflictim amari, adeo ut vitam æternam ſe obtenturos confidant, ſi moriantur pro eo: Religione profiteri Gentilismum; Juſtitiam vero hoc rigore colere, ut carceribus locum haut relinqvat, ſed auditos exemplo & ſententia, & executione ejusdem dimittere. Vid. *Le Blanc. p. II. Itin. c. IV.*

CAP.

CAPUT XII.
DE
REPUBLICA VENETORUM.

I. *Scriptores Rerum Venetarum.*
II. *Prima Reip. fundamenta, Carmen Sannazarii, Incrementa Reipubl. Fundamenta Libertatis allegari solita.*
III. *Dux, Senatus, Nobiles: Cur Clerici Rep. excludantur? Nobiles Honorarii, Thesauri Reip.*
IV. *Jurisdictio Reipubl. Ritus despondendi Mare Adriaticum. Insulæ Venetorum in Mari Mediterraneo: Cypri occupatio & amissio.*
V. *Certamen cum Genuensibus: Dissidium cum Pontifice M. Novissimorum PP. M. animus erga Venetos.*
VI. *Patriarcha ipsorum, S. Marcus Tutelaris: Cur exteris officia militaria concedantur.*

I.

INter Scriptores Rerum Venetarum sunt: *Caspar Contarenus* Cardinalis de Magistratibus & Republica Venetorum Libris V. *Gverinus Piso Soacius JCtus* de Romanorũ & Venetorum Magistratuum inter se Comparatione Ed. cum Contareno. *Donati Jannotii Dialogi* de Rep. Veneta cum Notis *Nicol. Crassi*: *Marcus Antoninus Sabellicus* de Gestis Venetorum, Libri XXXIII. Judicium de eo habes in *Jannotii Dialogis pag. 17.* Sed excusatur à *Nicol. Crasso*: Eum tradidisse qvidem qvam plurima à veritate disjuncta, non qvidem dedita opera, sed qvia natus alieno solo & ab iis monumentis destitutus esset, à qvibus veritas emi solet. *Petri Justiniani* Historiæ Venetæ Libri XIII. *Andreæ Mauroceni* Historia Veneta ab An. MDXXI.

MDXXI. ad A. MDCXVI *Franciscus Sansovinus*, *Thomas de Fougasses*, *Andreas Dandulus*, *Joh. Bapt. Egnatius*, *Petr. Marcellus*, *Moscenicus*, *Flav. Blondus Forolivienſis*, *Petr. Bembus. Paulus Paruta* Rerum ſeriem ab obitu Julii P. R. ad A. MCLII. Italice exhibuit, Anglice reddidit *Henricus Comes Monmuthenſis*, Icones omnium Reip. Venetæ Principum usque ad Dominicum Contarenum extant cum Elogiis *Leonis Matinæ Monachi Caſinatis*. Adde *T. III. Goldaſti* de Mon. S. R. I. quo Res Eccleſiaſticæ Venetorum hujus ſeculi tractantur.

II.

Prima Venetiarum Fundamenta jacta ſunt, cum Atilæ metu Itali Maris Adriatici Accolæ in Inſulas ſe reciperent: Quæ ipſa cauſa & extructæ Norimbergæ fuit, Germanis eam contra Atilam in defenſionem ſui munientibus. Urbis Encomium à Sannazario conditum paſſim circumfertur:

Viderat Adriacis Venetam Neptunus in undis
Stare Urbem & toti ponere jura ſolo.
Nunc mihi Tarpejas quantumvis Jupiter arces
Objice & illa Tui mœnia Martis, ait:
Si pelago Tiberim præfers, Urbem aſpice utrumvis,
Illam homines dicas, hanc poſuiſſe Deos.

Eos tantopere placuiſſe Senatui, ut pro ſingulis centenos Aureos Sannazario dono dederit teſtatur *Joh. Bapt Criſpus in Vit. Sannazarij*; Vid. *Merul. Deſcr. Ital. f. 1052.* Adde *Lanſ. Or. contr. Gall. init.* Simileque, ſi non majus precium apud hodiernum Regem Galliæ meruerunt, qui de Lupara circumferuntur, citati à Nobis ſuperius *P. I. cap. IIX. Sect. II. §. III.* Potentia ipſorum maxime crevit fœdere cum Balduino primum Comite Flandriæ, poſt Imp. Conſtantinopolitano inito. Quia enim Alexius Comnenus Iſaacij Imp. quem Alexius Angelus Imperio & oculis privaverat, filius ad Venetos confugerat & ab iisdem ſimul Francis ac Belgis occupata Conſtantinopoli in imperium reſtitutus, mox verò iterum à Murtzuphlo uno è proceribus obtruncatus fuerat, ideo Franci ac Veneti novis ſe devincientes fœderibus in hæc pacta ivere, ut quicquid eſſet ſociis armis acquiſitum, æquo jure divideretur. Occupata itaq; de novo Conſtantinopoli Balduino Comiti Imperatoria dignitas delata, Venetis vero omnes Maris Ægæi ac Jonii Inſulæ & in iis Candia, quam Alexius olim ab Inſulanis ſponte obla-

tam Bonifacio affini suo ex Montisferrati Marchionibus cesserat, submissæ. Vid. *Boxhorn.* H. *V. p. 751.*

Libertatis fundamenta in transactione Caroli M. cum Irene Imperatrice Orientali ponit Sigonius Hist. L. IV. eaque cautum tradit inter alia capitula, ut Veneti suis uterentur LL. liberè & neutri censerentur subjecti esse: Alii Venetos privilegio quodam Cæsareo libertatem & exemptionem obtinuisse dicunt ex Alberico à Rosate in *L. cunctos populos C. de SS. Trinitat.* Ubi scribit: Ego vidi Privilegium, concessum Duci & Civitati Venetiarum, Bullatum Bulla Aurea.

III.

Caput Reip. *Dux* est, lingva ipsorum *Doge*, cui Titulus datur perinde ac Reip. Serenissimi ac Celsissimi, idque ratione trium Regnorum *Cypri, Dalmatiæ & Candiæ.* Nomine ipsius mandata emittuntur, numi cuduntur &c. residua nihilominus penes Senatores integra rerum gerendarum potestate, adeo ut solus nihil efficere valeat. Peculiare ipsius insigne est Galerus Ducalis pyropo fulgentissimo conspicuus & longiusculè acuminatus ac in tempora modice flexilis, quem tempore inaugurationis in saxo mediocris eminentiæ, quod Gigantum scalas nominant, capiti indunt. Vid. *Thuld. ad Inaugur. Bertucii Valerij A. MDCLVI.* Digitas electicia est, rarique fortunæ beneficii in loco habitum, cum Laurentio Priulo Fratter Hieronymus succederet, quippe in Rep. in qua summopere cavetur, ne dignitates potius Jure hereditario, quam virtute ac meritis concedi videantur. Sed id Virtutum Hieronymi opinioni tributum est, quæ tantum apud Senatum valuit, ut ab eo exemplum Reip. perniciosum incipere non posse creditum sit. *Thuan. L. XXIII. ad A. MDLIX.*

Senatum absolvunt CXX. Senatores, è quibus sexaginta ordinarii, sexaginta *della Gionta* appellantur. Hi pacis belliquetempora constituunt, pecuniam à Republ. exigunt, nova tributa imperandi, eligendi oratores ad exteros Principes jus habent, &c. De quibus ac reliquo Venetorum Magistratu Vid. *Donat. Jannot. citt. Dial. de Republ. Venet.* In universum autem Ecclesiasticos ab omni participatione Regiminis sui excludunt, cujus rationem reddit Bodinus, ne Reipublicæ arcana prodantur, cum, qui sacris initiati sunt, nihil contra Pontificis Maximi utilitates facturi putentur. *De Republ. Lib. III. Cap. I.* Unde & Hermolaum Barbarum exilio damnarunt, quod Legatus ad Papam in Collegium Cardinalium recipi

cipi passus fuisset. Add. *Trut. Stat Europ. p. 126.* Inter paucissimos Fr. Paulus Sarpius Servita Elogium Consiliarii Reip. emeruit, cum Pauli V. P. M. sinistris in Remp. Consiliis sese prudentissime pariter ac erudite opposuisset. Cæterum Senatui adjungitur Consilium magnum Patriciorum seu Nobilium, quos pro re nata augere amant, quemadmodum urgente necessitate Belli Turcici aliquot Pisanorum soluto precio MM. Aureorum in numerum suum recepere, eandemque libertatem & aliis permiserunt. Inter Cives Honorarios ante aliqvot annos assumsere Joh. Fridericum Ducem Brunsvicensem & ante hac Ferdinandum IV. Regem Romanorum. Thesauri Ærarii ipsorum celeberrimi sunt; Sed qvibus Legatus Hispanicus aliquando objecit, eos radicibus destitui, cum Thesauri Regis sui è radicibus Americanis incrementa attraherent.

IV.

Ditiones ipsorum terrestres sunt *Marchia Trevisana*, *Forum Julii*, *Istriæ* & *Lombardiæ Transpadanæ* pars, deniq; & Regnum Dalmatiæ. Inter Marina est. 1. Ipsum Mare Adriaticum, quod Dux Festo Ascensionis Domini vel Dominicâ seqvenți, quemadmodum A. MDC. LXVII. factum fuit, injecto Anulo Reip. despondet navi vectus, quam Bucentaurum, *Bucintoro*, vocant, quam simul aliis ad hoc negocium pertinentibus ritibus ita describit *Petr. Justin. L. XIV.* Est navigium maximum atq; ornatissimum. Nam structura ejus sublimis columellisq; freqventioribus culta auroq; ad proram à puppi præfulgida, hospitesq; insignes, aliiq; eminentioris fortunæ viri, qui ad urbem veniunt, ea navigii machina à Principe & Patribus officii gratia excipiuntur: Ducale solium in frontispicio, superiori tabulato collocatum, ubi Princeps inter legatos, consiliariosq; medius sublimis residet, & circum per subsellia summus ille Patrum Ordo majestatis, & silentii plenus. In inferiori autem tabulato remiges navigium tonsis agunt, & remulco interdum, dum aquæ in contrarium fluunt, tanta moles trahitur, publicumq; erigitur vexillum, & juxta illud Principis auratum scutum; summitasq; Bucentauri holosericum, purpureumque habet opertorium, funibus alligatum, ne ventus rapiat. Ad proram positum est Justitiæ simulacrum auro fulgens, cujus dextra nudum ensem, læva autem æquilibrium tenet; rostrumq; insigne prominet, ut navigii forma conspectior sit. Dicta Bucentaurus, à *Bu*, quod magnum aliquid significat, & à *Centauro*, antiqvo navium insigni. Alii Ducentaurum appellatam volunt,

volunt, quasi ducentorum hominum navigium capax, sive à Duce, qvo ille republice vehitur. Institutio hujus machinæ primum facta fertur anno reparatæ salutis MCCCXI. Alii altius originem indagant, nempe A. MCLXXVII. in adventu Imperatoris Federici Ænobarbi, seu Barbarossæ, cum ille, pro componenda pace cum Pontifice Alexandro III. Senatusq; Venetias accessit. Hic Imperator Pontificem odio Vatiniano insectatus, abire Romam, Venetiasque petere, tanquam ad asylum tutum coëgit. Indeque in Venetos classem duce Ottone filio immisit, qui à Venetis debellatus, captus & ad patrem remissus ab eo impetravit, ut Venetias concederet de pace acturus, quod feliciter factum, Pontifexque in integrum restitutus pietate & virtute Venetorum. Quibus, ut Pontifex paria faceret, præter plurima alia privilegia Veneto Senatui concessa, gratulabundus Principi annulum porrexit aureum, dicens, *Ziane Dux accipe, & me authore hoc mare tibi Venetisq; armis obnoxium desponsato, quod tu & futuri Principes quotannis stato die in perpetuum servabitis, ut omnis posteritas memoriâ repetitâ intelligat, maris possessionem patriâ virtute ac navali disciplinâ vestram esse jure belli quandoq; factam atque ut uxorem viro, ita illud desponsationis annuæ munere vestro subjacere Imperio.* Hocque factum ferunt solenni die Ascensionis Domini; ideo qvotannis hæc celebritas eodem die, magno hominum & Principum concursu conlebratur. Princeps enim cum Principum legatis, Senatuq; purpurato, vectus Bucentauro, annulum aureum à Patriarcha consecratum è puppi in undas projicit (aqua lustrali prius solenni ritu in mare profusa) dicens: Desponsamus te Mare in signum veri, perpetuiq; Imperii. Ad hæc serta florea Principi, Senatuique Veneto boni ominis & lætitiæ gratia imperti-untur.

Insulæ Venetorum sunt *Corfu seu Corcyra*, Cephalonia, Zante seu Zacynthus à præfecto, qvi Nobilis Venetus est, gubernatæ. In Mari Mediterraneo partes *Candiæ* adhuc retinent *Sudam, Spinam longam & Carabusam* cum districtibus mediocris amplitudinis. *Cyprum* etiam totis centum annis tenuerunt: Cum primum Jacobus Cypri Rex, ut in Regno suo tutior esset, eorum Societate se munivisset, eumq; in finem Catharinam M. Cornelii Senatoris Veneti filiam in Uxorem duxisset, qvam & Senatus in filiam adoptaverat aditum sibi ad Cyprum ita paraturus. Sic namqve Rege

Rege paulo post mortuo, Vidua nata prole posthuma, sed mox defuncta, in Tutelam Senatus Veneti concesſit, qvi eam qvoqve ab inteſtinis procerum motibus liberavit. Sed cum autoritate ſua totis XV. annis protexisſent, Ferdinandus Neapolitanus vero, ut ampla illius Regni posſesſione potiretur, Fœminam variis artibus ad nuptias pellceret, atq; haud obſcure Turcarum inſidiæ, Syriæ qvoqve Regis finitimæ vires ac potentia ſuſpecta eſſent, Georgio Cornelio Reginæ Fratri negotium à Senatu datum in Cyprum proficiſcendi, ſororemqve perſvadendi, ut Reipublicæ Regni procuratione relicta in patriam reverteretur. Id cum Georgius perfeciſſet, Claſſis Præfectus ac Legati in Tamaſſi oppidi foro, jubente ac inſpectante Regina, D. Marci Reip. Tutelaris vexilla erexere, Cypriumqve Regnum in provinciam redactum; Et Catharinam Venetias adventantem Senatus ac omnium Civitatis ordines incredibili lætitia excepere, eiqve Aſculum Oppidum in Tauriſanis Collibus dono datum, qvinaqve Aureorum millia in annos ſingulos conſtituta. *Maurocen. Hiſtor. Venet. L. IX. Juſtinian. Lib. IX.* Contigerunt hæc circa A. MCCCCLXX. Turca vero circa An. MDLXX. id ipſis iterum eripuit cauſatus penes ſe eſſe poteſtatem Regni occupandi qvandocunqve vellet, qvia jam ante Regnum Cypri Sultanis Ægypti tributarium fuerit, Resp. etiam Majoribus ſuis Tributum ſolverit; Nunc vero ſibi non amplius integrum eſſe pro exiguo pretio id, qvod ſuum eſſet, *alii* relinqvere.

Deniqve & in Archipelago Inſulas *Cerigo & Tino* fortalitiis munitas tenent. Cæteras, præter eas, qvas Turca munivit, *Tenedum* nempe, *Lemnum*, *Metellino*, *Scio*, *Negroponte*, *Lango & Rhodum*, communi cum Turca Imperio fere dividunt, Tributumqve CLM. Aureorum circiter qvotannis ab illis exigunt: Turca interim ſui non qvidem oblito, prærogativam tamen Venetis relinqvente, qvippe qvos potentia nautica ſe ſuperiores eſſe ſentit.

V.

Negotia Venetorum cum Turcis antea exhibuimus. Hoſtes antiqvos habuere Genuenſes, cum qvibus de Dominio Maris olim controverſati fuerunt, ſed illi imperio Maris jam exuti mercaturam tantum exercent, procul armorum exercitio; Uſiq; ſunt hac in re Veneti primum recens tunc

inventis bombardis, qvas qvia, & ſtrepitu & effectu horribiles ſenſere Genuenſes, manus dedere & ſuperati ſunt. De fœdere Cameracenſi, qvod Venetam Rempubl. graviſſime afflixit agit *Hornius num. IX.* Bellum ultimum cum Auſtriacis geſtum fuit A. MDCXVI. ſed paulo poſt finitum. Controverſia qvam initio hujus ſeculi cum Sede Romana habuerunt, cauſa hac nitebatur, qvia è decretis Venetorum erat 1. de non alienandis bonis immobilibus per ſubditos Laicos in perſonas Eccleſiaſticas absqve Principis licentia. 2. De non ædificandis Eccleſiis aut monaſteriis eodem Principe inconſulto. 3. De facultate judicandi & puniendi Clericos in gravibus & atrocibus delictis. Hujus etiam vigore A. MDCV. Abbatem qvendam & Canonicum enormium ſcandalorum reos Venetias abduci & in carceres dari curaverant. Horum itaqve occaſione Pontifex M. Paulus V. eos excommunicavit An. MDCVI. 17. April. Sed Veneti rem vili pendentes Bullam Pontificis injuſtam & plane nullam eſſe per omnes ditiones ſuas promulgabant, & Sacra ſua toto diſſidii tempore, ſecure & ſolenniter peragebant, eaqve res tandem temporius interveniente Rege Galliæ & Pontifice ſaniora conſilia capiente amice compoſita fuit. Vid. hac de re *Tom. III. Goldaſt. de Monarchia Sacr. Rom. Imper.* & in eo cumprimis Patris Pauli Veneti conſiderationes Cenſurarum Pauli V. Pontificis. Adde *Thuanum L. CXXXVII. Trutinam Statuum Eur. de Paulo V. & Venetis.* Ex eoque Pontifices etiam mitius in eos conſuluere, niſi qvod Urbanus VIII. è Barbarinorum gente Princeps, in Venetorum odium inſcriptionem lucu-lentiſimam, qva Venetorum erga Sanctam Romanam ſedem merita in Regiæ Aulæ pariete depicta legebantur, obliterandam obducendamq; curavit. Innocentius X. enim, ubi primum ad Pontificatus M gubernacula admotus eſt, eam Venetorum ignominiam omnem delevit, juſſa reſtitui inſcriptione iſta prius qvam ipſa prima Cardinalium Comitia haberet. Alexander VII. deinde & Clemens IX. magno in pretio eos hactenus habuere neq; dubitavere ipſos milite & claſſe contra Turcas inſtructos reddere: Hinc & Alexandro VII. gratificati fuerunt, & A. MDCLVII. Jeſuitas de novo admiſerunt, qvi alias durante diſſidio inter ipſos & Paulum V. perpetuo exeſſe juſſi fuerant. Qvia enim iſto tempore Antonius Poſſevinus & Claudius Aqvaviva Generalis imperarant, ut cenſuris obedirent, in ſuſpicionem venere, qvod cæteros qvoqve ad defectionem incitaturi eſſent.

VI. Pa-

VI.

Patriarcham habent, qvi supremum in ditione ipsorum in rebus Sacris caput est. qvem & *Patriarcham de Grado* appellant In qvam dignitatem evectus fuit à Pontifice M. Eugenio *An. MCCCLIV.* Divus Tutelaris ipsorum est S. Marcus Evangelista, cui & celeberrimam Ecclesiam consecrarunt, insignia ejus etiam assumsere, Leonem nempe alatum eidemqve publicis in locis freqventissimum elogium hoc destinarunt: *Pax tibi Marce Evangelista.* Ab eo præterea peculiarem Militiam s. Ordinem Eqvestrem instituere, cujus membra vocantur *Eqvites S. Marci.* Militiæ terrestri externum præficiunt, vel neqvis civium militaribus copiis instructus plus possit, qvam conditio æqvalitatis patitur, vel qvia dum in rebus maritimis versantur, militiæ terrestri se minus aptos putant.



Index Capitum.

HISTORIÆ GEOGRAPHICÆ.

Cap. I. PRÆCOGNITA GEOGRAPHICA. Pag. 1.
Cap. II. HISTORIA VENTORUM. pag. 16.
Cap. III. HYDROGRAPHIA. pag. 23.
Pars I. Historia Marium. pag. 23.
Pars II. Historia Fretorum. pag. 35.
Pars III. Historia Portuum. pag. 43.
Pars IV. Historia Fluviorum, Lacuum, Fontium, &c. pag. 60.
Cap. IV. GEOCOSMI DIVISIO. pag. 101.
Cap. V. HISTORIA INSULARUM. pag. 106.
Cap. VI. HISTOR. PARTIUM CONTINENTIS. p. 155.
Pars I. De Regionibus Europæ. pag. 155.
Pars II. De Regionibus Asiæ. pag. 230.
Pars III. De Regionibus Africæ & Americæ. p. 266.
Cap. VII. HISTORIA NATURALIUM PARTIUM MINORUM CONTINENTIS. pag. 279.
Cap. IIX. DE PARTIBUS ORBIS HUMANA INDUSTRIA FORMATIS. pag. 313.
Pars I. Historia Antiqvitatum. pag. 313.
Pars II. Catalogus Urbium. pag. 329.
Cap. IX. DE INCOLIS ORBIS. pag. 345.
Pars I. De Origine & migrationibus Gentium. p. 345.
Pars II. CHARACTERES EXTERNI GENTIUM. p. 355.
Pars III. De Lingvis. pag. 375.
Pars IV. De Moribus variarum Gentium. pag. 394.
Cap. X. DE COMMERCIIS. pag. 417.

INDEX CAPITUM.

HISTORIÆ CIVILIS.

Cap. I. DE REGNO HISPANIÆ. Pag.435.
Cap. II. HISTOR. REGNI PORTUGALLIÆ. pag.470.
Cap. III. DE REGNO GALLIÆ. pag.481.
Cap. IV. DE REGNO ANGLIÆ. pag.553.
Cap. V. DE REGNO DANIÆ. pag.606.
Cap. VI. DE REGNO SVEDIÆ. pag. 625.
Cap. VII. HISTORIA IMPERII RUSSICI. pag. 661.
Cap. IIX. DE REGNO POLONIÆ. pag. 675.
Cap. IX. DE REGNO BOHEM. & HUNGARIÆ. p.703.
Cap. X. DE IMPERIO TURCICO. pag.717.
Cap. XI. DE REGIBUS ASIÆ & AFRICÆ. pag.747.
Gap. XII. DE REPUBLICA VENETORUM. pag.768.

Index Rerum.

Secundum Numerum paginarum.

A.

Aa *Fl.* *pag. 66.*

Schach Abæ I. *Vita ac mores. 753. Severitatis exempla ejus & rationes.* ib. *Privatum habitum sæpe induit, ut causas Subditorum cognosceret.* ib. *Noluit peregrinationes Meccanas è Regno suo amplius fieri.* ib. *Voluit in loco incognito sepeliri.* ib.

Schach Abæ II. *Vita ac mores. 754 Vini amor.* ib. *Severitas puniendi.* ib. *Curavit tres Concubinas suas interfici, quia abnuerant vinum bibere.* ib.

Abdicationis *Principum causæ.* *682.*

Abelis *prisci Daniæ Regis tumultus nocturni.* *617.*

Abo *Urbs primaria Finlandiæ.* *215.*

Pisces Abrahæ. *253.*

Abrolhos. *153.*

Abysini Vid. *Æthiopes.*

Academia *Gallica.* *389.*

Achates Viennensis. *433.*

Achini *Regnum.* *143.*

Acidulæ. *100.*

Adamantes. *433.* Florentinus. *ibid.*

Adrianopolis. *228.*

Adulterium *Solis & Lunæ.* *16.*

Cur Ædificia nostra Occidentalis latere suo citius ruinam sentiant? *p 21.*

Ægypti *nomen ac divisio. 266. Terra Cham dicta. 346. Fœcunditas.* *267.*

267. Pluviis caret. 267. Quovis septennio peste afflicta. 358. Imperio Turcico adjecta. 703.

Æta *Hispanica 469. Russica. 672.*

Aeris *in Hispania penetrans acrimonia. 158. Item in Agro Romano 158. & 159. Aeris puritas Madriti. 101. Ispahanæ in Persia.* ib. *& 256. Aer peregrinis in Hungaria insalubris est.* 226.

Ærifodinæ. 311.

Ferri in Æs transmutatio. 226.

Æthiopia *Orientalis. 77. Occidentalis. 271. De Nigroris Æthiopum causis. 374. Æthiopiæ Reges. 764. Eorum singularis ritus cibum capiendi. 766. Titulus Æthiopiæ Regum. 271. Lingua Æthiopica. 282. Scripturæ ejus singularia.* 389.

Ætna *mons 301. Horribile ejus incendium Anno 1669.* ibid.

Africæ *Longitudo, Latitudo, Limites. 103. Regiones. 270. Fertilitas. 273.*

Africani *cur peregrinantibus infesti. 272. Ingenia eorum servilia.* 396.

Agra *Regia Indiæ.* 258.

Agnus *Scythicus.* 219.

Agricultura *apud Svedos. 215. Apud Russos. 219.*

Aix la Chapelle *Aquisgranum. 174.* Aix le Baing *Aquæ Sextiæ* ib.

Akerman *Urbs.* 230.

Alamodica *varietas vestium.* 404.

Alba Julia. 227.

Albania. 228.

Albis *Fluvii origo, ostia & urbes adsitæ. 63. Fons Albus ejus in Monte Giganteo. 290. Phialæ Albis.* 291.

Albuquerqvii *Vice Regis Portugallorum in India singularia facta.* 479. & 32.

Albus *color in Gallia color Regius.* 549.

Aleppo. *232. Ejus communio cum Alexandretta.* 52.

Alexandretta. 52.

Alexandria. 53.

Alexandri VI. *P. M. Bulla Donationis Americæ. 440. Ejus consilia si successissent, Orbi noxia futura fuissent.* 493. 666.

Alexius *Michalowitz Czarius Russiæ*

Algar-

Algarbia. 159. & 160. *Ejus insigne.* 479.
Algezira. 160.
Alhambra Arx Regia Granadæ. 160.
Allebreti Ducatus. 173.
Aloes proventus. 141. 430.
Alpium partes variæ. 228. *Iis plenas juga Europæ originem debent.* ib. *Sunt Hydrophylacium Europæ.* 60. *Maximiliani I. periculum in Alpibus Tirolensibus.* 282.
Alphonsus Regiæ Dignitatis in Portugallia autor. 471. *Ejusdem piæ fraudes.* ib.
Alphonsi VI. exautoratio. 474. *Ubi cœperit.* 159.
Alphonsi Regis Astronomia celebris sedes. 161.
Alsatia. 182. *Regi Galliæ cessa.* 485.
Alsen Insf. 130.
Altenburgum Germaniæ. 201. *Transsilvaniæ.* 227.
Aluta Fl. 72.
Amack Insf. 128.
Amakau Insula Ambræ Grisææ ferax. 143. 430.
Amali veterum Germanorum. 29.
Amboina. 145.
Ambra Grisea qvibus locis proveniat? 430. *Chinenses ea maximè delectantur.* 430.
Americæ Longitudo, Latitudo, Limites. 104. *De Americæ Australis Latitudine controversia inter Hispanos & Portugallos.* 12. *Cur India Occidentalis dicta?* 274. *De ejus Inventore varia.* 274. *An inventio ejus Europæ expediat.* 274. *Regiones Americæ.* 275. *Americanorum origo* 347. *An Americanis ob Antropophagiam bellum inferri potuerit?* 409. & 410. *Americani Hispaniæ Regi subjecti* 439. *An titulo Donationis Pontificis tales reddi potuerint?* 443. & 444.
Amisius Fl. 63.
Amores Regum Galliæ. 505.
Amphitheatrum Dovæum. 320.
Ampulla Remensis V. Remi.
Anatolia. 230. 231.
Anæ Fl. ortus & ostia. 70. *An sub Terra condatur?* ib.

Ancona Portus commoditas. 51. Ancona Scaniæ. 214.
Andaluſia Hiſpanica. 160. Andaluzia Nova. 275.
Andegavum Vid. Anjou.
Anderſchowa Arx. 128.
Pacta Andreſckowenſia. 668.
Andes maximi montes totius mundi. 299. Auri argentiq; fœcisſimi. 432.
& 300. Sunt Hydrophylacium Americæ. 60.
Andlo Abbatia. 182.
S. Andreas Patronus Scotiæ. 605.
Angleſey Inſ. 127.
Angliæ diviſio. 112. Fluvii. 66. Portus. 49. Thermæ. 99. Arces Regiæ. 332.
Provinciæ. 112. & ſeqq. Linguæ Anglicæ affinitas cum Germanica.
561. 378. Singularia in naturalibus. 120. In Civilibus & Sacris. 603.
Scriptores Rerum Anglicarum. 554. Loca Jurisdictioni Regum An-
gliæ ſubjecta. 556. Periodi Regni Anglorum. 559. Regum Angliæ re-
centiorum ſeries & res geſtæ. 561. & ſeqq. Reges Angliæ ſcriptis
clari. 570. Eorum poteſtas in Civilibus. 593. In Sacris. 594. Supre-
matus Eccleſiæ. 596. Motus Anglici ſub Carolo I. 573. 574. Roſæ
Rubræ & Roſæ Albæ Factiones in Anglia. 583. Negotia Anglorum
cum Hiſpanis. 584. & ſeqq. Cum Gallis. 587. & ſeqq. Cum Belgis. 589.
Anglia aliquando ſubmiſſa fuit Imp. Germanico. 591. 592. Regis
Angliæ poteſtas. 593. In Civilibus. 593. In Sacris. 594. Angli ſemper
Romanæ Sedi nonnulla recuſarunt. 594. 595. An Tributaria fuerit
Sedis Romanæ? 595. Parliamenta Angliæ. & 597 ſeq. Jus Anglicanum.
599. Cur antiqvitus Gallicè ſcriptum ſit? 600. Miniſtri Status An-
gliæ 600. & ſeq. Angliæ Divus Tutelaris. 604. Anglorum ingenia. 397.
Anglorum ſingularia Privilegia in Urbe Archangeli. 44.
276.
Anglia Nova. 320.
Anhalt Arx antiqua.
Anjou Ducatus. 178. Denominat ſecundo vel tertio genitum Regis Gal-
liæ. ib.
597.
Annatarum Uſus ſuperſtes in Anglia. 603. 672.
Varia Annorum apud Chriſtianos initia. 124.
Anſeres Scotici.
Antropophagi. 143. 148. 409. Anthropophagia an ſit contra Jus naturæ? 409.

409. An ejus causa populo alicui bellum inferri possit. 410. Eadem Christianis objecta. 410.
Antillæ. 148.
Antipodes *cur à Patribus negati?* 6. *Virgilii Episcopi Bavarici infelicitas ob assertionem eorum.* 6.
Historia Antiquitatum. *313. seqq. Urbium* Antiquissimarum *series. 343. Turcarum finistrum judicium de antiquitatis studio apud Europæos.* 314.
Antonini *Itinerarium.* 3.
Antverpiæ *Elogia.* 251.
Mich. Apasi *Pr. Transilv. Vita.* 716.
Apenninus *Mons.* 300.
Terrane an Aqua *major sit.* 101.
Aquarum *oppidum ad Pyrenæos montes & Aquæ Sextiæ. 174. adde* Aix.
Aquæ *Helvetica.* 338.
Aquæ *Incorruptibiles. 79. Medicatæ. 98. Aquæ in causa sunt cur Coriæ Turcica in certis locis tantum præparari possunt. 253. Item cur Porcellanæ in certo loco tantum conficiantur.* 262. 263.
Aquapulco *Statio Navium ad Philippinas & Chinam tendentium.* 55. *Singularis ratio navigandi ex hoc loco.* 17.
Articuli Aquenses *inter Gallos & Hispanos.* 526.
Aquilegia. 191.
Aquitaniæ *nominis reliquiæ.* 171.
Arabia *triplex. 254. Arabia Felici Portugalli ejecti. 255. Lingua Arabica.* 381.
Arabo *Fl. 71. Solimanni Pretiosi juramentum pro se ac successoribus suis de Fluvio hoc nunquam transeundo.* ib. *Turcarum transitus per eum gravi clade mulctatus.* ib.
Aragoniæ *Regnum. 162. Aragonia Provincia.* ibid. *Aragonicum Molendinum.* 332.
Aranjuez *331.*
Mons Ararat *298. Armenorum ritus salutandi eum.* 298.
Arausionensis *Principatus in Gallia. 175. Quo jure ad Nassovios venerit. 551. A Rege Galliæ hodierno Principi Orangio ademptus & restitutus.* ibid.
ArchiCancellariatus *Germaniæ cur ArchiEpiscopis collati?* 467

Araxes *fl. maximus Perſiæ.* 80. *Ejus Catarrhacta.* 89.
Arbor *perpetuò Aquas ſtillans.* 139.
Primæ Sedes Archi-Epiſcopales 340. *Archi-Epiſcoporum Angliæ ſingularia.* 596. 597. *Archi Epiſcopi Hungariæ.* 714. *Archi-Epiſcopi Toletani jura.* 466.
Archipelagus. 26. & 137. *Inſulæ ejus Turcis & Venetis pariter Tributa ſolvunt.* ibid. *Archipelagus* S. Lazari 26. & 143. *Archipelagus de Andemaon.* 143.
Arces *extantiores.* 330. *Arces* Nobiliũ *in Hiſpania reparari prohibitæ.* 467.
Arelatum. 174.
Maris Arenoſi *pericula.* 22.
Argenti *proventus.* 432. *Argentifodinæ.* 310. 361.
Arimaſpi. 257.
Armenia. 71.
Arnus *fl.* 429.
Aromatum *proventus.* 208.
Arteſium
Inſ. Aſcenſionis. 140. *Reducum ex Inſ. Orientali iter eò directum.* 18. *Solennia Venetorum Feſto* Aſcenſionis. 27. *Rotomagenſium eodem die.* 169.
Aſellorum *piſcatura.* 426.
Aſiæ *longitudo & limites.* 103. *Aſiæ Regiones.* 203. *Aſia minor.* 230.
Aſiatici *Regibus aſſueti.* 396. *Aſiaticorum ingenia.* 395.
Aſores *vid. Azores.*
Lacus Aſphaltites *ſalſiſſimus.* 94. *Cur corpora in ipſum projecta fluitent.* 36. *Coloris mutatio.* 95. *Bitumen generat.* 36. *Jordanem excipit.* 36. *In locum everſæ Sodomæ & cæterarum ſucceſſit.* 96.
Aſſaca extrema Urbium Europæarum verſus Orientem. 230.
Aſſyria. 253.
Aſtomi. 362.
Aſturia. 163. *Princeps Aſturiarum.* ibid. 68. & 173.
Atacis fluvii conjunctio cum Garomna. 228.
Athenarum portus. 51. *Urbis conditio.*
Atheſis *fl.* 71. 710. 711.
Atilæ priſci Hunnorum Regis deſcriptio. Atlas

Atlas *Mercatoris & Jod. Hondii.* 4. *Blaeuii.* 4. *Janſonii.* 4.
Atlas *Mons.* 299.
Atlantidis *Inſulæ interitus illuſtratio.* 110. *Creditur inter Azores & Canarias ſita fuiſſe.* 110.
Atmoſphæra. 17.
Atramenti *Scriptorii apud Europæos & Orientales diverſitas.* 393.
Avenionenſis *Comitatus in Gallia.* 174. *Poſſidetur à Pontifice M.* 549. *Incolæ tamen magis in Regem Galliæ quam Pontificem M. propendent.* 174. 550. *Reges Galliæ etiam patis tempore ſe ibi pro Regibus gerunt.* 550.
Avernia. 176.
Avernus. 93.
Aurang-Zebi *hodierni Indiarum Regis parricidia & pœnitentia.* 758.
Reges Svediæ jurant in Auguſtanam Confeſſionem. 628. 639.
Avia *ſi Limes Portugalliæ.* 159.
Aurelia *per Eminentiam Urbs dicta.* 178. *Puella* Aurelianenſis *Libeatrix Galliæ.* 510. *Plenior de factis ejus Diſſertatio.* 511. *& ſeqq. Rotomagi ab Anglis combuſta fuit.* 169. *An Jure?* 515. *An rectè ab Aurelianenſibus coli & Statuâ honorari potuerit?* 516.
Auriflamma *Gallorum.* 510.
Aurigationis *compendia in China.* 263.
Auri *proventus.* 432. Aurifodinæ. 310.
Aures *promiſcæ argumentum pulchritudinis in Litore Malabarico.* 361.
Auſtrialia *Incognita.* 104. *Cur ab Aula Hiſpanica neglecta?* 278.
Auſtraſiæ *Regis Titulus à Lotharingiæ Duce uſurpatus.* 551.
Circulus Auſtriacus. 199.
Auſtriaca *Conjugia Polonis ſuſpecta.* 694.
Turciti Imperatoris Conſilia de promovendo Joh. de Auſtria. 361.
Azores *earumq; Singularia.* 139. *Nova Inſula juxta eas enata.* 109. *Adde* Atlantis.

B.

Babyloniæ *varia acceptio.* 253. *Perdam* Babylonis *Nomen, Elogium Monetæ Gallicæ.* 531.
Turris Babylonica *V. Turris. Confuſio* Babylonica *in quo conſiſterit.* 383.

Bætis *fl.* 70.
Bagaded *hodierna.* 253. *Dubia fortuna à Turcis & Persis tenetur.* 737. 738.
Bahusia. 211.
Bajazethis *Imp. Turcici Captivitatis singularia.* 725.
Bajona. 172.
Baixos. 153. *Baixos* de Judea 153.
Balænarum *captura.* 427.
Baleares. 133.
Balsami *proventus* 428.
Balthi *Veterum Germanorum.* 29. *Mare* Balthicum *Vid.* Mare.
Fretum Balthicum *vid.* Fretum.
Banda *Insula.* 145.
Bani *Titulus* 714.
Baptismus: *Aqva Baptismalis cur à veteribus Christianis asservata.* 80.
Bar *Provincia & Urbes.* 181.
Barbados *Insc.* 148.
Barbaria 270. Barbari *qui sint.* 407. *& seq. Vocis origo* 407. 408.
Barcellona. 264.
Basilius Primus *Czarius Russiæ.* 663.
Card. Baronius *cur Dignitate Pontificia excluſus.* 418.
Barones *Qvinque-Portuum.* 49. *Bituricenſes privilegium habent utendi titulo* Baronum. 177.
Barvicum *ad Tvedam Clavis Anglorum ad Scotiam.* 342. *Nulli Angliæ districtui includitur, ſed immediate à Rege dependet.* 112.
Batavia *ſtapula Commerciorum Belgicorum in India Orientali.* 143.
à Matarano aliqvoties obſeſſa. 144.
Bavacum, Bavay, *viarum egreſſu nobile.* 208.
Circulus Bavaricus 199.
Spelunca Baumanniana. 307. 308 309.
Belgii *limites* 207. *Belgium Regium* ibid. *Fœdentum.* 209. *Loca è Belgio ad Gallos pertinentia.* 484. *Novum* 23. *Belgii naturalis conſtitutio* 207. *Ejus elogia.* 251.
Belgarum *Ingenia* 397. *Negotia cum Anglis.* 589. *& ſeqq. Vela coram Navibus Regiis Anglorum demittere promittunt.* 591.
Bella Vetera *an tam numeroſis exercitibus geſta?* 494.

Belfia 178.
Defertum Benaſcali 306.
Bengala 259.
Berga: *Statio commerciorum Septentrionalium.* 45. 212. 424. *Actio Bergenſis inter Anglos & Belgas.* 45. & *Ritus initiandi Mercatores Bergenſes.* 45.
Bergamo. 191. *Virginis Bergamenſis factum priſcæ Lucretiæ æmulum.* ib.
Bermuda. 149.
Bernacles. 124.
Folium Betle. 428.
P. Bertii *Theatrum Geographiæ Veteris.* 3.
Ducatus de Berry. 177. *Les Moutons de Berry.* ib. *Rex Galliæ Biturigum Rex per contemtum dictus.* ibid.
Beſançon *Urbs ex Imperiali Municipalis reddita.* 180.
Betavia. 110. Bethlehemum. 252. Bezoar. 432.
Inter Bibendum *labra vaſi admovere apud Orientales dedecori eſt.* 406.
Biblia *Complutenſia.* 162.
Bilbao. 48.
Biturigum *vid.* Berry.
Biſcaya. 163. *Biſcayenſium mores.* 400. *Lingua.* 163. & 380.
Blauij *Atlantes.* 4.
Blaki *Angli Victoria ab Hiſpanis in Canariis reportata.* 586.
Blavia. 171.
Blekingia. 214.
Blemmii. 362.
Blois ſ. Blæſa *Comitatus & Regalis Civitas.* 178. *Arx ejus Principum tumulus.* ib.
Böckelius *Inventor ſalitionis Harengarum.* 426.
Bohemia. *An pertineat ad Germaniam?* 202. 203. *Ejus limites.* 203. *Partes.* ib. *Provinciæ ei unitæ.* 206. *Bohemiæ Regni vetus amplitudo.* 706. *Dona naturalia.* ib. *Scriptores rerum Bohemicarum.* 709. 710. *Reges Bohemiæ.* 703. *Quando cæperint.* 704. *Bohemia ab Auſtriacis hereditaria reddita.* 705. 707. *Nobiles Bohemiæ. Vid.* Nobiles.
Annæ Boleniæ *conjugium cum Henrico VIII. R. A.* 563. 564. *Interitus.* 564.

Boleslaus *Chobrius autor Regiæ Dignitatis in Imperio.* 677.
Boleslaus Audax *autor Cædis S. Stanislao illatæ.* 679.
Boloniæ *Comitatus feudum D. Virginis.* 168.
Bon-Retiro. 161. & 332.
Boramez *Planta.* 219.
Borboniorum *familia in Gallia.* 437.
Boreas *quibus in locis frequenter spiret?* 20.
Borneo *Insula.* 144.
Bornholm *Inf.* 129. *Casus captæ militiæ Svediæ anno 1678. ad hanc Insulam.* 658. 665.
Borislaus *Gudenow Czarius Russiæ.*
Borussia *Regia.* 224. *Electoralis.* ib. *Alberto Brandenb. traditæ.* 690. *Absolutum ejus Imperium Electori permissum.* ibid. *Poloniæ unitæ.* 690. *Exempta.* ib.
Borysthenis *fl. Ortus & Effluxus.* 72. *Ejus catharrhacta.* 150. *Insula.* ib.
Bosnia. 228. 42.
Bosphorus *Thracicus.* ibid.
Bosphorus *Cimmerius.* 5.
Boteri *Descriptio Orbis.*
Bourbonii *tractus.* 177. *Bourboniorum linea hodierna Regum Galliæ.* 487. 424.
Boves *meliores.* 208.
Brabantia. 159.
Bracara *primaria Urbs Archiepiscopalis Hispaniæ.* 476. 477.
Bragança. 160. *Duces Bragantini.* 259.
Brachmanum *hodierna Sedes.* 151.
Commentum de S. Brandani *Insula.* 275.
Brasilia. 653. & *seqq.*
Svedorum Pratensiones in Bremam- 655.
Pacificatio Bremsbroensis. 46.
Brest *Portus commoditas.*
Briela. 132.
Magna Britannia. 111. *Britanniæ Cis-Marina seu Gallica.* 170. *Peninsula Britannica Regum Angliæ.* 339. 325.
Britteburgum *seu Arx* Britannica. Bructe-

Bructerus *Mons.* 295.
Bulgaria. *229.*
Burdigala *motibus adversus Reges Galliæ famosa.* 171.
Burgos *Urbis singularia.* 162.
Burgundiæ *Ducatus & Comitatus,* 179. *Burgundiæ Comitatus protectionem Imperii aliquandiu tantum agnovit.* 199. *Ad Regem Galliæ transiit.* 438. *Ludovici XII. R. G. de eo Vaticinium.* 485.
Butyra *meliora.* 423. *Ejus raritas in Castilia.* ib. *Turris* Butyracea. 169.

C.

Cadix. 48. & 138.
Cæsar-Augusta. *Vid. Saragosa.*
Caffa. 42. & 230.
Caffaria. 408.
Cairo *primaria Urbs Ægypti.* 268. *Quovis Septennio Peste afflicta.* 269. 358. *Spectaculum Resurrectionis ibidem quotannis fieri creditum.* 269. 270.
Roder. Calderoni *vita & exitus.* 465.
Caletum *Clavis Anglorum ad Galliam.* 46. & 587.
California. 148.
Callipolis. 228.
Cambalu *quæ Urbs.* 265.
Cambria *V. Wallia.*
Camienecia *Clavis Regni Poloniæ.* 223. *Osmanis Imp. Turcici de eâ dictum.* 223. *Turcis tradita.* 737.
Campanarum *usus ubique in terra extra Imperium Turcicum.* 406.
Camphora. 430.
Campania. 179.
Cana. 252.
Canalis *Fretum.* 43.
Canada. 276.
Canariæ, *quot sint, earumq; singularia, Scriptores item de iis.* 139. 140. *Cur Veteres primum Meridianum in Canariis posuerint?* 11.
Candahor. 258.
Candiæ *nomen.* 135. *Incolarum mores.* 136. *Mulierum ibidem morsus venenati.* ib. *Bellum Turcicum in ea gestum.* 734. *Inter Turcas & Venetos*

Venetos divisa est. ib. & 53. *Jugum Turcicum ante centum annos jam ipsi prædictum.* 136.
Portuum Candiæ *commoditas.* 53.
Cantabrigia. 113. Nova *Cantabrigia.* 276.
Antrum Canum. 309.
Canonici *Honoris.* 176. *Exempla.* 339. *Canonicorum Lugdunensium singularia.* 176. *Canonici Rotomagenses quotannis Reum capitis Rotomagi liberant* 169.
Cantuaria. 116. *Archi-Episcopi Cantuariensis Jura.* 597.
Capernaum. 252.
Capetinorum *familia in Gallia.* 487.
Capoti *Vasconiæ.* 358.
Capo: *Adde* Promontoria.
Capo Verde. 304.
Caput Bonæ Spei: *Nominis ratio.* 304. *Dimidium itineris Europæorum in Indiam Orientalem.* 18. *Terminus latitudinis Africæ.* 103. *Quis primo id superaverit?* 304. 479.
Capo Finis Terræ, *Belgarum Terminus demissionis Velorum coram Navibus Anglicis.* 305.
Pacificatio Cardisiensis *inter Svedos & Russos.* 669.
Caribanæ *Insulæ.* 148. *Lingua Caribana.* 382.
Carleton *Pagus in Anglia.* 357.
Carolesii *Comitatus.* 180.
Carolinorum *Familia in Gallia.* 486.
Caroli I. *R. A. Vita ac Mores.* 572. *& seqq. Motus sub eo.* 573. *Cædes* 574.
Carolus II. R. *A. Nativitatis & Conservationis singularia.* 581. *Res gestæ.* 581. 582.
Carolus V. *Prototypus Principum Hispaniæ.* 451. *Simul Matre regnavit.* ib. *Proceres Hispaniæ initio minus æqvos habuit.* ib. *Duellum cum Francisco I. agitatum.* 133. *Ingenium ejus.* 452. *Ab Imper. Turcico Solimanno maximi habitus.* 448. *Cur potentiam Hispanicam altius non evexerit?* ib. *Ejus Abdicatio.* ib. *Locus Secessus.* ib. *Quomodo tempus in eo triverit.* 453. *Sibi vivo exeqvias celebrari voluit.* ibid.
Caroli *Principis Hispaniarum Vita & mors à Parente ipsi intentata.* 453.

Caroli

Caroli II. *R. Hiſpaniæ Nativitas, Educatio, Majorennitas.* 455. 456. *Conjugium.* 162.
Carolus VII. *R. G. Inſtaurator collapſæ Rei Gallicæ.* 489. 510.
Carolum IIX. *cur Pareus expertem literarum eſſe voluerit?* 492. *Ejusdem amor Eruditionis.* ib. *Bellum Neapolitanum.* ib. *Singularis circumſtantia mortis ejus.* 492. *Singularis continentiæ ſpecimen.* 505.
Caroli IX. *Ingenium.* 498. *Nocturnis horroribus poſt Lanienam Pariſienſem infeſtatus.* 487.
Caroli IX. *R. Sved. Regnum.* 633. *Propenſio in Relig. Evangelicam.* 629. *Eſt autor Familiæ Victricis in R. Sveciæ.* 633.
Caroli Guſtavi *R. Sved. Regimen.* 638. *Indignatio de levitate Belli Polonici.* 642. *Conſilia de Fœdere Turcico amplexando.* 643.
Caroli XI. *R. S Educatio & Inauguratio.* 638.
Caroli Lotharingiæ *Ducis varia fata.* 551.
Caroloſtadium *Clavis Viſurgis.* 63.
Carpathii *Montes.* 296. *Sunt cauſa Eteſiarum.* 19.
Carthaginis *Veteris veſtigia.* 324. Carthago *Nova ſeu* Carthagena. 161. Carthagena *Americæ.* 275.
Carthuſianorum *Maximum Monaſterium la Chartrouſe.* 175.
Carvanſeræ *Orientalium.* 460.
Caryophylla. 429.
Caſalis *Portæ Gallorum & Hiſpanorum ad occupandū Italiæ Imperium.* 192.
Caſei *meliores.* 423.
Caſimiria. 222.
Caſimiri *R. Poloniæ Regimen.* 679.
Caſtiliæ *Regnum.* 128. 160. *Caſtilia Nova.* 161. *Caſtilia Vetus.* 162. *Caſtilia Aurea.* 275.
Caſtri *ad Cameram Pontificiam reductio, ejusq; Disincameratio.* 193.
Catalonia. 164. *Partes ejus aliquæ Galliæ Regi conceſſæ.* 484. *Campi* Catalonici *in Gallia.* 179.
Cataja. 264.
Catarrhactarum *Hiſtoria.* 88. 89.
Mons S. Catharinæ. 298.
Catholici *Titulus Regi Hiſp. Tributus.* 456.
Caucaſus. 297.

Caudati *homines*. 359.
Cedri *Libani panciſſime ſuperſtites*. 299. *An numerari poſſint*? 299.
Celebes *Inſ*. 144.
Cephalonia. 135.
Fontes Cereviſiarii. 100. *Cereviſia in Italia coqvi cœpta*. 194.
Ceuta. 50. 53. *Hiſpanis tradita*. 439. & 1270. *Quanti Europæorum interſit Mauros ab hoc loco arceri*. ib. & 439.
Ceilon *Inſ. Cinnamomi ferax*. 142. *Elephantes generoſiſſimos alit*. ib. *Incolas longævos habet*. ib.
Chalcedon. 231.
Dan. Chamieri *obitus*. 176.
In Characteribus *externis Gentium qvid obſervandum*? 355. 356.
Characteres *Scriptionis variæ*. 390. Character *compendioſus*. 391. *Univerſalis an expectari poſſit*? 391. *Occultus*. 392. *Noëticus*. ib.
Charybdis *Deſcriptio*. 41.
Cheldi *Veterum Germanorum*. 29.
Chelidonii *ubi, qvando & qvibus de cauſis ſpirent*? 20.
Cherſoneſi. 153. *Cimbrica partes*. 211. 603. *Cherſoneſus Taurica*. 230. *Aurea*. 260.
Chicha *potus Americanorum*. 422.
Chilminar. 314.
Chinæ *Limites*. 260. *Murus Chinenſis*. ib. *Regnum & Provincia*. 262. *Portus*. 54. *Singularia*. 262. 263. *Regni hodiernus Status*. 761. *Lingva* Chinenſis. 382. *Scriptura non voces ſed res immediate denotat*. 384. 389.
Chocimum. 223. *Bellum Chocimenſe*. 736. 737.
Chorea *Gigantum in Anglia*. 119. & 326.
Chriſti *Nomen à natura formatum in patera Achatina Cæſarea*. 433.
Chriſtiani I. *Regis Daniæ vita ac Character*. 612.
Chriſtiani II. *Regis Daniæ Potentia ac fata*. 613. *Manum ſanguine plenam utero extulit*. 615. *Qvid de aſperitate ejus ſentiendum*? 614.
Chriſtiani III. *Vita ac geſta*. 616. *Dici Emortualis divinitus præmonitus fuit*. ibid.
Chriſtiani IV. *Vita ac geſta*. 616. 617.
Chriſtiani V. *Coronatio, Conjugium, geſta*. 617.

Turcarum vetus persvasio de Christianis, *ipsos stato tempore insanire.* 360.
Christinæ *Reginæ Sv. vita, abdicatio.* 636. *Transitus ad Rel. Catholicam.* 638. *Svedorum ea de re factæ protestationes.* 630. 631. 632.
Ciconiis *cur Anglia careat.* 121. *An à nobis ad Regiones calidas abeant?* 122.
Cifræ *& eas detegendi ars.* 392.
Cinnamomi *proventus.* 429.
Circuli *utriusq; Globi.* 14. *Globi Terrestris.* 10.
Civitates *liberæ.* 315. *Imperiales.* 315. *Hanseaticæ.* 341. *Civitates Natatiles.* 401.
Civita Vecchia. 51.
Classis *Invincibilis.* 584.
Claudius *Turonensis Waldensis Doctrinæ assertor.* 186.
Claves *Rerumpp. ac Regionum.* 342.
Clibani *Ægyptiorum pullos gallinaceos producentes.* 267.
Loca Clinodiis *Regnorum custodiendis destinata.* 339.
Clissa. 227.
Codex *Ludovicianus in Gallia* 538.
Colbertus *à Card. Mazarino Regi Galliæ commendatus.* 548.
Columbum *Inventorem Americæ esse, etiamsi alii ante eum ibi fuerint.* 274.
Comachii *Vallis.* 193.
Cominæi *Historia Carolus V. delectatus.* 489.
Commerciorum *series* 417.
Compendiorum *Censura.* 5.
Complutum. 162. *Biblia Complutensis. ib. Collegium Complutense. ib.*
Compostella. 163. *Peregrinatio Compostellana.* 339. 340.
Comum. 196.
Conchæ *Anatiferæ.* 124.
Condomum *Sedes nupera Parlamenti Burdigalensis.* 171. & 173.
Imperium CONSTANTINOPOLITANUM *vetus.* 718. 723.
Imperatorum Constantinopolitanorum Series & Scriptores. 679. & *seq.*
Constantinopolis *quo anno capta?* 729.
Conjuratio *Sulphurea.* 583.
Lingua Coptica. 382.

Coralliorum *proventus maximus in Mari Rubro.* 31. & 430. *In Mari Mediterraneo.* 430. *Maximi æstimantur apud Japonios.* 430.
Corcyra *Clavis Maris Adriatici.* 135.
Corduba. 160.
Coria *Turcica melioris notæ.* 253.
Cornubiæ *Ducatus.* 114. *Princeps Walliæ est natus Dux Cornubiæ.* ib.
Litus Coromandelicum. 259.
Loca Coronationibus *Regum celebria.* 336. & *seqq.*
Corsica. 134. *Corsi Urbe Româ pulsi.* 552.
Cornua. 48.
Cosacorum *status & negocia cum Polonis.* 695. *Sedes.* 150.
Cracovia. 221. *Cracovienſis Satrapiæ abundantia Fossilium & Metallorum.* 224. *Hodiernus locus Coronationis Regum Poloniæ.* 337.
Les Craux, *Campi Lapidei in Gallia.* 174.
Cresy, Cresiacum. 168.
Croatia. 227. *Ejus ad Hungariam accessus.* 713.
Croceus Fl. 70.
De CROCO *singularia.* 129. 429. *Crocus Britannicus.* 120. *Crocus Indicus.* 429.
Croja *Ducum de Croy vetus origo.* 228.
OLIV. CROMWELLI *vita & Characteres.* 575. 576.
Thomæ Cromwelli *vita & gesta.* 600.
Crucis *osculatio in Russiâ.* 673.
Crusovicia. 221.
Cryptæ *Kijovienſes.* 324. *Ægyptiacæ.* 323.
Cryses *Javanorum.* 143.
Cuba. 148. *Portu Havanâ celebris.* 55.
Cultrorum *in cibo sumendo apud orientales usus.* 406.
Cuprum *v.* Æs.
Curasou *Inſ.* 148.
Curische Haff. 30.
Curlandia. 217. & 690. *Curlandiæ Dux tempore Belli Svedo-Polonici captus.* 644.
Currus *ventivoli.* 263.
Cyclades. 137.

Cyprus. 137.
Czarii *Russorum Titulus.* 663. *Czariorum series ac gesta. ib. & seq. Nullis literis nomen subscribunt.* 674.
Lacus Czyrcknizensis. 92.
Czestochowa. 221.

D.

Inf. Dæmoniorum *quæ sit?* 149.
Dalmatia. 227. *Ejus ad Hungariam accessus.* 713.
Damiata. 52.
Equestris Danebrogæ *ordo.* 617.
Daniæ *Limites.* 210. *Provinciæ.* 210. *Singularia.* 212. *Veteres divitiæ ex piscatura.* 21. *Scriptores.* 606. *Loca Jurisdictionem Danicam agnoscentia.* 607. *Dynastiæ Regni Daniæ.* 611. *Regum recentiorum series* 612. *& seqq. Eorum Tituli & Insignia.* 610. *Regnum Daniæ hereditarium redditum.* 618. *Danorum veterum potentia.* 610. *Negotia cum Imperio.* 620. *Cum Anglis.* 621. *Cum Hispanis.* 622. *Cum Holsatiæ Ducibus.* 622. *Cum Belgis.* 623. *Danorum Imperium vetus in Anglos.* 560. *In Svedos.* 620. *Ordines Regni Daniæ.* 624.
Parva Dania. 211.
Dänholm. 131.
Danubii *Ortus, progressus, Ostia.* 65. *Non solus versus Orientem fluit.* 64. *Ejus conjunctio cum Rheno.* 91.
Dardanelli. 51.
Regnum Decan. 258.
Defenestrationis *Pragensis memoria.* 404. 704.
Delphinatus. 174. *Delphini nomen.* 175. & 508.
Denarius Petri. 594. *Denarii XXX. Insignia Regni Portugalliæ.* 472.
Jus Deportus *in Anglia.* 594.
Desertorum *Historia.* 306.
Jus Devolutionis. 526. 527.
An Deus Diabolo *certam sedem in hisce Terris concedat?* 149 293.
Dianæ *Pictaviensis autoritas in Gallia sub Henrico II.* 496. *ignominiosa ex aula expulsio.* 506.
Cur Diem *è numeris suis amittant, qui ex Europa per Occasum in Indiam Orientalem navigant.* 8.

Diminutivorum *Usus in Libellis supplicibus Russorum.* 674.
Ditmarsia. 211.
Dodecanisus. 137.
Donationis *Novi Orbis à Pontif. Max. factæ formula.* 439.
Dracones *cur sæpe in Helvetia visi. 198. Mons* Draconem *& Tigridem referens.* 301.
Drava *fl.* 64.
Dravus *fl.* 72.
Dundee *Portus & Castellum Scotorum 49. Fata thesaurorum Scoticorum ab Anglis ibidem collectorum.* 49.
Episcopus Dunelmensis *Principis titulo Episcopatui suo præst.* 115.
Dunemunda. 44. 45.
Dunes *Anglorum 49. Duni Pacis in Scotia.* 327.
Durii *fl. origo & effluxus. 69. Fuit limes veteris Lusitaniæ.* 159.
Duynkerka : *Nominis ratio. 46. ad Gallos transiit. 484. 487. quomodo Angli amissionem ejus excusent.* 587.
Dwinæ *fluvii ortus & in mare Album ad Arch-Angelum egressus.* 62.

E.

Ebeni *proventus. 141. Ebenum fossile.* 184.
Eboracum *denominat secundo genitum Regis Angliæ. 115. Archi-Episcopi Eboracensis singularia. 597. Consulis.* 115. 175.
Ebrodunum. 431.
Ebur. 231. 232.
Status Ecclesiasticus. *194. De septem* Ecclesiis *Asiæ.* 154.
Echinades. 203.
Echûs *gratia in domo Zierotinia Pragensi.* 22.
Ecnephiæ *quibus in locis frequentes sint?* ib.
Edenburgum *Scotiæ Regia. 123. Edenburgum Hungariæ.* 253.
Edessa *nunc Oufra.* 565.
Eduardi VI. *R. A. vita ac mores.* 339. & seqq.
Loca Electionibus *Regum celebria.*
Elisabethæ *Angliæ Reg. vita ac mores. 566. 567. Cœlibatus. 568. Monumentum.* 569.
Elysiorum Camporum *situs.* 111. & 153.
Emanuelis *Portugalliæ Regis gesta.* 473.

Emda *Portus commoditas.* 46.
Ephesus. 232.
Episcopi *Insularum qui dicti? 162. Episcoporum Angliæ Jura & Onera. 596. 597. Habent bona sua per modum Baroniæ. 599. Dunelmensis Principis titulo Episcopatui suo præst.* 115.
Equites *Hispaniæ.* 467.
Equus, *cui Rex Hispaniæ semel insedit, nemini equitari permittitur.* 468.
Erasmus *Roterod. Turini Doctor Theol. renunciatus.* 186.
Ericus *Rex Sveciæ præcipitantiæ accusatus. 672. Uxorem ex infima plebe duxit. ib. a Fratribus Regno abdicatus. ib.*
Erivan. 257.
Lacus Erno. 93.
Erzerom *Clavis Imperii Turcici.* 257.
Erucarum *annua incommoda in agro Leumellino.* 184.
Escuriale *qua occasione conditum. 330. Ejus singularia. 331. Infra famam est, quod de eo sparsum est.* 331.
Etesiæ *quibus in locis & qua de causa spirent? 19. Cur in Russia Australi sint?* 19.
Euphratis *descriptio 76. 77. Fuit Centrum divisionis Noachicæ.* 326.
Europæ *longitudo, latitudo, & limites.* 103.
Extremadura. 160.

F.

Factionum *nomina in variis Rebus publ.* 582. 584.
Falstria. 130.
Fames *Sancernana. 177. Rupellana.* 522.
Faro. *vid. Pharus.*
Arbor Farinifera. 419.
Inf. Fasianorum. *132. Duello Caroli V. & Francisci I. destinata. 133. Pacificatio Fasianica.* 133.
Arca Fatalis *in Hispania.* 449.
Ferdinandi *nomen ab Hispanis pro inaustpicato habetur.* 467.
Ferdinandus *Catholicus initia magnitudinis Hispanicæ jecit. 450. Ejus vita & mores.* 451.
Ferrariæ *Ducatus.* 195.

Inf. Ferri *singularia*, 139. *A Rege Galliæ selecta pro sustinendo Primo Meridiano.* 13.
Ferri *in æs transmutatio.* 226.
Insulæ Feroenses. 111.
Fessæ *Regnum.* 270.
Finalis. 50. 188.
Finlandia. 215.
Finmarckia. 212.
Fioniæ *descriptio.* 129.
Flandria. 209.
Florenorum *varius valor.* 434.
Florentiæ *singularia.* 194.
Florida. 276.
Fluviorum *natura generaliter explanata.* 59. *Cur fluant?* 61. *Quomodo fluant?* Ib.
Cur omnes Fluvii *in mare defluant.* 60. 61. *Fluvii majores plurimi versus Orientem fluunt.* 64. *Fluvij sine mixtura aquarum suarum lacus transeuntes.* 68. 69. *Fluvii in conjunctione cum aliis fluviis aquæ suæ & coloris tenaces.* 64. *Fluvii statis temporibus exundantes.* 88. *Fluvii Russiæ.* 62. *Lappiæ, Norvegiæ.* 62. *Germaniæ.* 63. *Belgii.* 65. *Angliæ.* 66. *Galliæ.* 67. *Fluvii Hispaniæ.* 69. *Italiæ.* 70. *Hungariæ.* 71. *Sarmatiæ.* 72. *Asiæ.* 73. *Indiæ.* 79. *Persiæ.* 80. *In progressu deficiunt.* Ib. *Chinæ.* 80. *Africæ.* 81. *Americæ.* 88.
Fluviorum *conjunctio in Gallia.* 91. *In Imp. Turcico.* 73.
Fluxus & Refluxus *Maris.* 105. 106. *Cur Sinus Maris plerique eo careant.* 105.
Fodinarum *Historiæ.* 310.
Fontainebleau. 332.
Fontes *Ignei.* 101. *Fons ardens.* 175. *Fontes lapidifici.* 100.
Formosa *Insula.* 146. *Belgis adempta.* 146. *Quanti Belgarum interfit eam possideri.* 146.
Insulæ Fortunatæ. 111. & 139.
Forum *Julii s. Friuli.* 191.
Fossa *Camuz.* 73.
Franche Comté. 179. *Quomodo Hispaniæ acceserit?* 438. *Regi Galliæ tradita.* Ib.

Francia

Francia *Occidentalis.* vid. Gallia. 179. *Orientalis. 200. Nova.* 276.
Circulus Franconicus. 200.
Franciſci I. *R. G. ſtatura. 494. Vitium vocis. Ib. Pater literarum dictus. 495. Juſto liberalior viſus fuit. 495. Ejus æmulatio adverſus Carolum V. Imp. 495. Captivitas.* 496. *Singulare ejus factum in Carthuſiano Monaſterio Papiæ poſt captivitatem.* 196. *Carolum V. ad duellum provocavit. ib. &* 133. *Minor ſervandorum promiſſorum tenacitas.* 496. *Morum ſimilitudo cum Henrico VIII. R. A. Ib. Imperator Orientis proclamari voluit.* 534.
Franciſci II. *R. G. vita.* 497.
Francorum *natio.* 352. *Nominis origo. Ib. Aſiatici omnes Europæos Francos appellant.* 103.
Francofurtum ad Mœnum *cur Electioni Imperatoriæ deſtinatum.* 352. *An immutabilis ejus neceſſitas.* 336.
Francofurtum ad Oderam: *Fons Lapidificus. 100. Fons Lapides Guttis Sangvineis aſpergens. ib. Monumenta Lapidea antiqua.* 300. *Collegium Francofurtenſe.* 162.
Fretorum *hiſtoria.* 35. *Fretum* Magellanicum. 36. *Quando & qua occaſione detectum.* 35. *Commoda inde ad Hiſpanos redundantia. ib. & 11. Qui primi poſt Magellanum id tranſierunt? 11. Fretum le Maire quando & à quo detectum?* 36. *Suſpicio illud ante le Maire notum fuiſſe.* 37. *Ejus prærogativa præ Fr. Magellanico.* 37. *Fr.* Davis & Hudſonii *quo fine detecta:* 37. *Itinera per ea. ib. Fr.* Weygats. 38. 39. *Fr.* Anian. 39. *Fretum Gaditanum ſ. Gibraltar. 40. Fr.* Siculi *memorabilia. 40. Fr. Maris Balthici. 42. Britannicum.* 43. *Maris Rubri.* 30. & 43. *M. Perſici.* 32. & 43.
Friburgum *à Gallis occupatum.* 487.
Friderici I. *Regis Daniæ vita ac geſta.* 615.
Friderici II. *Character ac geſta.* 616.
Friderici III. *vita ac geſta.* 617.
Friedrichsburgum. 128. 337.
Friedrichſtadt. 45. 46.
Friſche Haff. 26.
Friſlandia *Inſ. non datur.* 152.
Friſiæ *nominis variæ acceptiones.* 210.

Fruchtbringende Gesellschafft. 386.
Frumenti *latior proventus.* 418.

G.

Galilæi de Galilæis *consilium inveniendi Longitudinem Locorum.* 13.
Galliæ *Regnum* 165. *Nomen simul Jurisdictione profert.* 166. *Ejus limites.* 165. *Claves ad vicina Regna.* 517. 342. *Cur cum Hispania conjungi non posse credatur.* 166. 167. & 527. *Galliæ Provinciæ.* 168. & seqq. *Galliæ quinq; singularia loca à Carolo V. prædicata* 178. *Galliæ Urbs antiquissima.* 173. *Divitiæ naturales* 182. *Metalli-fodinis caret. Ib. Fluvii.* 67. 68. *Portus.* 46. & 50. *Insulæ.* 132. *Arces.* 332. *Lingva Gallica ejusq; cultura.* 387. *Cur vetus Jus Anglicanum Gallicè scriptum sit?* 600. *Scriptores rerum Gallicarum* 482. *Loca Jurisdictionem Regni Galliæ agnoscentia.* 484. *Tria Regni Galliæ Sacra Cimelia.* 509. *Galliæ incrementa.* 510. 516. *Dissidia intestina superioris seculi in Gallia.* 517. *Nostri seculi.* 523. *Negotia Gallorum cum Hispanis.* 524. *Odium inter Gallos & Hispanos.* 462. *Ubi Galli desierunt ibi rerum potiri Hispani cœperunt.* 517. *Gallorum Ingenia.* 397. *Negotia Italica.* 530. *Cum Pontifice Max.* 531. *& seqq. Parlamenta Galliæ.* 537. *Eorum autoritas nostro tempore imminuta.* 536. 537. *Cum Imperio Germ.* 534. *Ordines Galliæ.* 537. *Jus Gallicum.* 538. *Ministri status in Gallia.* 540. *Gallia mancipia non patitur.* 548. *Motus Lotharingici.* 551. *Gallorum cum Turcis fœdera.* 738. *In Gallia moris esse, ut autoribus mulieribus res magna gerantur.* 507.
Gallorum *Libertas sub Ludovico XII.* 494. *Prioli Judicium de inconstantia Gallorum.* 504. *Gallorum veterum solamen de tolerandis amoribus Regum suorum.* 506.
Regum Galliæ *Familiæ.* 486. *Universorum series.* 487. *Regum nostro tempori propiorum Characteres & gesta.* 489. *Eorum Tituli.* 508. *Cur solo nomine Franciæ contenti sint.* 509. *Honores ap. Portam Otomanicam.* 508. *Insignia.* 509. *Singularia.* 509. *Amores Regum Galliæ.* 505. *In suspiciones propendent.* 507. *Ultra sexagesimum annum non vivunt.* 527. *Cum Delphinis ipsis haut bene convenit.* 508. *Studium alienarum rerum arbitrium ad se trahendi.* 508.
Gallicia. 163. *Portus Galliciæ.* 48.
Galilæa. 241. 242.

Gammacourra *Mons Ignivomus Ternatæ disjectus.* 302.
Gamron *loco dirutæ urbis Ormus commerciis locupletata* 141. & 54. *Portugalli eo venire prohibentur.* 53.
Gangis *fl. ortus & egressus.* 79. *Singularis Sanctitas ejus à Gentilibus credita.* 79. *Superstitiones hinc natæ.* *Ib.*
Garnsey *Insula.* 127.
Garumnæ *origo & ostium* 68. *Ejus cum Atace conjunctio suscepta à Rege Galliæ.* 68. & 173.
Geldria. 210.
Gemmæ *coloratæ in Asia in solo Regno Pegu & Insula Zeilan proveniunt.* 259. 433.
Gentium *plerarumq; origines cur obscuræ?* 348. *Causa contrarietatis Gentium.* 899.
Regibus Hispaniæ Genibus *flexis inserviri.* 468.
Geneva. 198. & 335.
Genoua *Respub. & Urbs* 188. *Quanti interfit Hispanorum eam sibi additam retinere Ib. Urbs territorio ejus comprehensa.* *Ib.*
Geocosmi *divisio.* 101.
Scriptorum Geographicorum *index. 1. Scriptores Geographicæ antiquæ. 2. Eandem qui nostro tempore illustraverint.* 3. *Scriptores Geographici recentes.* 4. *Scriptores, qui Veterem ac Recentem Geographiam conjunxerunt.* 4. *Prima & Antiquissima Tabularum Geographicarum mentio. 2. Compendiorum Geographicorum censura.* 5.
Georgia. 257. *Habet Gubernatores hereditarios. Ib. Christiani Georgiani Religionis suæ Christianæ prorsus ignari sunt.* 257.
Castellum S. Georgii *seu Mina.* 271.
S. Georgius *Patronus Angliæ, Portugalliæ & Equitum Periscelidis.* 604. *An verè extiterit?* *ib.*
Germaniæ *limites.* 198. *Ejus Circuli.* 199. *& seqq. Dona naturalia.* 202. *Sola fere in Europa argentifodinis abundat.* 202.
Germanorum *Ingenia.* 397.
Linguæ Germanicæ *Dialecti.* 378. *Ejusdem usus in Chersoneso Taurica.* 378. 379. *Linguæ Germanicæ virilitas.* 384. 385.
Fretum Gibraltar. *Vid.* Fretum. *Portus Gibraltar.* 50.
Gigantes: *quo sensu dentur.* 362. *Quid de immensæ staturæ Sceletis Gigantum*

gantum sentiendum? 363. *Ossa Gigantea in urbibus nostris passim ostensa qualia?* 427. *Chorea Gigantum.* 326. 119. *Gigantum spectacula in Hispania.* 469.
Mons Giganteus. 283. *& seqq. Situs.* 285. *Vertex ejus.* 286. 294. *Sacellum ibi erectum. Ib. An Sedes Rubinzalii.* 291. *& seqq. Herbæ ejus.* 288. *Phialæ seu Lacus.* 291. *Est Hydrophylacium fluviorum Silesiæ & Bohemiæ.* 290.
Gigery. 270.
Gingiber. 429.
Glastonia. 118.
Glirium *defectus in Scotiâ.* 124. *In Insul. Huena.* 129.
Globus *Terraqueus.* 6. *Circuli utriusq; Globi.* 14.
Gloceſtria *Urbs Progressus bellicos Caroli I. Regis Angliæ primum moratæ fuit.* 115.
Gnesna. *221. Archi-Episcopus Gnesnensis. Ib. Vetus locus Coronationis Regum Poloniæ.* 337.
Goa. 258. *Portus conditio.* 54.
Goerea *Classium Belgicarum statio.* 46.
Golcondæ *Regnum.* 258.
De Goldasti *Libris de R. Bohemiæ judicium.* 710.
Gossypium. 431.
Goletta *Clavis potentiæ Hispaniæ.* 53. & 270.
Gothorum *Origo.* 349. 350. *Regnum in Hispania.* 449. *Gothorum Titulus à Regibus Daniæ ac Sveciæ diversimode usurpatus.* 610.
Gothia. 213.
Gothlandia. 130.
Gradus *Urbs. 191. Patriarcha de Grado. Ib.* 228.
Græcia. 377. 378.
Lingua Græcæ *prisca & hodierna conditio.*
Grampius *Mons Scotiæ.* 296. 297.
Granada *Provincia & Urbs. 160. Granada Nova.* 275.
Granadi *Silesio-Bohemici ipsis Orientalibus meliores.* 206. 433.
Grandamici *Consilium inveniendi longitudinem locorum.* 13.
Grandium *in Hispania Jura.* 467.
Granvellanorum *ministerium & merita.* 464. 465.

Gratianopolis. 175.
Grönlandia. 277.
C. Gvardafuy 304. *Terminus longitudinis Africæ.* 103.
Gviana *Regio Americæ.* 275.
Gvienna *Provinciæ Galliæ.* 171.
Guſtavus Ericſonius *autor hodiernæ familiæ Regum Svedicorum.* 626.
An avaritiæ accuſari meruerit? 627.
Guſtavi Adolphi *Reg. Sved. Regnum & Characteres.* 634. 635. *Cauſæ Belli Germanici ab eo ſuſcepti.* 646.
Don Caſp. de Guzman. *v. Comes de* Olivarez.
Guzuratta. 258.

H.

Haffniæ *nominis origo.* 45. *Inſula Amack ejus penuarium.* 128.
Haga Comitum *pro Pago habita.* 344.
De Hagecii *Annalibus Bohemiæ judicium.* 709.
Hallandia. 214. Halmſtadium. 214. & 337.
Regum Daniæ prætenſiones in Hamburgum, *variaq; ejq causâ pacta.* 608.
Civitates Hanſeaticæ. 341. 342.
Hamtoncourt. 332.
Harengarum *piſcatio.* 425. *Eſt fundamentum Mercaturæ Belgicæ. ib. Tempus qvo incipit. ib. & 50. Cur Angli eam minus feliciter tractent.* 426. *Conſilia Anglorum hâc de re. ib. Ratio ſaliendi Harengas à Böckelio inventa. ibid. Falſterboa Scaniæ hac piſcatura olim celebris fuit.* 214.
Ludov. de Haro *miniſterium, Conſiliorum fructus, obitus.* 466.
Havana *clavis Indiæ occidentalis.* 55.
Linguæ Hebraicæ *Antiqvitas.* 380. *Dialecti & Sub-Dialecti.* 380. 381. *Babylonem bis fatalem experta fuit.* 380.
Hebrides. *126.*
Hebron *vetus.* 243. *Hodierna.* 252.
Hecla *mons.* 302.
Inſ. S. Helenæ *Nationibus Europæis communis eſt.* 140. *Nominis ratio.* 140. *Reducum ex India Orientali navigatio ad eam.* 18.
Helleſpontus. 42.
Helſenburgum. 214.

Helsenora *Clavis Sundæ.* 42. & 128.
Helvetiæ *Geographia.* 197. *Cantones. ib. Præfecturæ Helvetiorum Imperio subjectæ. ib. Naturalia Helvetiæ.* 198. *Laus ejus.* 97.
Henricorum *nomen in Gallia fatale.* 549.
Henrici II. *R. G. Character.* 496. *Consiliis Dianæ Pictavienſis plurima geri passus fuit. ib. Tristis exitus.* 499.
Henrici III. *R. G. lentor.* 500. *Melancholia. ib. Exitus tristis.* 498. *Rex Poloniæ creatus.* 680. *Regno Algeriæ destinatus.* 499. *Ea quæ chariora habuit, ipsi semper in perniciem verterunt.* 499. *Omnium de se receptam opinionem plurimis disparibus eventibus fefellit. Ibid.*
Henrici IV. *R. G. prudentia unde nata?* 500. *In Religionem Reformatam propensio.* 501. *Cur eam mutaverit?* 500. *Ejus Amores.* 506. *Causa propensionis hujus.* 501. *Quomodo excusetur.* 502. *Cantando à Matre editus est. ib. Sine deliciis educatus. ib. Cito canuit. ib. Gesta.* 502. *Non admisit Primum Ministrum.* 540.
Henricus *Lotharingiæ Comes, Autor Familiæ Regiæ Regum Portugalliæ.* 471. *Quo Titulo Portugalliam acceperit?* 471.
Henrici *Portugalliæ Regis gesta.* 473.
Henrici *Cardinalis ac Regis Portugall. regimen.* 474.
Henrici VII. *R. Angl. vita & characteres.* 561. *Similitudo morum cum Ferdinando Catholico.* 450.
Henrici IIX. *R. Angl. Mores.* 562. *Divortii consilia & effectus.* 562. *Conjugia varia.* 563. 564. *Caput Eccles. Anglicanæ haberi voluit.* 596.
Hercynium *jugum.* 295.
Hiberniæ *descriptio.* 125. *Ejus singularia.* 125. 126. *Apostolus Hibernorum.* 126. *Cur venenis careat. ib. Advenas dysenteria excipit. ib. Angliæ adjecta.* 558. *Reges Angliæ non nisi Domini Hiberniæ dicti.* 558.
Hiericho. 252. *Rosa Hierichuntina.* 254. *Nostro tempore in Silesia crevit. ib.*
Literæ Hieroglphicæ. *393.*
Hierosolyma *vetus.* 393. *Hodierna.* 252. *Peregrinationes Hierosolymitanæ.* 339.
S. Hilarius *Patronus Pictavorum.* 170. *Abbatem S. Hilarii Pictaviæ cum Reginâ Galliæ concumbere jocus.* 170.
Himantopodes. 361.
Imperatoris Turcici profectio ad S. Hiobum. 391
Hispalis. *160. Navis Victoria ibi adhuc ostenditur.* 26. Hispa-

Hiſpaniæ *limites*. 156. *Imago. ib. Hodiernã ſterilitatẽ ejus naturalẽ non eſſe*. 157. *Æſtu laborat*. 158. *Cur ibi periculoſum ſit apertis feneſtris dormire*: 158. *Hiſpaniæ portg*. 48. *Fluvii*. 69. 70. *Montes*. 281. *Lingva*. 376. *Lingvæ ſingularia*. 384. 385. *Provinciæ*. 161. *Scriptores de rebus Hiſpanicis*. 436. *Loca Jurisdictioni Hiſpanicæ ſubjecta*. 437. *& ſeq. Cur Americanos minus addictos habuerint?* 449. *Solem in Regno Hiſpanico nunqvam occidere, proverbium vetus de Rebus Hiſpanicis*. 445. *Conſilia Hiſpanica de condenda nova Monarchia. ib. Potentia Hiſpanica nutare cœpit*. 446. *& qvare*. 448. *Hiſpaniã in medio flore ſuo domi imbecillem fuiſſe. ib. Hiſpaniæ Regum periodi*. 449. *Recentiorum Regum Series & Characteres*. 450. 451. *Titulus Regis Hiſpaniæ*. 456. *Sacrorum prætextus*. 459. *Cur eo nihil profecerint*. 449. *Hiſpani Religionis Catholicæ tenaciſſimi*. 459. *Fuiſſe tamen cum itidem Religioni Catholicæ ſe oppoſuerint*. 460. *Regni Miniſtri extantiores*. 461. *Memorabilia qvædam ſpecialia de Rebus Hiſpanicis*. 467.

Hiſpanorum *mores*. 398. *Odium inter Hiſpanos & Gallos*. 462. 463.

Cur Hiſpani *veſtium Nodos inferiùs primò aſtringant?* 158.

Hiſpaniola. 148.

Hiſtorici veteres *ſubleſtæ fidei accuſantur à Ludovico XII. R. G.* 449.

Hitlandia *capturæ Harengarum apud Belgas initium*. 50. & 126.

Hollandia, *209*.

An omnia propter HOMINEM *condita?* 345. *Terminus magnitudinis humanæ*. 363. *An Homines nunc minores ſint, qvam olim fuere? ib. Homines inter bruta educati*. 410. *& ſeqq. An homines præter Adami poſteros in ſingulis Elementis creati?* 373. *Homines feri & ſilveſtres*. 408.

Horeb *Mons*. 298.

G. Hornii *introductio ad Geographiam veterem*. 3.

Horologium *Pendulum Inſtumentum demonſtrandæ Longitudinis locorum*. 14. *Horologia nonnullibi in Imperio Turcico tolerata*. 406.

Hoſpitiorum *in Hiſpania incommoditas*. 157. *Hoſpitia Orientalium*. 400.

Huena *Inſula ejusq; ſingularia*. 129. Humbrum *æſtuarium*. 66.

Hungariæ *Limites*. 225. *Comitatus*. 76. *Superior & Inferior*. 96. *Singularia*. 226. *Hungarorum origo*. 353. *Scriptores Rerum Hungaricarũ*. 714. *Priſcæ Hungarorum Migrationes*. 711. *Eorum ad Relig. Chriſtianam*

nam conversio. ib. Regni Insignia. ib. Hungariæ cum Germaniâ conjunctio tentata. 712. An Tributaria fuerit Imperii Germanici. ibid. Incrementa Regni Hungariæ. 13. Intestini Motus. Ib.
Morbus Hungaricus. 358. Hungarorum *Ingenia*. 398.
Hunni. 353. *Tres eorum migrationes. 711.* *Solum Natale.* 354.
Joh. Hussi *Somnium memorabile. 707.* *Motus* Hussitici. *707. 708.*
Husum: *Portus commoditas.* 54.
Husenus *ex Mercatore Bergensi Vir doctus redditus.* 424.
Huygenii *inventum determinandæ Longitudinis Locorum.* 13.
Hydrographiæ *Scriptores.* 24.
Hydrophylacia *Europæ, Asiæ, Africæ, Americæ.* 60.

I.

S. Jacobus *Patronus Hispaniæ.* 468. *An Compostellæ sepultus.* 339. 468.
Jacobus *Angliæ R.* 569. *Ejus Characteres.* 571.
Periodus Jagellonica *Regum Poloniæ.* *680.*
Jamaica. 148. *Hispanis erepta.* 587.
Janizarii *nostro tempore enervati.* 742.
Joh. Jansonii. *Orbis Antiqvi Delineatio.* 3. *Ejus Atlas.* 4.
Japaniæ *Descriptio.* 147. *Japanensium à moribus Europæorum diversitas.* 406. 407. *Eorum crudelitas in Christianos. 99. 100. Linguæ Japanensium singularia.* 387. *Scriptura.* 391.
Jaroslavia. *222.* Jarsey *Insula.* 127.
Java Major. 143. *Rex ejus Materan dictus. ib.*
Iberus *fluv. 70.* S. Jean de Luz, *v. S. Johannis.*
Jejunii *in Anglia retenti ratio. 121.* Jesso *Terra.* 147.
Mare Igneum. 85. *Fontes Ignei. 101. Urbs Igni cincta. 70. & 162. Adventibus Regibus Bohemiæ Ignes accendi soliti. 709.*
Ilva *Insula.* 135. *Ferri feracissima.* 432.
Imaus *Mons.* 297.
Indiæ Occidentalis *varia distributio. 12. Nominis ratio.* Indiæ *Regnum & Provinciæ.* 257. 258.
Cur Indiam Orientalem *qui ex Europa petunt, plus temporis requirant, quàm qui ex Indiâ Orientali Europam petunt? 18. Tempus & ratio proficiscendi ex India Orientali. 18. 19. Consilia de transitu per Oceanum*

ceanum Septentrionalem in Indiam Orientalem. 37. 38. 39. *Cur qui per Fretum Magellanicum eam petunt, diem integram è numeris suis amittant?* 8.
Indus *fl.* 79. *An in statu* Innocentiæ *Vestibus opus futurum fuisset?* 405.
Inqvisitionis *Hispanicæ Origo & Rigor.* 460. 461. *Scriptores de ea.* 436.
Insularum *Natura & Origo.* 108. 109. *Eas hodienum nasci.* 109. *Qui Episcopi Insularum dicti?* 126. *Qui Reges Insularum?* *Ibid.*
Insulæ *Oceani Semtentrionalis.* 110. *Maris Baltici.* 128. *Inf. Vandalicæ.* 130. *Inf. Oceani Germanici.* 131. *Inf. Fasianorū.* 132. *Inf. Maris Mediterranei* 133. *Singularis index earum.* 138. *Inf. Archipelagi* 137. *Inf. Africæ.* 139. *Inf. Promont. Virid.* 140. *Inf. S. Helenæ.* 149. *Inf. Asiæ.* 141. *Inf. Salomonis.* 148. *Inf. Americæ. ib. Inf. Fluviorum.* 149. *Inf. fluitantes.* 150. *Inf. ficticiæ.* 151.
Inf. S. Johannis. 148. *Castellum* S. Johannis. 159. S. Jean de Luz *Incolæ captura Balænarum excellunt.* 48.
Johanna d'Arc, *seu Puella Aurelianensis, V. Aurelia.*
Johanna *Caroli V. Mater mente capta.* 451.
Johannis I. *Portugalliæ Regis Gesta.* 473.
Johannis II. 473. *Ejus Studia in delegenda via ad Indos.* 473.
Johannes III. 474. Johannis IV. *Regiminis initia ac gesta.* 474. 477.
Johannis *Regis Daniæ Ingenium ac Regimen* 613.
Johannis *Regis Sveciæ Regimen.* 628.
Johannes Basilides I. *Autor hodierni Status Russici.* 663.
Johannis Basilidis II. *Vita & Characteres.* 664.
Joh. Casimirus *Rex Poloniæ.* 681. Johannes III. *R. Poloniæ.* 683.
Johannes de Austria, *V. Austria.*
Iolithus. 291. Jonæ Aurelianensis *Scripta in causa Imaginum.* 186.
Jonæ Prophetæ *Monumentum.* 254. Joppæ *Portus.* 52.
Jordanes *unico tamen fonte nascitur.* 73. *Nominis explicatio.* 74. *Phialæ. ib. & 291. Egressus in lacum Asphaltiten.* 95.
Josephi *Patriarchæ Puteus.* 269. *Palatium. ib.*
S. Josephi *Arimatheensis memoria.* 118.
Josephus *homo inter Ursos in Lithuania educatus.* 411. *seqq.*
Jovis *monumentum in Candia.* 135.
Isala. 64.

Islandia. 110. *An Thule veterum. ib. Est Danicæ Jurisdictionis. ib. & 607.*
Ispahana *in centro Regni Persiæ sita. 251. Sordities ejus. 256. Aëris puritas.* 256.
Peregrinationis Israelitarum *in Deserto vestigia. 320. Peregrinationis hujus imitatio à Diabolo facta. 276.*
Isthmi. *253.* Isthmum *perfodere. 91.*
Istria. 192. *De Nicol.* Isthuanfi *judicium.* 414.
Italiæ *Limites. 183. Provinciæ. 185. & seqq. Singularia.* 183. 184. *Portus. 50. Fluvii. 70. 71. Lacus. 93.* Italorum *ingenia.* 397.
Judæa. 241. *Judæis non licet Sichemæ Samariæ urbe subsistere.* 252. *Eorum ex Hispaniâ proscriptio.* 446. *Eorum copia nundinis Jaroslavienſibus. 222.* Judaicorum Regum *Monumenta Hierosolymis.* 319.
Jugoria *vetus Patria Hungarorum.* 354.
Juliani *Nomen infaustum in Hispania.* 450.
Jus *Gallicum.* 538. *& seqq. Anglicum.* 599. *& seqq. Russicum.* 673. *Polonicum. 701. Hungaricum. 715. Turcicum. 743.*
Justinopolis. *192.* Jutia *Septentrionalis & Meridionalis. 211.*
El Justicia *Arragoniæ.* 163.

K.

Kijovia. 222. *Kryptæ Kijovienſes.* 324.
Kiuperlii *ambo Magni Vezirii Turcarum.* 743.
Kremelinum *Czarii Russiæ Arx.* 333.

L.

Labyrinthus *Dædali.* 153.
Lacticinia. 423.
Lalandia. 130.
Magnus Lamma. 264.
Lanæ *Mercatura.* 431.
Landskron. 214.
Langelandia. 130.
Langvedocia. 173.
Laniena *Parisienſis.* 497. 498.
Laodicea. 232.
Aqvæ Lapidificæ. 100.
Lac *& Serum Lapponum potus.* 422.
Lacuum *historia.* 92.
Cur Anglorum Lana melior nostra? 121.
Fine caruit. 518.

Arbor Lapidea *in Ascensu Montis Sinai.* 298.
Lapidea *monumenta veterum Germanorum illustrata.* 325. *& seqq. Eorundem usus apud Veteres Hebræos.* 325. *Campi* Lapidei *in Gallia.* 174. Adde *Saxa.*
Lapides *ardentes.* 96.
Lapis *Regius* Moraſteen *in Svedia.* 214.
Lapponia. 215.
Laredo. 48.
Lingvæ Latinæ *Dialecti.* 376. *Hiſpanicæ cum ea ſumma conformitas.* 376. *Carolus IIX. à Parente ab ea avocatus fuit.* 492. *At in Regimine ſuo ei adhuc operam dedit.* ib.
Lacus Lemanus. 92. *Non miſcetur Rhodano tranſeunti.* 68.
Ducis de Lerma *Miniſterium.* 463.
Latitudo *Terræ.* 10.
Lazarus *Principum Serviæ nomen.* 229.
Legio. 163.
Leopolis. 222.
Lepanto. 228.
La Levante. 230.
Libanus. 299.
Liberi Naturales *Regum Hiſpaniæ Madrito excluduntur.* 468.
Libros *ſcribere an Principem deceat?* 571.
Liga Sacra *in Gallia.* 517.
Ligeris *Ortus progreſſus & effluxus.* 68. *Ejus conjunctio cum Arari.* 91.
Lilia *Inſigne Regum Galliæ.* 509.
Scutum Liliatum *Galliæ.* ibid.
Limburgum. 208.
Lignum Foſſile. 120. & 184. Ligna *Hibernica an aranearum telas admittant?* 125. *Lignorum commercium.* 212. 431.
Limitum *Naturalium conſideratio.* 166.
Luc. de Linda *Deſcriptio Orbis.* 5.
Lingarum *captura.* 426.
Lingvæ *Europæ Majores.* 375. *Minores.* 380. Lingvæ *Aſiæ.* ib. *Africæ.* 382. *Americæ.* ib. *An ad Septuagenarium numerum produci poſſint.* 382. Lingvarum *ſingularia.* 384. Lingvarum *cultura, ejusq; cauſæ*

causa instituta Societates. 386. Loca Lingvarum puritate celebria. ib. Lingvarum *hodiernarum major facilitas qvam Veterum. 388.* Lingvarum *asperitas variæq; difficultates. 384.385. An homines primæva lingva obliti fuerint? 383. Confusio Lingvarum Babylonica.* ib. Lingva *ficticia* Rotwelsch. ibid.

Liparæ. 134.
Lisbona. 159.
Lithuania. *220. Poloniæ unita.* 688.
Litus *Aureum. 271. Frumentarium.* ib. *Malabaricum. 258. Coromandelicum. 259.*
Livoniæ *Descriptio. 217. Poloniæ Unita. 690. Parte exempta. 644. 645.*
Livorno. 50.
Lacus Lomundus. 93.
Londinum *Anglorum. 116. Incendium ejus horrendum. 581.582. Scanorum. 214. Vetus locus Electionis & Coronationis Regum Daniæ.* 337.
Longitudo *Terræ.* 10.
Longitudinis *Locorum inveniendæ tentamina varia.* 13.
Longobardi. 353.
Peregrinationes Loretanæ. 340.
Lordi *in Anglia.* 598.
Lotharingia *Mosana & Mosellana. 180. Lotharingiæ Ducum controversiæ cum Regibus Galliæ. 551.*
Loxodromiæ. 14.
Lovitium. 221.
Luca *Resp.* 192.
S. Lucas de Barrameda. 48.
Lucayæ *Inf.* 149.
Lublinum. 222.
Lucomorii *homines hyberno tempore more Ranarum obrigescere crediti.* 356.
Lues Venerea *Americæ domestica.* 357.
Ludovicorum *Nomen in Gallia pro auspicato habitum.* 549.
Ludovici XI. *R. G. Character. 489. Maxima per Europam autoritas. 490. Vitæ Cupiditas. 490.491. Pœnarum acerbitas. 491. Suspiciones.* ib.

Ludovici XII. *R. G. Conjunctio cum Alexandro VI. P. M. & inde secuta infelicitas. 493. Sancta & venerabilis inter Gallos memoria.* ib. *Præcipitantia in Iuventute.* ib. *Parsimonia in Regno.* ib. *Patientia in toleranda populi Libertate. 494. Amor Doctorum.* ib. *Judicium de Historicis Antiquis.* ib.
Ludovici XIII. *R. G. Nativitatis memorabiles circumstantiæ. 502. Mortis. 503. Character.* ib. *Interna disidia Galliæ sub Regimine ejus. 502.*
Ludovici XIV. *R. G. Nativitas. 504. Educatio.* ib. *Gesta.* ib. *Codex* Ludovicianus. *538.*
Ludovici *Hungariæ* Regis *omnia intempestiva. 712.*
Ludovicus de Haro *Vid. Haro.*
Lugdunum *Gallicum. 176. Belgicum. 209.*
Montes Lunæ. *299.*
Lupara. *352.*
Anglia cur Lupis *careat?* *112.*
Lusatia *utraq;. 206. 207. Partes* Lusatiæ *Inferioris Marchiæ Brandenburgicæ additæ. 207.*
Lusitania *Vid.* Portugallia.
Lutzenburgum. *208.*
Luynæi *Fata in Gallia.* *541.*

M.

Macao *Portugallis à Chinensibus concessa. 146. Diversitas dierum à Philippinis.* *8.*
Macasser *Insl.* *144.*
Macedonia. *228.*
Madagascar. *140.*
Madera *Insula.* *139.*
Madritum Regia. *161. Ejus singularia. 261.*
Magellanus *cur à Portugallis ad Hispanos transierit? 35. Ejus obitus. 36. Hier. Osorii invectiva in eum.* ib.
Magellona *Insula.* *133.*
Mons S. Mariæ Magdalenæ. *300.*
Joh. Magini *Scripta Geographica.* *4.*

Magnetis *Declinatio inconstans.* 59. *Ejus conversio versus Septentrionem à Johanne Goja detecta.* 59. *Adde Pyxis Nautica.*
Magni *Holsatiæ Ducis in Russia fata:* 671.
Johannes Magnus *à Danis refutatus.* 626.
Mahomed: *An Corpus* Mahomedis *adhuc extet.* 340. *An Tumba ejus in aëre pensus sit.* 340.
Mahomedis IV. *hodierni Imp. Turcici Vita & Ingenium.* 726.
Majores *Domus in Gallia.* 426. 540.
Mala *Aurea, Citrea, Punica.* 427.
Litus Malabaricum. 258.
Malacca. 260. *Motiones Ventorum ibidem.* 21.
Lingua Malaica. 381.
Malacca *celebre Emporium.* 266. *Portus.* 54.
Perpetua Malacia. 23.
Malaga. 50. 161. *Uvarum passarum proventu nota.* 427.
Maldivæ. 141.
Maledictiones *Nationales ob cædes & injurias Viris Sanctis intentatas.* 360. *Judicium de iis.* ib. Maledictio *Noachi in servilibus ingeniis Africanorum adhuc conspicua.* 396. *An Nigror Æthiopum ei adscribendus.* 374. 214.
Malmogia.
Malta. 135. *Animalibus venenatis caret.* 126. *Homines Subterranei in ea.* 367 *Regem Hispaniæ Protectoris loco colit.* 438.
Castrum & Familia Nobilium de Mankup *in Chersoneso Taurica.* 379.
Manna *Vera.* 429. *Germanica semen Graminis fluviatilis.* 429.
Mantua *Ducatus.* 192 *Urbs.* ib. *Regum Galliæ Consilia pro stabiliendis Rebus Mantuanis.* 531. 144.
Manucodiatæ.
Marchia *Scotica.* 123. *Tarvisina.* 190. *Germanica.* 201.
Marchia *Electoralis Bohemiæ Regibus ac Marchionibus Moraviæ oppignorata.* 706. 227.
Marculphus *Morosophus.* 339.
Regis Galliæ profectio ad S. Marculphum. 566.
Maria *Regina Angliæ.* 567.
Maria Stuarta *Scotorum* Regina. *Jab.*

Joh. Marianæ *Censura.* 436.
Maris *partes* Majores. 25. *Ejusdem ratione Regionum quas alluit varietas.* ib. *Mare* Rubrum, Nigrum, Album, Viride. ib. *An Mare sit capax Imperii.* 557. *Mare non patitur Thesauros Regnorum exportari* 50. *Fluxus & Refluxus Vid.* Fluxus.
Mare Adriaticum. 27. *Ritus id quotannis desponsandi apud Venetos.* 771.
Mare Album. 44.
Mare Arabicum. 26.
Mare Arenosum *Arabiæ.* 22. & 24. *Ejus pericula.* 22. Mare Arenosum. *Thalmudicorum.* 97. *Mare Igneum.* 25. *Mare* Gramineum *seu di* Sargasso. ib.
Mare del Nort. 25. *Indicum.* 25. 26. *Lantchidol.* 26.
Mare Balthicum: *Nominis ratio.* 29. *Ejus Sinus.* ib. *Freta.* 42. *Caret Fluxu & Refluxu.* 30. *Succini ferax est.* ib. *Cur Fortuna piscationis in eo decreverit?* 424.
Mare Caspium *an verum Mare?* 33. *Cur non intumescat, cum Volgam Fluviosq; alios recipiat.* 33. 27. *Controversia de Longitudine ac Latitudine ejus.* 33.
Mare Genezareth. 97.
Maris Mediterranei *Sinus aliæve partes.* 27. *Freta.* 40. 41. 42. *Cur Mare hoc licet undecunq; fere conclusum non intumescat, cum tot Fluvii Majores se in illud exonerent?* 27. *In paucis locis Fluxum ac Refluxum habere.* 27.
Mare Mortuum *Averno Tributum.* 93. *Lacui Asphaltitæ.* 94. *Vid.* Lacus Asphaltites.
In Mari Pacifico *eundem ventum semper spirare.* 17.
Mare *Persicum.*
Mare *Rubrum*: *Nominis ratio.* 30. *Ejus cum Mari Mediterraneo conjunctio tentata.* 31. *Eadem cum Nilo tentata.* 32. *Ejus navigationes periculosæ.* 31. *Coralliorum ferax est.* 31.
Marmarica. 270.
Mare *di Sargasso.*
Margaritæ *vid. Perlæ.*
Margaritæ *Danorum Reginæ monumentum.* 128. *Gesta.* 620.
Marmontier *ditissimum Galliæ Monasterium.* 178.

Mariſcus *fl.* 72.
Marmor *Scoticum.* 123. *Marocci Regum.* 270.
Marſilius *Patavinus.* 190. Marſtrandia. 211. Martinico *Inſ.* 148. Maſovia. 221.
Inſ. S. Mauritii. 141. *Ebeni ferax.* ib. *Cur à Belgis nunc negligatur?* ib.
Maurorum *nomen.* 373. *Ex Hiſpania proſcriptio.* 747. *Regimen in Hiſpania.* 450.
Loca in Medio *mundi ſita eſſe credita.* 250. 251.
Card. Mazarini *miniſterium.* 541. *Obitus.* 542. *Inſcriptio.* 547.
Maſſilia *libertate ab hodierno Rege exuta.* 174. *Portus ejus ſecuritas.* 50. 174. *Alia ſingularia.*
Mataran *Rex Javæ Majoris.* 143. *Ejus odium in Belgas.* 144.
Mecca 340. *Adde* Peregrinationes.
Medina. 340.
Mediolanenſis *Ducatus.* 196.
Meidan *Regia Perſarum.* 256. 334.
Pomp. Mela *de Situ Orbis.* 2.
Memel *fl.* 72.
Mengrelia. 257. *Incolæ ejus ſimplicitate ab Americanis proximi.* 257.
Mellis *uſus.* 429.
Mercatoris *Atlas.* 4.
Primi Meridiani *varietas.* 11. 12. 13. *Cur veteres eum in Canariis poſuerint?* 11. *Hiſpanorum & Portugallorum de eo controverſiæ, hujusque cauſæ.* 11. 12. *Regis Galliæ de eo in Inſula Ferri ſtatuendo edictum.* 13. *Cur in Teneriffa poni poſſit?* 12.
Merovinorum *in Gallia familia.* 486.
Meſſina. 134.
Meſopotamiæ *ſitus.* 253. *Nominis ratio.* ib. *& 76. Meſopotamia Europæa.* 253.
Metallifodinarum *ſeries.* 310. *& ſeqq.*
Metallifodinæ *Norwegiæ.* 217. *Sveciæ.* 215.
Capo Metapan *terminus latitudinis Europæ.* 103. 305.
Fons Methorn. 100.
Metis *ſedes Regum Auſtraſiæ.* 181. *Fruſtra à Carolo V. obſeſſa.* ib. *An fuerit Meta fortunæ Caroli?* ibid.

Mexico. 276. Lingva Mexicana. 382. Ejus singularia. 384.
Migrationes gentium. 345.
Michael Federowitz Czarius Russiæ. 665. 666. Michaelis R. Poloniæ Familia, Regimen, obitus. 682. 683.
Mieczislaus R. Poloniæ. 677.
Mina vid. Castellum S. Georgii.
Ministri exantiores Regni Hisp. 464. Regni Galliæ. 540. Henricus IV. noluit Primum Ministrum admittere. 540. Regni Angliæ. 600. Imperii Turcici.
Minius fl. 69.
Cur Misniæ potiores urbes nomina Slavonica habeant. 351.
Missi Dominici. 535.
Modena Ducatus & Urbs. 193.
Mœsia superior & inferior. 229.
Moldavia. 229.
Moluccæ quot sint? 144. Earum singularia. ib. Controversia de iis inter Hispanos & Portugallos. 11. 12. Horrendus Terræ motus ibi factus. 145.
Mompelgardensis Principatus nullo circulo continetur. 199.
Mompelier. 173.
Mona Cæsaris. 126. Mona Taciti. 127. Danica. 129.
Monachus Scopulus. 153.
Georgii Monckii vita & gesta. 601. 602.
Moneta Belgica. 434. Anglica. ib. Germanica. ib.
Monmuthiæ Comitatus. 116.
Monomotapæ Rex. 767.
Montauban munimentum Reformatorum in Gallia. 176.
Montes ante diluvium extitisse. 280 Orbem Terr. ossium instar continent. 281. Sunt hydrophylacia Orbis. 60. Montium historia. 281. & seqq. Montes Ignivoni. 301. Montium transitus. 300. 303. Mons Giganteus vid. Gigantes. Mons Ursæ imaginem referens. 301. Tigridem & Draconem. ib.
Montes Lunæ. 299. Sunt Hydrophylacium Africæ. 60.
Montisferrati Marchionatus Niverno Duci assertus. 192.
Moor Germanicum qualis vox. 373.

Moravia. 766. *Quando Bohemiæ unita?* 768.
Mora *pagus.* 215.
Morea. 159.
Morgana *in Freto Siculo.* 40.
Morbi *Nationales.* 357. 358.
Mores *variarum gentium.* 395.
Morlachi. 227.
Statutum de Mortmaine *in Anglia.* 595.
Mosa *fl.* 66.
Moscovia *vid. Russia.*
Moscua *fluvius.* 62.
Mozambique. 271. *Singulari Gubernatore à Portugallis regitur.* 471.
Mousſonum *series.* 20. 21.
Inſ. Mulchias *Niloſcopiorum cuſtos.* 84.
Mumiæ. 69.
Munda *ſ.* Mondegus *fl.*
Munda: *Munda nomen generale oſtiis fluviorum & caſtellis adſitis datum.* 45.
5.
Munſteri *Coſmographia.* 161.
Murcia *Provincia & Urbs.*
Muri *Chinenſis illuſtratio.* 260. *Similia exempla.* 261. *Muri terrei urbium Perſicarum.* 256.
Albertini Muſſati *ſolennis memoria hodienum celebrata.* 190.
Myrrha. 430.

N.

Nackſivan *Urbs antiquiſima Mundi.* 257.
Namurcum. 208.
Nancejum. 180.
Nangeſacke *Portus Japaniæ nobilis.* 54. & 147.
Edictum Nanneticum. 518.
Narbona. 173.
Narmonſtier *Inſ.* 132.
Narva. 217.
Natolia. 230.

Navarra *Regnum.* 164. *Divisio.* ib. *Quomodo Hispaniæ accesserit.* 437. *Consilia de restitutione ejus.* ib. *Incolarum Navarræ propensio in Regem Galliæ.* 165.
Navigationes *veterum per litora institutæ.* 57. *Navigatio Ophirica Salomonis.* 57. 58.
Scriptores de Re Nautica. 24. *Jus Nauticum Wisbyense, Oleronense, Rhodium.* 130. *Civitates, Pagi* Natatiles. 401. 402.
Navis *Victoria prima quæ Orbem circumiit.* 36.
Nazareth. 252.
Neapolis *Urbs.* 196. *Regnum Neapolitanum Feudum Pontificis Maximi* 437. 438.
Nemausus. 173. *Pax Nemausensis Reformatorum in Gallia.* 522.
Neoburgum *Danicum custodiæ Freti Balthici appositum.* 129.
Articuli Neomagenses *inter Hispanos & Gallos.* 529.
Spelunca Nebulosa. 309.
Nidi *Avium edules.* 145.
Nidrosia. 212.
Niger *fl.* 88. *Ejus Catarrhacta.* 89.
Nili *ostia.* 81. *Fontes.* 81. *Phialæ.* ib. & 291. *Incrementorum causæ.* 82. *Modus.* 83. *Usus.* 84. *Tempus.* 85. *Ritus inundantem Nilum excipiendi.* 85. 86. 87. *Catarrhactæ Nili.* 89.
Niloscopia. 84.
Ninive *vetus.* 253. *Nova.* 254.
Nissa. 50. 188.
Noachica *Orbis Terr. distributio.* 346.
Nobilium *Bohemiæ conjugia cum Principum ac Regum familiis.* 709. *Abrogatis Nobilitatis superioris Titulis in solo Titulo Nobilium acquievere.* 709.
Nobilitas *à Turcis neglectim habita.* 743. 744. *Nobilitas superior in Dania quando cœperit?* 624.
Nomeny. 180.
Normannia *Gallica.* 169. *Septentrionalis.* 211. *Periodus Normannica Regum Angliæ.* 560.
Nortcaep *terminus latitudinis Europæ.* 103. & 305.
Nova *Zembla.* 276.

Norwegia. 211. *Supremi Tribunalis in Norwegiâ sedes.* ibid. *Naturalia Norwegiæ.* 212.
Nundinarum *Jaroslavienſium celebritas.* 222.
Nux *juglans ante feſtum Barnabæ non virens in Angliâ.* 121. Nuces *minores cariem non ſentientes in Inſ. Huena.* 129. Nuces *coram novo Rege Bohemiæ ſpargi ſolitæ.* 709. Nuces *Moſcatæ.* 429.

O.

Obeliſci *vid. Pyramides.*
Obii *fluvii origo & efluxus.* 62. *Eſt terminus longitudinis Europæ.* 103.
Morbi Oculorum *in Oriente, item Cairi in Ægypto.* 357.
Familia Oldenburgica *Regum Daniæ.* 612. *Oldenburgicus Comitatus Regibus Daniæ adjectus ejusq; cauſa controverſiæ.* 607.
Olei *proventus.* 429.
Comitis de Olivarez *Miniſterium & caſus.* 465.
Olandia. 139.
Oleron *Inſ.* 132. *Jus Oleronenſe.* 130.
Ophira *Salomonis ubi.* 58. *Cur America non poſſit eſſe?* 431.
Ophiuſæ. 133.
Opportune & Opportunius *Lemmata inter Henricum IV. & Ducem Saubdiæ agitata.* 503.
Oranum *à Ferdinando Catholico expugnatum.* 270. *à Mauris obſeſſum.* 53.
Orbis *vetus.* 102. *Novus.* 104.
Orcades *deſcriptæ.* 126. *A Rege Daniæ prætenſæ.* 609. 610.
Orkanes. 23.
Ormuz: *Nomen urbis & portus.* 54 *Nomen provinciæ.* 255. *Ormuz Inſula tota fere ex ſale compoſita.* 141. *Ob ſitus commoditatem commerciis efloruit.* ib. *Portugallis à Perſis & Anglis erepta.* 141. 471. *Eſt Clavis Sinus Perſici.* 343. *Morbi ex vermibus in Ormuſia vicinisq; Tractibus.* 286.
Ornithii *quando & qvibus de cauſis ſpirent?* 20.

Abr-

Abr. Ortelii *Thesaurus Geographicus*. 3. *Parergon Geogr. Veteris*. ib. *Theatrum*. 4.
Ossilia *Inf.* 130.
Fons Ossium. 101. *Murus ex* Ossibus humanis. 232. Ossatura *Montium*. 280.
Otomegali. 360.
Ottocarus *Bohemiæ Rex*. 705.
Oufra *Vid. Edessa*.
Cur Oves *Anglorum meliores nostris*. 121.
Ovoduro *Scopulus*. 154.
Oxenstiernii *Cancell. Svedici autoritas*. 660.
Oxonia. 117. *Comitum* Oxonienſium *in Regnum Angliæ fides*. ib.

P.

Padi fl. *ortus, urbes adsitæ, effluxus*. 71.
Pagorum *mentio* 343. *Pagi immediati Imperii*. 343. *Quatuor Pagi Imperii Germanici* 344.
Palæstinæ *Scriptores*. 249. *Palæstina veteris Illustratio Historico Philologica*. 233. *& seqq. Recentis*. 249. 250. *An Palæstina in medio mundi sita*. 250. *Ejus hodierna fertilitas*. 251. *Antiquitates adhuc ibi ostensæ an vere tales sint?*
Palatinatus *Cestriæ in Anglia*. 114. Palatini *Titulus in Hungaria* 361.
Palma *Nova*. 714.
Desertum Pampas. 191.
Pampelona. 307.
Panama. 276. *Ejus perfossio*. 164.
Panis *defectus apud Lappones*. 91.
Panni *meliores*. 420.
Pannonia. 431.
Paradisi *Situs*. 77. 78. *Paradisiaca Avis*. 144. 208.
Lacus Parima. 98.
Parisienses *à Carolo IIX. inique habiti*. 492. *Eorum motus contra hodiernum Regem*. 523. *Parlamenti Parisiensis autoritas*. 535.
Parlamenta *Galliæ*. 182. 535. *Angliæ*. 597. *seqq.*

Parmenſis *Ducatus Feudum Pontificis M.* 193.
Patagonum *Regio.* 275.
Patriarcharum *Orientalium Sedes.* 340.
Patavium. 190.
Pavia. 196.
Pauſilypus *Mons.* 300.
Pedemontium. 186.
Subtilitas Pedum *argumentum pulchritudinis apud Chinenſes.* 361.
Pegu. *259.*
Pelagius *quâ origine fuerit.* 170.
Peninſulæ *Vid. Cherſoneſi.*
Peqvignya. 168.
Loca Peregrinationibus *Religioſis celebria. 339.340. Schach Abas I. noluit Peregrinationes Meccanas è Regno ſuo fieri.*
Peregrini *Sceptro Portugalliæ excluſi. 476. Noſtro tempore recepti. 474. Idem Regno Poloniæ admiſi.* 687.
Nicol. & Ant. Perenottus *Vid.* Granvellani.
Pergamus. 231.
Perlarum *proventus, 232. 233.* Perlæ *à Japaniis non æſtimantur. 430.433. Perla maxima Florentina. 194. La Perle de France.* 170.
Perona. *168.* 164.
Perpignan *Clavis Gallorum ad Hiſpaniam.* 314.315.
Perſepolis *rudera.* 80.
Perſiæ *Regnum & Provincia. 255. Cur fluviis minus inſtructa ſit. Linguæ Perſicæ cum Germanica affinitas. 381. Urbium Perſiæ muri ex terra & argilla conſtant. 400. Regni Perſici hodiernus Status. 745. Reges. 746 & ſeqq. Bella. 753. Singularia.* 754.
Perſarum *& Parthorum exiguum diſcrimen.* 255.
Peruvia. *275.*
Peſtis *familiaris Turcarum & Ægypti morbus. 358. Londinenſis.* 581.
Petricovia. *221. Vetus locus Electionis Regum Poloniæ.* 336.
Pharus *nomen turrium ad portus conditarum. 56. Nomen freti Siculi.* 134.
Philadelphia. 232.

Philip-

Philippoburgum *Gallis traditum.* 487. *Inscriptio Regis itidem.* ibid. *à Germanis receptum.* 487.
Philippinarum *Descriptio.* 145. *Cur incolæ diem serius numerent in Calendariis quam reliqui Christiani.* 8.
Phœnicia. 232.
Piasti *patria.* 221. *Regnum.* 677. *Quid de more Polonorum, ne quis Piastus in Regem eligatur.* 685.
Picardia *ejusq; partes.* 167. 168.
Pico *generale nomen.* 12. Pico *de Teide in Insula Teneriffa cur pro sustinendo primo Meridiano eligi possit?* 13. Pico *de Adam.* 142.
Pictavia *Provincia & Urbs.* 170.
Pinarolum *Clavis Gallorum ad Italiam.* 186. 485.
Pilati *Lacus.* 92. *Reliquiæ vitæ ejus juxta Viennam exactæ.* 175.
Piscatura. 424. *Cur major copia Piscium in Septentrione, quam in Austro?* 424. *Fuit fundamentum mercaturæ accolarum maris Balthici.* 424. *Item Regni Daniæ.* 213. *Angli eam minus amant.* 121. *Adde* Harengæ, Aselli, Balenæ.

Pines *Inf.* 148.
Mons Pinifer. 60.
Piperis *proventus.* 429.
Pipini *R. G. ascensio ad Thronum Gallicum.* 486.
Pisa. 194. *Articuli* Pisani. 531.
Pisces *Abrahæ.* 253.
Planities *extantiores orbis.* 306.
Platearum *apud Persas & Turcas incommoditas.* 401.
Plinii *Historia Naturalis.* 2.
Pluviæ *semestris in calidis Regionibus causæ.* 272. *In Ægypto nullæ ferme pluviæ.* 267. *Item in Comitatu Avenionensi.* 175.

Plus Ultra *Symbolum Caroli V.* 181.
Georg. Podiebradius *Bohemiæ Rex.* 705. *Husiticam Doctrinam fovit.* 708.
Pœna *Fortis ac Dura Anglorum.* 603.
Reges Hispaniæ morituri Pœnitentiam *accipiunt.* 468.
Stellam Polarem *sub Æquatore videri non posse.* 15. *Sub Polis perpetuam*

am lucem esse. 15. 16. *Vortices Sub-Polares.* 104. *Terra Polaris Arctica.* 104. 276. *Antarctica.* 104. 278.

Poleroon *Insula.* 145.

Politicorum *nomen in Gallia.* 517.

Poloniæ *Limites.* 220. *Provinciæ.* 220. *Singularia.* 223. *Polonia major.* 220. *Polonia minor.* 220. *Scriptores rerum Polonicarum.* 676. *Periodi Regum Poloniæ.* 677. *Eorundem jura.* 683. & *seqq. Non succedunt jure hereditario, sed eliguntur.* 684. *Cum respectu tamen ad Regium sanguinem.* 685. *Nec nisi suffragiis singulorum.* 685. *Et alienigenæ potius quam indigenæ.* 685. *Polonia in regnum evecta.* 677. *Eidem Dignitas Regia adempta.* 679. *An fuerit Tributaria Imperii Romani.* 678. *An Tributariæ Sedis Romanæ?* 679. *An Tatarorum?* 692. *Incrementa Regni Polonici.* 688. *Amplitudo Jurisdictionis Polonicæ versus Orientem.* 690. *Poloni in Daniam egressi.* 693. *Eorum cum Austriacis controversiæ.* 694. *Poloniæ & Hungariæ connunctio.* ib. *Prætensiones in Silesiam.* 691. *Negocia cum Cosacis.* 694. *Interna Disidia cum Confœderatis.* 698. *Motus Lubomirsciani.* 700. *Jus Regis Poloniæ.* 702. *Nobilitatis.* 703. *Jus Polonicum.* 704. *Quando Christianismum susceperit.* 677.

Polonorum *Mores.* 398.

Card. Poli *Summa modestia.* 601.

Poma *Sodomitica.* 97.

Pomerania. 201. *Pomerellia.* 221.

Pons *in quo decem millia pecorum pascuntur.* 70.

Pont de la Tour. 303.

Pont à Mousson. 180.

Pontificum Maximorum *negocia cum Regibus Galliæ.* 531. & *seqq.*

Pontus Euxinus *Mare Nigrum dictus.* 26. 27. *Constans ejus defluxus per Propontidem in Archipelagum.* 28. *Polybii metus de obstructione ejus ab Arenâ futurâ excussus.* 28.

Porcellanarum *confectio.* 262. *Earum singularia.* 263.

Porta *Otomannica cur ita dicta?* 743.

Portæ *Montium.* 303. *Portæ* Caspiæ. ib. *Portæ* Ferreæ. ib. *Portæ* Cordilleræ. ibid.

Port à Port. 48. & 153.

Portu-

Portugallia *differt à Lusitania Veterum. 159. Nominis Portugalliæ ratio. 158. Ejus provinciæ. 159. Portus. 49. Fluvii. 69. Scriptores. 480. Loca Regni Portugall. Jurisdictionem agnoscentia. 470. 471. Initia Regni Portugalliæ. 471. Insignia Ejusdem. 472. Prærogativa ejus. 479. Regum series. 473. Hispaniæ accrevit. 474 476. Ab eadem recessit.* ib. *& 476. Errores Hispanorum, quibus Portugalliam amiserunt. 159. Bella Portugallorum cum Hispanis. 478. Cum Belgis.* ib. *Cur ultimis Europæ motibus se non implicuerint?* ib. *Portugalli aditu Urbis Gamron excluſi. 53.*

Portus *Reales qui sint. 56. Portus* d' Entrata & di Marea. ib.

Portus *Maris Albi. 44. Maris* Balthici. ib. *Maris* Septentrionalis. *45. 46. Quinque Portus Angliæ. 48. 49. Cur Anglici Portus meliores sint Portubus Gallicis & Belgicis.* ib *Portus Scotiæ. 49. Portus Maris Mediterranei 50. Portus Italiæ.* ib. *Portus Regis Hispaniæ in Italia. 51. Portus Insularum Maris Mediterranei. 53. Portuum Candiæ commoditas.* ib *Portus Asiæ. 54. Ostiensis Portus à Pontifice M. destructus. 51. Portus Africæ. 54. Portus Americæ. 55.*

Posnania. 221.

Posonium. 225.

Potosi *Andium Americæ pars Auri feracissima.* 300.

In causis controversis Rerumpp. *Respublicæ ac Principes exteri* Possessionem sequuntur. 477. 478.

Statutum præmunire. 135.

Prærogativæ *contentio inter Hispanum & Gallum.* 457. *Regni Portugalliæ.* 479. *R. Svediæ.*

Praga. 203. *& seqq.*

Primislaus I. *Bohemiæ Rex non fuit* Rusticus. *704. Primislaus Victoriosus.* ibid.

Primogeniti *Ducum Burgundiæ nomen. 180.*

Principes *Scriptis Clari. 570. Si* Principi, *qui excellenti omnis & virtute fuit, alius succedat Virtute inferior, posse eum Imperium quidem conservare, sed Prædecessoris Virtute; Ipse autem si vel diuturnioris Vitæ fuerit, aut post illum alius succedat, qui ita non insistat vestigiis primi, ejusq; Virtutem imitetur, necesse est ut Imperium corruat.*

rvat. 571. *Princeps nemini potest injuriam facere.* 593. *Everti non esse, ut Principes præliis interfint.* 635. 636.
Professiones *Religiosæ* Regum. 339.
Promontoria. 304. 305. *Adde* Caput.
Protectoris Ecclesiæ *Titulus* Regi *Hispaniæ à P. M. oblatus.* 532.
Provincia, *la Provence.* 175.
Prusia *prima Sedes Impp. Turcicorum.* 231.
Prussia *vid. Borussia.*
Pseudo-Sebastiani *in Portugallia.* 475. 476. Pseudo-Demetrii *in Russia.* 666. *Similium impostorum exempla.* 667.
Ptolemæi *Geographiæ Libri.* 2.
Puella Aurelianensis *Vid.* Aurelia.
Gentium contrariæ opiniones de Pulchritudine *partium Corporis.* 361.
Purgatorium *S. Patricii.* 93. & 126.
Putzfertwyck. 30.
Pygmæi. 364. Pygmæorum *Conjugia apud nos sterilia.* 367.
Pyramides *Veterum.* 321. & *seqq. Pragenses in memoriam Defenestrationis erectæ.* 304. 305.
Pyrenæi *Montes.* 281. *Eorum inter Gallos & Hispanos divisio.* 156. Pyrenæorum *maximus.* 282. *Articuli* Pyrenæi. 525.
Pyxidis *Nauticæ Inventio.* 57. *Ejus usus in Desertis terræ.* 58.

Q.

Qvadorum *Nomen ac Natio.* 350.
Qvedæ *Regina nuptias Juvenis Belgici ambiit.* 260.
Qvinqve Portus Anglorum. 49. & 119.
Qvinsai *qvæ Urbs?* 262.
S. Qvintin, *Prælium ibi commissum.* 168. Philippi II. *Votum ibidem conceptum.* 333.

R.

Rab, Rabus, *fl. Vid. Arabo.* 222.
Racovia. 227. 335.
Ragusa. Ranæ

Ranæ *in Anglia mutæ.* 121.
Rangifer. 216.
Rascia. 229.
Reformatorum *in Gallia Pacificationes.* 518. 520. *Quibus locis excluſi* 522.
Regalia *Minora cur Principibus etiam non abſolutis relinqvantur.* 593.
Singulis Regionibus *proprium ſuum eſſe ſpiritum.* 395.
Regiarum *ſeries.* 330.
Republichetta. 335.
Spectaculum Reſurrectionis *juxta Cairum examinatum.* 269. 270.
Respublicæ *Liberæ.* 335. *Aſiatici eas non intelligunt.* 396.
Circulus Rhenanus *Superior & Inferior.* 200.
Remorum *Urbs.* 179. *Coronationi* Regum Galliæ *deſtinata.* 337. *Henrici IV. factum contrarium.* 337. 338. *Ampulla* Remenſis. ib. *Ab Henrico IV. rejecta.* 178.
Rheni *Ortus, Urbes & Oſtia.* 64. *Catarrhactæ.* 88.
Rhodani *Origo, & Oſtia.* 68. 69. *Cur ſine mixtura aqvæ ſuæ Lacum Lemanum tranſeat.* 69. *Ejus Catarrhactæ.* 88.
Riccioli *Geographia.* 5.
Card. Richelii *Miniſterium.* 541. *Comparatio cum Mazarino.* ib. *Teſtamentum Politicum.* 542.
Riphæi *Montes.*
Rochelle *Vid.* Rupella.
Rokoſs *Polonorum qvid?* 296. 297.
Rolandi *Patria & Sepulchrum.* 171. *De Magnitudine ejus annotata.* 171. 172.
Romania & Rumilia *hodierna.* 227. 228.
Romanum *Territorium* 195. *Cur raros pagos habeat.* ib. *Aëris ejusdem inſalubritas.* ib. & 158. Roma *Situm mutavit.* 195. Romæ *Novæ ſplendor.* ib. *Peregrinationes* Romanæ. 339.
Roncivalis *Pyrenæorum maximus.*
Roſæ rubræ & Roſæ Albæ *factiones in Anglia.* 282. 583. & 116.
Roſchildia. 128.
Rotomagus, *ejusq; Singularia.* 168.
Rottwelſch. 383.
Rouſſillon. 384.

Rubenzalii *Nomen & Historia.* 291.
Ruda *Insula.* 43. & 131.
Rugia *Cismarina & Transmarina.* 131.
Runen *Insula.* 645.
Literatura Runica. 390. *Saxa* Runica *Vid.* Saxa.
Comitatus Ruscinonensis *ad Gallos relatus.* 484.
Rupella *à Rege Galliæ expugnata.* 521. *Pontificis M. de expugnatione hac lætitia.* 522. *Cardinalis* Richelii *de expugnatione ejus dictum factam esse*, au despit des trois Rois. 521. *Horrenda fames* Rupellanorum. 522. *Portus* Rupellæ *commoditas.* 46.
Rusia *triplex.* 218. *Rusiæ* Moscoviticæ *limites versus Svediam.* ib. *Ejusdem Provinciæ.* ib. *Naturalia dona.* 219. *Fluvii.* 62. *Agricultura.* 219. *Frigus intensum.* 220.
Rusia rubra. 218. 220. Rusia Alba. ib. & 221. *Controversiæ de* Rusiarum *Titulo inter Polonos & Moscovitas.* 218. *Scriptores rerum* Rusicarum. 661. *Imperium* Rusicum *esse Despoticum.* 662. *Principum* Rusiæ *series & Characteres.* 663 & *seqq.* *Adde* Czarii. *Turbæ* Rusicæ *à Pseudo-Demetriis motæ* 666. *Negotia* Russorum *cum Polonis.* 668. *Cum Svedis.* 669. *Cum Tataris.* 670. *Cum Turcis.* 671. Russorum *amicitia ab exteris quæsita.* ib. *Æra* Russorum. 672. *Alii Mores singulares.* 673. 674. Russorum *Ingenia.* 398.

S.

Gallorum cum Sabaudiæ *Ducibus controversiæ.* 530.
Sabbatius *Fluvius qualis, quæve causæ ejus.* 75. *Judæorum de eo commenta explosa.* 76.
Sabrina *Fl.* 67.
Sacchari *proventus.* 428. 429.
Sal Fossile, *Marinum, Fontanum.* 422. 423. *Aquæ Fontium Salsuginosorum non patiuntur demergi hominem.* 94. *Svedia & Anglia Sale carent.* 423. Salis *& Panis oblatio subjectionis signum apud Russos.* 674.
Leges Salicæ. 538. Sala, *Aula apud Veteres.* 214.

Salis-

Salisfodinarum *series.* 312. Salinæ *Cracovienſes.* 222. *Burgundiæ.* 179. *Vallis* Salinarum, 233.
Salisburgum *Anglicum.* 118. Germanicum. 199.
Salmantica. 162.
Salmuria. 178.
Salomonis *Navigatio illuſtrata.* 58.
Samaria. 252.
Lacus Samochonitis. 97. Samojedia. 218. Samojedarum *minor Statura.* 364. Samogitia, 221.
Sancerra. 177.
Franc. Sandoval, *Vid. Dux de* Lerma.
Fons Lapides Guttis Sangvineis *aſpergens.* 100.
Sanſon *Scripta & Tabulæ Geographicæ.* 4.
Santalum. 431.
Santonia. 170.
Saragoſa. 163.
Sardinia *Inſula.* 133.
Savus *Fl.* 72.
Saxa *Runica Danorum.* 621. *Saxa* Runica in Marchia. 327. *Saxum* Pictavienſe *la Pierre Levée.* 327.
Saxonum *Nominis origo.* 352. *Ejusdem veſtigia in Anglicis Provinciis.* 115. *Circulus Saxonicus Superior & Inferior.* 201. *Saxones* Transſilvaniæ. 226. 227. *Saxonum in* Angliam *adventus & Stabilimentum.* 559.
Scabies *cur in Anglia, Halæ Saxonum & alibi advenas frequenter excipiat?* 357.
Scaldis *Fl.* 66.
Scandia *Veterum.* 216. *Cur deſierit eſſe vagina Gentium.* 217.
Scania. 213.
Comitatus Scepuſienſis *ad Polonos relatus.* 226.
Sciapodes. 359.
Scheren *in Mare Balthico.* 154.
Schillingorum *varias valor.* 434.
Schiras. 256. *Vinum Schiraſenſe.* 420.
Vetuſtorum Schiboleth *& Siboleth renovatus caſus in Gallia.* 168.

Schmerenburg / *Vetus Statio Belgarum in Spitsberga.* 277.
Schutta *Insula.* 149.
Scopulorum *recensio.* 154.
Scriptionis *varietas.* 389. *Characteres varii.* 390. *Ratio compendiosissimè scribendi.* 391. *Instrumenta scribendi apud Europæos Calami.* 393. *Apud Orientales Arundines.* ib.
Scotiæ *Descriptio.* 123. *Scotia Angliæ adjecta.* 557. *A Cromwello subacta.* 576. *Ejus portus.* 49. *Fluvii.* 67. *Naturæ singularia.* 124. 41.
Scyllæ *Descriptio.* 48.
S. Sebastiani *Oppidum.*
Sebastiani *Regis Portugalliæ interitus, variis, posthac sub persona ejus lusus.* 474 475.
Seelandia *Vid.* Zeelandia.
Sena. 194.
Septa *Vid.* Ceuta.
Septembris *primi dies Anglis fatales.* 577.
Septenarii *Numeri singularia in urbe Avenionensi.* 174. 309.
Antrum Serpentum.
S. Sepulcri *Descriptio.* 317. *An vere vetus istud sit, in qvo Servator recubuit?* 318. 319.
Loca Sepulchris *Regum celebria.* 339. Sepulchra *Veterum Regum Judaicorum.* 319.
Seqvanæ *Ortus, progressus & effluxus.* 67.
Seraglio *Imp. Turcici.* 333. *Christianis tertiam ejus Portam vix ingredi licet.* ibid.
Serici *proventus.* 431.
Serveſta *Serviorum opus.* 229.
Servia. ibid.
Gallia Servos *non passa.* 548.
Sheppey *Insula.* 66. & 128.
Siam R. 120.
Siberia. 218.
Siceræ *usus apud Anglos.* 120.
Sicilia. 134. *Sic. trans Pharum.* ib. *Sic. cis Pharum.* ib. *Quomodo Regno Hisp. accesserit.* 438. *Controversiæ Hispaniæ Regis cum Pontifice*

. *tifice M. ob Siciliam trans Pharum.* 438. *Scriptores Rerum Sicularum.* 134.
Fretum Siculum. 40.
Siculi *Transfilvaniæ.* 226. 227. *Sunt reliqviæ Veterum Hunnorum.* 353.
Sigismundus *Rex Sveciæ ac Poloniæ Regno Sveciæ abdicatus,* 628. *Ejus gesta in Polonia.* 681. *Character ejusdem.* 632.
Silberberga. 218.
Silesia. 206. *Montes Silesiæ.* 283. *Silesiorum hospitalitas.* 285. *Silesii Veteres cur Qvadi dicti.* 350. *Silesia qvando Bohemiæ unita?* 705. *Polonorum prætensio in Silesiam.* 691.
Silvarum *Historia.* 306.
Silvæ *rariores in Anglia.* 120.
Sima *facies argumentum pulchritudinis apud Brasilianos.* 361.
Peregrinationes Religiosæ ad Dentem Albæ Simiæ. 340.
Qvi nescit Simulare, *nescit regnare, unica Latina sententia, qvam Carolus IIX. R. G. tenuit.* 492.
Sinai *Mons.* 298.
Lacus Singacco *in Japania.* 99. 100.
Sinuum *Historia,* 26. *& seqq. Cur plerique Sinus Fluxu ac Refluxu careant?* 30. *&* 105. Sinus *Maris Mediterranei.* 27. *Maris Balthici.* 29. Sinus *Botnicus, Finnicus, Livonicus,* ib. Sinus *Arabicus, Vid.* Mare Rubrum. *Sinus Persicus.* 30. *Sinus Bengalensis aliique Sinus Lati.* ib. *Sinus Mexicanus,* ibid.
Slavonia. 227. Slavi. 351. *Lingvæ Slavonicæ Dialecti,* 389. *Ejus Usus in Aula Turcica.* ib. *Slavorum Ingenia.* 397.
Ducatus Slesvicensis. 211.
Smolensko, 213. *&* 628.
Smyrna, 52. *&* 232.
Sodomæ *eversio exemplis nostri temporis illustrata.* 96. *Memoria ejus hodienum superstes.* ib. *Poma Sodomitica.* 97.
Solini *Polyhistor.* 3.
Solis *Ardor non denigrat Æthiopes,* 374.
Lingva Songaica. 382.
Sophia. 229
Sorlinges. 127.

Specuum *Historia*. 307. & *seqq*. *Spelunca perpetuo fumans*. 307. *Baumanniana*. 307. 308.
Spina Acuta Biflora Britannica cur media hyeme floreat? 120. 121. 276. 277.
Spitsberga. 137.
Sporades *Insulæ*. 53.
Standia. 339.
Regis Poloniæ profectio ad S. Stanislaum. 432.
Stannifodinæ *Anglicæ*. 391.
Stenographia. 680.
Stephanus *R. Poloniæ*. 2.
Stephani ἐθνικά.
Sterlingi *Anglorum*. 434. *Sterlinga urbs Scotorum*. 123. 648.
Recessus Stetinensis. 214.
Stockholmia. 211.
Stormaria. 2.
Strabonis *Geographia*. 40.
Straet / Strasse. 302.
Strongylus *Mons*.
Homines Strumosi *gutture prædicti in Tingœsa, Alpibus, Sudetis Silesiæ*. 356.
Submarina *Prata*. 312. *Silvæ*. ib.
Subterranei *Homines*. 367. *seqq*. *Subterranei Pagi*. 370. *Regiones*. 372. *Fluvii*. 98. *Canales Subterranei Lacus Alphaltitis*. 95. *Maris Mediterranei*. 28. *Maris Caspii*. 33. *Arbores Subterraneæ*. 120. *Roma Subterranea*. 223.
Succinum *Maris Balthici proprium*. 30. 430. *Ambra Citrina dictum*. 430. *Succinum* Fossile. 430. *Quid de Animalculis ei admixtis sentiendum*? ibid.
Sudermannia. 214.
Sudeti *Montes Alpina brachia*. 283. *Sunt Hydrophylacium Albis, aliorumq; Bohemiæ & Silesiæ Fluviorum*. 60.
Svediæ *nomen*. 213. *Ejus Provinciæ*. 213. 214. 215. *Singularia*. 215. *Scriptores rerum Svedicarum*. 625. *Loca Jurisdictione Regni Svedici comprehensa*. 626. *Reges Svediæ*. 626. 627. *Svedorum in Religionem Evangelicam propensio & in eadem constantia*. 629. *Reges Svediæ oportet in Aug. Confessionem jurare*. 639. *Nec aliam Conjugum*

jugem quam A. C. sociam ducere. ibid. *Nec aliud Regnum acceptare.* 640. *Regnum Sveciæ hereditarium redditum.* 638. *Reges Sveciæ minorennes Principes hereditarii scribuntur.* 639. *Negocia inter Svedos & Polonos.* 641. *Ultima inter eos Pacificatio.* 644. *Negocia Svedorum in Germania.* 646. *& seqq. Cum Elect. Brandenburgico.* 648. 649. *Clades ab eodem acceptæ.* 649. *Ultima Pacificatio.* 650. 651. *Cum Civitate Bremensi.* 653. *Cum Danis.* 654. *& seqq. Cum Russis.* 669. *Memorabilia ad res Svedicas.* 660. *Viri Ministerio Regni Svedici conspicui.* ibid.

Svedorum *Ingenia.* 398.
Sveonia. 216.
Circulus Svevicus. 200.
Svez. 54.
Sumatra *Inf.* 143.
Sunda. 42. *De Transitu ejus controversiæ.* 623.
Ratio Surdos natos *eos, mutos Linguam docendi.* 392.
Susa *Clavis Gallorum ad bella Transalpina.* 186.
Sybilla *Francica.* 516. *Sybillæ* Antrum. 309.
Syria. 232.

T.

Tabago *Inf.* 148.
Tafilettæ R. 272.
Tagus *fluvius Hispaniæ.* 69.
Tamisis *fl. Nomen, Urbes adsitæ & Ostium.* 66.
Tanais *Ortus & effluxus.* 72. *Ejus conjunctio cum Volga.* ib.
Tanger. 270. 271. 471.
Tanguth *Regnum.* 264.
Tarantula. 184. *Tarantismus.* 357.
Tatarorum *Origo.* 354. *Nomen.* 264.
Tataria *Przecopensis.* 230.
Tatarorum *Negocia cum Russis.* 670. *Cum Polonis.* 691. *Qua ratione dependeant ab Imp. Turcico.* 718.

Taus *fl. Scotiæ.* 67.
Taurus *Mons.* 297.
Taurina *Spectacula in Hispania.* 468.
Tenedus *Insula.* 137.
Teneriffa *Insula.* 139. *Clades Hispanis in ea ab Anglis illata.* 586.
Tercera *Insula.* 139.
Terræ *Rotunditas.* 6. 7. 8. *Eandem Ovalem redditam esse Childræi opinio.* 9. *Situs in Systemate Mundi.* ib. *Magnitudo.* ib. *Cur Deus talem esse voluerit conjecturæ.* 10. *Longitudo ac Latitudo terræ explorata,* ib. *Terrane an Aqvæ major sit?* 101. *Terræ divisio.* 102.
Terra del Fogo. 148.
Terra Sancta *Danica.* 131. *Anglica.* 121. *Asiatica.* 223. & *seqq.*
Texelia *Insula.* 131. *Consilia Anglorum eam invadendi extraordinario casu dejecta,* ib. *Stationum Navium commoditas.* ib. & 46.

Herba Thee. 48.
Theodorus I. *Czarius Russiæ.* 665.
Theodorus *Alexiowiz hodiernus Czarius Russiæ.* 666.
Thermarum *Historia & causæ.* 98. 99. & 286 287.
Thermopylæ. 303.
Thessalonica. 218.
S. Thomæ *sepulchrum.* 259. *Christiani S. Thomæ.* ibid.
S. Thomée *in Litore Coromandelico à Gallis occupata, & Rege Golcondæ & Belgis recepta.* 259.
Inf. S. Thomæ *in Africa.* 140.
Thule: *An Islandia?* 110. *An in ea 6. mensium dies sit.* 15. 430.
Thus. 231.
Thyatira. 427.
Thynnorum *captura.* 272.
Tiberias. 70. 71.
Tiberis *fl. origo, progressus & Ostia.* 90.
Tigris *Descriptio.* 76. 77. *Catarrhacta Artificialis.* 356.
Tingœsa. 218. *Tingœsi strumosi gutture laborant.* 126.
Tithymalli *Tuberosi Hibernici vires.*

Toba-

Tobaci *solum natale America.* 427. *Ejus cultum in Anglia.* 120.
Usus ejus improbatus. 428.
Tobrinci *Pagus subternaneus.* 370.
Toletum. 162. *Prærogativæ contentio cum Bracara Portugallorum.* 159. *Cum Burgo.* 162. *Archi Episcopi Toletani Jura.* 466.
Tokat *Dotalitium Valediarum Turcicarum.* 257.
Tolosa. 173.
Tonningen. 45.
Cur Angli Torturam *non admittant.* 604.
Magnus Ducatus Toscanæ. 194.
Transisulania. 210.
Transsilvania. 226. *Turcæ Tributaria reddita.* 715. *Principes ejus.* 716. *Eorundem jura ratione Imperii.* 715. *Distributio ratione Incolarum.* 226. *Urbes ejus celebriores,* ibid.
Trapezus *seu Trebisonde.* 231.
Lacus Trasymenus. 93.
Travados. 22.
Regnum Tremisenum. 270.
Tripli *Fœderis ratio & finis.* 590. & 591.
Tripolis *Syriaca.* 52. *Barbarica.* 53. *Sarmatica.* 222.
Regnum Tripolitanum. 270.
Trojana *Rudera.* 316. *An autoribus Græcis illa extiterint?* ibid.
Trolheta *Catarrhacta celebris.* 89.
Trontheim *Vid. Nidrosia.*
Truchsesiorum *origo.* 660.
Tweda *limitaneus Fl. inter Angliam & Scotiam.* 66. & 123.
Tulipanta. 405.
Tullum. 181.
Tunis. 53. & 270.
Turcarum *origo.* 354. *Ingenia,* 398.
Imp. Turcici *Provinciæ Europæ.* 227. & *seqq. Imp. Turc. provinciæ omnes.* 726. 727. *Scriptores rerum Turcicarum.* 724. *Conditor Imperii Turcici.* 725. *Ejus Successores.* 725. 726. *Imperii Turcici amplitudo.* 726. *Ejus initia ac progressus.* 728. *Bella Christianorum cum Turcis cur infelicia.* 730. *Negocia Turcarum*

cum Hungaris. 731. *Cum Venetis.* 733. *Cum Polonis.* 736. 737. *Cum Persis.* 737. 738. *Fœderati Turcarum.* 738. 739. *Turcarum Princeps quando Imperator dici cœperit.* 740. *Cur à strangulatione Fratrum Imperium auspicentur?* ib. *Cur Uxores nullas habeant.* 741. *Cœca obedientia ipsis à Subditis præstita.* 742. *Ministri.* ib. *Turcarum* θηριοφιλία. 744.

Concubitus Christiani cum muliere Turcica *capitalis.* 52.

Lingua Turcica. 381.

Turinum. 186.

Turonum. 178.

Turris Amoris. 52. Butyracea. 169. *Sine* Veneno. 175. *Pendula.* 194. *Turris* Babylonicæ *rudera.* 315.

Tychonis *Brahe arx Uraniburgum.* 129.

Typographica *Ars.* 394. *Multitudine librorum in abusum tracta.* ib. *In Imperio Turcico non tolerantur.* ibi. *Turini primum Typographeum Italiæ.* 186.

V.

Vaga, *Fluvius.* 71.

Vahalis. 64.

Valentia *Provincia.* 164. Valentia *Urbs Hispanica.* ib. *Gallica.* 175. *Italica.* ib.

Valesiorum *Familia in Gallia.* 487.

Vallidoletum. 262.

Vallis *Illustris.* 239.

Vallium *Historia.* 305. Vallisia. 305. *Vallis* Telina. ibid. *Vallis* Josaphat. 306.

Vandali. 351.

Vandalicæ *Urbes.* 342. *Tituli Principum à Vandalis desumpti.* ib. & 610. *Vandalicæ Insulæ.* 130. *Vandalorum & Venetorum discrimen.* 351.

Bernh. Varenii *Geographia Generalis.* 5.

Vectis *Insula.* 127.

Vela-

Velavia.
Velini *Fl. Catarrhacta.* 210.
Magnus Venator *in Gallia.* 89.
Ducatus de Vendosme. 332.
Venedi. 178.
Loca Venenatis *animalibus carentia.* 125. 126. *Turris sine Veneno.* 351. *Bucco Venenoso.* 175. 309.
Venetia *Provinciæ nomen.* 189. *Venetiarum nominis origo.* ib. *Singularia Urbis.* ib. *De fato ejus prædictio Gaurici.* 190. *Scriptores rerum Venetarum.* 768. 769. *Prima Reipubl. initia.* ib. *Dux Venetorum.* 770. *Ritus despondendi Reipubl. Mare Adriaticum.* 771. *Ecclesiasticos à participatione Regiminis excludunt.* 770. *Negotia cum Pontifice M.* 774.
Ventorum *natura ac numerus.* 17. Venti Generalis *natura & commoda.* 17. 18. 19. Venti Specialis. 19. *& seqq.* Venti *Marini ac Terrestres.* 21. 22. *Venti Occidentales nostris Regionibus familiares.* 21. *Septentrionales quibus in locis frequenter spirent.* 20. *Australes.* 21.
Polidori Vergilii *Plagium.* 555.
Morbi ex Vermibus *in Ormusia vicinisq; tractibus.* 259.
Verona. 190.
Fr. Bac. de Verulamio *studia & à Cancellariatu Abdicatio.* 601.
Vestium *Diversitas.* 404. *Vestibus nigris serviri Regi Hispaniæ.* 465. *An in Statu Innocentiæ Vestibus opus futurum fuisset?* 405.
Vesuvius *Mons.* 302.
Vexillum *Francia.* 510. *Vexilla in Coronatione Regum Hungariæ præferri solita.* 713.
Vezirii *Turcarum.* 742.
Viadrus, *Viadri nomen, origo, progressus, & tria Ostia.* 64. *Est Sveuus veterum.* ib. *Ejus conjunctio cum Sprea.* ib. & 90.
Vienna *Austriaca.* 199. *Gallica.* 175.
Villa Franca.
Villa Vitiosa. 48. *Clades Hispanorum ad eam.* 50. 478.
Vilna. 222.

Vina *excellentiora.* 420. *Vinum Palmarum.* 421. *Ruſſia, aliæque Regiones Septentrionales culturam eorum non habent.* 219. *Cur Anglia eam non habeat?* 120. *Vina Perſica.* 255.

Vini *Uſus apud Turcas ſevere prohibitus.* 421. *Item in Americanis Hiſpanorum Regionibus.* ib. *Apud Perſas minus ſevere. Vid.* Schach Abbas II.

Viracons *Venti.* 20.

Virgo Svedica, *Scopulus.* 154.

Virginia. 276.

Virgilii *Epiſcopi Bavarici infelicitas ob aſſertionem Antipodum.* 6. 7.

Viſtulæ *Ortus, progreſſus & Oſtium.* 72.

Viſurgis *Origo & Oſtium.* 63. *Caroloſtadium clavis ejus.* ib.

Vladislaus *Jagello.* 680.

Vladislaus III. *R. Pol.* 681.

Ultrajectum. 210.

Upſalia *Vetus ſedes Regum Sveciæ.* 214. *Inter antiquiſſimas Urbes eſt.* 215. *Vetus Locus Electionis & Coronationis Regum Sveciæ.* 337.

Vaſconia. 172. *Incolæ contemptim habiti.* 400.

Vaudemont. 180.

Verdunum *Urbs Imperialis à Gallis occupata & ſuis Juribus relicta.* 181. *Iisdem exuta.* ib.

Volgæ *Fluvii Origo, Oſtia & Urbes ei adſitæ.* 62.

Unicornu *Dens Piſcis Narwahl.* 431.

Urbium *Hiſtoria.* 329. *Scriptores.* ib.

Urbs *antiquiſſima mundi.* 257. *Urbes muris carentes.* 147.

Urbes *Regiæ.* 330. *Sede Principum celebres.* 334. *Urbes primariæ Provinciarum.* 335. *Urbes Imperiales.* 335. 336. *Urbes Commerciis celebres. Urbium antiquitate celebrium ſeries.* 343.

Urnæ *ſepulcrales Veterum Germanorum.* 327. *Cauſa varietatis earum explicata.* 327. 328.

An dentur Homines Urſis *prognati?* 411. 611. *Homines inter* Urſos *educati.* 410. *& ſeqq. Mons* Urſæ *figuram referens.* 301.

Vliæ *Inſulæ Portuum commoditas.* 46. & 132. *Anglorum actio Vlienſis.* 132.

Vliſſinga *clavis potentiæ Hiſpanicæ.* 46. & 342.

Uva-

Uvarum *Usus apud Turcas permissus, cum vinum perhibeant.* 421.
Uvarum passarum proventus. 427.

W.

Waldemari *Daniæ Regis Filii Naturalis in Russia fata.* 672.
Waldensium *sedes hodiernæ.* 187. *Doctrina antiquissima.* ibid. *Specimen eorum memorabilis.* 310.
Wallachia. 229.
Walliæ *partes.* 113. *Princeps Walliæ Primogenitus Angliæ.* 593.
Idem est natus Dux Cornubiæ. 114.
Wallorum *nomen à Germanis datum omnibus, qui Germanicè non loquuntur.* 230.
Wardhuys *extrema arx versus Septentrionem.* 212.
Warta *Fl. Viadro admixtus nigrorem suum retinet.* 64.
Warsavia. 223 *Prælium Warsavienſe.* 642. *Hodiernus locus Electionis Regum Poloniæ.* 337.
Weichſelmünde. 45.
Weiden *seu Utinum Urbs Italorum.* 191.
De Steph. Werbeuczio *judicium.* 715.
Weſtphalicus *Circulus.* 201.
Wigornia. 118.
Windſoria. 332.
Wisbya. 130. *Jus Wisbyense.* ibid.
Wismaria: *Nominis origo.* 45. *Portus commoditas.* ib.
Cardin. Wolſæi *Vita & Geſta.* 600.

X.

S. Xaverii *Obitus.* 145.

Y.

Yas *Urbs principalis Moldaviæ.* 230.
Yezd *Urbs Perſiæ pulchritudine fœminarum clara.* 421.

70-530
Staudach
stray 99

S. Yves. 48.
Yvetoti *Regnum in Gallia.* 169. 170.
Yucatan *Regio.* 276.
Yuccæ *Radices loco panis adhibitæ.* 419.

Z.

Zabothus *Mons.* 292.
Zacynthus ſ. Zante *Inſ.* 135.
Lacus Zaire & Zambre *in Africa.* 97. 98.
Zeelandia *Danica.* 128. *Belgica.* 132. *Nova.* 128.
Zelotarum *nomen in Gallia.* 517.
Nova Zembla. 276.
Zigeuni. 403.
Joh. Ziscæ *geſta.* 708.
Zulpha *Iſpahanæ adjacens.* 256.
Zutphania. 209.

Fran. Baco de Verulamio sc.
de natali & uniuersali: Philosophia.
Silva silvarum ch. al. et Philosophia.

Christoph. Lehmanni Chronicon Spirense.

Robertj Boyle, nobilis Anglj
dialogi de Cosmicis rerum qualitatibus
de fundo maris. ch. ch.

Sprengers de praetens. Christ.

Guil. Barclay ij Lib. 4 Monarcho. machom ij oppositry

Georgij Buchananij Scot. de ij. Regni apud Scotos jure dialogi ij.

Johan. Leonclavij Pelop. Othoman. Annales. ij Pandectæ hist. turc. ij Hist. Mahumedanica opus edit. Lugd. Bat. to gr. inventu rarum.

Joh. Adami Olearij itinerarium persicum.

Joh. de Laet descriptio regni persici. ij descriptio regni Turcici ij descript. regni Mogol ij de regnis Hispaniæ. ij de regno Galliæ.

Joh. Baptistæ Birdy de rebus Lusitan. regni Comment.

Phil. Callimachi de rebus Hungar.

Anton. Bonfinij de rebus Hung. commentarij nov. emendatio edity à J. Sambuco.

Augustini Jonæ, Irlandi Islandia.

Jean le Caverneur Groenlandia.

Anton. Possevini dissertatio de regno Suediæ.

Baronis de Verulamio Hist: Henr. VII. Regis Ang. ejusque posteri. ij memoria Elizabethæ.

Wilhelmi Camdeni de rebus Elizabethæ.

" Josephi a Costa Historia Mexicana de Natura novi orbis l. II. lat. ejusdem poetice.

Georg. Buchanani. hist. scotica, Thuano judice incomparabilis nostri ævi et fœminanda.

J680
B398h